II. Hic ergo secundus Abraham, et cum primo conferendus, ex nobili quidem radice germinavit ramus nobilis. Nam fuerunt quidem ei parentes clari genere, vita autem illustres, et qui divitiis et gloria mundana sibi summopere placebant. Cum autem viderent puerum ab ineunte ætate omnem virtutem exercentem, tenebantur quidem vehementi igne in eum amoris et desiderii. Sunt enim talia eorum, qui genuerunt, viscera, et natura est eis insitum, ut virtus filiorum majorem in eis excitet flammam naturalis charitatis et affectionis. Quamobrem cum esset eorum in eum amor et insatiabilis, et longe B ardentissimus, desiderabant videre fructus pulchri hujus germinis : ut cernentes tanquam imagines filii nepotes, sui in eum amoris sedarent vehementiam, et simul successioni generis hoc jacerent fundamentum. Itaque studebant, ut et filius duceret uxorem, et alligaretur vinculis matrimonii et ad præcipuas et maxime illustres mundi proveheretur dignitates. Abramio autem nihil horum erat curæ : nam ea delegerat, quæ parentum animo plane adversabantur : et Ecclesiam quidem, tanquam sponsam quamdam, sibi desponderat, ei, ut solent sponsi ardentes, noctu et interdiu assidens, et animum simul et aures demulcens iis, qui in ipsa fiunt ad Deum, hymnis et melodiis ; unum vero verum honorem. ad Deum existimabat profectum. Magistra- C tus autem et potestates et honorum altitudinem, et dignitatum magnitudinem, et si quid aliud mundanum et terrenum, existimabat omnia ludibrium et scenicam actionem, quæ nihilo melius sunt affecta quam somnium et umbra.

III. Cum autem parentes instarent et vehementissime urgerent, ut uxorem duceret, quinetiam mater videns eum differentem, sæpe lacrymas emitteret ex oculis, quæ sunt certa signa flammæ internæ, et quæ, si quid aliud, filii valde possunt animum infringere ; nesciret vero egregius Abramius quid faceret, cedit matris precibus et jussis patris, et jugum accipit matrimonii, ut qui sciret hoc esse unum ex Domini præceptis, patri et matri parere. Nam ad illum quoque transire honorem pulchre sciebat, a quo profectum est præceptum, et qui est D communis omnium et primus pater, et opifex, et præcipua causa, ut simus et vivamus. Sed mihi arrigantur omnes aures ad audiendum : jam enim in animo Abramii incipiunt oriri radii gratiæ. Sex quidem præterierant dies, ex quo peragebatur convivium et celebrabantur nuptiæ, et canebatur hymenæus ; septimo autem, in quo erat eis solvendum matrimonium, fit res quædam admirabilis, et quæ vix credi possit. Nam sedebat quidem ad mensam cum sponsa splendidus admodum Abramius, tanquam sponsus revera in thalamo suo, tumultu autem et plausu tota domus perstrepebat, mensæque et convivis erant omnes intenti ; occultus au-

tem amator nostræ salutis, et qui intelligentia percipitur animarum nostrarum pronubus et sponsus Christus, illarum scilicet, quæ sunt dignæ thalamis suis, dulci quodam radio cœlestis et ineffabilis splendoris sensim immisso in thalamum, suavi et allicienti luce oculos illustravit Abramii, veluti ad se accersens, et ipsum per lucem attrahens. Illius enim animæ aperte amabat pulchritudinem, et volebat eum collocare in longe melioribus thalamis.

μόνας ἀσχολουμένων, ὁ κρυπτὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐραστὴς ὁ νοητὸς τῶν ψυχῶν νυμφαγωγός τε καὶ νυμφίος Χριστὸς ὅσαι δηλονότι καὶ τῶν ἐκείνου νυμφώνων ἄξιαι, ἀκτῖνά τινα γλυκεῖαν τῆς ἀνωτάτω περὶ αὐτὸν ἐκείνης καὶ ἀπορρήτου λαμπρότητος ἠρέμα πως ἐπαφεὶς τῇ παστάδι φῶς οἷον ἐπαγαγόντι καὶ ἥδιστον τὰς Ἀβραμίου περιηύγαζεν ὄψεις, μεταχαλῶν οἱονεὶ πρὸς ἑαυτὸν καὶ διὰ τοῦ φωτὸς αὐτὸν ἐφελκόμενος· ἦρα γὰρ τοῦ κάλλους περιφανῶς τῆς ἐκείνου ψυχῆς καὶ κρείττοσιν εἰσοικίσασθαι τοῦτον παρὰ πολὺ καὶ παστάσι καὶ θαλάμοις ἐβούλετο.

IV. Hujus autem lucis dulcedine summe captus Abramius, ut quæ ei per oculos ad animum affluxerat, et ineffabili jucunditate et splendore cor habens repletum, neque cibum, neque potum volebat sumere : sed stabant immoti ejus oculi, ad lucis illius speciem intuentes, et apud se optabat, ut cito solveretur convivium. Quo quidem ut desiderabat, soluto, et singulis convivis domum reversis, tacite domo egreditur, a nullo alio, nisi a solo Deo, qui eum vocabat, visus. Et cum circa duo stadia abesset a civitate, pervenit ad quamdam cellam, quæ pulchre erat posita ad quietem et silentium. Eam autem, quam jucunde est ingressus ! Aliquid enim ei ostenderat, quæ apparuerat visio, quod spectabat ad ejus habitationem. Deinde, ut assolet in rebus hujusmodi, cum domi frequentissime nominaretur sponsus, et essent omnes occupati ad illi inserviendum, ipse autem minime adesset, statim recordati sunt parentes prioris filii sententiæ, et illius in Deum propositi, et magnæ adversus nuptias constantiæ ; neque eam rem poterant aliud vocare, nisi apertum secessum . Et ideo scrutabantur, non theatra, non fora, non regiam, non domos amicorum, sed solitudines, et montes, et monachorum habitacula, et sicubi esset aliquis locus aptus ad secessum et silentium. Cum multi ergo ubique quærerent Abramium, decimo septimo die postquam secesserat, invenitur in dicta cella, nullum habens, qui simul habitaret, sed ipse solus inclusus. Atque illos quidem, qui ipsum invenerant, invadit stupor commistus lætitia et tristitia, ut qui lætarentur quidem, quod invenissent adolescentem, stuperent autem tam repentinam ejus mutationem, et statim ab initio susceptam vitam illam solitariam, et remotam ab omni consuetudine et societate, dolerent vero propter Abramii jacturam, quod talis scilicet adolescens sic ante tempus se a mundo removisset, et rebus quæ ad mundum pertinent.

Δ'. Ἁλοὺς δὲ κατάκρας τῇ τοῦ φωτὸς ἐκείνου γλυκύτητι καὶ Ἀβράμιος, καθάπερ αὐτῷ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεύσαντος καὶ τῆς ἀφάτου φαιδρότητος ἐκείνης αὐτοῦ καὶ τῆς αἴγλης τὴν καρδίαν ὑποπλησθείς, οὐκέτι οὔτε σῖτα οὔτε ποτὸν αἱρεῖσθαι ἤθελεν, ἀλλ' ἐπάγησαν αὐτῷ ακλινεῖς οἱ ὀφθαλμοὶ πρὸς τὴν φαντασίαν ἐκείνου τοῦ φωτὸς ἐνορῶντες· ἵστη γὰρ τὸν τύπον αὐτῷ πρὸ τῶν ὀμμάτων ὁ λογισμὸς καὶ ταχὺ λυθῆναι καθ' ἑαυτὸν ηὔχετο τὴν ἑστίασιν· ἧς καὶ, ὡς ἐπόθει, λυθείσης καὶ οἴκαδε τῶν δαιτυμόνων ἑκάστου ἀφικομένων, ὑπέξεισι ἡσύχῳ ποδὶ τοῦ οἴκου, μηδὲ τῷ ἄλλῳ ὅτι μὴ μόνῳ τῷ καλοῦντι Θεῷ βλεπόμενος· καὶ σταδίους ἀποσχὼν ὡσεὶ δύο τῆς πόλεως, καταλαμβάνεταί τὸ κελλίον ἡσυχίας ἐν καλῷ τόπῳ κείμενον καὶ τοῦτο πῶς ἂν εἴποις ἡδέως εἰσῆλθε· παρέδειξε γάρ τι καὶ ἡ φανεῖσα ὄψις αὐτῷ πρὸς τὴν τούτου κατοίκησιν. Εἶτα, ὥσπερ ἐν τούτοις φιλεῖ, ἐπειδὴ πολὺ ἀνὰ τὸν οἶκον τὸ του νυμφίου ἦν ὄνομα καὶ περὶ τὴν ἐκείνου θεραπείαν πάντες ἠσχόληντο, παρῆν δὲ αὐτὸς οὐδαμῶς, εὐθέως οἱ γονεῖς τῆς προτέρας τοῦ παίδὸς ἀνεμιμνήσκοντο γνώμης καὶ τοῦ κατὰ Θεὸν ἐκείνου σκοποῦ καὶ τῆς πολλῆς περὶ τὸν γάμον ἐνστάσεως· καὶ οὐδὲν ἕτερον εἶχον, ὅτι μὴ σαφῆ τὸ πρᾶγμα καλεῖν ἀναχώρήσνν· ταύτῃ τοι καὶ ἀνηρευνῶντο οὐ θέατρα καὶ ἀγοραὶ καὶ βασίλεια καὶ φίλων οἰκίαι καὶ νέων διατριβαὶ, ἀλλ' ἐρημίαι, καὶ ὄρη, καὶ μοναχῶν καταγώγια, καὶ εἴ πού τι χωρίον ἦν ἀνακεχωρηκὸς καὶ φιλήσυχον. Ἄλλων τοίνυν ἀλλαχοῦ κατὰ ζήτησιν Ἀβραμίου περιιόντων, ἑβδόμῃ καὶ δεκάτῃ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν ἡμέρᾳ ἐν τῷ εἰρημένῳ κελλίῳ εὑρίσκεται, μηδένα σύνοικον ἔχων, ἀλλὰ μόνος αὐτὸς κατακεκλεισμένος. Τοὺς μὲν οὖν εὑρόντας αὐτὸν ἔκπληξις ἡδονῇ λαμβάνει καὶ λύπῃ σύμμικτος· ἠσθένησαν μὲν τῇ τοῦ παιδὸς ἀνευρέσει, ἐκπλαγέντας δὲ τὴν οὕτως ἀθρόαν μεταβολὴν καὶ τὸ ἐρημικὸν ἐκ προοιμίων εὐθὺς ἐκεῖνο τοῦ βίου καὶ ἀκοινώνητον· ἀνιασθέντας δὲ τῇ τοῦ Ἀβραμίου ζημίᾳ, ὅτι τοιοῦτος νεανίσκος οὕτω πρὸ ὥρας βίου καὶ τῶν τοῦ βίου πραγμάτων ἀπέστησεν ἑαυτόν.

V. Ille autem cum eos sic vidisset affectos, placide et benigne eos alloquens : Neque tristitia, inquit, affici oportet, nec admirari : sed Deo potius agere gratias, et ejus ineffabili benignitati et clementiæ, qui me sapienti quadam et arcana providentia a mundi subduxit nequitia. Orate ergo, inquit, amici mei et fratres, deinceps orate, ut bonum ejus jugum portem usque ad finem, et non onus ejus leve abji-

Ε'. Ὁ δὲ οὕτως αὐτοὺς ἔχοντας ἰδὼν καὶ προσηνῶς ἄγαν καὶ ἠπίως προσαγορεύσας, Οὔτε λυπεῖσθαι χρὴ, φησὶν, οὔτε θαυμάζειν, Θεῷ δὲ μᾶλλον εὐχαριστεῖν καὶ τῇ ἀφάτῳ τούτου χρηστότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ, ὅστις με σοφῇ τινι καὶ ἀπορρήτῳ οἰκονομίᾳ τῆς βιωτικῆς ὑπεξήγαγε μοχθηρίας. Εὔχεσθε τοιγαροῦν ἐμοὶ, φίλοι καὶ ἀδελφοὶ, λοιπὸν εὔχεσθε, ὥστε τὸν χρηστὸν αὐτοῦ ζυγὸν ἕως τέλους βαστάσαι

με καὶ μὴ τὸ φορτίον αὐτοῦ τὸ ἐλαφρὸν ἀπορρίψαι, A ciam: sed semper sequar legem, et illius præcepta
ἀλλ' ἀεὶ τῷ νόμῳ καὶ ταῖς ἐντολαῖς ἐκείνου καὶ τοῖς et voluntatem. Deinde etiam vehementer rogavit,
θελήμασιν ἕπεσθαι. Εἶτα καὶ ἠξίου μάλα θερμῶς τοῦ ne illuc assidue venientes, suum desideratum obtur
μὴ συνεχῶς ἐκεῖσε ἀφικνουμένους τὴν ποθουμένην barent silentium et impedirent profectum ejus ad
ἡσυχίαν ἐπιταράττειν καὶ ὥσπερ ἐμποδὼν αὐτῷ τῆς meliora. Illi quidem cum hæc audiissent et vidissent,
ἐπὶ τὰ κρείττω γίνεσθαι προκοπῆς. Ταῦτα ἐκεῖνοι sunt reversi. Ille vero obstructo aditu domunculæ,
μὲν ἀκούσαντες καὶ ἰδόντες, ἀνέστρεφον · ὁ δὲ τὴν et relicta parva quadam fenestra, per quam panis
τοῦ οἰκίσκου εἴσοδον ἀποφράξας καί τινα θυρίδα solum et aqua ei præberetur, soli de cætero orationi
βραχεῖαν καταλιπών, δι' ἧς ἂν ἄρτος αὐτῷ μόνον vacabat et jejunio. Cum in his autem esset Abra-
καὶ ὕδωρ παρέχοιτο, εὐχῇ τοῦ λοιποῦ καὶ νηστείᾳ mius, et hanc philosophicam exerceret vivendi ra-
προσέκειτο. Ἐν τούτοις δὲ ὄντος Ἀβραμίου, καὶ tionem, de eo spargebatur fama in omnes partes, et
ἀγωγὴν τοιαύτην φιλόσοφον μετιόντος, πολὺς παν- magna hominum multitudo confluebat ad illum spe-
ταχοῦ λόγος ἐφοίτα περὶ αὐτοῦ καὶ πολύ τι πλῆθος tandum, desiderans ad illo aliquam consequi be-
ἀνθρώπων ἐπὶ τὴν ἐκείνου θέαν συνέῤῥει, τυχεῖν nedictionem. Decimo autem anno postquam seces-
τινος παρ' ἐκείνου τῆς εὐλογίας ποθοῦντες. Δεκάτῳ sisset, decedunt quidem ejus parentes : ad eum
δὲ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν ἔτει τελευτῶσι μὲν οἱ τού- B autem deferuntur illo rum divitiæ, et omnium pater
του γονεῖς · ὁδεύει δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἐκείνων πλοῦτος narum facultatum fit hæres Abramius. Ille vero
καὶ κληρονόμος ἁπάσης τῆς πατρικῆς οὐσίας καθ- cum jam olim tales curas jussisset valere, cuidam
ίσταται ὁ Ἀβράμιος· Ὁ δὲ πάλαι ταῖς τοιαύταις ex suis amicis committit, ut curam gerat hæreditatis, mandans, ut pars ejus maxima consumatur in
φροντίσι χαίρειν εἰπών, τινὶ τῶν αὐτοῦ φίλων τὴν egenos. Quod quidem cum factum fuisset, ut jusse-
τοῦ τοιούτου κλήρου πιστεύει πρόνοιαν, ἀναλωθῆναι rat, et pulchre profusæ fuissent ejus divitiæ, et
τὸ πλεῖον αὐτοῦ μέρος εἰς ἐνδείᾳς ἐπισκήψας · οὗ δὴ opem tulisset multis pauperibus, solutus omni cura
κατὰ τὰς ἐκείνου ἐντολὰς γενομένου καὶ τοῦ πλούτου fuit Abramius. Nam in hoc ille perpetuo incumbebat,
καλῶς αὐτῷ κενωθέντος καὶ τῶν πενήτων πολλαῖς ut ejus animus occuparetur in nulla re mundana et
ἐπαρκέσαντος, φροντίδος ἀπολέλυτο πάσης, ὁ Ἀβρά- terrena, sed eum totum haberet ad cœlum extensum
μιος · ἐπεὶ καὶ τοῦτο φροντὶς ἐκείνῳ μᾶλλον διηνε- semperque levem et sublimem ad spiritalia.
κὴς, ὅπως ἂν μηδενὶ τὴν ψυχὴν τῶν βιωτικῶν τε καὶ
γείνων ἀπολειφθείη, ἀλλὰ πᾶσαν αὐτὴν ἔχοι πρὸς τὸν οὐρανὸν τεταμένην καὶ κουφὴν ἀεὶ πρὸς τὰ πνευματικὰ κα
μετέωρον.

ς'. Ποθήσας τοίνυν ὡς τιμιώτατον κτῆμα τὴν C VI. Cum ergo tanquam possessionem pretiosissi-
ἀκτησίαν, οὐδὲν ἕτερον ἔχειν ἠνέσχετο, πλὴν μόνον nam desiderasset nil possidere, nihil aliud habere
τῶν ἀναγκαίως ἐχόντων τῷ σώματι, τὰ δὲ ἦν πάλ- sustinuit, præter ea sola, quæ sunt corpori necessaria. Ea autem erant, pallium et cilicium, quibus erat
λιον καὶ ῥάκος τι τρίχινον, ἃ περιέκειτο, ψιάθιόν τε indutus, et storea ad brevem corporis accubitum,
πρὸς κατάκλησιν βραχεῖαν τοῦ σώματος καὶ ποτή- et poculum, quo modicam sumebat aquam. Sed quo
ριον, ᾧ τοῦ μεμετρημένου ἐκείνου μετελάμβανεν magis egebat iis, quæ pertinebant ad usum corporis
ὕδατος · ἀλλ' ὅσῳ τῶν περὶ τὸ σῶμα ἐπιτηδείων eo magis abundabat, bonis animæ, in orbe virtutum
ἐπόρει, τοσούτῳ τοῖς τῆς ψυχῆς καλοῖς ἐθαλλε καὶ qui eum circumdabat, semper resplendentem humi-
ἐκόμα ἐκλάμπουσαν ἀεὶ τοῦ περὶ αὐτὸν κύκλου τῶν litatem habens, et charitatem, quas cujuslibet
ἀρετῶν, τὴν ταπείνωσιν ἔχων καὶ τὴν ἀγάπην, ἃς boni matres esse definiuntur. Hinc æqualem, quidem
δὴ καὶ μητέρας ἀγαθοῦ παντὸς ὁρίζονται εἶναι. Ἐν- communiter in omnes ostendebat charitatem. Proximi autem salutem semper suæ præponebat. Quæ
τεῦθεν ὁμότιμον μὲν τὴν ἀγάπην κοινῇ πρὸς ἅπαν- vero ex ejus labris procedebant, quam non poterant
τας ἐπεδείκνυτο, τὴν δέ τοῦ πλησίον ἀεὶ σωτηρίαν animam demulcere, et attrahere ad virtutem? Nam
τῆς ἑαυτοῦ προετίθει. Τὰ δὲ τῶν αὐτοῦ χειλέων valde quidem docte adhortabatur : reprehendebat
ἐκπορευόμενα, ποίας οὐχ ἱκανὰ ψυχὰς καταθέλξαι D autem paterne et amanter : mansuetudoque et gratia
καὶ ὑφελκύσαι καὶ πρὸς ἀρετὴν ἐπισπάσασθαι ; undique in eo florebat, internam animi constitutionem perfecte aperiens. Merito autem admirabitur
Ἐπήνειμα γὰρ καὶ λίαν παιδευτικῶς, ἐπετίμα δὲ quispiam ejus in certaminibus fortitudinem, et con-
πατρικῶς τε καὶ φιλοστόργως · ἡ τε πραότης αὐτῷ stantiam. Nam cum ante mortem continuos quin-
πανταχοῦ καὶ ἡ χάρις ἐπήνθει, τὴν ἔνδον τῆς ψυχῆς quaginta annos transegerit in exercitatione, nun-
κατάστασιν ἀκριβῶς διαφαίνουσαι. Θαυμάσειε δ' ἄν quam molliter aut segniter aggressus est labores,
τις εἰκότως καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἀγῶνας τοῦ ἀνδρὸς neque quidquam remisit de ei ab initio tradita re-
καρτερικόν τε καὶ σύντονον · τεσσηκοστὸν γὰρ ἔτος gula abstinentiæ : sed perinde ac si spiritales labores recens attingeret, ita ad certamina accedebat
ἐν ἀσκήσει διατελέσας, οὐδέποτε μαλακὸν εἰς τοὺς quotidie, seipsum in dies superans. Non erat autem
πόνους οὐδὲ ῥᾳθυμον ἔδλεψεν οὐδὲ καθυφῆκέ τι τοῦ Die omnino permittere, ut talis lux sub medio late-
παραδεδομένου τὴν ἀρχὴν αὐτῷ τῆς ἐγκρατείας ret ; neque fieri poterat, ut qui erat hujusmodi, et
νεύσης · ἀλλ' ὥσπερ ἄρτι πνευματικῶν ἰδρώτων perinde ac clara quædam et illustris civitas, velut
ἁπτόμενος, οὕτως ἦν καθ' ἑκάστην πρὸς ἀγῶνας ἐπι-
διδοὺς καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπερβάλλων τῇ καρτερίᾳ ·
οὐκ ἦν δὲ πρὸς Θεοῦ, πάντως τοιοῦτον ὄντα καὶ
οὕτως οἷα πόλιν περιφανῆ καὶ λαμπρὰν καθάπερ

in quodam monte rerum maximarum et pulcherrime gestarum, positus erat, absconderetur. Nec ergo fuit absconsus. Sed quomodo nuper ipse Dominus discipulis, ita etiam nunc illorum imitatori desuper apostolicum committit ministerium, et ejus honorat virtutem chrismate sacerdotii, et sudoribus monasticæ exercitationis athletica etiam certamina adjungit et laboribus abstinentiæ præter opinionem et admirabiliter adnectit coronas martyrii. Quonam modo autem, deinceps exponam.

VII. Lampsaci, quod est oppidum ad Hellespontum, erat quidam magnus vicus, et frequens populo, qui vocatur Tænia. Quoniam autem qui in eo vico habitabant, tenebantur a gravi errore gentilium, magna quidem multitudo sacerdotum et diaconorum ab episcopo ad eos mittebatur : plurimi quoque ex iis qui vitam susceperant monasticam, ab B eo constituti erant vici magistri. Sed nemo eos poterat convertere ab errore : imo piis potius illi inferebnat tormenta et supplicia, neque erat ullum pœnæ genus, quod non terribiliter eis intentaretur. Cum ergo dubitaret episcopus quidnam oporteret facere, ut qui errabant, errorem agnoscerent, et rem aliquando cum suis communicaret, venit eis interim in mentem Abramius admirabilis. Tum non exspectans ipse aliorum de eo testimonia eis statim ostendit, quid de illo esset sibi persuasum, dicens : Credite mihi, filii, dicturo teste veritate, quod in tota fide nunquam mihi contigit videre talem virum et qui in tante virtute viveret et pietate. Cum ii autem, quæ ab ipso dicta fuerant, una voce confirmassent, ipse rursus : Venit, inquit, mihi in mentem quædam cogitatio : ea est autem, ut arbitror- C divinioris cujusdam providentiæ, eum initiare chrismate sacerdotii, et ei tradere vicum, qui est ad Hellespontum. Forte poterit, opem superna ei ferente gratia, multos deducere ad agnitionem veritatis. Hæc dixit, et e cathedra statim surgens episcopus, vadit ad Abramium cum universo clero. Et jam solitis dictis precibus postquam eum in Christo salutasset, et osculum dedisset, de vico ei exponit omnia. Præterea autem eum quoque valde rogavit, ut illorum susciperet præfecturam. Ille vero cum primum quidem episcopum advenisse ægre tulisset, ut qui putaret se esse indignum, ad quem tantus vir accederet : deinde etiam quæ dixerat, graviter accepisset, propter magnam illam cordis contritionem et moderationem, et quod se nullo reputaret esse dignum, ea respondit, quæ et tali vitæ conveniebant, et tantæ humilitati : Quis ego D sum, domine mi, dicens, ut sacerdotii tantam subeam magnitudinem, et gravis populus mihi committatur docendus? Sine per Christum, sine me acerbe mea deflere peccata.

VIII. Cui rursus episcopus respondens : Recte scio, inquit, o chare fili Abrami, quod gratia, quæ tibi data est a Spiritu, potens es et verbis et factis.

A ἐπί τινος ὄρους τῶν μεγίστων κατορθωμάτων κείμενον ὑπὸ μοδίῳ καὶ κλίνῃ καλύπτεσθαι. Οὔκουν οὐδὲ κεκάλυπται· ἀλλ' ὥσπερ πρώην τοῖς μαθηταῖς, οὕτως καὶ νῦν τῷ ἐκείνων μιμητῇ Χριστὸς ἄνωθεν ἀποστολικὴν ἐγχειρίζει διακονίαν τήν τε τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν ἱερωσύνης ιμᾷ χρίσματι καὶ κόποις ἀσκητικοῖς ἀθλητικούς εἰκότως πόνους ἐπισυνάπτει καὶ στεφάνοις ἐγκρατείας στεφάνους παραδόξως ἐπιτίθησι μαρτυρίας· ὅπως δὲ ἄρα καὶ τίνα τὸν τρόπον τὰ τοῦ λόγου δηλώσει μοι.

Ζ'. Ἐν τῇ Λαμψάκῳ, τῇ πρὸς Ἑλλήσποντον κώμη τις ἦν μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος καλουμένη Ταινία· ἐπεὶ δὲ οἱ τὴν τοιαύτην κώμην οἰκοῦντες τῇ χαλεπῇ τῶν Ἑλλήνων ἦσαν ἀπάτῃ κατειλημμένοι, πολὺ μὲν ἑκάστοτε πλῆθος αὐτοῖς ἱερέων καὶ διακόνων ὑπὸ τοῦ τῆς ἐπισκοπῆς προεστῶτος ἐπέμπετο· πολλοὶ δὲ B τῶν τὸν μονήρη βίον ἀνηρημένων διδάσκαλοι παρ' αὐτοῦ τῇ κώμῃ καθίσταντο· τούτων δὲ ὅμως οὐδεὶς μεταβαλεῖν αὐτοὺς τῆς ἀπάτης ἠδύνατο· ἀλλὰ καὶ βάσανοι μᾶλλον κατὰ τῶν εὐσεβῶν καὶ τιμωρίαι παρ' ἐκείνων ἠπείληντο καὶ κολάσεως εἶδος οὐδὲν ὅλως ἦν, ὃ μὴ τούτοις φοβερῶς ἐπεσείετο. Ἀπορουμένου τοίνυν τοῦ τῆς ἐπισκοπῆς προεστῶτος, τί ἂν δέοι ποιεῖν πρὸς τὴν τῶν πεπλανημένων ἐπίγνωσιν, καὶ δήποτε τὸ πρᾶγμα τοῖς περὶ αὐτὸν κοινουμένου, μνήμη τις παρεμπίπτει μεταξὺ τοῦ θαυμαστοῦ Ἀβραμίου· καὶ τὰς παρὰ τῶν ἄλλων αὐτὸς μαρτυρίας οὐκ ἀναμείνας, πρῶτος εὐθὺς τὰς οἰκείας περὶ αὐτοῦ πίστεις παρέσχετο· Πιστεύσατέ μοι, τέκνα, εἰπών, ὑπὸ μάρτυρι μέλλοντι λέγειν τῇ ἀληθείᾳ, ὡς οὐδέποτέ μοι διὰ πάσης ἐγένετο τῆς ζωῆς τοιοῦτον ἄνδρα ἰδεῖν καὶ οὕτως ἐν ἀρετῇ τοσαύτῃ ζῶντα καὶ εὐλαβείᾳ. Τῶν δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ εἰρημένα φωνῇ μίᾳ C ἐπισφραγισάντων, πάλιν αὐτός· Ἔννοιά μέ τις ἦλθε, φησί· θειοτέρας δέ οἶμαι καὶ προνοίας αὕτη καὶ οἰκονομίας, τῷ τῆς ἱερωσύνης αὐτὸν χρίσματι τελειῶσαι καὶ τὴν κώμην αὐτῷ τὴν πρὸς Ἑλλήσποντον ἐγχειρίσαι· ἴσως δυνήσεται, συναιρομένης αὐτῷ καὶ τῆς ἄνωθεν χάριτος, εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας τοὺς πολλοὺς ὁδηγῆσαι. Ταῦτα ἔφη, καὶ ὡς εἶχεν εὐθὺς ὁ ἐπίσκοπος τῆς καθέδρας ἐξαναστὰς, ἅμα τῷ κλήρῳ παντὶ πρὸς τὸν μακάριον ἔπεισι· καὶ τῆς συνήθους εὐχῆς ἤδη γεγενημένης μετὰ τὸν ἐν Χριστῷ ἀσπασμὸν, τὰ περὶ τῆς κώμης ἅπαντα πρὸς αὐτὸν διεξῄει· πρὸς δὲ καὶ ἠξίου μᾶλα θερμῶς τοῦ τὴν ἐκείνων ἀναδέξασθαι προστασίαν· ὁ δὲ πρῶτα μὲν τὴν ἐπισκόπου δυσχεράνας ἐπιδημίαν, καθάπερ οὐχ ἱκανὸν ἑαυτὸν ἀνδρὸς τηλικούτου παρουσίας οἰόμενος, ἔπειτα δὲ καὶ βαρέως τοὺς παρ' αὐτοῦ δεξάμενος λόγους διὰ D τὴν πολλὴν ἐκείνην συντριβὴν τῆς καρδίας, καὶ μετριότητα, καὶ τὸ τοῦ μηδενὸς ἄξιον ἑαυτὸν ἡγεῖσθαι, τὰ καὶ βίῳ τοιούτῳ καὶ ταπεινώσει τοσαύτῃ προσήκοντα, πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· Τίς εἰμὶ ἐγὼ, Κύριέ μου, Κύριε, λέγων, ὥστε τηλικοῦτον ἱερωσύνης μέγεθος ὑπελθεῖν καὶ λαοῦ βαρέως διδασκαλίαν ἐγχειρισθῆναι; Ἔασον διὰ Χριστὸν, ἔασον πικρῶς ἀποκλαύσασθαι τὰς ἐμαυτοῦ πλημμελείας.

Η'. Πρὸς ὃν ὁ ἐπίσκοπος αὖθις τὸν λόγον ἀναλαβών· Οἶδα σαφῶς, οἶδα, τέκνον ποθεινὸν, Ἀβράμιε, εἶπεν, ὡς τῇ δεδομένῃ σοι παρὰ τοῦ Πνεύματος χά-

ρετι δυνατὸς εἶ καὶ λόγοις καὶ πράγμασι· μὴ οὖν ἀποκνήσῃς ἔργῳ καθεῖναι σαυτὸν, τοσαύτης μὲν ψυχῶν ὠφελείας αἰτίῳ, μεγάλας δὲ καί σοι παρὰ Θεοῦ προξενοῦντι τὰς ἀντιδόσεις. Ὁ δὲ τοῖς προτέροις, ἐπιμένων καὶ ἔτι· Ἔασον, αὖθις παρακαλῶ, ἔασον, ἔλεγε, τὰ οἰκεῖα θρηνῆσαι κακά. Καὶ ὃς ὑπολαβὼν δριμυτέροις αὐτὸν ἠμείβετο λόγοις· Ἰδοὺ δὴ κόσμον, λέγων, καὶ τὰ τοῦ κόσμου καταλιπὼν, καὶ τί μὲν οὐκ ἀσκήσας ἐπαινετὸν, ποίας δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν μὴ φύλαξ ἀναφανεὶς ἀκριβέστατος, τὸ κεφάλαιον οὐκ οἶδ' ὅπως ἔλαθες παραλιπὼν τὴν ὑπακοήν. Τούτων ἀκούσας ὁ μακάριος, τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων ὑποπλησθεὶς καὶ δή τι στενάξας βαθὺ καὶ ὑπόθερμον· Καὶ τίς εἰμι ἐγὼ, κύριέ μου, κύριε, φησὶ, ἵνα καὶ αὖθις ἀναλάβω τὰ εἰρημένα, ὅτι τοιούτοις ἔσχες περὶ ἐμοῦ λογισμοὺς καὶ οὕτως ὅλαις χερσὶν ἀνελκύσαι με φιλονεικεῖς πρὸς τηλικοῦτον ὕψος ἀρχῆς, τὸν εὐτελῆ καὶ ἀπερριμένον; Καὶ ὁ ἐπίσκοπος· Διὰ ὅτι, φησὶν, ὁ μὲν ἑαυτῷ μόνῳ ζῶν καὶ μόνα καλῶς ὅπως ἔχοι τὰ καθ' ἑαυτὸν μεριμνῶν, ἑαυτῷ μόνῳ περιποιεῖ τὴν ὠφέλειαν; Τὸ δὲ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἐπανορθοῦν καὶ ψυχῶν ἐπιμέλειαν πεπιστεῦσθαι, ὅσον ἔχει τὸ κέρδος καὶ ὁποῖον ἀγάπης δεῖγμα τῆς πρὸς Θεὸν, καὶ ὅπως ἁπάσης ἐστὶ μεῖζον τῆς πρὸς αὐτὸν θεραπείας, αὐτὸν ἐκεῖνόν σοι τούτου παρέξομαι μάρτυρα· « Εἰ γὰρ φιλεῖς με, Πέτρε, φησὶ, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. » Ὥστε τοσοῦτον μέλει Θεῷ τῆς τῶν ποιμνίων ἐπιμελείας, ὡς καὶ μέγιστον τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης σημεῖον τὴν περὶ ταῦτα τιθέναι κηδεμονίαν. Τοιαύταις συμβουλαῖς τε καὶ ὑποθήκαις, τοιούτοις ὑποφωνήμασι, πεισθεὶς ὁ Ἀβράμιος, ἠκολούθει πρὸς τὴν πόλιν τῷ ἐπισκόπῳ, κἀκείνου τελέσαντος ἐπ' αὐτῷ τὰ εἰκότα καὶ οὕτω τέλειον αὐτὸν ἀναδείξαντος ἱερέα, εἶτα καὶ σὺν ἅμα τῷ κλήρῳ παντὶ καὶ τῷ λαῷ τοῦτον προπέμψαντος, τὴν προκειμένην ἐκεῖθεν ὁδὸν ἦρχετο, πολλὰ μεταξὺ δάκρυα χέων καὶ τὴν ἄνωθεν ροπήν τε καὶ συμμαχίαν ἐπικαλούμενος.

A Ne ergo dubitaveris ad munus accedere, quod erit quidem causa tantæ animarum utilitatis, magnas autem apud Deum tibi conciliabit remunerationes. Ille vero perseverans in prioribus : Sine rogo, rursus dicebat, sine me mala propria deflere. Ille vero respondens, acrioribus eum verbis excepit, Ecce, dicens, cum et mundum, et quæ mundi sunt omnia reliqueris, et quid non laudabile quidem exercueris, quodnam autem Dei præceptum non accurate servaveris, id quod est præcipuum, nescio quomodo imprudens prætermisisti, nempe obedientiam. Hæc cum ille audiisset B. Abramius, oculos suffusus lacrymis, et ex imo graviter suspirans : Quis ego sum, domine, domine mi, inquit (ut rursus repetam ea, quæ dicta sunt), ut de me talem susceperis cogitationem, et me, qui sum vilis et abjectus B sic tota manu contendas attrahere ad tantam virtutis altitudinem ? Episcopus autem : Quoniam, inquit, qui sibi quidem soli vivit, et solum curat, ut res suæ recte se habeant, sibi soli parat utilitatem. Alios autem corrigere et animarum sibi creditarum curam gerere, quantum habet emolumentum, et quantum charitatis in Deum indicium, et quod id sit majus quovis alio cultu Creatoris et Domini, adducam tibi illius ipsius testimonium : « Si enim diligis me, Petre, inquit, pasce oves meas [11]. » Quamobrem Deo tantæ sunt curæ greges, ut maximum signum in ipsum dilectionis, eorum curam esse statuat. Talibus consiliis, monitis et sermonibus persuasus Abramius episcopum ad urbem est C secutus. Cumque, ille in ipso, quæ par erat, peregisset, et sic eum perfectum creasset sacerdotem, et deinde cum toto clero et populo eum deduxisset, propositam illinc viam iniit, multas interim fundens lacrymas, et supernum invocans auxilium.

Θ'. Γενόμενος δὲ κατὰ τὴν κώμην καὶ ταύτην ὑπὸ βαθεῖ σκότῳ τῆς ἀσεβείας κειμένην καταλαβὼν, καὶ ὃ φησι ὁ θεῖος Παῦλος, « Τὴν τοῦ Μονογενοῦς δόξαν ἐν ὁμοιώματι γλυπτοῦ ἀλλαξαμένην, » τοιαῦτα τῷ Θεῷ ἐν συντριβῇ καρδίας προσηύχετο· Δέσποτα φιλάνθρωπε, Χριστὲ ὁ Θεός, ὁ μόνος ἀγαθὸς, ὁ μόνος ἀνεξίκακος ὁ μόνος ἐλεήμων, ὁ τὸν ἄνθρωπον ἀφάτῳ εὐσπλαγχνίᾳ δημιουργήσας, ὁ συνιεὶς εἰς πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ καὶ καρδίας καὶ νεφροὺς ἐτάζων καὶ γινώσκων τοὺς διαλογισμοὺς αὐτοῦ, μὴ παρίδῃς τὸ σὸν πλάσμα, τὸ τῆς σῆς χειρὸς δημιούργημα κακῶς ὑπὸ τοῦ νοητοῦ θηρὸς ἀπολλύμενον· ἀλλ' ἐξελοῦ αὐτοὺς τῆς τοῦ ἐχθροῦ τυραννίδος καὶ δὸς D αὐτοῖς τὴν τῆς σῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν· σὺ γὰρ οἶδας, ὅτι οὐ δόξης ἕνεκεν ἀνθρωπίνης, ἀλλὰ σωτηρίας ψυχῶν, τὴν φροντίδα ταύτην καὶ τὴν διακονίαν ἀνεδεξάμην. Ταῦτα τοιγαροῦν προσευξάμενος καί τινα τῶν ὑπολειφθέντων αὐτοῦ χρημάτων παρὰ τοῦ φίλου, ᾧ τὴν τούτων ἀνέθετο πρόνοιαν κομισάμενος, ἱκὰν δὲ αὐτῶν εὐκτήριον ἀνεγείρει ἐπιτερπέστατον

IX. Cum autem venisset in vicum, et cum invenisset jacentem in profundis tenebris impietatis, et ut dicit divinus Paulus[12], et Gloriam Unigeniti mutatam in similitudinem sculptilis, » sic Deum precabatur in contritione cordis : Benigne et clemens Domine Christe Deus, qui es solus bonus, qui es solus patiens, qui es solus misericors, qui creasti hominem benignitate ineffabili, qui intelligis omnia opera ejus, et corda et renes examinas, et intelligis ejus cogitationes : ne despicias tuum figmentum, opus tuarum manuum, quod male necatur a bellua, quæ percipitur intelligentia : sed libera eos a tyrannide inimici, et da eis veritatis tuæ agnitionem. Tu enim scis, quod non propter humanam gloriam, sed propter animarum salutem suscepi hanc curam et hoc ministerium. Cum sic ergo esset precatus, et aliquas accepisset pecunias, quæ remanserant apud amicum, cui curam commiserat facultatum, ex ipsis ædem exstruit oratoriam longe elegantissimam. Postquam autem finitum fuit ædificium, in-

[11] Joan xxi, 17. [12] Rom. i, 23.

cruentum in eo sacrificium Deo offerebat, et similes prioribus rursus fundebat preces : Collige, Domine, dicens, oves tuas errantes in hanc mandram recenter ædificatam, aperiens eis viam salutis per tui agnitionem, ad gloriam tui gloriosi nominis. Tu es enim Deus solus misericordiæ et miserationum, qui non vis mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat[18]. Cum has ei preces obtulisset, et cor deinde vir sapiens confirmasset, et fuisset repletus zelo et desiderio, obiens statuas dæmonum, eas omnes diruit, et humi evertit, quæ erant vere terra dignæ, soloque cinere et pulvere.

A τε καὶ χαριέστατον. Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχε τὰ τῆς οἰκοδομίας, τὰς ἀναιμάκτους θυσίας ἐν αὐτῷ προσῆγε Θεῷ καὶ τὰς ὁμοίας καὶ πάλιν προσευχὰς ἐποιεῖτο· Συνάγαγε, Κύριε, τὰ πεπλανημένα σου πρόβατα, λέγων, εἰς τὴν νεόκτιστόν σου ταύτην μάνδραν, ἀνοιγὼν αὐτοῖς εἴσοδον σωτηρίας διὰ τῆς σῆς ἐπιγνώσεως, εἰς δόξαν τοῦ σοῦ ὀνόματος· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς μόνος ἐλέους καὶ οἰκτιρμῶν, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Ταύτας οὖν αὐτῷ τὰς δεήσεις προσενεγκών, εἶτα καὶ τὴν καρδίαν ὁ σοφὸς ἐπιῤῥώσας, ζήλου τε καὶ ὁρμῆς ἔμπλεως γεγονὼς καὶ τὰ τῶν δαιμόνων ἀγάλματα περιελθὼν καθαιρεῖ πάντα καὶ εἰς ἔδαφος ἀνατρέπει, τὰ γῆς ἀληθῶς ἄξια καὶ σποδοῦ μόνης καὶ κόνεως.

X. Cum autem post hæc accessissent quidam ex infidelibus, ut illis sacrificarent statuis, et eas precarentur, vidissentque gravi casu corruisse, non ignorarunt hostem : manifestum enim et virtus et studium arguebant utrinque Abramium : statimque correptis lignis et lapidibus, repente in sanctum irruerunt : nec prius cessarunt eum petere et crudelissime percutere, quam eum vidissent plane defecisse, et extremam jam agere animam. Recesserunt enim, existimantes eum mox esse moriturum. Ille autem cum circa mediam noctem recreatus esset ab illis intolerandis doloribus, vix tandem surgens, in templum est ingressus : et cum se pronum humi dejecisset, flens graviter, et fronte solum verberans, acerrimo et maximo studio fundebat preces pro illorum salute, ut depellerent impietatis nubem, quæ eos detinebat, et pure aspicerent ad radios veritatis. Mane autem cum illi ad templum accessissent, non gratia orationis (quomodo enim, cum eorum animi fluctuarent adhuc salo impietatis ?) sed ad videndam ædificiorum structuram (erat enim templum bene figuratum, et ea, qua par erat, symmetria constructum, et quod animum et oculos satis poterat lætificare), cum, inquam, venissent in templum, et offendissent sanctum in eo precantem, priorem rursus sævitiam et rabiem in eum ostenderunt : et cum eum rursus variis modis et vehementer cecidissent, vinculis et funibus omni ex parte comprehensum, trahunt per medium vicum, et in eum omni ex parte lapides nive cadente densiores conjecerunt, ignorantes stulti, pro qua gratia, pro quali pro ipsis precatione, qualem reddiderint ei remunerationem. Ille ergo tunc quidem ab eis relictus et semimortuus, jam a plagis dissolutus et sanguinem in terram fundens. Cum autem media nocte ad se rediisset, dicebat : Domine, quousque oblivisceris mei in finem ? Quousque avertis faciem tuam a me ? Quousque opera manuum tuarum despicis, quæ pereunt ? Hæc Deo dicebat, et verba miscebat lacrymis. Deinde autem vix tandem e solo surgit, perinde ac si non esset confectus tot plagis et vulneribus, et in dictum templum rursus ingreditur.

Ι΄. Μετὰ δὲ ταῦτα παραγενόμενοί τινες τῶν ἀπίστων τοῦ καὶ θῦσαι τοῖς τοιούτοις ἀγάλμασι καὶ προσεύξασθαι, καὶ πτῶμα κείμενον χαλεπὸν ἰδόντες, οὐκ ἠγνόησαν τὸν πολέμιον· δῆλον γὰρ ἥ τε ἀρετὴ καὶ ὁ ζῆλος ἐποίουν πανταχοῦ τὸν Ἀβράμιον· καὶ ξύλα καὶ λίθους εὐθὺς ἁρπάσαντες ἔθεον ἅθροοι κατὰ τοῦ ἁγίου καὶ οὐκ ἀνῆκαν βάλλοντες αὐτὸν καὶ ὠμότατα παίοντες, ἕως παντελῶς ἀπαγορεύσαντα εἶδον καὶ πρὸς αὐταῖς ἤδη ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς γενόμενον· οἱ μὲν γὰρ οὐκ εἰς μακρὰν αὐτὸν ἀποθανεῖσθαι νομίσαντες ἀπηλλάγησαν. Ὁ δὲ περὶ μέσας νύκτας τῶν ἀφορήτων ὀδυνῶν ἐκείνων ἀνενεγκών, μόλις ὡς εἶχεν ὑπαναστὰς εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν καὶ πρηνὴς καταβαλὼν ἑαυτὸν καὶ πικρὸν κάτωθεν ἀνοιμώζων καὶ τῷ μετώπῳ τύπτων τὸ ἔδαφος, τῇ θερμότητι ταύτῃ καὶ τῇ σπουδῇ τῶν εὐχῶν ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐκέχρητο σωτηρίας, ὥστε τὸ κατέχον αὐτοὺς τῆς ἀσεβείας ἀποσείσασθαι νέφος καὶ καθαρῶς πρὸς τὰς αὐγὰς διαβλέψαι τῆς ἀληθείας· ἐωθεν δὲ κἀκεῖνοι τῷ ναῷ ἐπιστάντες, οὐ προσευχῆς χάριν (πῶς γὰρ ἔτι τῷ σάλῳ τῆς ἀπιστίας τὰς ψυχὰς κυμαινόμενοι ;). ἀλλὰ κατὰ θέαν τῆς τῶν οἰκοδομημάτων κατασκευῆς (ἦν γὰρ ὁ ναὸς σχήματος εὖ ἔχων καὶ συμμετρίας, καὶ ψυχὴν ἅμα καὶ ὀφθαλμοὺς ἱκανῶς εὐγραίνειν δυνάμενος)· ἐν τῷ ναῷ τοίνυν γενόμενοι, καὶ τὸν ἅγιον εὐχόμενον ἐν αὐτῷ καταλαβόντες, τὴν προτέραν αὖθις ὠμότητα καὶ λύσσαν εἰς αὐτὸν ἐπεδείξαντο, καὶ πολυτρόπως τὸν ἄνδρα πάλιν καὶ σφοδρῶς αἰκισάμενοι, δεσμοῖς τε πάντοθεν καὶ σχοινίοις ἀπολαβόντες, διὰ μέσης εἵλκον τῆς κώμης καὶ λίθους ἐπ' αὐτὸν πανταχόθεν νιφετῷ παραπλησίους ἠφίεσαν ἀγνοοῦντες ἡλίκης οἱ μάταιοι χάριτος, οἵας ὑπὲρ αὐτῶν εὐχῆς, οἵας ἀμοιβὰς ἀπεδίδοσαν. Ἐκεῖνος τοίνυν τότε μὲν ἡμιθανὴς ὑπ' αὐτῶν κατελείφθη, ἐκλελυμένος ὑπὸ τῶν πληγῶν ἤδη καὶ καταῤῥέων ἐπὶ τὴν γῆν. Ἐπεὶ δὲ ἦν ἐκ μέσων νυκτῶν ἀνανήψας καὶ ὥσπερ ἐν ἑαυτῷ γενόμενος· Ἕως πότε, Κύριε, ἔλεγεν, ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος, ἕως πότε ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ ; ἕως τίνος τὰ ἔργα τῶν σῶν χειρῶν περιορᾷς ἀπολλυμένα ; Ταῦτα ἔλεγε πρὸς τὸν Θεὸν καὶ δάκρυσιν ἐκίρνα τὰ ῥήματα. Ἔπειτα μέντοι καὶ ὑπανίστατο, τοῦ ἐδάφους σχολῇ καὶ σὺν χρόνῳ, καθάπερ ἂν εἴ τις ὑπὸ τραύμασι καὶ πληγαῖς τοσαύταις κατειργασμένος καὶ εἰς τὸν εἰρημένον αὖθις ναὸν εἰσέρχεται.

[18] Ezech. XVIII, 23.

ΙΑ'. Εἰς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν καὶ οἱ χριστομάχοι θῆρες ἐκεῖνοι πάλιν ἐν αὐτῷ γενόμενοι, καὶ τοῦτον εὐχῆς εὑρόντες ἐκεῖ καὶ ὕμνων εὐχόμενον, οὐκ ἔτι πράως ἐνεγκεῖν ἠδυνήθησαν, ἀλλὰ πληγάς τε αὐτῷ τὰς προτέρας ἢ πολλῷ καὶ μείζονας ἐπιθέντες, δεσμοῖς τε τοῖς ὁμοίοις ὑποβαλόντες, πόρρω που τῆς κώμης φέροντες ἔρριψαν. Τούτοις οὖν τρίτον ἐξῆς ἐνιαυτὸν χρόνον Ἀβράμιος, οὐκ ὀκλάσας, οὐ καθυφείς, οὐ καθευξάμενος οὐδενός, ἀλλὰ τῷ μίσει προστιθεὶς τὴν ἀγάπην, τῷ θυμῷ τὴν πραότητα, ταῖς λοιδορίαις τὰς εὐλογίας, νουθετῶν, συμβουλεύων, παρακαλῶν τοὺς πρεσβύτας, τοὺς νέους, πᾶσαν ἁπλῶς ἡλικίαν, ὡς πατέρας, ὡς τέκνα, ὡς ἀδελφούς, οὐδὲν ὅλως ἀγεννὲς οὐδὲ μικρόψυχον ἐνδεικνύμενος, ἀλλ' ἔργῳ τὸ τοῦ θείου Δαυὶδ ἐκπληρῶν, καὶ ἀναγκῶν μεταξὺ καὶ θλίψεων τὰς ἐντολὰς Κυρίου μελέτην ποιούμενος· διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἐξήνθησεν ἐπ' αὐτὸν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ καὶ συνελήλυθότες ἀθρόον οἱ πρώην ἀσεβεῖς ἐκεῖνοι καὶ ἄπιστοι· Θεοῦ δὲ τοῦτο πάντως τοῦ παιδεύοντος ἄνθρωπον γνῶσιν καὶ τῆς ἐκείνου περὶ τὸν Ἀβράμιον χάριτος· συναχθέντες οὖν πάντες οἱ τὴν κώμην ἐκείνην οἰκοῦντες, καὶ οἷα εἰκὸς ἐν συναγωγῇ πλήθους ὁμιλίας τε πολλῆς καὶ λόγων πάντοθεν κινουμένων τὰ τοῦ ἀνδρὸς εἰς μέσον παρήγετο, καὶ θαῦμα τὰς ἁπάντων ἐπλήρου ψυχάς, καὶ δεινῶς ὑπὸ τῆς ἐκπλήξεως ἀπορούμενοι· Ὁρᾶτε, πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον, οἷα κατὰ τοῦ Ἀβραμίου ἡμῖν εἴργασται! ὁ δὲ πρὸς ἡμᾶς ὅπως χρηστὸς ἔχει καὶ φιλανθρώπως, καὶ μεθ' ὅσης εὐψυχίας καὶ γενναιότητος τὴν τοσαύτην ὑπήνεγκεν ἐπιφορὰν τῶν δεινῶν; Πάντως εἰ μή τις ἦν Θεὸς ἀΐδιος ἀληθῶς καὶ ἀθάνατος ἀξίας τῶν πόνων καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι δυνάμενος, οὐκ ἂν τηλικαύτην δι' αὐτὸν ὑπομονὴν ἐπεδείξατο. Καὶ τὰ θεῶν δὲ ἡμετέρων ἀγάλματα εἴδετε ὡς ἀπονητὶ πάντα καὶ ῥᾳδίως κατέστρεψε καὶ οὐδεὶς ἠδυνήθη τῶν τοιούτων θεῶν οὐδὲ κἂν αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπαμῦναι τὴν ὕβριν;

ΙΒ'. Ταῦτα ἐκεῖνοι μὲν πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον. Θεὸς δὲ τέλος τοῖς ῥήμασιν ἐπίθηκε δεξιόν, καὶ τὰς ψυχὰς εὐθὺς διαθερμανθέντες· Δεῦτε πάντες, τῷ χρηστῷ ἀνδρὶ τούτῳ προσπέσωμεν, εἶπον, συνθέμενοι τῷ ὑπ' αὐτοῦ κηρυσσομένῳ Θεῷ. Καὶ ἅμα τῷ λόγῳ συντρέχουσιν αὐτίκα πρὸς τὸν ναόν, καθάπερ ὑπὸ μιᾶς τῆ γλώττῃ καὶ τῇ ψυχῇ κράζοντες. Δόξα σοι, τῷ πέμψαντι τὸν δοῦλον αὐτοῦ Ἀβράμιον Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ· ἐξελεῖν ἡμᾶς τὴν τῶν εἰδώλων ἀχλύος. Ὅπερ ὁ μακάριος ἐκεῖνος παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἰδών, καί τινος ἀφάτου τὴν καρδίαν πληρωθεὶς εὐφροσύνης, ἁρπάζει παραχρῆμα τὸν καιρὸν καί· Ὦ πατέρες ἐν Κυρίῳ, καὶ τέκνα, καὶ ἀδελφοί, φησί, δεῦτε, κοινῇ ἀποδῶμεν δόξαν Θεῷ τῷ θαυμαστῶς οὕτω καὶ ἀπορρήτως τὰ τῆς ψυχῆς ὑμῶν φωτίσαντι ὄμματα, καὶ λάβετε τὴν σφραγῖδα τοῦ Πνεύματος· προσέλθετε πρὸς αὐτόν, καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Τούτοις τοῖς λόγοις καὶ τὴν τῆς πίστεως συνείρει διδασκαλίαν, καὶ ὅπως χρὴ πιστεύειν διεξελθών, τῆς διὰ τοῦ βα-

A XI. Die autem sequenti belluæ illæ Christi inimicæ, cum illic rursus venissent, et eum orantem invenissent, ne tunc quidem potuerunt id ferre moderate : sed cum ei plagas priores, aut etiam multo majores imposuissent, et eum similibus vinculis alligassent et traxissent, procul a vico projecerunt. In his ergo se tres annos deinceps fortiter gessit Abramius, non fractus, non cedens, nec ulli male imprecans : sed odio charitatem adjungens, iræ mansuetudinem, maledictis benedictiones, admonens, consulens, adhortans, senes, adolescentes, omnem, ut semel dicam, ætatem, ut patres, ut filios, ut fratres, nihilque omnino ostendens, quod sit pusilli et abjecti animi : sed reipsa implens, quæ sunt divini Davidis, et inter necessitates et afflic- B tiones meditans præcepta Domini [14]. Propter hæc in ipsum floruit ejus sanctificatio. Nam cum repente convenissent illi, qui nuper erant impii et infideles (est autem hoc Dei omnino, qui docet hominem scientiam, et illius gratiæ in Abramium), omnesque qui illum vicum habitabant, congregati essent, et, ut est consentaneum in cœtu multitudinis, sermones omni ex parte haberentur, res Abramii in medium adducebatur, et omnium animi implebantur admiratione. Itaque cum præ stupore in magnam adducti essent dubitationem : Videtis, dicebant inter se invicem, qualia a nobis facta sunt adversus Abramium : ille autem quam benigne et clementer in nos se gerit, quamque fortiter ac ge- C nerose tulit mala, quæ sunt ei illata ? Omnino nisi esset vere Deus aliquis æternus et immortalis, qui potest pro laborum meritis reddere remunerationes, non ostendisset tantam pro ipso tolerantiam. Porro autem deorum nostrorum imagines videtis quam facile et citra ullum laborem evertit, neque ullus ex iis diis potuit a se propulsare injuriam ?

XII. Hæc illi quidem inter se dicebant. Deus autem verbis finem imposuit convenientem. Ii enim protinus incitati animis, dixerunt : Adeste omnes, ad hujus boni viri genua procidamus, consentientes Deo, qui ab ipso prædicatur. Quæ simul atque dixissent, concurrunt protinus ad templum, tanquam una lingua et anima clamantes : Gloria tibi Deo cœli, qui misisti servum tuum Abramium, ut nos D a simulacrorum liberaret caligine. Quod quidem cum ille beatus vidisset præter omnem spem, ineffabili in corde repletus lætitia, repente tempus quoque arripit, et : O patres in Domino, et filii, et fratres, inquit, adeste, et Deo simul reddamus gloriam, qui tam admirabiliter et arcane illuminavit vestros animæ oculos : et accipite signaculum spiritus. Accedite ad ipsum, et illuminamini : et vestri vultus pudore nequaquam afficientur [15]. His verbis conjungit etiam doctrinam veritatis. Et cum, quomodo credere oporteat, verbis esset persecutus, eos in filiorum adoptionem asciscit per baptismum, cum

[14] Psal. cxvm, 77, et alibi passim. [15] Psal. xxxm, 6.

essent numero circa mille. Et deinceps erat multus in eis quotidie admonendis et docendis. Illi autem tanquam bona terra, et pinguis, et aquis irrigua, reddiderunt fructus multiplicatos divinorum seminum. Atque annus quidem in his consumptus ab Abramio.

XIII. Deinde timens, ne, dum in vici curis versaretur et tumultibus, sibi aliqua re indulgeret ex iis quæ ad victum pertinent : cumque jam videret gregem perfectum et absolutum in divinis mandatis, statuit ad priorem reverti solitudinem. Cum noctu itaque surrexisset, dicebat : Domine, qui es solus bonus, qui solus es immemor acceptæ injuriæ, qui hanc recens collectam multitudinem solvisti a vinculis adversarii, et per eam, quam in te habent, fidem tuo colligasti vinculo : conserva hunc parvum tuum gregem invictum ab insidiis dæmonum, eos tanquam armis muni tua protectione, et eum accinge forti tua potentia : te autem propitium ego quoque miser inveniam, quando judicium pones in spem, et misericordiam tuam in trutinis. Ad peccati rationem nihil mihi imputetur a tua benignitate hic meus recessus. Tu enim es occultorum cognitor, et cordium examinator, et tu e longinquo cognovisti cogitationes meas, quod propter te et tui amorem suscepi hanc peregrinationem : et ecce me subduco ab iis omnibus, quæ ad victum pertinent, ne si ad aliquid horum, tanquam ad scopulum impegero, in medio mari curarum mundanarum subeam naufragium. Atque sic quidem finem acceperunt ejus preces : et cum Dominico signo vicum muniisset, et eum Deo commendasset, se clanculum proripit ad secessum.

XIV. Mane ergo cum de more venissent vicani ad templum Dominicum, ut benedictionem Pastoris assequerentur, cumque eum ibi non invenissent, illos invasit confusio, mœrorque et animi ægritudo. Eum igitur diligenter quærunt, non parvam terræ partem obeuntes. Sed reversi vacuis manibus, cum calidis lacrymis accedunt ad episcopum, et apud eum deflent, se esse privatos suo pastore. Ille autem sauciatus paribus telis ægritudinis, eum quoque quærit similiter. Postquam vero et ipse cognovit se ea facere, quæ erant inutilia (tuto enim propter quietis ac silentii cupiditatem latebat Abramius), tunc, sui cleri accepta parte aliqua, cum venisset ad vicum, primum quidem illorum animos satis consolatur, qui ægre ferebant pastoris absentiam. Deinde cum eos elegisset, qui erant virtute insigniores : et alios quidem presbyteros, alios autem diaconos constituisset, et alios cooptasset in alios sacros gradus : et iis veluti quamdam tradidisset regulam, et formam glorificationis, quæ fit in Ecclesia, et eis precatus esset vitam pacatam et a molestia liberam, recedit. Quæ quidem nec divinum quidem latuerunt Abramium. Sed ipse quoque, cum in eo, in quo latebat, loco hæc per Spiritum cognovisset, ab illius vici curis animum liberavit. Nam etsi trahebatur

πτίσματος αὐτοὺς υἱοθεσίας καταξιοῖ περί που χιλίους τὸν ἀριθμὸν ὑπάρχοντας· καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου πολὺς ἦν παραινῶν καθ' ἑκάστην, καὶ διδάσκων αὐτούς, καὶ διαλεγόμενος. Οἱ δὲ, ὥσπερ ἀγαθή τις γῆ, καὶ πίων, καὶ εὔυδρος, πολλαπλασίους τῶν θείων σπερμάτων τοὺς καρποὺς ἀπεδίδοσαν. Ἐνιαυτὸν μὲν οὖν ἐν τούτοις τῷ Ἀβραμίῳ ἠνύετο.

ΙΓ'. Ἔπειτα δείσας μὴ ἐν μέσῃ κωμῃ καὶ φροντίσι καὶ θορύβοις στρεφόμενος προσηλωθῇ τινι τῶν βιωτικῶν, ἄλλως δὲ καὶ τὴν ποίμνην ἤδη ταῖς θείαις ἐντολαῖς κατηρτισμένην ἰδών, εἰς τὴν προτέραν ἔγνω καὶ πάλιν ἐπανελθεῖν ἐρημίαν. Νυκτὸς τοιγαροῦν ἀναστάς· Κύριε ὁ μόνος ἀγαθὸς, ὁ μόνος ἀμνησίκακος, ἔλεγεν, ὁ τὴν νεόλεκτον ταύτην πληθὺν τῶν τοῦ ἀντικειμένου λύσας δεσμῶν, καὶ διὰ τῆς εἰς σὲ πίστεως πόθῳ συνδείσας τῷ σῷ αὐτὸς ἐπιβουλαῖς δαιμόνων ἀνάλωτον, τὸ μικρόν σου τουτὶ συντήρησον ποίμνιον· τείχισον αὐτοὺς ὡς ὅπλῳ τῇ σκέπῃ σου, καὶ τῇ κραταιᾷ σου δυναστείᾳ περίξωσον· εὑμενῆ δέ σε καὶ ὁ ταλαίπωρος ἐγὼ εὕροιμι, ὅτε θήσεις κρίσιν εἰς ἐλπίδα καὶ τὴν ἐλεημοσύνην σου εἰς σταθμούς· μηδὲν ἁμαρτήματος λόγῳ τῷ τῆς ὑποχωρήσεως ταύτης παρὰ τῇ σῇ χρηστότητι λογισθείη μοι· σὺ γὰρ εἶ γνώστης κρυφίων καὶ καρδιῶν ἐξεταστὴς, καὶ σὺ συνῆκας τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν, ὅτι διὰ σὲ καὶ τὸ σὸν φίλτρον τὴν ἀποδημίαν ταύτην εἱλόμην· καὶ τῶν βιωτικῶς ἰδοὺ πάντων ἐμαυτὸν ὑπεξάγω, μή πού τινι τούτων οἷα σκοπέλῳ προσράξας, ἐν πελάγει μέσῳ τῶν κοσμικῶν φροντίδων ὑποστῶ τὸν ναυάγιον. Εἶχε μὲν οὖν αὐτῷ τέλος τὰ τῆς εὐχῆς, καὶ τρὶς τῷ Δεσποτικῷ σημείῳ τὴν κώμην διασφραγίσας καὶ ταύτην Θεῷ παραθεὶς, ἐξόδῳ τινὶ λαθραίᾳ κλέπτει τὴν ὑποχώρησιν.

ΙΔ'. Ἔωθεν οὖν τοὺς τῆς κώμης τὸ κυριακὸν, ὡς ἔθος, καταλαβόντας, ὥστε τῆς παρὰ τοῦ ποιμένος εὐλογίας ἀξιωθῆναι, καὶ τοῦτον ἐν αὐτῷ μὴ εὑρόντας, σύγχυσις εἶχε, καὶ λύπη, καὶ ἀθυμία· ἔρευναν τοίνυν τοῦ ἀνδρὸς ἀκριβῆ ποιησάμενοι, μέρος τε γῆς οὐκ ὀλίγον κατὰ ζήτησιν ἐκείνου περιελθόντες καὶ κεναῖς χερσὶν ὑποστρέψαντες, προσέρχονται μετὰ θερμῶν δακρύων τῷ τῆς ἐπισκοπῆς προεστῶτι καὶ τὴν τοῦ ἰδίου ποιμένος στέρησιν πρὸς αὐτὸν ἀποδύρονται. Ὁ δὲ τοῖς ἴσοις τῆς ἀθυμίας καὶ αὐτὸς τρωθεὶς βέλεσιν, ἴσην αὐτοῦ ποιεῖται καὶ ζήτησιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτος ἀνήνυτα ἔγνω πονῶν (ἐκρύπτετο γὰρ ἀσφαλῶς ἐπιθυμίᾳ τοῦ τῆς ἡσυχίας καλοῦ ὁ Ἀβράμιος), μέρος τοῦ ὑπ' αὐτὸν κλήρου τηνικαῦτα παραλαβὼν καὶ εἰς τὴν κώμην γενόμενος, πρῶτα μὲν ἱκανῶς παραμυθεῖται τὰς ἐκείνων ψυχὰς ὀδυνηρως ἄγαν ἐχούσας τῇ τοῦ ποιμένος ἀποδημίᾳ, ἔπειτα τοὺς δι' ἀρετὴν ἐπιφανεστέρους ἀπολεξάμενος, τοὺς μὲν πρεσβυτέρους, τοὺς δὲ διακόνους καὶ ἄλλους ἄλλοις τῶν ἱερῶν ἐγκαταλέξας βαθμῶν, καὶ τούτοις οἱονεί τινα παραδοὺς κανόνα καὶ τύπον τῆς κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν δοξολογίας καὶ ζωὴν αὐτοῖς εἰρηνικήν τε καὶ ἄλυπον ἐπευξάμενος, ἀπαλλάττεται. Ἅπερ οὖν οὐδὲ τὸν θεῖον Ἀβράμιον ἐλελήθει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν ᾧ κέκρυπτο τόπῳ τὰ τοιαῦτα

μαθὼν καὶ τῶν περὶ τῆς κώμης ἐκείνης φροντίδων τὴν ψυχὴν ἀπολύσας (εἰ γὰρ τῷ τῆς ἐρημίας εἵλκετο ἔρωτι, ἀλλὰ καὶ ταῖς περὶ τοῦ ποιμνίου φροντίσι πάλιν δεσμοῖς τισιν ἀλύτοις ἐδέδετο), τὴν ψυχὴν τοίνυν ἐπὶ τούτοις διαναπαύσας, Θεῷ τε τὰ εἰκότα εὐχαριστήσας, εἰς τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο κοὶ πάλιν ἐπάνεισιν οἰκητήριον ἐχόμενά τε αὐτοῦ οἰκίσκον ἕτερον ἐποικοδομήσας καὶ τὴν εἴσοδον ἀποφράξας, τῇ προτέρᾳ δίδωσι καὶ αὖθις ἑαυτὸν ἐρημίᾳ. Τίνα δὲ τὰ ἐντεῦθεν καὶ ὁποίας αὐτῷ τίθησι παγίδας ὁ τοῖς τοιούτοις ἀεὶ βασκαίνων ἐχθρὸς, μὴ παραλιπεῖν ἄξιον. Μέσαι μὲν δὴ νύκτες ἦσαν τὰς συνήθεις εὐχὰς ποιουμένῳ τῷ Ἀβραμίῳ καὶ ὁ τοῦ σκότους προστάτης προσωπεῖον φωτὸς ὑποδὺς καὶ αὐτὸ τοῦτο φῶς εἶναι ὑποκρινάμενος, φωνὴν πρὸς αὐτὸν ὡς ἀπὸ πλήθους ἔῤῥιει πολλοῦ · Μακάριος εἶ, γέρον Ἀβράμιε, λέγουσαν, ὄντως μακάριος εἶ, καὶ οὐδεὶς οὕτω τὰ θεῖα τέλειος ἐγένετο κατὰ σέ. Ὁ δὲ τὸ πρᾶγμα μὴ ἀγνοήσας, ἀλλὰ τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι ὑπονοήσας, τὸν καὶ πρώην ἰσοθείας ὑποβολῇ τὸν ἄνθρωπον ἀπατήσαντα καὶ τὸ φῶς τοῦτο πάλιν οἱονεί τι δέλεαρ εἶναι κενοδοξίας ὑπολαβών · Πεφίμωσο, ἔλεγεν · ἐπιτιμᾷ σοι Χριστὸς ὁ Θεὸς, πονηρέ · ἀφίστασο θᾶττον ἀπ' ἐμοῦ, ὑποχώρει μοι ! οὐδὲν γὰρ ἂν ἕτερον ἐμαυτὸν ἔγωγε οἰηθείην, ὅτι μὴ γῆν καὶ σποδόν. Ταῦτα εἶπε, καὶ εἰς καπνὸν εὐθὺς ἡ φαντασία τοῦ φωτὸς διελύθη, καὶ τὸ δρᾶμα ἠλέχθη, καὶ ἡ σκηνὴ τὸ προσωπεῖον ἀπέῤῥιψεν. Οὕτω τοιγαροῦν αἰσχυνθὰς, διὰ τῶν ἐναντίων προσβάλλει, ὥσπερ ἐκεῖ διὰ κολακείας, οὕτως ἐνταῦθα διὰ δέους ὑποσκελίσαι πειρώμενος.

ΙΕ'. Οὐ πολὺ γὰρ τὸ ἐν μέσῳ καὶ ὁρᾶται νύκτωρ αὐτῷ πάλιν ἀξίνην κατέχων τῇ δεξιᾷ καὶ μέσην μὲν εἰκὸς τὴν τῆς στέγης δοκὸν διατέμνειν, συσσείων δὲ δεινῶς καὶ κλονῶν τὸν οἰκίσκον, πλήθη τε κατὰ τοῦ Ἀβραμίου μετὰ σπουδῆς οἱονεὶ συγκαλῶν καὶ ὅλως θορυβῶν τὸν ἄνδρα καὶ ἐκταράττων. Ὁ δὲ κἀνταῦθα πάλιν ὁ αὐτὸς ἦν, οὐκ ἀγνοῶν τὸν πολέμιον · ἀμέλει καὶ πρὸς τὴν ὄψιν οὐδὲν διαταραχθείς · « Πάντα τὰ ἔθνη ἐκύκλωσάν με, » ῥῆμα καθ' ἑαυτὸν ὑπερῴνει, « καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. » Τοιαύταις κατ' ἐχθροῦ ἐπῳδαῖς ὁ Ἀβράμιος, τοιούτοις ὅπλοις ἐκέχρητο. Τί οὖν ἐκεῖνος ; Ἐπιστρατεύει καὶ αὖθις αὐτῷ μετὰ ταῦτα, σφοδρῷ πάνυ πυρὶ καταπιμπρᾷν δοκὸν τὸ ψιάθιον · καὶ ὃς οὐδὲν πρὸς τὴν φλόγα παθὼν ἐκείνην, ἀταράχῳ ψυχῇ ἐπέβαινεν αὐτῆς καταστήματι · « Ἐπὶ ἀσπίδα, λέγων, καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. » Εἶτα καταλαμβάνει λοιπὸν ἡ τῆς τροφῆς προθεσμία καὶ ὁ μὲν ὕδωρ μόνον ἑαυτῷ παρατίθεται · μεταβαλὼν δὲ εἰς νεανίσκον ὁ πονηρὸς, τῇ χειρὶ ψαύει τοῦ ποτηρίου, ἀνατρέψαι τοῦτο πειρώμενος. Ἀβράμιος δὲ ὁ θεῖος μηδὲν ὑποδειλιάσας μετὰ καταστάσεως ὑγιοῦς τὸ ὕδωρ προσίετο · καὶ ὁρᾷ μοι τοῦ πονηροῦ τὴν ἀναίδειαν καὶ ὅπως πολλάκις ἀποκρουσθεὶς οὐδὲ οὕτως ἀφίστατο · ἀλλ' εἰς ἕνα τῶν ὑπηρετουμένων τῷ ἁγίῳ καὶ στολῇ καὶ μορφῇ ἑαυτὸν διαμείψας, λυχνίαν τε παρατίθει · ἔπειτα καὶ

A amore solitudinis, curis tamen gregis rursus erat vinctus vinculis insolubilibus. Cum ergo, quod ad hæc attinebat, quieto esset animo, et Deo, ut par erat, egisset gratias, rursus revertitur ad vetus illud habitaculum. Et cum ei contiguam ædificasset domunculam, et obstruxisset aditum, priori se tradit solitudini. Quænam autem sunt deinde consecuta, et quosnam ei tendit laqueos qui rebus ejusmodi invidet inimicus, non est prætermittendum. Erat quidem nox media, cum consuetas preces funderet Abramius: præses autem tenebrarum, suscepta persona luminis, et eam ipsam lucem esse simulans, ad eum emittit vocem, tanquam ex magna multitudine dicentem : Beatus es, senex Abrami, vere es beatus ; et nemo in rebus divinis fuit tam perfectus, sicut B tu. Ille autem cum rem minime ignoraret, sed eum illum esse cognosceret, qui decepit primum hominem, ei suggerendo, quod futurus esset Deo similis, et sciret hanc lucem esse veluti quamdam escam vanæ gloriæ : Compescere, dixit : te increpat Christus Deus, o maligne. A me cito recede : absit enim, ut me aliquid aliud esse putem nisi terram et cinerem . Hæc dixit, et in fumum statim fuit dissoluta phantasia luminis, et manifestus fuit actus simulatus et scena abjecit personam. Sic ergo pudore affectus, eum contraria ratione aggreditur : sicut illic per adulationem, ita hic per timorem eum conans supplantare.

C XV. Non multum enim intercessit temporis, et rursus ab eo noctu cernitur manu tenens securim : et videbatur quidem mediam tecti trabem dissecare, graviter autem concutere et movere domunculam, et multitudinem in Abramium quasi magno quodam studio convocare, et ad summam eum graviter perturbare. Ille autem hic quoque rursus idem erat, hostem minime ignorans. Visione itaque nihil territus : « Omnes gentes me circumdederunt, » sensim apud se dicebat, « et in nomine Domini ultus sum eos [16]. » Talibus adversus inimicum carminibus Abramius, talibus armis est usus. Quid ille ergo ? In eum rursus bellum gerit postea, ut qui vehementi igne videretur comburere stoream. Ille autem nihil affectus ea visione, interrito vultu eum invasit, dicens : D « Super aspidem et basilicum ingredieris, et conculcabis leonem et draconem [17]. » Deinde venit tempus comedendi : et ille quidem solam sibi aquam apponit : malignus autem mutatus in adolescentem, manu tangit poculum, illud conans evertere. Divinus autem Abramius nihil perterritus, constanti vultu aquam accepit. Vide autem mihi maligni impudentiam. Sæpe repulsus, ne sic quidem recedebat, sed rursus in unum ex iis, qui sancto ministrabant, veste et forma seipsum mutans, cum sanctus tunc comederet, lucernam ei apponebat. Deinde etiam videbatur talia canere : « Beati immaculati in via,

[16] Psal. cxvii, 10. [17] Psal. xc, 13.

qui ambulant in lege domini [18]. » Hic autem, vere beatus, erat plane surdus, ut qui aures ad hæc obstrueret, donec sumpsit illud modicum cibi. Post hanc autem parvam corporis curationem, crucis signo munitus : Si beatos, inquit, nosti eos, qui diligunt Dominum, cur non cessas assidue eis exhibere molestiam ? Ille autem respondens, vel invitus suam confitetur malitiam, et dicit : Quoniam eos bonum exercere video, nec possum pati id videre. Hæc cum dixisset, statim abiit.

XVI. Nondum autem quinque dies intercesserant, cum denuo eum aggreditur hic sævus hostis cum maligna, quæ erat circa ipsum, caterva, et consuetis suis machinis et importunitate. Videbantur autem funibus domunculam omni ex parte comprehendisse, et totis manibus eam trahere, et se invicem adhortari, ut fieri solet in multitudine : Videte, dicentes, ut eum de propinquo projiciamus præcipitio. Ille autem (O interritum animum, O generosum spiritum) ne sic quidem pertimuit importunum inventum : sed dicebat : « Circumdederunt me, sicut apes favum : et exarserunt sicut ignis in spinis : et in nomine Domini ultus sum eos [19]. » Hæc ille quidem apud se dicebat. Illi autem cum magno fugati sunt timore, tanquam egregii alicujus imperatoris, ne minas quidem solas sustinentes. Atque sic quidem sacrosanctus Abramius, qui ad spiritalis philosophiæ tantam ascenderat altitudinem.

XVII. Porro autem in iis, quæ de illo narrantur, hæc quoque addere oportet, quæ, quod attinet ad admirationem, nulli cedunt ex prioribus, quod scilicet non solum lætum radium semper e vultu emitteret, etsi non esset robusto corpore, imo a magna abstinentia videretur consumptus, et liquefactus : sed etiam, quod tempore ultimæ migrationis et resolutionis is rubor, quem habuit in juventute, suam non ignoraret naturam, cum adhuc vigeret, et floridus in genis insideret : et quod est his longe pulchrius, panni, quibus erat indutus, toto illo tempore, quo se exercuit (in exercitatione autem vixit Abramius quinquaginta annos) non cesserunt prolixitati temporis, nec effluxerunt, sed perpetuo floridi ac recentes tegebant sancti corpus. Nunc autem tempus est transeundi ad admirabilem illam narrationem, quæ ejus ex Deo zeli, et apostolicorum viscerum, et bonæ affectionis est maxime insigne. Id autem principio quidem tristitia et dolore afficiet auditores : postremo autem multa voluptate, et animi tranquillitate animas implebit : et persuadebit ne desperent homines, etiamsi ad summam deducti fuerint improbitatem. Ita autem habet :

XVIII. Mortuus est Abramii secundum carnem frater : mortuus est autem, unica relicta filia. Ea

[18] Psal. CXVIII, 1. [19] Psal. CXXVII, 12.

ᾄδειν τα τοιαῦτα ἐδόκει · « Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου. » Καὶ ὁ μακάριος ὄντως ἐκεῖνος κωφὸς ἦν πρὸς ταῦτα βύων τὰ ὦτα, ἕως τῆς βραχείας ἐκείνης μετείληφε τροφῆς. Μετὰ δὲ τὴν μικρὰν ταύτην τοῦ σώματος θεραπείαν τῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ φραξάμενος · Εἰ μακαρίους οἶδας, φησὶ, τοὺς ἀγαπῶντας τὸν Κύριον, τί δήποτε παρέχων οὐ παύῃ τούτοις ὀχλήσεις ἀεὶ καὶ πράγματα ; Κἀκεῖνος ὑπολαβὼν τὴν ἑαυτοῦ κακίαν καὶ ἄκων ὁμολογεῖ καί φησιν. Ὅτιπερ αὐτοὺς ὁρῶ τὸ ἀγαθὸν μετιόντας, καὶ ὁρῶν οὐκ ἀνέχομαι. Ταῦτα εἰπὼν, εὐθὺς ᾤχετο.

Ις'. Οὕτω δὲ πέμπτη μεταξὺ διῆλθεν ἡμέρα καὶ προσβάλλει πάλιν ὁ χαλεπὸς οὗτος τῷ ἁγίῳ πολέμιος μετὰ τοῦ πονηροῦ περὶ αὐτὸν στίφους καὶ τῆς συνήθους ἐκείνης μηχανῆς καὶ σκαιότητος · ἐδόκουν δὲ σχοινίοις πάντοθεν τὸν οἰκίσκον διαλαβόντες, ἕλκειν τε αὐτὸν ὅλαις χερσὶ καὶ ἀλλήλοις ἐπικελεύεσθαι καθάπερ ἐν πλήθει φιλεῖ γίνεσθαι · Ὁρᾶτε, λέγοντες, κατὰ τοῦ παρακειμένου κρημνοῦ ῥίψωμεν τὸν Ἀβράμιον. Ὁ δὲ (ὡ ψυχῆς ἀπτοήτου ! ὦ γενναίου φρονήματος !) οὐδὲ πρὸς οὕτω σκαιοτάτην ἐπίνοιαν ἐδεδίει καὶ καταπέπληκτο, ἀλλ' · « Ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, » ἠρέμα ὑπέψαλλε, « καὶ ἐξεκαύθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς, » Ταῦτα ὁ μὲν καθ' ἑαυτὸν ὑπεφώνει · οἱ δὲ μετὰ πολλοῦ τοῦ δέους ἠλαύνοντο, καθάπερ τινὸς στρατηγοῦ γενναίου, μηδὲ ψιλὴν ἀπειλὴν ὑπομείναντες. Οὕτως μὲν οὖν ὁ ἱερὸς οὗτος Ἀβράμιος καὶ πρὸς τοσοῦτον ὕψος τῆς πνευματικῆς ἀνέπτη φιλοσοφίας.

Ιζ'. Κἀκεῖνα δὲ χρὴ τοῖς περὶ αὐτοῦ λοιπὸν ἐπισημήνασθαι διηγήμασιν, οὐδενὸς εἰς θαύματος λόγον τῶν προλαβόντων λειπόμενα, ὡς οὐ μόνον ἀκτῖνα πέμποι ἀεὶ φαιδρὰν ἀπὸ τοῦ προσώπου, καίτοι μὴ ἐῤῥωμένως ἔχων τοῦ σώματος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἄγαν ἐγκρατείας τακερῶς τε καὶ ταλαιπώρως, ἀλλ' ὅτι κἂν τῷ καιρῷ τῆς ἰσχάτης ἐκδημίας καὶ ἀναλύσεως τὸ τοιοῦτον ἐρύθημα τὴν οἰκείαν οὐκ ἠγνόησε φύσιν, ἀλλ' ἀκμαῖον ἔτι καὶ ἀνθηρὸν ταῖς παρειαῖς ἐπεκάθητο · καὶ τὸ δὴ τούτων πολλῷ χαριέστερον, ὅτι καὶ ἃ περιεβέβλητο ῥάκη παρ' ὅλον αὐτῷ τὸν ἀσκητικὸν ἐκεῖνον ὑπηρετήσαντα βίον (ἔτος δὲ πεντηκοστὸν ὁ Ἀβραμίος ἤσκητο) οὐκ εἶξε τῷ τοῦ χρόνου μήκει καὶ διεῤῥύη, ἀλλ' ἐν ἴσῃ διὰ παντὸς ἦν ἀκμῇ καὶ νεότητι, τὸ σῶμα τῷ ἁγίῳ περικαλύπτοντα. Καιρὸς δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐκεῖνο μεταβῆναι διήγημα, καὶ ὁ τοῦ κατὰ Θεὸν ζήλου, καὶ τῶν ἀποστολικῶν αὐτοῦ σπλάγχνων, καὶ τῆς φιλοστοργίας ἐπὶ τὸ ἐπισημότατον · τοῦτο δὲ καὶ μόνον λεχθὲν κατηφείας μὲν ἅμα καὶ πάθους πρότερον τὰς φιλανθρώπους πληρώσει ψυχάς, ἡδονῆς δὲ πάλιν ἀπὸ τοῦ τέλους καὶ εὐθυμίας, καὶ πείσει μὴ ἀπογινώσκειν ἑαυτῶν κἂν εἰς ἔσχατον κακίας κατενεχθῶσιν. Ἔχει δὲ οὕτως ·

ΙΗ'. Ἐτελεύτησεν ἀδελφὸς κατὰ σάρκα τῷ Ἀβραμίῳ · ἐτελεύτησε δὲ ἐπὶ θυγατρὶ καὶ ἡ παῖς κομιδὴν

ὑπία καὶ ὀρφανὴ παντάπασι καταλέλειπτο· ἤδη γὰρ ἦν καὶ ἡ μήτηρ προτεθνηκυῖα. Λαβόντες τοιγαροῦν οἱ προσήκοντες αὐτὴν, ἑβδομον ἄρτι γεγονυῖαν ἔτος, ἄγουσι παρὰ τὸν πρὸς πατρὸς θεῖον, τὸν θεῖον ὄντως Ἀβράμιον. Ὁ δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ ζημίαν παραμυθούμενος, καὶ τὴν παῖδα τῆς πολλῆς ἐκείνης νεότητος καὶ ὀρφανίας κατελεήσας, ὑποδέχεται χερσὶν ὑπτίαις αὐτὴν, ἀπονέμει τε αὐτῇ τὸν ἔξω τοῦ κελλίου οἰκίσκον, καὶ ἦν τὸ λοιπὸν ἐπ' αὐτὴν ὑπὸ θυρίδι προκύπτων, Γραφάς τε αὐτὴν τὰς ἱερὰς ἐκπαιδεύων, ὁδόν τε αὐτῇ τὴν ἀρίστην ὑποδεικνύων, ἐπιῤῥωννύων τε πρὸς τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας καὶ ὑπαλείφων· καὶ ὅλως καθάπερ τις ἀετὸς ἦν, ἀνέχων τῷ πτερῷ τὸν νεόττιον, συνεπικουφίζων τε, καὶ διαβαστάζων, καὶ τέμνων σὺν αὐτῇ τὸν ἀέρα, καὶ οὕτως πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς ὕψος διδάσκων αὐτὴν ἵπτασθαι. Ἡ δὲ καὶ σφόδρα ἔτι νέα καὶ οὕτως ἄωρος οὖσα, ὅμως ἐπεδίδου πρὸς ταῦτα καὶ μείζονα πολλῷ τῆς ἡλικίας τὴν ἀρετὴν ἐπεδείκνυτο, ἐφ' οἷς ἠγάλλετο μὲν τὰ σπλάγχνα καὶ τὴν καρδίαν Ἀβράμιος, καθάπερ ἐπιγνησίᾳ θυγατρὶ πατὴρ, καὶ ἀπροσκόπως αὐτὴν ἀνῦσαι τὸν δρόμον τῆς ἀσκήσεως ηὔχετο. Ἔχαιρον δὲ καὶ πάντες, ὅτι ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ τοσαύτην εἶχε περὶ τὰ πνευματικὰ εὐδοκίμησιν καὶ οὕτως ἦν περὶ αὐτὰ σπουδαία τε καὶ φιλόπονος.

ΙΘ'. Ἐν τούτῳ ἑαυτὴν οὖσαν καὶ οὕτω θαυμαζομένην, ἐπειδὴ καὶ προϊοῦσαν εἶχε τὴν ἡλικίαν καὶ εἰκοστὸν ἤδη γέγονεν ἔτος, ἀνήρ τις, μοναχὸς μὲν τὸ σχῆμα, τὴν δὲ γνώμην φθόρος καὶ μιαρὸς, κατὰ φιλίας νόμον τῷ μακαρίῳ φοιτῶν, καὶ ὀφθαλμοῖς ἰδὼν αὐτὴν ἀκολάστοις, ἄτοπον, οὐκ οἶδα πῶς, ἔρωτα καὶ αὐτῇ ἐμποιεῖ τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμιλίας, τέχνῃ δὲ τοῦτο πάντως καὶ σκαιωρίᾳ τοῦ πονηροῦ, ἵνα καὶ ἀρετὴν τοσαύτην παίγνιον πικρᾶς φιληδονίας ποιήσηται καὶ ψυχῆς πάλιν ἱερᾶς, τῆς Ἀβραμίου φημὶ, δι' ἀθυμίας οὕτω μεγίστης καὶ συμφορᾶς περιγένηται· ἀναγκαζομένη οὖν ὑπὸ τοῦ ἀκολάστου τούτου ἔρωτος ἡ παρθένος, ἐξάγει διὰ τῆς θυρίδος ἑαυτὴν καὶ συγγενομένη τῷ μιαρῷ ἐκείνῳ, καὶ τὴν χαλεπὴν ἐπιθυμίαν πλαρώσασα, ἐπλήγη τὴν ψυχὴν εὐθέως καὶ σφοδρῶς ἐπὶ τοῖς τολμηθεῖσι κατανυγεῖσα περιπαθῶς ἔγαν αὐτὴν ὠλοφύρετο· Οὐαί μοι, ἐγὼ ἡ δειλαία, βοῶσα, οὐαί μοι, ἡ εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ ναὸν ἐνυβρίσασα, ἡ μολύνασα τὴν εἰκόνα τὴν βασιλικὴν, ἡ τὸ τῆς χειρὸς αὐτοῦ πλάσμα μιάνασα· φεῦ μοι τῇ ταλαιπώρῳ! φεῦ τῇ πασῶν ἀθλιωτάτῃ γυναικῶν, ὅτι πάντα τὸν ἔμπροσθεν τῆς ἀσκήσεως χρόνον βραχυτάτης ἡδονῆς ἀπεδόμην! Φεῦ, ὅτι τὰ πρὶν οἰκοδομηθέντα μοι πάντα εἰς κενὰ καὶ μάτην πεπόνηται! ποίοις ὀφθαλμοῖς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀτενίσω, τυφλώττοντας αὐτοὺς ἀκολάστοις βλέμμασιν ἔχουσα; ποίᾳ τοῦ Θεοῦ δεηθήσομαι γλώττῃ; χείλη δὲ ποῖα κινήσω πρὸς ἱκεσίαν, ἐν ἡδοναῖς αὐτὰ μεμολυσμένα καὶ ῥήμασι καὶ φιλήμασι φέρουσα; μετὰ ποίας δὲ παῤῥησίας τῇ θυρίδι προσέλθω, θυρίδι ἐκεινῃ, δι' ἧς ἐπέῤῥει μου τὰ γλυκέα τῷ λάρυγγι λόγια; πῶς δὲ τῷ θείῳ προσομιλήσω, ἢ τὰς ἐκείνου ἐντολὰς παραβᾶσα, ἢ τὰς πρὸς αὐτὸν ψευσαμένη ἐπαγγελίας, ἡ ἐναγὴς, καὶ φαύλη, καὶ μιαρὰ, καὶ σῶμα ῥυπωθεῖσα καὶ τὴν

A vero erat plane infans, et ambobus parentibus orba; mater enim jam ante erat mortua. Illam ergo accipientes, qui ad ipsam attinebant, jam septimum annum agentem ducunt ad patruum, nempe ad divinum Abramium. Qui et fratris jacturam consolans, et misertus puellæ teneræ ætatis et orbitatis, supinis eam accipit manibus: et ei attribuit domunculam, quæ erat extra cellam: eamque de cætero prospiciebat ex fenestra, et eam sacras docebat litteras, optimamque viam ei indicabat, nec non confirmabat et excitabat ad certamina spiritualia: ac in summa, puellæ erat veluti quædam aquila, quæ pullum alis sustinet, allevatque, et portat, et cum eo scindit aerem, sicque eam docebat volare ad virtutis altitudinem. Illa autem, B etsi esset ætate, tenera, et immatura, ad hæc tamen incrementum accipiebat, et majorem, quam licebat pro ætate, ostendebat virtutem. Propter quæ toto corde et visceribus exsultabat Abramius, non secus, atque pater propter suam filiam: et rogabat, ut sine offensione posset cursum perficere exercitationis. Lætabatur autem omnino (Gr. *lætabantur omnes*), quod in ea ætate tantum valeret in rebus spiritualibus, et in eis esset adeo studiosa et diligens.

XIX. Cum ea autem esset ejusmodi, et in tanta haberetur admiratione, ubi processit ætate, et jam pervenit ad annum vicesimum, vir quidam habitu quidem monachus, mente autem perditus et sceleratus, lege amicitiæ accedens ad beatum, cum eam aspexisset oculis impudicis, turpem quoque ei in- C jecit amorem cum eo congrediendi. Erat autem hoc omnino ars et astus maligni, ut tantam virtutem efficeret ludibrium obscenæ libidinis, et sacrosanctam Abramii animam superaret per maximam animi ægritudinem et calamitatem. Ab impudico ergo amore coacta virgo, seipsam educit extra domunculam, et cum scelerato illo et exsecrando congressa, acri expleta cupiditate, protinus fuit animo saucia: et propter ea quæ admiserat, vehementer compuncta, seipsam deflebat, valde miserabiliter clamans; Hei mihi miseræ, hei mihi, quæ Dei templum violavi, quæ polluii illam regiam imaginem, quæ inquinavi figmentum ejus manuum. Hei mihi miseræ, hei omnium infelicissimæ feminarum, quod violavi pactum cum Deo conventum, quod omne præteritum D tempus exercitationis brevissima vendidi voluptate. Hei mihi quod omnia, quæ a me antea fuerant ædificata, inania evaserunt et irrita. Quibus oculis ego cœlum intuebor, eum eos habeam cæcutientes impudicis aspectibus? Quanam lingua Deum precabor, vel quænam labra movebo ad supplicationem, cum ea feram inquinata libidinosis et verbis et osculis? Cum quanam autem fiducia accedam ad fenestram, fenestram, inquan, illam, per quam meo gutturi affluebant dulcia eloquia? Quomodo autem patruum alloquar, quæ transgressa sum illius mandata, quæ non servavi ei facta promissa, quæ sum improba, scelerata et exsecranda,

corporeque polluta et animo ? Hei mihi, quid de me fiet? Quo me vertam? Cur sum adhuc superstes? utinam mors ad me venisset ante libidinem. Utinam prius rapta fuissem ex corpore, ut mortis donum haberem puritatem corporis. Nunc autem quinam fontes lacrymarum mihi poterunt tantas sordes abluere ? Eam sic acerbe deflentem, per eum dolorem malignus arripit ad desperationem, veluti timens, ut arbitror, ne per pœnitentiam fieret promptiori et alacriori animo, et longe magis et vehementius reluceret, quam prius. Desperans ergo suam salutem, aufugit in civitatem quamdam Asum nomine, quæ aberat duorum dierum itinere: et diversans in quodam diversorio, cum mutasset habitum, et vestem sumpsisset sæcularem, erat cuivis volenti prompta ministra acerbæ voluptatis.

A ψυχήν ; Οἴμοι, τίς γένωμαι ; ποῖ τράπωμαι ; ἐνατί ἔτι περίειμι ; ὄφελον ἐπῆλθέ μοι πρὸ τῆς ἐπιθυμίας ὁ θάνατος ! ὄφελον προανηρπάσθην τοῦ πτώματος, ἵνα κἂν θανάτου δῶρον εἶχον, τὴν ἁγνείαν τοῦ σώματος ! Νῦν δὲ ποῖαί μοι πηγαὶ δακρύων τοσοῦτον ἀποπλῦναι ῥῦπον δυνήσονται ; Ταῦτα καὶ τοιαῦτα πικρῶς ἀποδυρομένην προαρπάζει διὰ τοῦ τοιούτου πάθους αὐτὴν ὁ πονηρὸς εἰς ἀπόγνωσιν, καθάπερ οἶμαι δεδοικὼς μὴ σφοδροτέρᾳ χρήσηται διὰ τῆς μετανοίας τῇ προθυμίᾳ καὶ μεῖζον λάμψῃ τοῦ προτέρου παρὰ πολὺ καὶ σφοδρότερον. ἀπογνοῦσα τοίνυν τὴν ἑαυτῆς σωτηρίαν, εἰς Ἄσόν τινα πόλιν ἀποδιδράσκει, δυεῖν ὁδὸν ἡμερῶν ἀπέχουσαν · καὶ πρός τινι καταλύσασα πανδοχείῳ τὸ σχῆμά τε διαμείψασα καὶ κοσμικὴν ἐσθῆτα μεταβαλοῦσα, πρόχειρος ἦν τά βουλομένῳ παντὶ, B πικρᾶς ἡδονῆς ὑπηρέτις.

XX. Cum illa ergo sic se haberet, etsi esset proposita ad lascivos illiciendos oculos, Abramio quiescenti in interiore cella exsistit tale somnium: Videbatur ei draco ingentis magnitudinis, et aspectu horribilis, a sua caverna prorepsisse, et veniens ad ejus domunculam, quæ intus erat, columbam devorasse : deinde rursus suam repetiisse speluncam. Ille ergo excitatus præ timore, tristi animo erat, et conturbato : et suspicans illam visionem significare persecutionem aliquam adversus Ecclesiam, de cætero erat vehementius intentus orationi, rogans ut ei aperte revelaretur visio. Non diu autem tardavit eventus : sed tertio die postea videbatur rursus videre illum draconem emersisse ex eo loco, quem subierat : et cum ad eum prorepsisset, et C ejus pedibus caput submisisset, illum quidem protinus esse disruptum : columbam autem, quam fuisse ab eo devoratam præcedens ostenderat somnium, totam puram et immaculatam e medio ejus ventre evolasse. Hæc cum vidisset, et existimasset visionem significare aliquem lapsum animæ filiæ fratris sui, conturbatus, et animi ægritudine affectus prospiciens e fenestra : Maria, Maria mea, inquit, quid est, o filia, quod tibi tantam attulit socordiam, ut totos hos duos dies non moveris os ad laudes, non reddideris consuetas glorificationes, non petieris doctrinam, non eloquiorum illorum auditionem, quæ fuerunt melle et favo ori tuo dulciora ?

Κ'. Ταύτῃ τοίνυν ἐκείνης ἐχούσης καὶ θήρατρον οὕτω λίχνοις ὀφθαλμοῖς προκειμένης, γίνεται ὄναρ εἰς τὸν ἐνδοτέρω οἰκίσκον ἡσυχάζοντι Ἀβραμίῳ τοιοῦτον · ἐδόκει δράκων αὐτῷ μεγίθει μέγιστος καὶ δεινὸν ὑποβλέπων τῶν οἰκείων φωλεῶν ἀνερπύσας καὶ παρὰ τὸν αὐτοῦ οἰκίσκον ἐλθὼν περιστερὰν ἔνδον οὖσαν καταπιεῖν · εἶτα πρὸς χηραμοὺς αὖθις τοὺς ἑαυτοῦ καταδῦναι · διυπνισθεὶς οὖν ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ δείγματος, ἄθυμος ἦν καὶ τεταραγμένος, καὶ τὴν ὄψιν διωγμόν τινα προσημαίνειν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ὑπολαβών, εὐχῇ τοῦ λοιποῦ συντονωτέρᾳ προσέκειτο, ἐκκαλυφθῆναι σαφῶς δεόμενος αὐτῷ τὰ τῆς ὄψεως · καὶ ἡ ἔκβασις οὐκ ἐβράδυνεν · ἀλλὰ μετὰ τρίτην ἐξ ἐκείνου ἡμέραν ἐδόκει δράκοντα πάλιν ἐκεῖνον ὁρᾷν, ἐκεῖθεν ὅπου κατέδυ πρότερον ἀναδύντα καὶ παρ' αὐτὸν ἑρπύσαντα τοῖς αὐτοῦ τε ποσὶ κεφαλὴν ὑποσχόντα, τὸν μὲν αὐτίκα μᾶλα διαῤῥαγῆναι, τὴν δὲ περιστερὰν, ἣ καταπιεῖν αὐτὸν ὁ προλαβὼν ὑπέδειξεν ὄνειρος, ἄῤῥυπον ὅλην καὶ καθαρὰν ἐκ μέσης αὐτοῦ τῆς γαστρὸς ἀναπτῆναι · ταῦτα ἰδὼν καί τινα κρίνας τῆς ἀνεψιᾶς ὅλισθον ψυχῆς ὑποφαίνειν τὴν θέαν, θορύβου τε καὶ ἀθυμίας εὐθέως ὑποπλησθεὶς καὶ οὕτως ὡς εἶχε τεταραγμένως τῆς θυρίδος προκύψας · Μαρία μου, Μαρία μου, φησὶ, τί σοί, ὦ τέκνον, ἐστὶ τὸ ῥᾳθυμίαν ἐμποιῆσαν τοσαύτην, ὡς παρ' ὅλας δύο ταύτας ἡμέρας μὴ στόμα κινῆσαι πρὸς αἴνεσιν, μὴ τὰς συνήθεις ἀποδοῦναι δοξολογίας, μὴ προσελθεῖν τῇ θυρίδι, μὴ διδασκαλίαν αἰτῆσαι, μὴ λογίων ἐκείνων ἀκρόασιν, ἃ καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματί σου καθίσταντο ;

XXI. Cum hæc dixisset fratris filiæ, et nihil ab D ea audivisset (quomodo enim, cum illa in diversorio versaretur in amoribus et comessationibus ?) aperte cognovit visionem de ea significare : et protinus gravissimo dolore affectus, et in visceribus supra modum cruciatus, suspirio veluti quodam fumo ex interna flamma emisso, Deum rogabat, ut ea respisceret et exsurgeret, et rediret ad priorem probæ vitæ institutionem. Nam etsi tunc ignorabat, quomodo abscessisset, et locum, in quo Maria versabatur : quod tamen latenter recessisset, et propter visionem illam, quæ apparuerat, non bonam spem de ea conceperat. Duos itaque annos Deum

ΚΑ'. Ταῦτα πρὸς τὴν ἀνεψιὰν δῆθεν εἰπὼν καὶ μηδὲν παρ' αὐτῆς ἀκούσας (πῶς γάρ ; ἐκείνης ἐν τῷ πανδοχείῳ περὶ ἔρωτας καὶ κώμους ἀσχαλουμένης), ἔγνω σαφῶς, τὴν ὄψιν περὶ αὐτῆς ὑπαινίττεσθαι καὶ ὀδυνηρότατα παραχρῆμα διατεθεὶς τὰ σπλάγχνα τε ὑπεραλγήσας καὶ στεναγμὸν, οἱονεί τινα καπνὸν τῆς ἔνδοθεν φλογὸς, ἀναπέμψας, ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ τὸ λοιπὸν, ὥστε ἀνανῆψαι πάλιν αὐτὴν, καὶ διαναστῆναι, καὶ εἰς τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν εὐδοκίμησιν · εἰ γὰρ καὶ τὸν τρόπον τέως τῆς ἀποδημίας ἠγνόει, καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ τηνικαῦτα Μαρία διέτριβεν, ἀλλὰ τὸ λελῆθός τῆς ὑποχωρήσεως καὶ ἡ φανεῖσα ὄψις ἐκείνη οὐκ ἀγαθὰς παρεῖχεν αὐτῷ περὶ

αὐτῆς τὰς ἐλπίδας. Ἐπὶ δυσὶ μὲν οὖν ἔτεσιν ἐδεῖτο περὶ αὐτῆς τοῦ Θεοῦ· ἡ γὰρ διπλὴ τοῦ ὀνείρατος ὄψις τὸ τοῦ χρόνου διετὲς ὑπεσήμαινε· περὶ δὲ τὴν τοῦ δευτέρου ἔτους τελευτὴν ἐπάνεισί τις τῶν φίλων, ὃς ἐτύγχανε παρ' αὐτοῦ κατὰ ζήτησιν ἐκείνης ἀπεσταλμένος, ὅποι τε ἡ ἀνεψιὰ διατρίβει καὶ παρὰ τίνι καὶ ὅπως, σαφῶς πάντα μηνύων τῷ Ἀβραμίῳ· καὶ παραχρῆμα μὴ μελλήσας ἐκεῖνος μηδὲν, μηδ' ἀναβαλλόμενος, ἀλλὰ μακρὰ χαίρειν εἰπὼν καὶ γήρᾳ, καὶ ἡσυχίᾳ, καὶ μοναχικῷ καὶ σχήματι καὶ μνήματι, ὅπως ψυχὴν τῶν δικτύων ἐξελκύσῃ τοῦ διαβόλου, καὶ στρατιωτικῇ μὲν χρησάμενος τῇ στολῇ, ἐνθέμενος δὲ τῷ κόλπῳ καὶ νόμισμα ἓν (τοσούτου γὰρ ἐτύγχανεν εὐπορῶν), ἵππον τε μισθωσάμενος, καὶ τούτου τὸ τάχος ἐπιβάς, κατὰ τὸν πρῶτον καὶ οὗτος Ἀβραὰμ τῆς ἐπὶ τὸ πανδοχεῖον φερούσης ἤψατο. Ὁ μὲν γὰρ κατὰ τῶν πέντε βασιλέων ἐκστρατεύσας Λὼτ τὸν τούτου ἀδελφιδοῦν ἀνεσώσατο τῆς αἰχμαλωσίας, ὁ δὲ πρὸς πάλην τῷ ἀντικειμένῳ χωρήσας καὶ κατὰ κράτος τοῦτον ἑλών, τὴν οἰκείαν ἀδελφιδῆν πρὸς τὴν προτέραν αὐτῆς ἀρετῆς ἄσκησιν ἐπανήγαγεν.

pro ea rogavit. Somnii enim duplex visio, biennium temporis significabat. Circa finem autem secundi anni revertitur quidam amicus, qui ad eam quærendam fuerat ab ipso missus, ubinam versaretur fratris filia, et apud quem, et quomodo, omnia aperte significans Abramio. Ille vero statim nihil cunctatus, sed multum valere jubens et senium, et exercitationem, et silentium, monasticumque habitum et incessum, ut liberaret animam a laqueis diaboli, cum vestem induisset militarem, et in sinum nummum unum immisisset (tantum enim erat ei opus) et equum conduxisset, et eum quamprimum conscendisset, ipse quoque instar primi Abrahæ, viam iniit, quæ ducebat ad diversorium. Nam ille quidem expeditione suscepta adversus quinque reges, Lot fratris filium servavit a captivitate. Hic autem, cum in certamen processisset contra adversarium et eum vi expugnasset, reduxit sui fratris filiam ad priorem virtutis exercitationem.

ΚΒ'. Καταλαβὼν τοίνυν τὸ πανδοχεῖον, οἷά τις ἔμπειρος θηρατὴς καὶ πολλάκις τοιαύτης θήρας τε τυχών, παρετήρει τῇδε κἀκεῖσε, εἴ που μικρὸν ὑποβλέψαι δυνηθείη τὸ θήραμα· ἐπεὶ δὲ πολὺς ἐτρίβετο χρόνος αὐτῷ, καὶ οὐκ εἶχεν, ὅπως τὴν ζητουμένην θεάσηται· τοσουτῳ· γὰρ ἐκείνη σώφρονας ὀφθαλμοὺς ἐφυλάττετο, ὅσῳ τοὐναντίον λίχνοις καὶ ἀκολάστοις ἐπέτρεχεν· ἐπεὶ τοίνυν οὕτως εἶχε καὶ περὶ τὴν θέαν αὐτῆς ἀδυνάτως, ἐπινοεῖταί τι πρᾶγμα. ὃ καὶ μόνον ἱκανὸν παραστῆσαι τὸν πολὺν αὐτοῦ ζῆλον ἐκεῖνον καὶ ὅπως ὑπὲρ τοῦ σῶσαι ψυχὴν οὐδενὸς τὸ παράπαν ἀπείχετο· πλάττεται μὲν γὰρ ἑραστοῦ καὶ σχῆμα καὶ τρόπον, ὁ μικροῦ τῆς τῶν ἀγγέλων παραπτόμενος ἀϋλίας, ἐρωτά τε σαρκικὸν ἐρᾷν ὑποκρίνεται· καὶ ῥᾳδίως τῷ πανδοχεῖ προσελθών· Ἀκούω κόρην τινὰ παρὰ σοὶ, φησὶ, καλλει περιφανῶς διαπρέπουσαν τοῦ πανδοχείου προϊσταμένην, ἑταιρικῶς τοὺς βουλομένους δέχεσθαι· ταύτης κἀγὼ τοίνυν ἐρῶν ἀφικόμην. Καὶ ὁ πανδοχεὺς πρὸς τὴν πολιὰν βλέψας τοῦ Ἀβραμίου, ἄγνοιαν δὲ τοῦ δράματος ἔχων καὶ οὐκ εἰδὼς τί βουλόμενος ἐρᾷν ὑπεκρίνετο, ἐμυσάττετο μὲν αὐτὸν τῇ ψυχῇ καὶ πολλὴν ἀκολασίαν αὐτοῦ καὶ ἀσέλγειαν κατεγίνωσκεν, ὅτι μηδ' ἐν γήρᾳ τοσούτῳ καὶ πολιᾷ σωφρονεῖν ἀνέχοιτο, ἀλλ' οὕτως ἀπράδων πολὺ τῆς ἡλικίας ὁ τρόπος. Ὅτως δὲ μὴ τῶν ἐπὶ τῇ κόρῃ μισθῶν ἀποστερηθείη, διερεθίζειν δῆθεν ἐδόκει καὶ ὑποκνίζειν, καὶ εἰς πλείονα τὸν ἅγιον τὴν ἐπιθυμίαν ἐκκαίειν, τὴν κόρην μὴ ἁπλῶς ὡραίαν καὶ καλὴν εἶναι λέγων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων γυναικῶν τοσοῦτον ἀμείνονα, ὅσῳ καὶ τῶν λοιπῶν ἀνθέων τὸ ῥόδον φαιδρότερον· ὄνομα δὲ αὐτῇ Μαρία.

XXII. Cum pervenisset itaque ad diversorium, non secus ac venator peritus, huc et illuc observabat, sicubi posset prædam parumper aspicere. Verum tempus ad eo terebatur, et eam, quam quærebat, non poterat aspicere. Illa enim pudicos tantum vitabat oculos, quantum contra accurrebat ad lascivos et impudicos. Cum ergo sic eam non posset intueri, excogitat rem quamdam, quæ vel sola potest ostendere magnum illius zelum, et quemadmodum, ut servaret animam, a nulla re omnino abstinebat. Amatoris quidem simulat et habitum, et mores, qui eo pervenerat, ut esset, sicut angeli, prope expers materiæ: et fingit se amare amore carnali. Itaque sensim accedens ad dominum diversorii: Audio, inquit, apud te esse puellam insigni pulchritudine, quæ præest diversorio, et volentes admittit amatores. Illius igitur quoque captus amore, huc accessi. Præfectus autem diversorii intuens ad canos Abramii, rem vero ignorans, et nesciens quidnam sibi volens se amare simularet, animo quidem eum abominabatur, et eum magnæ damnabat impudicitiæ et intemperantiæ, quod nec in tanta quidem senectute et canitie sustineret esse temperans, sed ejus mores adeo discreparent ab ætate. Ne autem privaretur mercede, quam propter puellam erat habiturus, visum est illi senem provocare et incitare, aque ad majorem accendere libidinem, dicens esse quidem puellam elegantem et pulchram, et aliis feminis tantum præstantiorem, quantum est rosa lætior cæteris floribus: nomen autem ei esse Mariam.

ΚΓ'. Ταῦτα τοῦ πανδοχέως εἰπόντος, ἀκούσας τοῦ ὀνόματος ὁ Ἀβράμιος, ἔγνω ταύτην ἐκείνην εἶναι σαφῶς καὶ οὐκέτι ἐπιδοιάζων ἦν, ἀλλ' ὁ κόλπος εὐθὺς εἶχε τὴν χεῖρα καὶ τὸ νόμισμα τῷ ξενοδόχῳ καταβαλὼν, δεῖπνόν τε παραθεῖναι καὶ τὴν κόρην ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐξαγαγεῖν ἐπιτρέπει· πολυτελῶς

XXIII. Hæc cum dixisset dominus diversorii, audito nomine, Abramius aperte cognovit hanc esse illam, neque dubitabat amplius. Manu igitur in sinum immissa, et nummo soluto domino diversorii, jubet parari cœnam, et introduci puellam. Cœna itaque opipare parata, diversorii dominus ad eum

educit puellam, quæ valde erat delicata, mollis et dissoluta. Quam cum vidisset sic meretricie ornatam Abramius, corde medio sauciatur : et conabatur quidem cohibere lacrymas, ne actum prodentes puellam effugarent, earum tamen minime poterat sistere fluxionem, victus a doloris necessitate, unde etiam guttatim lacrymabatur, in alteram partem convertens faciem, et a genis repellens lacrymas. Ut autem hujus rei omnem auferret suspicionem, amatoriis apud eam verbis utebatur, annuebatque et suaviter arridebat, et alia omnia faciebat, quæ possunt provocare, et ad amorem accendere. Illa autem vicissim Abramio offerebat osculum, et arcte collum ejus amplectebatur. Interim vero cum sensim redolentem castorum et exercitationi deditorum membrorum fragrantiam sensisset, et vitæ prioris esset recordata et boni castitatis, et a quantis bonis excidisset misera, valde lacrymabatur et ingemiscebat, et : Væ mihi miseræ, dicebat, væ mihi, quæ sum implicata tot funibus peccatorum. Hei mihi, quid agam? Quomodo me nunc terra non devorat? Propter quæ in magnam adductus dubitationem dominus diversorii, ut qui nihil sciret eorum quæ præcesserant : Maria, domina mea, dicebat, hoc totum biennii tempus jam tecum degens, nunquam te vidi ad tantam adductam tristitiam et animi ægritudinem. Præ dubitatione itaque deficio et contremisco, cogitans, undenam et quonam modo hæc dicere tibi venerit in mentem. Illa autem, tanquam ei causam significans : Utinam, inquit, duobus annis ante decessissem. Sic enim fuissem omnino inter beatas.

XXIV. Propter hæc veritus divinus Abramius, ne ipse evaderet manifestus, deinde aufugeret filia ejus fratris, ut quam magna illa morderet pœnitentia, et quæ non amplius ferret eum intueri, cujus præcepta tam aperte contempsisset, et sic aufugeret præda ex mediis ejus manibus, priusquam totam, escam devoraret; et propterea volens omnem auferre suspicionem, petulantiores mores amatoris suscipiens : Reprime, dicebat, o mulier, hæc tristia verba. Non enim ideo huc convenimus, ut recordareris eorum, quæ fecisti. Et conversus ad dominum diversorii : Amice, inquit, affer nobis cito quæ parasti, ut ambo collætemur; e longinquo enim, ut vides, accessi propter ipsam. Lauto itaque exhibito convivio, qui totos quinquaginta annos ne sustinuerat quidem aspicere mulierem, et nec panem quidem, nec aquam, quæ sunt maxime necessaria, sumpserat ad satietatem, vinum bibit, et vescitur carnibus, et convivatur cum meretrice. Nam beatum quoque sciebat Paulum, ad quem ipse intuebatur, et cujus viscerum et zeli contendebat esse imitator, se aliquando purificasse, et caput etiam rasisse, Timotheum etiam circumcidisse, et ita ne Judaismo quidem pepercisse, ut infideles animas attraheret ad pietatem.

XXV. Cum sic ergo essent convivati, se invicem

A τοίγαροῦν τὸ δεῖπνον ὁ πανδοχεὺς εὐτρεπίσας, ἐξάγει τὴν κόρην ἐπ' αὐτό, θρυπτικῶς εὖ μάλα καὶ ἁβρῶς τε καὶ ἀνειμένως ἔχουσαν, ἣν ἰδὼν οὕτως ἑταιρικῶς διεσκευασμένην Ἀβράμιος, μέσην τιτρωσκεται τὴν καρδίαν καὶ σιγῇ μὲν ἐπέχειν ἐπειρᾶτο τὰ δάκρυα, μὴ φυγαδεύσωσι τὴν κόρην τὸ δρᾶμα μηνύσαντα· τὰ δὲ ὅμως στῆσαι τὴν ῥοὴν οὐκ ἠδύνατο νικώμενα τῇ τοῦ πάθους ἀνάγκῃ, ὅθεν ἐδάκρυεν ἀστακτί, τὸ προσωπον ἐπὶ θάτερα στρέφων καὶ τὰ δάκρυα τῶν παρειῶν ἀπωθούμενος. Ἵνα δὲ κλέψῃ πᾶσαν ἐπὶ τούτων ὑπόνοιαν, καὶ λόγους αὐτῇ προσῆγεν ἐρωτικοὺς, ἐνένευέ τε, καὶ ἡδὺ προσεγέλα, καὶ λίαν ἐπαγωγὸν ἐμειδία, καὶ τἄλλα πάντα ἐποίει, ὅσαπερ ὑποκνίσαι καὶ ἀναφλέξαι πρὸς ἔρωτα δύναται. Κἀκείνη πάλιν ἀντεπῆγεν Ἀβραμίῳ τὸ φίλημα καὶ

B περιπλακεῖσα προσφυῶς τὸν τράχηλον κατησπάζετο· ἐν τούτῳ δὲ τῆς ἀποζούσης τῶν ἁγνῶν τε καὶ ἀσκητικῶν μελῶν εὐωδίας ἠρέμα ὑπαισθομένη, τῆς τε προτέρας πολιτείας ἀναμνησθεῖσα καὶ τοῦ τῆς ἁγνείας καλοῦ καὶ οἵων ἡ δυστυχὴς ἐξέπεσεν ἀγαθῶν, ἐδάκρυε μάλα θερμὸν, καὶ ὑπέστενε, καὶ, Οὐαί μοι, ἔλεγε, τῇ ἀθλίᾳ ! οὐαί μοι, τῇ τοσούτων ἁμαρτημάτων σχοινίᾳ περικειμένῃ ! οἴμοι, τί δράσω ; πῶς οὐκ ἄν με νῦν ἡ γῆ καταπίοι ; Ἐφ' οἷς ὁ πανδοχεὺς ἀπορούμενος, οἷα μηδὲ εἰδὼς τι τῶν προλαβόντων· Μαρία, Μαρία, κυρία, ἔλεγε, διετῆ δὴ τοῦτον ἄρτι συνδιάγων σοι χρόνον, οὐδέποτέ σε πρὸς τοσαύτην κατήφειαν καὶ ἀθυμίαν εἶδον κατενεχθεῖσαν· ἐκλύομαι οὖν ὑπὸ τῆς ἀπορίας καὶ τρέμω, πόθεν ἄρα καὶ ὅπως τοιαυτὰ λέγειν ἐπῆλθέ σοι. Ἡ δὲ, ὥσπερ αὐτῷ

C γνωρίζουσα τὴν αἰτίαν· Διότι [Τί ὅτι ?], φησὶ, μὴ πρὸ δύων τούτων ἐτελεύτησα χρόνων ! οὕτω γὰρ ἂν ἦμην πάντως ἐν μακαρίαις.

ΚΔ'. Πρὸς ταῦτα δείσας ὁ ἱερὸς Ἀβράμιος, μὴ καὶ αὐτὸς γένοιτο δῆλος, εἶτα φυγὰς οἴχοιτο ἡ ἀνεψιὰ ὑπὸ τῆς πολλῆς ἐκείνης δακνομένη μεταμελείας καὶ μηκέτι φέρουσα βλέπειν αὐτὸν, οὗ τὰς ἐντολὰς οἶδε φανερῶς ἀθετήσασα καὶ οὕτως ἐκ μέσων αὐτὸν χειρῶν τὸ θήραμα διαφύγοι πρὶν ὅλον καταπίοι τὸ δέλεαρ, καὶ πασαν διὰ τοῦτο βουλόμενος ἀνελεῖν ὑποψίαν, εἰς αὐθαδέστερον ἐραστοῦ τρόπον μεταβαλών· Ἔασον, ἔλεγεν, ἐπίσχες τὰ σκυθρωπὰ ταυτὶ ῥήματα, γύναι· οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ συνήλθομεν, ὥστε σε τήμερον ἀναμνησθῆναι τῶν πεπραγμένων. Καὶ πρὸς τὸν πανδοχέα λοιπὸν ἐπιστρέψας· Ἑταῖρε,

D πότον τινὰ καὶ αὖθις ἡμῖν συγκρότησον, ἔφη, ὅπως ἀμφοτεροι συνησθείημεν· πόρρωθεν γὰρ, ὡς ὁρᾷς, πάρειμι δι' αὐτήν· τοῦ πότου τοιγαροῦν πολυτελῶς τελεσθέντος, ὁ παρ' ὅλους πεντήκοντα χρόνους μηδὲ γυναικὸς ἀνασχόμενος ὄψιν, μηδὲ ἄρτου ποτὲ μηδὲ ὕδατος τῶν ἀναγκαιοτάτων μετασχὼν ἄχρι κόρου, οἴνου καὶ κρεῶν κοινωνεῖ καὶ γυναικὶ πόρνῃ συνεστιᾶται, ἐπεὶ καὶ ἀγνισάμενον ᾔδει ποτὲ καὶ τὸν μακάριον Παῦλον, ἀλλὰ καὶ ξυρῷ πρὸς τῇ κεφαλῇ χρησάμενον, πρὸς ὃν οὗτος ἐώρα καὶ οὗ μιμητὴς τῶν σπλάγχνων καὶ τοῦ ζήλου καθίστατο, καὶ περιτεμόντα Τιμόθεον καὶ οὕτως Ἰουδαϊσμοῦ μὴ φεισάμενον, ἵνα ψυχὰς ἀπίστους ἑλκύσῃ πρὸς θεοσέβειαν.

ΚΕ'. Οὕτω τοιγαροῦν συνεστιαθέντες, λαβόμενοι

τῆς χειρὸς ἀλλήλων εἰς τὸν ἐνδοτάτω οἰκίσκον εἰσέρχονται· ἐστήκει δέ τις ἐν τούτῳ κλίνη, μαλακῶς εὖ μάλα τὸν κατακλιθέντα δυναμένη διαναπαῦσαι· ἐφ' ᾗς καθίσαντος ἁβρῶς Ἀβραμίου, τοῦ στρωμνῇ ἀεὶ τῇ γῇ κεχρημένου· Ἐπίδος, ἡ κόρη φησὶ, ὑπολύσω σου τὰ ὑποδήματα. Ὁ δὲ τὴν ὕβριν μοχλοῖς ἀσφαλίσασθαι πρότερον ἐπιτάττει, κἀκείνης τὰ ὑποδήματα μᾶλλον ὑπολῦσαι σφοδρότερον ἐγκειμένης, ὁ μακάριος οὐκ ἠνείχετο. Πεισθεῖσα τοίνυν ἐκείνη καὶ τὴν θύραν ἀσφαλῶς ἐπικλεισαμένη, περιπλέκεται προσφυῶς τῷ ἁγίῳ. Ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἐν ἀφύκτῳ ἐχομένην Ἀβράμιος καὶ οὕτως ἐντὸς ἀρκύων τὸ θήραμα, τότε δὴ τὸ τοῦ ἐραστοῦ προσωπεῖον ἀποβαλὼν καὶ πᾶσαν ἐκείνην τὴν σκηνὴν καὶ τὴν ὑπόκρισιν ῥίψας, τὸν ἔνδον αὐτῇ ἀνακαλύπτει Ἀβράμιον, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τῆς ἀνεψιᾶς κόσμον περιελὼν καί τι βαρὺ καὶ περιπαθὲς ἀνοιμώξας· Σπλάγχνον μου, Μαρία, φησὶ, οὐκ οἶδας ὅστις ἐγώ ; οὐκ ἐπιγνώσκεις τὸν συγγενῆ ; Τί σοι ἄρα, ψυχὴ ἐμὴ, τὸ συμβάν ; τίς ὁ πρὸς ἀπώλειαν ὑποσύρας σε ; ποῦ νῦν τὸ ἀγγελικὸν ἐκεῖνο σχῆμα τῆς παρθενίας, ποῦ ὁ ἐσταυρωμένος βίος ποῦ τὸ τῆς κατανύξεως δάκρυον ; πῶς ἀπὸ τοσούτου τῶν ἀρετῶν ὕψους εἰς ἔσχατον ἀπάτης βάραθρον κατηνέχθης ; διατί μή μοι τὴν ἀκήρυκτον ἐκείνην τοῦ ἐχθροῦ μάχην ἐγνώρισας ; Διατί μὴ τὸ χαλεπὸν ἐκεῖνο πτῶμα παρὰ πόδας εὐθὺς ἐθριάμβευσας ; πάντως ἂν ἐγώ σοι καὶ ὁ φίλος Ἐφραὶμ δάκρυσι καὶ δεήσεσι τὰ πρὸς τὸν Θεὸν διεπρεσβευσάμεθα· ἑνάτι τοσοῦτον ἐμάκρυνας ἀφ' ἡμῶν ; καὶ ἑνατί ἐπελήσθην ἀπὸ σοῦ, ὡς ἀπὸ καρδίας νεκρός ; Τί τοσοῦτον ἑάλως τῇ ἀπογνώσει, ἥτις ἐστὶ τὸ τοῦ πονηροῦ ἄφυκτον ἄγκιστρον, ὡς μηδὲ φείδεσθαι λοιπὸν ἑαυτῆς, ἀλλὰ τὰ τῶν αἰσχίστων ἀνεδὴν τολμᾷν καὶ ταῖς παρὰ τοῦ ἐχθροῦ πληγαῖς τὰς παρ' αὐτῆς προστιθέναι, δέον διαναστῆναι μᾶλλον καὶ πολλὴν ἐπὶ τοῖς τολμηθεῖσι τὴν μεταμέλειαν ἐπιδείξασθαι ; Οὐκ οἶδας τὰ τοῦ Θεοῦ σπλάγχνα περὶ ἡμᾶς καὶ ὅπως ἐστὶ μητρὸς κηδεμονικώτερος, οὕτως ἡμᾶς συνάγειν ἐθέλων (καὶ ταῦτα καταφρονούμενος πολλάκις καὶ παρορώμενος ὑφ' ἡμῶν) καθάπερ τὰ νοσσία ὄρνις ὑπὸ τὰς πτέρυγας ; Διὰ ταῦτα γοῦν ἄψαι παρακαλῶ τῆς ἐπὶ τὰ κρείττω φερούσης, καὶ πρὸς τῆς ἐμῆς πολιᾶς, ναὶ πρὸς τῶν ἐπὶ σοὶ πόνων καὶ τῶν ἀφορήτων τῆς ψυχῆς ὀδυνῶν ἐκείνων καὶ τῆς πολλῆς ταύτης ἀθυμίας τε καὶ συγχύσεως, ἄψαι τῆς προτέρας διαγωγῆς· καὶ δός μοι μικρὸν ἀναπνεῦσαι καὶ μὴ μετὰ λύπης εἰς ᾅδου τὸ γῆρας τὸ ἐμὸν παραπέμψῃς.

Κς'. Ταῦτα πρὸς τὴν ἀνεψιὰν λέγων Ἀβράμιος, παρὰ κωφὸν ᾄδειν ἐδόκει· νεύσασα γὰρ κάτω καὶ τὴν φωνὴν ὑπὸ τῆς πολλῆς ἐκείνης αἰσχύνης ἐπισχεθεῖσα, ἐστήκει ὁρῶσα εἰς γῆν καὶ πολλὰ τοῦ προσώπου ἀφιεῖσα χρώματα, ἐξ ὧν ἥ τε ἀγωνία καὶ ἡ ταραχὴ τῆς ψυχῆς ἐδηλοῦτο. ἐφ' οἷς ἐκεῖνος οὕτω συγχυθεῖσαν αὐτὴν ἀνακτώμενος, μετὰ πολλῆς τῆς πραότητος καὶ τῆς ἐπιεικείας· Διατί, ὦ τέκνον, οὐδὲ ἀποκρίνῃ μοι ; ἔρη· οὐκ οἶδας, ὅτι διὰ σὲ τὴν τοσαύτην ὁδὸν ἐστειλάμην ; οὐκ οἶδας, ὅτι διὰ τὴν σὴν ταῦτα πάντα σωτηρίαν ὑπεκρινάμην, τὸ στρατιωτικὸν τῆς στολῆς, τὸν ἔρωτα, τὴν κρεωφαγίαν, ὃν

A manu accipientes, in intimam ingrediuntur domunculam. In ea autem stabat quidam lectus, molliter stratus ad quietem : in quo cum molliter sedisset Abramius qui semper terra usus erat pro strato : Sine, inquit puella, ut tibi solvam calceos. Ille autem jubet prius vectem obdi foribus. Cumque illa instaret vehementius, ut prius solveret calceos, beatus Abramius non sustinuit. Tandem ergo persuasa, cum ostium tuto clausisset, ad sanctum accessit. Postquam vero eam per manum cepit Abramius et viditeam non posse amplius effugere, etjam prædam esse retibus irretitam, tunc amatoris personam deponens, et abjiciens omnem scenam et simulationem, qui intrinsecus latebat, aperit Abramium : et ablato pileo, quem habebat in capite, et graviter B suspirans : Cor meum, inquit, Maria, nescis quisnam ego sim ? Non agnoscis cognatum ? Quid est anima mea, quod tibi accidit ? Quis est, qui te traxit ad interitum ? Ubi nunc est ille angelicus habitus virginitatis ? Ubi est vita cruci affixa ? Ubi est lacryma compunctionis ? Quomodo tantarum virtutum altitudine descendisti ad ultimum barathrum deceptionis ? Cur mihi non statim significasti atrocem illam pugnam inimici ? Cur non de gravi illo lapsu e vestigio triumphasti ? Omnino ego et charissimus Ephræm lacrymis et precibus pro te apud Deum intercessissemus. Cur te tantum elongasti a nobis, et cur a te oblivioni datus sum, tanquam mortuus a corde ? Cur te adeo cepit desperatio, quæ est maligni hamus inevitabilis, ut nec tibi quidem peperceris deinceps, sed inverecunde feceris C ea quæ sunt turpissima, et inimici plagis tuas adjeceris : cum oporteret potius exsurgere, et propter ea quæ admiseras, magnam ostendere pœnitentiam ? Non nosti Dei in nos viscera, et quemadmodum nostri curam gerit magis quam mater, ut qui nos velit congregare (idque cum sæpe a nobis contemnatur, et despiciatur) non secus ac gallina pullos suos sub alis ? Propterea ergo rogo te, ini viam, quæ ducit ad meliora. Rogo, inquam, per meos canos, per labores propter te susceptos, et illas intolerabiles animi ægritudines, et hunc mœrorem, et confusionem, redi ad priorem vivendi rationem. Concede mihi, ut paululum respirem, et ne cum dolore meam senectutem transmittas ad inferos D

XXVI. Hæc filiæ fratris dicens Abramius, videbatur surdo canere. Deorsum enim in terram inclinata facie, et præ magno illo pudore ejus voce repressa, stabat terram intuens : ex quibus significabatur angor et animi perturbatio. Quamobrem ille eam sic confusam recreans, cum magna lenitate et moderatione : Cur, inquit, o filia, tu mihi non respondes ? Nescis me propter te tantum iter esse ingressum ? Nescis me propter te, propter tuam salutem hæc omnia simulasse, vestem militarem, amorem, esum carnium, quem scis nihil aliud nosse, præter cellam et silentium ? Non est ullum pecca-

tum humanum, pro quo desperare oporteat. Nullum est animæ vulnus adeo immedicabile, quod non curetur, ustum pulchro igne pœnitentiæ. Super me sit tua iniquitas, o filia. Ego pro te Christo reddam rationem. Solum veni mecum, et ad solitudinis revertamur habitaculum. Ad hæc illa vix humile quippiam et triste, et veluti ægritudine animi emortuum submisse loquitur : Cum ad te et vultum tuum ne oculos quidem habeam, qui possint intueri, o venerande Pater, ut qui sint tecti propter tantum pudorem, quomodo potero ad Deum accedere, a maligno graviter animo sauciata, et scatens tam multis peccatorum ulceribus? Ille autem verba ejus excipiens : Super me, inquit, o filia, sit iniquitas tua, et onus collo meo erunt tuæ actiones ; solum revertamur ad priores nostras habitationes. Ecce enim dilectissimus quoque Ephræm pudore propter te afficitur et animi ægritudine. Concede ergo nobis, ut respiremus, et ab hoc gravi propter te liberemur mœrore. His puella valde animo contrita, cadit ipsa quoque, non secus ac meretrix illa, ad pedes præceptoris, acerbe deflens, et eos irrigans fluviis lacrymarum.

XXVII. Cum ii ergo ita se haberent, et ille quidem apud eam uteretur admonitionibus, et in bonam terram sic seminaret : illa autem lacrymis quodammodo irrigaret semina, ut fructus cito proferrent, et hinc pœnitentiam ostenderet et contritionem, nox jam deducta erat ad matutinum : et ipse quidem fratris filiam jubebat sequi ad montem. Cum illa rogasset autem, quidnam de vestibus, et auro, et argento, et stragulis vestibus deinceps faceret (erat enim splendide et sumptuose ornata), ut convenienter divino præcepto omnia relinquat, divinus admonet Abramius, ut eum solum sequatur, et contendat ad veras illas vitæ futuræ divitias. Ea ergo accepta, egreditur clam e diversorio : et cum ipsam equo imposuisset, ille præcedebat pedes, equum manu trahens. Cum autem fuissent in monte, mutant ordinem domuncularum; et eam quidem, quæ erat exterius, ipse statuit habitare, filiæ autem fratris tribuit interiorem. In qua cum se coercuisset, et fores occlusisset domunculæ, illic fuit perpetuo, precibus, jejuniis et lacrymis delens labes peccatorum animæ. Etenim ut quæ nuper resipuisset a vitiis corporis, sic ea semper habebat præ oculis inferne versantia animam, et admodum acerbe pungentia conscientiam, etsi Deus sæpe ei ostenderet peccatorum remissionem, nec hoc solum, sed etiam eam tanta impertiret fiducia, ut et assidue miracula, et a morbis et vitiis liberationes per eam ostenderet. Propter quæ corde lætabatur Abramius, et Deo agebat gratias, quod spe minime esset frustratus, sed susceptorum propter ipsam laborum fructus ferret suavissimos.

A οἶδας ἀεὶ τοῦ κελλίου καὶ τῆς ἡσυχίας εἰδότα πλέον οὐδέν ; Οὐκ ἔστι τι τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ὅπερ ἀπαγορεύειν προσήκει · οὐκ ἔστι τι τῶν τῆς ψυχῆς τραυμάτων οὕτως ἀνίατον, ὃ μὴ τῷ καλῷ τῆς μετανοίας πυρὶ καιόμενον θεραπεύται. Ἐπ' ἐμὶ ἡ ἀνομία σου, τέκνον ! ἐγὼ τὰς ὑπὲρ σοῦ εὐθύνας ὑφέξω Χριστῷ · μόνον ἐλθὲ μετ' ἐμοῦ καὶ πρὸς τὸ τῆς ἐρημίας οἰκητήριον πάλιν ἐπανέλθωμεν. Πρὸς ταῦτα μόλις ἐκείνη ποτὲ ταπεινόν τι καὶ σανθρωπὸν καὶ οἷον ἀθυμίᾳ τεθνηκὸς ὑποφθέγγεται · Εἰ πρός σε καὶ τὰς σὰς ὄψεις οὐδὲ ὀφθαλμοὺς ὁρᾶν δυναμένους ἔχω, τίμιε Πάτερ, ἅτε ἐν τροπῇ τοσαύτῃ κεκαλυμμένους, πῶς προσελθεῖν δυνήσομαι τῷ Θεῷ, δεινῶς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ τὴν ψυχὴν τετρωμένη καὶ τοσούτοις ἁμαρτιῶν ἕλκεσι βρύουσα ; Ὁ δὲ καὶ αὖθις ὑπολαβών ·

B Ἐπ' ἐμὶ, φησὶ, τέκνον, ἡ ἀνομία σου καὶ φορτίον. ἐμῷ τραχήλῳ σαὶ γενήσονται πράξεις · μόνον ἐπὶ τὰς πρότερας ἡμῶν πορευθῶμεν διατριβάς · ἰδοὺ γὰρ καὶ τον θεῖον Ἐφραὶμ, αἰσχύνῃ διὰ σὲ κατέχει καὶ ἀθυμία · δὸς οὖν ἡμῖν ἀναπνεῦσαι καὶ τῆς χαλεπῆς ταύτης ἐπὶ σοὶ κατηφείας ἀπαλλαγῆναι. Πρὸς ταῦτα σφοδρῶς ἡ κόρη τὴν ψυχὴν συντριβεῖσα, πίπτει κατὰ τὴν πόρνην καὶ αὕτη πρὸς τοὺς πόδας τοῦ διδασκάλου, πικρῶς ὀλοφυρομένη καὶ δακρύων ποταμοῖς αὐτοὺς ἐπικλύζουσα.

ΚΖ'. Ταύτῃ τοιγαροῦν ἐχόντων αὐτῶν καὶ τοῦ μὲν τὰς παραινέσεις πρὸς αὐτὴν ποιουμένου καὶ οὕτως εἰς ἀγαθὴν γῆν σπείροντος, τῆς δὲ διὰ τῶν δακρύων ὥσπερ ἀρδούσης τὰ σπέρματα, ἵνα καὶ καρποὺς ταχὺ προσενέγκωσι, καὶ τὴν μετάνοιαν ἐντεῦθεν καὶ τὴν συντριβὴν ἐπιδεικνυμένης, ἡ νὺξ ἤδη C περὶ ὄρθρον ἦν καὶ ὁ μὲν ἔπεσθαι τὴν ἀνεψιὰν ἐπέτρεπε πρὸς τὸ ὄρος · τῆς δὲ περὶ τῶν ἐσθήτων καὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν ἀργυρωμάτων καὶ τῶν στρωμνῶν πυθομένης, ὅτι λοιπὸν αὐτοῖς χρήσεται · καὶ γὰρ ἦν πολυτελῶς ἔχουσα τούτων καὶ φιλοτίμως, πάντα κατὰ τὴν δεσποτικὴν ἐντολὴν καταλιπεῖν ὁ θεῖος Ἀβράμιος ὑποτίθεται καὶ αὐτῷ μόνῳ ἀκολουθεῖν καὶ πρὸς τὸν ἀληθινὸν ἐκεῖνον τῆς μελλούσης ζωῆς ἐπείγεσθαι πλοῦτον. Παραλαβὼν οὖν αὐτὴν, ὑπέξεισι λάθρα τοῦ πανδοχείου καὶ ταύτην εἰς τὸν ἵππον ἐπιβιβάσας, πεζὸς αὐτὸς προηγεῖτο, τὸν ἵππον διὰ χειρὸς ἑφελκόμενος. Γενόμενος δὲ πρὸς τῷ ὄρει, τὴν τῶν οἰκίσκων ἀμείβουσι τάξιν καὶ τὸν μὲν ἐκτὸς αὐτὸς εἵλετο κατοικεῖν, τῇ ἀνεψιᾷ δὲ ἀπονέμει τὸν ἐνδοτέρω · οὗ δὴ καὶ καθείρξασα ἑαυτὴν καὶ τὰς D θύρας ἐπικλεισμένη τοῦ δωματίου, διὰ παντὸς ἦν ἐκεῖ δεήσεσι καὶ νηστείαις καὶ δάκρυσι τοὺς τῆς ἁμαρτίας σπίλους τῆς ψυχῆς ἀπαλείφουσα · καὶ γὰρ ὡς ἄρτι τῶν τοῦ σώματος παθῶν ἀνανήψασα, οὕτως αὐτὰ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν εἶχεν ἀεὶ στρέφοντα κάτωθεν τὴν ψυχὴν καὶ σφόδρα πικρῶς τὴν συνείδησιν πλήττοντα, καίτοι τοῦ Θεοῦ τὴν τῶν ἡμαρτημένων ἄφεσιν αὐτῇ πολλάκις παραδεικνύντος, καὶ οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοσαύτης αὐτῇ μεταδόντος τῆς παῤῥησίας, ὡς καὶ θαύματα συνεχῶς καὶ παθῶν καὶ νόσων ἀπαλλαγὰς δι' αὐτῆς ἐπιδείκνυσθαι · ἐφ' οἷς εὐφραίνετο τὴν καρδίαν Ἀβράμιος καὶ ἀπεδίδου Θεῷ τὰ εὐχαριστήρια, ὅτι μὴ διήμαρτεν ἐλπίδων, ἀλλ' οὕτως ἡδίστους τῶν ἐπ' αὐτῇ πόνων (1) τοὺς καρποὺς ἐκομίζετο.

(1) In hac voce Vita Abramii cod. 774 desinit ; reliqua desumpta sunt ex cod. 1484, sæc. XII.

ΚΗ'. Ἐκεῖνος μὲν οὖν εἰς βαθὺ γῆρας ἐλάσας καταλύει τὸν βίον καὶ πρὸς τὰς σκηνὰς μεταβαίνει τὰς ἀϊδίους, πολλοῦ περὶ τὴν τοῦ σώματος ἐκφορὰν πλήθους συῤῥεύσαντος πανταχόθεν καὶ τῶν κύτοῦ περιειλημάτων καὶ τῶν ῥακίων παρασπάσασθαί τι μικρὸν ἑκάστου φιλονεικοῦντος εἰς ἀγαθοῦ παντὸς θησαυρόν, εἰς κακῶν ἁπάντων φυγαδευτήριον· πέμπτον δὲ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἔτος τελευτᾷ καὶ ἡ ἀνεψιὰ, ἧς τὴν ψυχὴν τῷ ποθουμένῳ Δεσπότῃ παραθεμένης καὶ νεκρᾶς ἤδη καὶ πρὸς τῇ ταφῇ κειμένης ἡδίστη τις ἐπήνθει ταῖς ὄψεσι χάρις καὶ τις ἀστὶς ἐκεῖθεν ἀπέστιλβε, σύμβολον ἀκριβὲς τῆς ταύτην ἐχούσης λαμπρότητος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. A B

XXVIII. Atque ille quidem cum ad profundam pervenisset senectutem, e vita excedit, et ad æterna transit tabernacula, ad efferendum corpus magna undique confluente multitudine, atque ejus pannorum et ciliciorum parum quid attrahere unoquoque contendente, ad cujusvis boni thesaurum, ad mala omnia propulsanda. Quinto autem anno post illius mortem, moritur etiam fratris filia. Quæ cum animam desiderato Domino tradidisset, et jam esset mortua, in sepultura, in ejus vultu suavissima quædam florebat gratia : et illinc quidam micabat radius, apertum signum ejus animæ splendoris in Christo Jesu Domino nostro, quem decet omnis gloria, honor, et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

MENSIS APRILIS.

MARTYRIUM
SS. AGAPES, CHIONIÆ ET IRENES
QUÆ APUD THESSALONICAM PASSÆ SUNT.

(Latine apud Surium ad diem 1 Aprilis (1). — Græca in codicibus Regiis Parisiensibus non exstant.

I. Quanto ex adventu et præsentia Domini et Salvatoris nostri Jesus Christi major gratia in humanum genus collata est, quam olim fuerat, tanto et sanctorum hominum victoria major exstitit. Pro his enim hostibus, qui corporeis oculis cernuntur, hostes illi superari jam cœpti sunt, qui oculorum sensu percipi non possunt. Nam dæmones ipsi, quorum naturæ spectabiles non sunt, vel a purissimis atque honestissimis feminis, Spiritu sancto plenis, superati igni traduntur. Tales fuerunt tres illæ sanctæ mulieres, quæ ex urbe Thessalonica originem ducebant : quam urbem sapientissimus Paulus celebravit, cum ejus fidem et charitatem, laudans, sic ait : « In omni loco fides vestra in Deum pervagata est[1]. » Atque alibi : « De charitate, inquit, fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis ; ipsi enim vos a Deo didicistis, ut diligatis invicem[2]. »

II. Cum igitur persecutio a Maximiano imperatore adversus Christianos illata esset, mulieres illæ, quæ virtutibus seipsas ornaverant, evangelicis legibus obedientes, propter summam in eum charitatem et cœlestium bonorum spem, patrisque Abraham factum imitantes, patriam, cognationem facultatesque omnes reliquerunt, ac persecutores fugiendo, quemadmodum Christus præcepit[3], altum quemdam montem petierunt, ibique divinis precibus operam dabant : et corpus quidem ipsum ad montis celsitatem contulerunt, eorum vero animus in cœlo ipso versabatur. Cum autem in eo loco fuissent comprehensæ, ad eum, qui persecutionis auctor erat, magistratum ductæ sunt, ut reliqua divina præcepta exsequentes, et ad mortem usque suam in Christum charitatem servantes, immortalitatis coronam assequerentur. Una quidem e tribus illis præcepti perfectionem possidens, et Deum ex toto animo diligens, et proximum sicut seipsam, sancto Apostolo dicente : C D

[1] Thess. I, 8. [2] I Thess. IV, 9. [3] Matth. X, seqq.

(1) Quantum ad Irenen. Cur autem Irenen Latina Martyrologia 5 Aprilis, Agapen autem et Chioniam, 3 Graeci vero in Menologio omnes tres 16 ejusdem mensis die habeant, præsertim cum nulla passa illis diebus reperiatur in Actis a notariis exceptoribus conscripta, hactenus sibi incompertum testatur Baronius in not. ad Martyrolog. Rom. 3 April. Quod autem easdem auctor mulieres vocet cum virgines fuerint, ut testantur Martyrologia Latina, nota mulieris nomen adiaphorum esse, et sexum solummodo indicare, ut pluribus disputat Tertullianus *De veland. virg.* Vide Baronium loco citato.

« Finis præcepti est charitas[4] ; »merito Agape vocabatur. Hoc enim nomine Græci charitatem appellant. Altera purum ac splendidum baptismatis nitorem servans, ita ut de ipsa propheticum illud dici posset : « Lavabis me, et super nivem dealbabor[5], » a nive nomen accepit ; Chionia enim dicebatur. Tertia Salvatoris et Dei nostri donum, hoc est, pacem in se habens, et in omnes exercens, quemadmodum Dominus dixit : « Pacem meam do vobis[6], » Irene ab omnibus vocabatur, a pace nomen accipiens. Has tres feminas cum ad se ductas, et ita affectas magistratus vidisset, ut diis sacrificia offerre nollent, igne cremandas esse decrevit, ut per ignem exigui temporis, igni subjectos diabolum omnemque dæmonum catervam, ipsius diaboli exercitum, qui sub cœlo est, superantes, incorruptam gloriæ coronam adipisci, ac Deum ipsum, a quo gratia eis collata est, cum angelis perpetuo collaudare possent. Quæ vero ad illis gesta sunt, ea breviter narrabimus.

III. Cum præsideret Dulcetius (2), Artemensis [*al.* Artemisius] scriba dixit : Cognitionem de his, qui præsentes sunt, a stationario missam, si jubes, legam. Jubeo, inquit Dulcetius præses, te legere. Tunc ait scriba : Ordine tibi meo domino omnia, quæ scripta sunt, recitabo. Cassander beneficiarius hæc scripsit : Scito, mi domine, Agathonem, Agapen, Chioniam, Irenen, Casiam, Philippam, et Eutychiam nolle his vesci, quæ diis sunt immolata. Eas igitur ad tuam amplitudinem adducendas esse curavi. Tunc Dulcetius præses illi dixit : Quænam est ista vestra tanta insania, ut nolitis religiosissimis nostrorum imperatorum et Cæsarum jussis obedire ? Agathoni autem : Quare, inquit, tu ad sacra proficiscens, quemadmodum consueverunt, qui diis consecrati sunt, non his sacris usus es ? Respondit Agatho : Quoniam Christianus ego sum. Tum Dulcetius : Num tu etiam hodierno die in eo proposito permanes ? Maxime, inquit Agatho. At ille : Tu vero, Agape, quid ais ? Respondit : Ego Deo viventi credo, neque volo recte factorum conscientiam meam perdere. Tunc præses : Tu autem quid ad hæc dicis, Chionia ? Ait illa : Cum Deo vivo credam, ob id nolui facere, quod dicis. Ad Irenen vero conversus præses, ait : Quidnam tu ad hæc ? cur non piissimo nostrorum imperatorum et Cæsarum jussui obtemperavisti ? Divini timoris causa, inquit Irene. Dein Præses : Tu vero, Casia, quid ais ? Animam meam, inquit Casia, servare volo. Præses autem : Numquid sacrorum vis esse particeps ? Minime, inquit illa. Tunc præses : Tu vero, Philippa, quid dicis ? Respondit illa : Idem et ego dico. Quidnam, inquit præses, hoc idem est, quod dicis ? Illi autem Philippa : Mori malo, quam vestris sacrificiis vesci. Tunc præses : Sed tu, Eutychia, quid, ais ? Idem, inquit illa, et ego dico : malo et ipsa mori, quam facere quod jubes. Ait illi præses : Num virum habes ? Mortuus, inquit Eutychia, ille est. Præses vero : Quampridem mortuus est ? Ante menses fere septem, inquit Eutychia. Tunc ille : Et undenam igitur gravida facta es ? Ex eo, inquit illa, viro, quem dedit mihi Deus. Præses autem : Hortor te, Eutychia, ut ab ista insania desistere velis, et ad humanas cogitationes redeas. Quid ais ? visne regali edicto parere ? Minime, inquit Eutychia, ego parere volo, sum enim Christiana, Dei omnipotentis serva. Tum ille : Quoniam Eutychia gravida est, interea servetur in carcere (3). Atque hæc addidit : Tu vero, Agape, quid ais ? Visne omnia illa facere, quæ nos dominis imperatoribus ac Cæsaribus nostris devoti facimus ? Minime, inquit Agape, decet Satanæ devotam me esse. His verbis mens mea non abducitur : inexpugnabilis enim illa est. Tunc præses ait : Et tu, Chionia, quid ad hæc dicis ? Mentem nostram, inquit Chionia, nemo potest pervertere. At præses : Num aliqua apud vos sunt impiorum Christianorum commentaria, vel membranæ aliquæ, vel libri ? Respondit Chionia : Nulla, o præses, nobis sunt ; omnia illa imperatores qui nunc sunt, a nobis abstulerunt. Præses autem : Quisnam hanc mentem vobis dedit ? Omnipotens Deus, inquit illa. Dixit autem præses : Quinam sunt, qui vobis auctores fuerunt, ut ad istam stultitiam veniretis ? Deus, inquit Chionia, omnipotens et unigenitus ejus Filius, Dominus noster Jesus Christus. Dulcetius ait : Manifestum illud est, quod omnes vos devotioni nostrorum potentium imperatorum ac Cæsarum subjectos esse oportet. Quoniam vero post tam multum tempus, post tot admonitiones, totque edicta proposita, et tales minas injectas, vos temeritate quadam et audacia elatæ, ipsorum imperatorum ac Cæsarum justa jussa contempsistis, in Christianorum impio nomine permanentes : cumque ad hodiernum diem jussæ a stationariis ac primis militibus, Christi negationem scriptam profiteri, facere id recusetis, propterea pœnas vobis dignas accipite. Id cum dixisset, sententiam scriptam legit : Agapen et Chioniam, quoniam iniquis mentibus et contrariis sententiis elatæ, contra divinum edictum dominorum Augustorum et Cæsarum fecerunt, et nunc etiam temerariam, vanam et piis omnibus exsecrabilem Christianorum religionem colunt, igni tradendas jubeo Ilisque dictis, subjunxit : Agatho autem, Casia, Philippa et Irene, quoad mihi placuerit, serventur in carcere.

IV. Postea vero, quam sanctissimæ mulieres igni consummatæ sunt, cum rursus sancta Irene ad præsidem ducta fuisset, Dulcetius sic illam affatus est : Tuæ insaniæ propositum ex his, quæ facis, mani-

[4] I Tim. I. 5. [5] Psal. L, 9. [6] Joan. XIV, 27.

(2) Anno 304. Vide Baronium.

(3) Lege enim vetitum de prægnantibus sumi supplicium docet Plutarchus *de his qui sero a numine puniuntur*. Sed nec de eis haberi quæstionem affirmat Ulpianus l. *Prægnantis* ff, De pœnis.

festo apparet, quæ tot membranas, libros, tabellas, codicillos et paginas Scripturarum, quæ sunt impiorum Christianorum, qui unquam fuerunt, ad hodiernum usque diem servare voluisti : quæ cum prolata essent, ea cognovisti, quamvis quotidie negaveris, vos ejusmodi scripta possidere, non contenta neque sororum tuarum pœna, neque mortis metum præ oculis habens. Quamobrem tibi pœnam afferri necesse est. Sed alienum tamen non videtur, etiam nunc benignitatis partem aliquam tibi condonari, ut si volueris nunc saltem deos agnoscere, impunis et ab omni supplicio periculoque libera esse possis. Quid igitur dicis ? Facisne quod imperatores nostri et Cæsares jusserunt ? Num parata es sacrificiis vesci, et diis immolare ? Minime, inquit Irene, minime per Deum illum omnipotentem, qui creavit cœlum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt. Summa enim illius ignis sempiterni pœna proposita his est, qui Jesum Dei Verbum negaverint. Dulcetius vero : Quisnam tibi auctor fuit, ut membranas istas atque Scripturas ad hodiernum usque diem custodires ! Ille, inquit Irene, Deus omnipotens, qui jussit nos ad mortem usque ipsum diligere : qua de causa non ausæ sumus eum prodere : sed maluimus aut viventes comburi, aut, quæcunque alia nobis acciderint, perpeti, quam talia scripta prodere.

V. Tum præses : Quisnam, inquit, conscius erat hæc in domo illa esse, in qua habitabas ? Respondit Irene : Hæc vidit Deus omnipotens, qui omnia scit ; præterea nemo. Nostros enim homines inimicis pejores duximus ne forte nos deferrent. Itaque nulli hæc ostendimus. Superiore anno, inquit præses, cum edictum illud tale, ac pium jussum dominorum imperatorum ac Cæsarum primo fuit divulgatum, ubinam vos latuisti ? Ad hæc Irene : Illic, ubi Deus voluit. In montibus (scit Deus) sub dio fuimus. Præses vero : Apud quem vixistis ? Sub dio, inquit illa, alias in aliis montibus versantes. At præses : Quinam erant, qui vobis panem suppeditabant ? Deus, inquit Irene, qui omnibus escam suppeditat. Tum præses ait : Eratne pater vester harum rerum conscius ? At Irene : Minime, per Deum omnipotentem, conscius erat ille, qui ne novit quidem hæc omnino. Præses ait : Quis igitur vestrorum vicinorum id noverat ! Vicinos, inquit Irene, interroga, et loca inquire, vel eos qui norunt, ubi nos eramus. Præses dixit : Postquam e monte reversæ fuistis, ut tu dicis, legebatisne scripta ista, præsente aliquo ? Domi nostræ erant, inquit Irene neque audebamus illa efferre : quamobrem magnopere angebamur, quod non poteramus nocte ac die illis operam dare, sicut a principio consueveramus usque ad annum superiorem, quo et illa occultavimus. Dulcetius præses dicit : Sorores quidem tuæ pœnas nostro jussu decretas exsolverunt ; te vero, etsi anteaquam aufugisses, propterea quod scripta ac membranas istas occultaveras, mortis pœna tibi decreta fuerat, non tamen eodem modo jubeo e vita sic repente discedere : verum per satellites ipsos, et Zosimum publicum carnificem in lupanari nudam statui præcipio, e pallatio singulis diebus panem unum sumentem, satellitibus ipsis non permittentibus te illinc discedere.

VI. Cum igitur satellites et Zosimus publicus minister præsto essent : Illud, inquit præses, vobis notum sit, quod si mihi significatum fuerit, vel horæ alicujus momento istam ex eo loco motam fuisse, in quo esse jussimus, tunc vos supremæ pœnæ subjecti eritis. Scripta vero ipsa a scriniis et arculis Irenes proferantur. Cum igitur quemadmodum a præside jussi fuerant, eam illi ad publicum lupanar duxissent, et propter Spiritus sancti gratiam quæ ipsam protegebat, et universorum Domino Deo puram atque intactam servabat, ne unus quidem ad eam accedere, vel turpe aliquid in eam facere aut dicere ausus fuisset, sanctissimam illam feminam Dulcetius præses revocavit, et ante tribunal sisti jussam, sic affatus est : Numquid in eadem adhuc temeritate persistis ? Minime, inquit Irene, temeritas, sed Dei pietas est, in qua persisto. Cui respondit Dulcetius præses : Et ex priore tuo responso manifeste ostendisti te imperatorum jussui nolle æquo animo parere, et nunc quoque in eadem arrogantia persistentem te video : quare dignam pœnam persolves. Cumque chartam petiisset, sententiam hanc contra ipsam scripsit : Quoniam Irene imperatorum jussui parere, diisque immolare noluit, quinimo nunc quoque in Christianorum ordine ac religione perseverat : hac de causa, ut antea duas ejus sorores, ita et ipsam viventem nunc comburi jubeo.

VII. Hæc sententia cum a præside lata fuisset, milites Irenen comprehensam in quemdam sublimem locum duxerunt, ubi et ejus sorores antea martyrium passæ fuerant. Cum autem magnum rogum accedissent, jusserunt ipsam in eum conscendere. Itaque sancta Irene psalmos canens, et Dei gloriam celebrans, in rogum se conjecit : atque ita consummata est in consulatu Diocletiani Augusti nono, Maximiani autem Augusti octavo, Kalendis Aprilis, regnante in sæcula Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri est gloria sanctoque Spiritui in sæcula sæculorum. Amen.

VITA S. VIRGINIS THEODORÆ

ET DIDYMI MARTYRIS

(Anno 280, Aprilis 5). — Latina quidem Martyrologia habent hanc historiam 28 Aprilis, aiuntque Theodoram una cum Didymo percussam; sed cum Metaphrastes habeat Didymum Nonis Aprilis cæsum, Theodoram autem evasisse, nos eam quinto Aprilis die cum Metaphraste collocavimus. — Latine apud Surium. Deest in codicibus Græcis Parisiensibus.)

I. Diocletiano et Maximiano imperatoribus et præside Alexandrinæ civitatis Eustrathio, edictum quoddam adversus Christianos missum fuit, ut vel diis immolarent, vel supplicio afficerentur. Cum vero præses ille pro tribunali sederet in magna Alexandrinorum civitate, jussit cohortem accersire Theodoram virginem, quæ nuper capta fuerat, et in carcere servabatur. Quam cum duxisset: Præsto, inquit cohors, est Theodora. Judex igitur: Cujusnam sortis es mulier? Christiana, inquit Theodora, ego sum. At ille: Liberane, an serva. Dixi jam, inquit ipsa, Christianam me esse: Christus enim veniens, a peccato me liberavit. Quod vero et ad vanam atque inanem mundi hujus gloriam attinet, claris parentibus orta sum. Tunc judex quæstorem accersiri jussit. Quem cum cohors præsto esse dixisset: Dic, inquit, Luci: nostine Theodoram virginem? Cui Lucius: Per tuam, præses, valentem vitam ac splendorem, nobilissima est, multæque existimationis et primi generis mulier. Quare, inquit judex, cum sis ita nobilis, nuptias recusasti? Theodora respondit: Christi causa nubere nolui. Cum enim ille homo factus in mundo versaretur, ab ea, quæ semper virgo et Dei Mater fuit, genitus, a corruptione nos removit, et sempiternam vitam nobis promisit. Itaque fore mihi persuadeo, ut in ejus fide permanens, ad finem usque incorrupta et intacta sim.

II. Tunc judex dixit: Imperatores jusserunt, vos, quæ virginitatem semper servatis, aut diis immolare, aut injuriosius tractari. Arbitror, inquit Theodora, te non ignorare, hominis propositum Deo ipsi in primis gratum esse: is vero animum meum atque propositum castum esse cognovit. Quod si me id pati, quod dicis, et violari coegeris, non erit hæc impudicitia, sed vis et injuria. Judex autem: Cum te ingenuam esse noverim, et tui rationem habere cupiam, admoneo, ne contumeliosius te geras; nihil enim proficies. Nam per Deos omnes, sententiam hanc imperatores tulerunt. Tunc illi Theodora: Et prius, inquit, tibi dixi, hominis propositum atque animum Deo gratum esse. Cum enim omnia ille pernoscat, cogitata etiam nostra scit, et mentes ipsas perspicit. Quamobrem si coacta fuero facere quod dicis, impudicam me factam nunquam existimabo. Sive enim caput meum, sive manus, sive pedes abscindere, sive totum corpus dilacerare volueris, hoc quidem per vim ac potestatem, quam habes, facere poteris. Similiter lupanari tradar, necne, in arbitrii mei potestate non est, sed in manu tua, cui per imperium vim licet inferre. Quod vero ad animi mei propositum attinet, certum est Deo ipsi castitatis meæ professionem servare: illi enim virginitas mea dicata est; ille certus hujus rei dominus est: ille, si voluerit, virginitatem hanc meam, possessionem suam, incolumem atque intactam servabit.

III. Judex vero ait: Noli, Theodora, ætatem tuam honeste actam, totam injuriæ et probris objicere: nam ut urbis quæstor testatus est, his parentibus orta es, qui nobilitate atque existimatione cum primis excellunt. Ad hæc Theodora: Christum, inquit, primum confiteri debeo, qui et Deus est, et omnis notabilis honorisque auctor, qui scit et me columbam suam puram et incolumen ad finem usque servare. Tum judex dixit: Curnam erras, o Theodora? Eumne Deum credis, qui fuit in cruce suffixus? An qui talis est, te in lupanar conjectam, intactam servare poterit, ab his præsertim viris, qui mulierum amoribus insanire soliti sunt? Fidem, inquit Theodora, et spem habeo in Christo, qui crucem perpessus fuit sub Pontio Pilato, fore ut me ab iniquis istis viris eripiat, et a labe omnino liberam servet, in ejus fide permanentem, neque unquam eum negantem. Judex vero: Adhuc te nugantem patior, necdum jubeo tormentis subjici. At si contendere non destiteris, ut ancillam aliquam te prosternens, faciam quod domini atque imperatores nostri jusserunt, ut et reliquis mulieribus exemplum fias. Ad hæc Theodora: Parata sum corpus meum, cujus potestatem habes, tibi tradere: anima vero ipsa in solius Dei manu est ac potestate. Tum judex: Excæcate illam statim, eique dicite, ne insanire amplius velit, sed cedere et diis ipsis immolare. Minime, inquit Theodora, per Deum ipsum dæmonibus sacrificium aut cultum afferre volo, cum Deum adjutorem habeam. Ad hæc judex: Quid me cogis tibi honestissimæ feminæ injuriam facere? Ausculta mihi, o stulta, ne in tantam turbam incidas eorum, qui sententiam expectant quæ contra te feratur. Non sum amens inquit Theodora, quæ Deum confiteor, et ipsum adjutorem habeo. Quam enim injuriam mihi fore putas, ea res honorem et gloriam sempiternam mihi comparabit. Tum judex: Ego non amplius te

feram, sed imperatorum jussa exsequar : futurum enim existimans ut persuaderi posses, diutius te ferebam. Quod si tibi parcens, id minus curabo, quod jussus fui, imperatores contemnere videbor. Illi autem Theodora ita respondit : Sicut ipse imperatores metuis quodque ab illis jussus es, id facere studes ; ita et ego studeo non negare Deum meum, timeo enim et ipsa verum illum imperatorem Deum contemnere. Contentiose, inquit judex, mecum agis, et æternorum imperatorum jussa negligis, et me, tamquam imbellem aliquem despicis. Adhuc trium dierum tempus tibi condono, ac per deos omnes, nisi animum mutes et sacrifices, in lupanar te tradam, ut mulieres omnes te ita tractari videntes, turpitudine tua castigentur. At Thodora : Et nunc idem Deus est, et semper, qui non permittet, ut eum derelinquam. Peto autem ut intactam ac puram me servari jubeas, quoad sententiam tuleris. Tunc judex ait : Theodoram sub tuta custodia servate usque ad tres dies, si forte resipiscens, sibi ipsa persuaserit, ut a tali contentione desistat. Quin et præcipio, ne permittatis aliquem ad eam ingredi et cum ipsa versari, propterea quod familia nobili et honesta nata est.

IV. Post tres dies cum judex in tribunali sederet : Adducatur, inquit, Theodora. Cohors ait : Domine, præsto est Theodora. Tum ille : Si resipuisti, et tibi jam persuasisti, nunc sacrifica, et esto libera ; puto enim te nequaquam sapere, in eodem proposito persistentem. Respondit Theodora : Antea dixi tibi, et nunc eadem dicere non recuso, castitatis meæ professionem, Christi causa susceptam esse, qui fuit incorruptæ vitæ prædicator, meamque confessionem ipsius Dei gratia fieri. Ejus igitur Domini et Dei confessio per me prædicetur, et ipse videat (scit enim) quomodo suam virginem puram conservet. Per deos ipsos, inquit judex, dominorum jussa veritus, ne forte illis non obediens, pericliter, adversus te faciam quod sum jussus. Quoniam vero in lupanar tradi maluisti, quam diis ipsis sacrificare, videamus, num te servet Christus ille tuus, propter quem in contentione ista persistere voluisti. Id cum judex dixisset, ad cohortem versus : Tradatur, inquit, ista in lupanar. Tunc ait Theodora : Tu, Deus, qui occultas res inspicis, qui novisti omnia, priusquam illa fiant, qui ad hodiernum usque diem mihi affuisti et intactam in ea re me servasti, quam tibi promisi, ipseet post hac me custodias, et a profanis et iniquis eorum manibus, qui parati sunt ancillæ tuæ injuriam inferre, incolumem et integram serves. Hæc cum illa dixisset, ad lupanar ducta est ; ad quod ingressa, oculos ad cœlum erexit, et ait : Tu, Pater Domini nostri Jesu Christi, me adjuva, ut ab his canibus eripiar. Tu, qui Petrum in carcere adjuvisti, eumque ab injuria liberum illinc eduxisti, et me hinc ab injuria incolumem educas, ut omnes videant, meque servam tuam esse cognoscant.

V. Turbæ autem illæ eam, ut lupi agnam, circumdantes, certatim studebant pro se quisque ad eam ingredi, et ut canes in feram aliquam, et accipitres in columbam, ita in eam turbæ inhiantes ingredi festinabant. Cæterum neque tunc Christus ipse cessabat, sed cum quemdam ex Fratribus præparasset, ad eam illum misit. Quidam enim religiosissimus Frater, qui Dei negotia tractare optime didicerat, et quemadmodum aliquem ex Dei voluntate divitem fieri deceret, bene noverat, ille cum e rebus bonis semper aliquid amplius appeteret, et sibi comparare studeret, duplicem martyrii coronam sibi conciliavit, et regnum cœlorum hoc modo rapuit. Cum enim militari habitu se induisset, primus ad eam ingressus est, quasi unus ex impudentium et intemperantium hominum numero esset. Ejus igitur hominis novam et peregrinam figuram sancta illa virgo Theodora cum vidisset, fuit perterrita ; ea enim res multum injuriæ ac turpitudinis præ se ferebat. Quamobrem ancipiti et dubio animo carceris angulos circumibat, secum cogitans, num a Christo ipso relicta esset.

VI. At sanctus Didymus (ita enim vocabatur) ut germanus frater, incipiens eam affari : Non sum, inquit, id, quod vides. Exstrinsecus enim lupus videor, intus vero sum ovis mansueta. Ne spectes exteriorem hanc vestem, sed interiorem et promptum animi affectum consideres. Frater enim sum in aliena figura, contra diabolum sapiens, eorum quidem veste indutus, qui sunt illius ministri, ut ita huc ingrediens non agnoscerer (erant enim qui huc venientem speculabantur) et Domini mei pretiosam possessionem, et Dei columbam eam servare possem. Sed age vestem mutemus ; tibi Deus ipse victoriam largitur : me vero coronat sanctus, et qui sine macula est, Agnus ille, qui tollit peccata mundi. Exi tu, et, ad Dominum ito : Ego propter Dominum hic remanebo. Hac mea veste, quam timebas, induaris. Esto tu pro me, ut est ab Apostolo dictum [1] : « Estote ut ego, quoniam et ego ut vos. » Ille quidem hæc dicebat : Theodora vero libenter ei obtemperabat. Novit enim ab illo ipso Deo, qui misit in lacum leonum prophetam Habacuc, ut Danieli [2], qui et ipse propheta erat, cibum impartiret, quique et leonum ora obstruxit, militem illum tunc ad se missum, ut ipsius habitu occultata, et illinc erepta servari posset.

VII. Illa igitur virgo militis habitum sumpsit, ocreisque, quibus antea miles uti consueverat, crura sua contexit : cumque reliqua veste se induisset, capiti galeam imposuit, ejusque armis acceptis, illo ipso, quem, qui ei astiterat præcepit, ornatu induta egressa est. Admonita etiam fuit, ne quem aspiceret, propter eorum luporum impudentiam atque audaciam, neve aliquem alloqueretur : sed recta ad portam tenderet, et Jesum ipsum viæ ducem sibi proponeret. Et illa quidem illinc egressa,

[1] Galat. IV, 12. [2] Dan. XIV, 32 *seqq.*

ut columba quædam alas quatiens, atque in cœlum tendens, ex accipitris ore, vel agna e leonum faucibus, evasit. Frater vero ille sedebat, de sorore non amplius sollicitus, et spirituale prandium exspectans. Cumque se capitis tegumento induisset, eo in loco sedebat. Erat autem ita coronatus, ut si adversarium ipsum vicisset. Intervallo autem temporis, quidam ex insanientium numero intemperantiæ servus, ita ut erat impudens, illuc tanquam ad virginem ingredi ausus, cum virum pro virgine offendisset, mente perculsus secum ipse dicebat: Nunquid virgines in viros transfert Jesus iste? Miles ille, qui ante me huc ingressus est, exiit. Quisnam igitur hic est, qui sedet? Ubinam virgo illa, quæ hic inclusa erat? Audivi aliquando a Jesu ipso aquam in vinum conversam: nunc majus quiddam video: virginem enim in virum mutavit. Timeo ne et me in mulierem convertat. Ille vero cum opportune sororem eripuisset, factum suum non occultavit: sed clara voce: Non mutavit, inquit, me Dominus, sed et mihi et illi coronam dedit. Quam igitur habebatis, eam non habetis; quique vobis non erat, eum nunc habetis. Virgo illa, virgo est, ut antea, miles vero Chritis Jesu athleta nunc est.

VIII. Egressus igitur, qui fuerat paulo ante ingressus, quod factum erat, nuntiavit. Id autem judex audiens, jussit eum ante tribunal sisti. Quem præsentem cum vidisset, eum interrogans ait: Quodnam tibi nomen est? Didymus, inquit ille, ego appellor. Tum judex: Et quisnam tibi suggessit, ut istud faceres, ac me contemneres? Cui Didymus: Deus me misit, ut hoc facerem. Confitere, inquit judex, antequam tormentis subjiciaris. Ubinam est Theodora illa virgo? Respondit illi: Per Christum Dei Filium, ubi ea sit, nescio. Illud scio, ac persuasum habeo, quod cum Dei sit serva, et A Deum ipsum satis confessa fuerit, intacta permansit, quam Deus ipse incolumem et a labe puram servavit. Itaque quod factum est, non mihi, sed Deo ipsi tribuo; quoniam secundum fidem ipsius fecit illi Deus, quemadmodum et ipse nosti, si fateri velis. Tunc ait judex: Cujusnam sortis homo tu es? Christianus, inquit Didymus, ego sum a Christo liber factus. At judex: Cruciate istum vehementer duobus modis, propter ejus petulantiam. Peto, inquit Didymus, ut quod ab imperatoribus tuis jussus es, celeriter expedias. Cui judex: Per deos duplicia tormenta tibi reposita sunt nisi diis ipsis sacrifices. Quod si feceris, prius illud facinus tuum audax condonabitur. Ego, inquit Didymus, reipsa tibi ostendi, me Dei athletam esse: propter finem enim B mihi repositum hoc facere aggressus fui, ut et virgo ipsa, virgo remaneret, et ego Dei confessionem manifeste profiterer; nam in Dei fide permanens, tormenta non sentiam. Itaque celeriter fac, quod videtur, non enim dæmonibus immolo. Nam et si in ignem me tradere volueris, illinc etiam Deus me potest eripere.

IX. Tunc illi judex: Tantæ audaciæ causa caput tibi abscindetur: et quoniam dominorum atque imperatorum nostrorum præceptum contempsisti, reliquiæ tuæ in ignem tradentur. Ad hæc Didymus: Benedictus, inquit, Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui consilium meum non despexit, sed et Theodoram ancillam suam integram servavit, et me per duo tormenta coronabit. Cumque sententiam a judice latam accepisset, securi percussus C est. Quo facto, ejus corpus in ignem fuit conjectum. Martyrio autem functus est sanctus Didymus Nonis Aprilis, regnante in cœlis Domino nostro Jesu Christo: quoniam ipsi et gloria cum Patre et sancto Spiritu nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MARTYRIUM S. THERMES

ET PHERBUTÆ EJUS SORORIS EJUSQUE ANCILLÆ.

(Anno 310. — Apud Surium ad diem 5 Aprilis. Græce non exstat in codd. Paris.)

I. Tempore nostræ persecutionis, regina repente D in morbum incidit; quæ cum Judæorum crucis inimicorum esset studiosa, eosque libenter audiret, accesserunt ad eam atque dixerunt, Simeonis episcopi, cognomento Jombaphæ sorores, ut fratris necem ulciscerentur, venenum ipsi, quo interiret, miscuisse. Quod cum ad regis aures pervenisset, sancta Therme statim cum sorore et ancilla comprehensa est. Erat autem hæc virgo sacris in rebus exercitata: imo vero omnes erant in Jesu Christi fide optime institutæ. Habita de illis quæstio fuit in palatio. Maupta enim Magorum princeps cum duobus aliis principibus regis mandato judex fuerat constitutus. Cum autem sancta Therme cum duabus reliquis in judicium esset adducta, perspecta judices pulchritudine ipsius (erat enim forma admodum venusta) improbo singuli amore vehementer exarserunt: nemo tamen aliis rem indicavit. Sic igitur illas sunt allocuti.

II. Cur orbis terrarum reginæ ac dominæ veneficium parastis? Quo quidem crimine dignæ estis mortis supplicio. Hic sancta Therme respondens: Cur nos, inquit, in crimen vocatis, quod a veritate abest quam longissime? Cur nobis calumnias struitis? Si sanguinem nostrum sititis, quid vobis impedimento est, quominus illum bibatis? Si mortem

nostram optatis, ecce manus vestræ quotidie cædibus coinquinantur : et nos propter Deum nostrum malumus mori, quam ipsum abnegare : est enim vita nostra. Et quemadmodum scriptum est, ut unum Deum adoremus, et illi soli serviamus [1], sic etiam facimus. Et cum alibi scriptum sit : « Maleficos non sines vivere [2], » quomodo nos maleficæ, quæ scelus id gravius prope Dei abnegatione judicamus ? Utrique profecto crimini mors proposita est. Audiebant judices virginem cum voluptate et præ pulchritudinis atque sapientiæ ipsius admiratione loqui non poterant. Sed quisque secum ipse sic cogitabat : Regem hortabor, ut illas liberet ,et hanc mihi uxorem ducam. Mauptas autem : Vix tandem recte, inquit, dixisti, vobis non licere esse maleficis ; verum fraternæ mortis ulciscendæ causa id perpetrastis. Ad hæc virgo sancta respondit : Quid mali fratri nostro accidit, ut nos propter ipsum a Deo vivente vitam nostram sejungere debeamus ? Quamvis enim vos illum improbitate vestra et æmulatione interfeceritis, tamen vivit, et gaudet in regno cœlesti : quod quidem regnum, potentiam et imperium vestrum evertet. Quæ illa cum diceret, jusserunt eas in carcerem duci, et custodiri.

III. Diluculo autem misit ad eam Mauptas nuntium, qui diceret : Si vis, orabo regem, ut liberet vos a morte, et eris mihi uxor. Quibus verbis auditis, strenua virgo, etsi non potuit non commoveri, tamen ita respondit : Os tuum obstrue, canis immunde, inimice Dei, et omnis veritatis ; nec audeas amplius verbum impurum effundere in aures meas. Neque enim ista cogitatio cadit in mentem meam. Absit. Semel enim dicata sum Christo Domino, cui virginitatem meam servo, et fidem ac veritatem tueri studeo ; solus enim est sine peccato, et liberare me potest ab immundis manibus, et impuris cogitationibus vestris. Mori non timeo, nec ullum cædis genus reformido. Hæc enim via, quam mihi adornatis, me ducet ad charissimum fratrem meum Simeonem, ut dolorum et gemituum, quos post necem ipsius pertulit anima mea, solatium et consolationem accipiam. Miserunt itidem ad eam reliqui duo principes nuntios : quos illa pariter cum indignatione rejecit. Quamobrem cum se victos ab illa perspicerent, et cupiditatem suam inanem esse animadverterent, consilium inierunt, et falsum atque iniquum ad regem testimonium detulerunt, eas esse maleficas, asserentes.

IV. Quo rex audito, decrevit, ut nisi Soli immolarent, occiderentur. Quod quidem decretum cum ad eas perlatum esset, responderunt, se Deum cœli ac terræ effectorem adorare ; nolle autem honorem Deo debitum, Soli ab ipso procreato tribuere : nec ullis minis posse a charitate Salvatoris et Domini sui Jesu Christi revocari. Quæ cum dixissent sanctæ virgines, uno magi consensu magnaque voce A e terra tollendas pronuntiarunt, quod reginæ pharmaca præparassent, quibus interiret. Statim igitur rex hanc in eas sententiam tulit, ut quo mortis genere magi vellent afficerentur. Negabant enim homines impii atque impuri, fieri posse, ut regina convalesceret, nisi virginum corpora duas in partes ita dissecarentur, ut regina per medium illarum incederet. Sed Mauptas rursus, cum ad supplicium ducerentur, ad sanctam misit, qui diceret, si vellet sibi obsequi, curaturum, ut nec ipsa, nec reliquæ puellæ interficerentur. At virgo sancta, clara voce : Canis, inquit, immunde, cur hæc loqueris, quæ ego audire non possum ? Ad finem enim hujus vitæ pervenire cupio, ut perpetuo vivam. Absit, ut caducam hanc mihi vitam parem, qua morte peream B sempiterna.

V. Eduxerunt igitur illas extra civitatem, et pro unaquaque ipsarum binos palos ita defixerunt, ut uni eorum collum, alteri pedes eorum alligarent : et cum eas sic extendissent, assumpta serra fabrili, singulas in binas partes dissecuerunt. Et terna ligna procera in una parte viæ, terna in altera constituerunt, illisque sanctarum virginum corpora suspenderunt. O spectaculum horrendum ac miserabile, spectaculum lacrymis, luctu, stupore et gemitu prosequendum. Si quis lacrymas non habet, accedat, et erumpent ex oculis ejus fontes lacrymarum. Ecce corpora candida et sancta tropæum in via constituerunt, in quibus illæ omni vitæ suæ tempore gravitatem et virginitatem coluerunt. Li- C bertas in ignominiam versa est earum, quæ modestiam et æquitatem in proprio thalamo exercebant. Ecce gloria mutata est in contumeliam. Quandiu quiescet et exspectabit divina justitia ? Sed cum ad judicandum exsurget, non parcet amplius, nec miserebitur. Quam multa audet superbia : quæ tamen cum ceciderit, nec consurget, nec habebit ubi consistat. Hæc profecto sanctarum ligna fructus justitiæ ferunt. Vere isti sunt Arabiæ lupi crudeles, bibentesque sanguinem, qui virgines has secuerunt ac suspenderunt. De ipsis cogitabat beatus Propheta cum diceret : « Viventes utique absorbuissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos, viventes ad inferos deduxisset nos [3]. » Quis tam horribili facinore lætari potuit ? Quis tam immane spectaculum sine lacrymis intueri ? Nemo profecto. Aut si quis D potuit, is ab hominis natura est alienus, nec ex genere Adam profectus est.

VI. Tulerunt igitur infelicem Reginam, quæ in ea via per sanctarum corpora transiit, magna illam caterva prosequente. Rex enim diem illum celebrabat. Martyrio coronata est sancta Therme, cum sorore et ancilla, Nonis Aprilis in Christo Jesu Domino nostro ; cui gloria cum sanctissimo Patre, et benignissimo ipsius Spiritu vitæ largitore, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Deut. VI, X. [2] Exod. XXVIII, 18. [3] Psal. CXXIII, 4.

S. CALLIOPII VITA

ET MARTYRIUM.

(Latine apud Surium ad diem 7 Aprilis. Græce in cod. Paris. non invenimus.)

I. Theoclia mulier quædam pia, ac timens Deum cum tota familia sua, multas faciebat eleemosynas, et sancte vivebat. Hæc viro nupsit senatorio, qui nullos ex ea, quoniam erat sterilis, liberos suscipiebat : Dei tamen munere tandem concepit. Sed cum adhuc uterum gereret, maritus ejus defunctus est. Quamobrem in magna opulentia filium peperit, et Calliopium appellavit, qui in omni divinarum Litterarum sapientia educatus est. Erat autem Pergæ Pamphyliæ patricius; verum cum eo tempore contigisset, ut idololatriæ error vigeret, et veritas conderetur, et multi sacrificarent idolis, sanctus Calliopius assidue jejuniis et precationibus incumbebat. Quod cum ad judices delatum esset, beata mater ejus Theoclia consuluit filio, ut vitandi judicii causa, aurum, vestimenta, servosque sumeret, et illinc navigaret. Pompeiopolim igitur Ciliciæ se contulit, ubi cum impius præfectus Maximus Bacchanalia, et ludos, et choreas, et convivia idolis celebraret, admirabatur pius adolescens, quænam illa essent. Ipse enim jejuniis perpetuo vacabat. Ab illis igitur, qui aderant, percontatus est, quid illud esset. Qui cum respondissent, deorum esse celebritatem : Veni, inquiunt, et tu, ut convivii particeps fias. Ab ille : Christianus, inquit, sum, et Christum jejuniis celebro, nec quæ sunt flagitiosis atque impuris idolis immolata licet in os eorum, qui Christum colunt, ingredi.

II. Hæc cum ad aures præfecti pervenissent, iracundia plenus, jussit eum in judicio sisti. Quod cum esset factum : Ecquod, inquit Maximus, nomen est tibi ? Christianus sum, inquit, et Calliopius vocor. Cur, ait Maximus præfectus, cum per orbem universum deorum celebritas peragatur, tu in isto errore persistis ? Vos, inquit, Calliopius, errore tenebrisque versamini, qui, relicto Deo vivente, qui cœlum et terram, et quæ in eis sunt omnia verbo procreavit, saxa sensus expertia, et ligna putrida, quæ sunt manuum impiarum opera, colitis et adoratis. Adolescentia, inquit præfectus, te petulantem reddit, et magnos tibi cruciatus parat. Dic igitur, e qua gente sis, et ex quo genere. E Pamphylia sum, inquit Calliopius, et patricius genere, et, quod nobilissimum est, Christianus. Dic mihi, præfectus inquit, parentes habes ? Mater, respondit Calliopius, superest ; nam pater jam diu defunctus est. Per solem ac deos omnes, præfectus inquit, si vis esse pius et diis immolare, filiam, quam unicam habeo, tibi uxorem dabo. Si uxorem, inquit Calliopius, ducere decrevissem, non prius filiam tuam acciperem; quam mater mea id sciret et approbaret. Verum sic habeto, me Christo meo credidisse, et pulverem hunc, quem Deus conflavit, et ad similitudinem suam fecit, purum et sine macula ante Christi tribunal sistendum esse. Quamobrem fac, quæ tibi videntur : ego enim Christianus sum.

III. Scelestissime, inquit Maximus præfectus, istiusmodi verbis futurum putas, ut ira commotus, te celeri supplicio necandum curem ? Falleris. Neque enim id faciam : sed corpus tuum omni cruciatuum genere confectum, in ignem conjiciam. Quanto, inquit Calliopius, pluribus me tormentis excruciabis, tanto mihi ea perferenti corona splendidior contexetur. Nemo enim, ut scriptum est [1], coronabitur, nisi legitime certaverit. Tunc Maximus juissit ut ei vincto plumbatis virgis omnia ossa confringerentur. Beatus autem Calliopius, dum vapularet : Gratias, inquit, ago tibi, Christe, quia dignus effectus sum, qui propter nomen tuum verbera sustinerem. Mihi, inquit Maximus præfectus, obtempera et diis immola, ut patriam videas, et matrem tuam, et ne spolieris divitiis ac fortunis tuis. Tormentorum enim sentis acerbitatem. Dulcedinem, inquit Calliopius, promissæ a Christo quietis degusto, et tormenta non sentio. Nec in aliena regione me esse puto, cum Domini sit terra, et plenitudo ejus [2]. Et hic quoque patriam cerno, matremque meam. Nam mater mea, est Christi Ecclesia sacrosancta : et patria mea, est cœlestis illa Jerusalem. Nostra enim conversatio in cœlis est [3]. Quod si mihi corpoream matrem objicias, audi quid Christus Deus meus dicat : « Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus [4]. » Nam quod ad divitias pertinet, eas negligo, et malo Christi cruce affligi, quam caducis stulti mundi deliciis frui.

IV. Maximus præfectus : Quam est, inquit, excors. Crudis nervis ventrem ejus cædite, dicentes : Noli unum pro alio stulte respondere, sed apte ad interrogata. Insane, inquit Calliopius, et quavis fera crudelior, et a Christi pietate, qui in cœlis est, alienе, tibi veritatis rationem expono, quam tu animi oculis non cernis, aures occludens, ne Domini ser-

[1] II Tim. II, 5. [2] Psal. XXIII, 1. [3] Philipp. III, 20. [4] Matth. X, 37.

monem exaudias, et contra legum præscripta jubes me, tanquam homicidam, verberari ? Rotam, inquit præfectus, collocate et magnum ignem succendite. Rotæ tanta vi alligatus est adolescens, ut totus discerperetur. Quo quidem cruciatu cum acerbissime angeretur : Christe, inquit, præsto sis servo tuo, ut ad finem usque laudetur in me nomen tuum, quamvis indignus sim servus tuus : et cognoscent omnes, eos, qui in te sperant, non confundi in æternum. Statim igitur accedens angelus Dei, flammam carbonum exstinxit : et ministri, cum vellent rotam volvere, non poterant. Delicata autem ipsius membra totam rotam sanguine conspersérunt. Erat enim acutis gladiis circummunita. Jussit autem præfectus eum solvi, et a rota dimoveri. Spectatores dicebant, judicium illud iniquum esse ; et dolebant, quod talis adolescens tam acerbe torqueretur. Sed Maximus : Nonne, inquit, dixi tibi, te adolescentia esse petulantem, et propterea gravioribus cruciatibus affectum iri? Canis, inquit Calliopius, impudentissime, tu me sic alloqueris, quasi crudelissima recusem aut deprecer tormenta tua. Infelix, inquit præfectus, credis te contumeliis effecturum, ut te celerius occidendum curem. Verum haud ita erit. Diis igitur immola, ut quæ reliqua sunt, tormenta lucrifacias. Non permittet, inquit Calliopius, Christus meus, ut puram meam in Deum fidem pervertas. Arbitratu tuo corpus excrucia, recepturus a Deo in die judicii merita præmia. Qua enim mensura metiris, eadem remetietur tibi. Ferreis, inquit Maximus, catenis vinctum in interiorem carcerem conjicite ; nemo curam illius gerat; nemo impiorum amicorum ad eum accedat ; beatum se putet ob ea tormenta, quibus propter ipsius impietatem adversus deos affectus est. Statim igitur vinctus in carcerem interiorem conjectus est, ubi sine intermissione Deum laudabat.

V. His auditis, mater, facto testamento, ducentos quinquaginta servos libertate peculioque donavit : et quidquid auri, aut argenti, aut vestimentorum habebat pauperibus reliquit; possessiones autem Ecclesiæ sanctæ largita est. Tum celeriter in Ciliciam ad sanctissimum filium suum Calliopium contendit : et in carcerem ingressa, procidit ante pedes ejus, et vulnerum cruorem abstersit. Sanctus autem Calliopius catenis, et corporis tumore ex verberibus contracto, cohibebatur, quominus posset assurgere, et ad matrem accedere. Sed ita locutus est : Opportune venisti, mater, ut testis esses Christi cruciatuum. Mater autem filii corpus aspiciens dilaniatum : Beata ego, inquit ad sanctissimum filium suum Calliopium, et beatus fructus ventris mei, quoniam, ut Anna, dicavi te sacrum munus Domino Jesu Christo : ut Sara obtuli te Deo holocaustum gratum, et acceptum Domino sacrificium. Mansit autem totam noctem illam in carcere ad ipsius pedes postrata. Simul autem ambo precabantur, et laudabant Deum. Et circa mediam noctem magna lux carcerem illustravit, et vox eos sic allocuta est : Vos estis sancti Dei et Christi confessores, eversoresque idolorum, qui patriam et pecunias reliquistis, ut cum Christo pateremini.

VI. Cum autem illuxisset, præfectus : Voca, inquit, Christianorum sectæ studiosum Calliopium. Demetrius autem centurio ad Calliopium : Nunc saltem, inquit, ab insania discede, et imperatorum decretis obtemperans, diis sacrifica, ut vivas : alioquin ut Magister tuus suffigeris in crucem. Admiror, inquit Calliopius, impudentiam tuam, qui cum sæpe ex me audieris Christianum me esse, et Christianum esse moriturum, et in Christo victurum, tam impudenter pergas veritatem oppugnare. Festino eamdem, quam Magister meus pertulit, mortem oppetere. Hæc cum ille dixisset, præfectus ex responsis martyris animadvertens eum a proposito deduci non posse, sententiam tulit, ut quinta Sabbatorum Paschæ in crucem ageretur. Quod mater ejus intelligens, quinque nummos ministris dedit, ut eum contraria ratione, quam Christus Dominus crucifixus fuit, affigerent cruci. Quinto igitur Sabbatorum pronus in caput crucifixus est, et die Parasceves animam egit. Et vox de cœlo audita est, ita sonans : Veni, civis Christi, et cohæres sanctorum angelorum.

VII. Mater vero sanctissimi ac beatissimi filii corpus complexa, et Christum laudans, in ejus complexu spiritum reddidit. Et accedentes fratres, eorum corpora in loco sacro sepelierunt, collaudantes Patrem et Filium et Spiritum sanctum, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΩΝ

ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΤΕΡΕΝΤΙΟΥ, ΑΦΡΙΚΝΟΥ, ΜΑΞΙΜΟΥ, ΠΟΜΠΙΟΥ

ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΙΑΣ ΑΥΤΩΝ ΤΟΝ ΑΡΙΘΜΟΝ Μ'.

—

MARTYRIUM

SS. TERENTII, AFRICANI, MAXIMI, POMPII

ET SOCIORUM QUADRAGINTA.

(Anno 420. Latine apud Surium ad diem 10 Aprilis : Græce ex cod. Reg. Paris n. 1534. sæc. XII.—Interpres textum habuit ab eo quem edimus in nonnullis discrepantem. EDIT. PATR.)

—

I. Decius Romanorum imperator, idolorum studio cupiens omnes in exitii barathrum pertrahere (erat enim filius diaboli) in universas imperio subjectas provincias edictum misit, ut omnes Christiani ad immolandum et comedendum ea, quæ idolis essent immolata, pertraherentur. Quod si qui recusarent, in judicium vocati plecterentur. Decretum hoc cum in Africam ad præfectum Fortunatianum esset perlatum, ipse sedens in tribunali, populum convocavit, et sic est allocutus : Diis immolate, alioqui suppliciis afficiemini. Et, his dictis, tormenta in medium proferri jussit. Quibus conspectis, multi perterriti præfecto obtemperarunt, et a Christi religione defecerunt. Quidam tamen ex ipsis, numero quadraginta in Christi fide fortiter mori decreverant, seque mutuo ita cohortabantur : Videte fratres, ne Dominum nostrum Jesum Christum abnegemus, ne ipse quoque abneget nos. Mementote Dominum olim dixisse : « Nolite timere eos, qui corpus occidunt animam autem non possunt occidere. Timete potius eum, qui potest animam et corpus perdere in gehennam [1].»

A Α'. Βασιλεύοντος Δεκίου τοῦ παρανόμου τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς καὶ βουλομένου αὐτοῦ πάντας τῇ ἰδίᾳ θρησκείᾳ ἑλκύσαι καὶ εἰς βάραθρον ἀπωλείας ἐμβαλεῖν (πατέρα γὰρ ἔσχε τὸν Σατανᾶν), ἐξαπέστειλεν εἰς πᾶσαν τὴν ὑποτεταγμένην αὐτῷ βασιλείαν προστάγματα ἐγγράφως, ὥστε πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ καθελκῦσαι εἰς τὴν μιαρὰν προσκύνησιν τῶν εἰδώλων · εἰ δέ τινες ἀντιλέγοιεν, τούτους τῷ δικαστηρίῳ παραδίδοσθαι, καὶ μετὰ πολλῶν βασάνων καὶ αἰκισμῶν τῇ τελευταίᾳ τοῦ θανάτου ὑπάγεσθαι ψήφῳ. Ἐξαπέστειλε δὲ τὸ πονηρὸν αὐτοῦ καὶ ἀσεβὲς δόγμα καὶ τῷ ἡγεμόνι Φουρτουνάτῳ τῷ ἐν τῇ Ἀφρικῇ · καὶ φθάσαντος τοῦ βασιλικοῦ προστάγματος πρὸς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, ἐδέξατο ἡγεμὼν τὰ βασιλικὰ γράμματα. Ἀναγνοὺς οὖν αὐτὰ καὶ καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ βήματος, εὐθέως προσέταξε συλλειφθῆναι τὸ πλῆθος τῆς πόλεως · τῶν δὲ συλλειφθέντων, ἔφη πρὸς αὐτούς · Δέκιος ὁ αὐτοκράτωρ κελεύει, ἵνα θύσητε ἅπαντες τοῖς θεοῖς · εἰ δὲ μήγε, μέλλετε κακῶς καὶ πικρῶς ἀποθνήσκειν. Ταῦτα εἰπὼν προσέταξε καὶ τὰ βασανιστήρια ἅπαντα προτεθῆναι. Τῶν δὲ προτεθέντων, πολλοὶ τῶν θεωρησάντων τὸ πλῆθος τῶν κολαστηρίων, ἐκ μόνης τῆς θείας δεδοικότες τὴν ἀπειλὴν, ἐπείσθησαν τῷ τυράννῳ καὶ ἀποστάντες ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ πίστεως, προσεκύνησαν τοῖς εἰδώλοις. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν, τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα, συνέθεντο μᾶλλον ἐν γενναιότητι τελειωθῆναι ἐν τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον μετὰ θάρσους · Ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ, μὴ ἀρνησώμεθα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἵνα μὴδὲ αὐτὸς ἀρνήσῃ ἡμᾶς · γνῶτε, ὅτι ἤδη εἶπεν ὁ Κύριος · « Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. »

II. Fortunatianus ad hos : Video, inquit, vos viros et ætate perfectos, et sapientia præditos : quamobrem miror, cur vos ejusmodi dementiæ tradideritis, ut unum Deum et regem dicatis, quem Judæi, ut hominem sceleratum, crucifixerunt. Re-

Β'. Τούτοις οὖν τοῖς λόγοις ἀλλήλοις θαρσοποιοῦντες οἱ ἅγιοι, ἔφη πρὸς αὐτοὺς ὁ ἡγεμών · Ἄνδρες βέλτιστοι, θεωρῶ ὑμᾶς ἐν ἡλικίᾳ καλῇ καὶ τελείᾳ κεκοσμημένους ὄντας καὶ λογῳ σεσοφισμένους · καὶ θαυμάζω, πῶς τοιαύτῃ ἀπιστίᾳ ἑαυτοὺς ἐξεδώκατε,

[1] Matth. x, 28.

ἵνα μόνον Θεὸν ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν, ὄντινα ἄνθρωπον ὄντα, ὡς κακοῦργον, οἱ Ἰουδαίων παῖδες ἐστανρώσαν. Τότε ὁ ἅγιος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Τερέντιος, στόμα τῶν πάντων γενόμενος, εἶπεν οὕτως· Εἰ ᾔδεις, ὦ ἡγεμὼν, τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ἐσταυρωμένου, κατέλειψας ἂν τὴν τῶν ματαίων εἰδώλων πλάνην, καὶ αὐτῷ μόνῳ προσεκύνεις καὶ ἐθεράπευες, τὸν ὄντα Υἱὸν εὐεργέτην ἐκ Πατρὸς ἀγαθοῦ καὶ εὐεργέτου, τὸν πλούσιον καὶ εὔσπλαγχνον καὶ ἐλεήμονα, ὃς νεύματι καὶ βουλήματι τοῦ Πατρὸς εἰς γῆν καταβὰς καὶ τὴν θεότητα αὐτοῦ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐνδύσας ὑπέμεινε σταυρὸν καὶ θάνατον διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἀκούσας ταῦτα, λέγει πρὸς τοὺς ἁγίους· Θύσατε προθύμως· ἢ ἀψάμενος ὑμῶν τῶν μελῶν, τελείως ὑμᾶς ἀφανίσω. Ὁ ἅγιος Τερέντιος εἶπεν· Νομίζεις, ὦ τύραννε, φόβῳ ἐλεάσαι ἡμᾶς ; Οὐχ οὕτως ἀνανδροί ἐσμεν, ἵνα καταλείψαντες τὸν τῆς ζωῆς χορηγὸν προσκυνήσωμεν θεοὺς ἀλλοτρίους. Ἀλλὰ πρᾶττε συντόμως, ὃ βούλει πράττειν καθ' ἡμῶν· ἡμεῖς γὰρ τελείως τὸν γενναῖον ἡμῶν λογισμὸν ἠδρασμένον ἔχομεν εἰς Χριστόν. Τότε θυμωθεὶς ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσε περιαιρεθῆναι αὐτῶν τὰ ἱμάτια καὶ ἀγεσθαι αὐτοὺς καὶ μὴ βουλομένους εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων. Ἦσαν δὲ τὰ εἴδωλα ἅπαντα περικεχρυσωμένα καὶ ἐστολισμένα κόσμῳ πολυτελεῖ καὶ λαμπρῷ. Καὶ εἰσελθὼν ὁ ἡγεμὼν εἶπεν αὐτοῖς· Θύσατε τῷ μεγάλῳ θεῷ Ἡρακλεῖ· πάντες ἴδετε τὴν δόξαν καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ. Ὁ ἅγιος Τερέντιος εἶπεν· Πλανᾶσαι, ὦ ἡγεμὼν, μὴ εἰδὼς τὸ συμφέρον σοι· οὗτοι γὰρ, οὓς λέγεις θεοὺς, λίθοι εἰσὶ καὶ ξύλα καὶ χαλκὸς καὶ σίδηρος· κεκόσμηνται δὲ χρυσῷ καὶ ἱματισμῷ πολυτελεῖ πρὸς τὸ πλανᾶσθαι τοὺς ἀνοήτους ἀνθρώπους ὑπ' αὐτῶν, τοῦ ἀποστῆναι μὲν τῆς αἰωνίου ζωῆς, τῷ πυρὶ δὲ παραπεμφθῆναι· οὔτε γὰρ βλέπουσιν οὔτε λαλοῦσιν οὔτε ἀκούουσιν, ὑπὸ γὰρ ἀνθρωπων γλυφέντες καὶ χωνευθέντες, καὶ εἰς εἶδος ἀνθρώπων τυπωθέντες, μεταφέρουσιν εἰς τὴν ἄθεον τούτων ἔννοιαν τοὺς πειθομένους αὐτοῖς· Ὅμοιοι δὲ αὐτῶν εἰσιν οἱ ποιοῦντες αὐτὰ καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. » Εἴπατε δὲ ἡμῖν, ἆρα οἱ θεοὶ ὑμῶν, οὓς λέγετε, δύνανται ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἢ ἀμείψασθαί τινι ἀμυνομένῳ αὐτοῖς ; Εἰ οὖν αὐτοῖς βοηθῆσαι οὐ δύνανται, πῶς ὑμῖν βοηθήσωσι ;

A spondit omnium nomine sanctus martyr Terentius: Si nosses, præfecte, Crucifixi virtutem, relictis idolorum erroribus ipsum coleres et adorares. Est enim Filius Dei, benignus, dives, clemens et misericors, qui Patris nutu et voluntate in terram descendit, divinitatemque suam humanæ naturæ conjunxit, et pro salute nostra crucem subire voluit. Fortunatianus, his auditis, dixit ad eos : Immolate : alioqui membra vestra comburens, delebo vos. Putas, inquit Terentius, nos terrore commotos sententiam mutaturos ? Non adeo sumus ignavi, ut, relicto vitæ Largitore, deos alienos adoremus. Fac igitur celeriter, quod tibi libet, adversum nos, quoniam strenui et constantes Christi cultores sumus. Indignatus præfectus, jussit eos, vestimentis detractis B in idolorum templum trahi. Idola autem auro argentoque et pretiosis erant vestibus exornata. Ingressus Fortunatianus, dixit eis : Magno deo Herculi sacrificate. Gloriam enim et potestatem ejus conspicitis. Erras, inquit Terentius, et ignoras id, quod tibi utile est. Dei enim isti tui, lapides sunt, et ligna, et æs, et ferrum. Ornati autem sunt auro, ut homines decipiant, et abducant ab æterna vita. Nam ipsi quidem non vident, nec loquuntur, nec audiunt, nec ambulant : quippe qui ab hominibus sculpti conflatique sunt, et in hominum speciem conformati, ut ad hanc impiam cogitationem eos, qui sibi parent, convertant : « Similes enim eorum sunt, qui faciunt ea et omnes, qui confidunt in eis[a] .» Dicite, quæso : Isti quos deos asseritis, C possuntne sibi ipsis opitulari, et eos, a quibus læduntur, ulcisci ? Quod si ipsi auxilio esse non possunt, quomodo nobis opitulabuntur ?

Γ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἡγεμὼν καὶ ἐμμανὴς γενόμενος σφόδρα, ἐκέλευσε τὸν μακάριον Τερέντιον καὶ Ἀφρικανὸν, Μάξιμόν τε καὶ Πόμπιον ἐν τῇ φρουρᾷ βληθῆναι τῇ ἐνδοτέρᾳ καὶ μετὰ πάσης ἀσφαλείας τηρεῖσθαι αὐτοὺς, εἰπὼν· Ἐν τῇ μελλούσῃ προόδῳ ἀκούσω αὐτῶν. Τοὺς δὲ περὶ τὸν μακάριον Ζήνωνα, καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ Θεόδωρον, ὄντας τὸν ἀριθμὸν λς', προσέταξεν τῷ βήματι ἀχθῆναι καὶ λέγει αὐτοῖς· Μηδὲν ὠφεληθέντες ἐκ τῆς προτέρας ὑμῶν ὁμολογίας, κἂν νῦν πείσθητέ μοι καὶ θύσατε τῷ μεγάλῳ Θεῷ Ἡρακλεῖ. Οἱ δὲ ἅγιοι ἀποκριθέντες εἶπον· Ἡμεῖς πολλάκις σοι εἴπομεν περὶ τούτου· ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν προτέρων ἐπερωτήσεων ἔγνως, ὅτι Χριστιανοί ἐσμεν τέλειοι, καὶ οὐ πείθεις ἡμᾶς προσκυνῆσαι εἰδώλοις ἀκαθάρτοις ποτέ· τὸ λοιπὸν ποίει ἐν τάχει, ὃ βούλει, εἰς ἡμᾶς. Ὁ ἡγεμὼν εἶπεν· Οὐ πείθεσθέ μοι παρακαλοῦντι ὑμᾶς ; ἀναγκάζομαι ἐν τὸ κελευσθέν μοι παρὰ τῶν ἀηττήτων βασιλέων

III. Hæc audiens præfectus, jussit Terentium, et Africanum, et Maximum, et Pompeium in carcerem interiorem detrudi, et omni diligentia custodiri, Cras, inquiens, audiam illos. Beatum autem Zenonem, et Alexandrum, et Theodorum cum reliquis D sociis, qui erant omnes numero triginta sex, ad tribunal adductos sic alloquitur : Cum ex priori vestra contentione nihil utilitatis perceperitis, parete mihi, et magno deo Herculi immolate. At illi : Sæpius jam, inquiunt, diximus, nos esse Christianos, id quod ex superioribus quæstionibus intelligere potuisti : nec tu nobis unquam persuadebis, ut idola impura colamus et adoremus. Facile enim possumus, quidquid in hanc sententiam dixeris, confutare. Non vultis, inquit præfectus, cohortationes meas audire ? Atqui invictorum imperatorum jussa facere cogemini. Et jussit eos asperis virgis et nervis vapulare. At illi, sublatis in cœlum mani-

[a] Psal. CXIII, 8.

bus, una omnes et clara voce dixerunt: Aspice, Domine, et adjuva servos tuos, et libera nos ab adversario. Quibus auditis, magis adhuc eos virgis cædi imperavit, donec multi satellites unus post alium eos verberando defessi sunt, et lora ac virgæ defecerunt. Rursum autem jussit eos fustibus cædi. Verum licet omnia ipsorum viscera contererentur, adeo tamen hilares ac læti erant fortium martyrum vultus, ut omnes sanctorum patientiam atque constantiam admirarentur.

ποιῆσαι, καὶ ἄλλως ὑμῖν προσενεχθῆναι. Καὶ εὐθέως ἐκέλευσεν αὐτοὺς τύπτεσθαι μετὰ ῥάβδων ἀγρίων καὶ βουνεύρων ὠμῶν. Οἱ δὲ ἄφιοι μάρτυρες τυπτόμενοι, ἁπλώσαντες τὰς χεῖρας αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανόν, φωνῇ μεγάλῃ εἶπον· Κύριε ὁ Θεός, ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς τοὺς δούλους σου, καὶ βοήθησον ἡμᾶς, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἀντικειμένου. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ ἡγεμών, ἔτι μᾶλλον προσέταξε ῥαβδίζεσθαι αὐτούς, ἕως οὗ ἤλλαξεν ἕκαστος ἀνὰ δέκα κεντυρίωνας· τυπτομένων δὲ αὐτῶν ἐπὶ πολὺ καὶ τῶν σαρκῶν αὐτῶν καταξαινομένων καὶ τοῦ αἵματος τῇ γῇ προσρέοντος, οἱ λῶροι καὶ αἱ ῥάβδοι ἐδαπανήθησαν· καὶ πάλιν ἐκέλευσεν ὁ παράνομος ξύλοις ἀγρίοις τύπτεσθαι αὐτούς, ὡς λοιπὸν καὶ τὴν ἔνδοθεν οἰκονομίαν τῶν σπλάγχνων αὐτῶν διαφανῆναι. Τοιαῦτα δὲ ἐγένοντο φαιδρὰ τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων, ὥστε πάντας θαυμάζειν τὴν ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν αὐτῶν.

IV. Postquam igitur cæsi fuerunt, dixit ad eos præfectus: Immolate, et liberabo vos. Sancti autem tacebant. Sed præfectus iratus, pyras incendi jussit, et terga eorum aduri, cum ea prius aceto et sale conspersa essent. Tunc sancti Dei martyres suspicientes in cœlum dixerunt: Domine Deus noster qui tres pueros, Ananiam, Azariam et Misaelem de camino ignis liberasti, nec eos lædi permisisti: qui Danielem ex ore leonum eripuisti, et de manu Pharaonis Mosem servasti: et sanctam Theclam ab igne, et theatro, et feris ac bestiis marinis defendisti: qui amicis tuis perfectum regnum largitus es: qui Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum a mortuis excitasti: qui multa variaque dona nobis dedisti: qui lucem procreasti, et cœlum sicut pellem extendisti[3]: qui stellas dinumeras[4], et suis eas nominibus vocas: qui in fines terræ misisti veritatem: exaudi nos supplices, et ex calamitatibus libera: quoniam tua est gloria in sæcula sæculorum. Amen. Cum precandi finem fecissent, præfectus ira desæviens, jussit eos suspensos dilacerari. Quod quidem dum fieret, sanguinis rivi ex eorum corporibus defluebant. Neque tamen cruciatuum acerbitate commovebantur. Deus enim confirmabat eos, et robur ac fortitudinem subministrabat. Præfectus autem ad eos: Persuaseruntne vobis tormenta, ut ab insania recedatis? an adhuc in impietate vestra permanetis? Illi nihil responderunt. Ad vos, inquit rursum præfectus, hæc loquor. At sancti Dei martyres suspicientes in cœlum, ita locuti sunt: Deus omnipotens, qui Sodomorum urbem propter ipsorum nequitiam igne succendisti, et in solitudinem redegisti, hoc etiam impiorum domicilium nunc propter justitiam tuam everte. Cumque Christi signum frontibus suis impressissent, insufflarunt adversus idola, et ea statim confracta in pulverem redegerunt. Tunc sancti martyres ad præfectum: Cernis, inquiunt, deos tuos? Ubi est robur ipsorum? potueruntne sibi ipsis opitulari? Haud multo post autem et templum corruit. Cujus eversione indignatus præfectus, jussit, ut sancti martyres capite plecterentur. Qua illi sententia læti, collaudabant Deum et gaudentes

Δ'. Μετὰ δὲ τὸ σφοδρῶς τυπτηθῆναι, εἶπε πρὸς αὐτοὺς ὁ ἡγεμών· Θύσατε, κατάδικοι, καὶ ἀπολύω ὑμᾶς παραχρῆμα. Οἱ δὲ ἅγιοι ἐσιώπων. Τότε θυμωθεὶς ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσε πυρωθῆναι ὀβελίσκους καὶ καταχαῦσαι αὐτῶν τοὺς νώτους, εἶθ' οὕτως ὄξος δριμὺ καὶ ἅλας ῥαίνεσθαι αὐτοῖς καὶ ὑφάσματι τριχίνῳ ἀνατριβῆναι αὐτῶν τοὺς νώτους· δριμεῖα δὲ ὄντως πάνυ ἡ βάσανος αὕτη· ὅθεν ἀνοβλέψαντες οἱ ἅγιοι τοῦ Θεοῦ μάρτυρες εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπον· Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ῥυσάμενος τοὺς τρεῖς παῖδας ἐκ καμίνου πυρὸς, Ἀνανίαν, Ἀζαρίαν καὶ Μισαήλ, καὶ μὴ ἐάσας αὐτοὺς ἀδικηθῆναι, ὁ ῥυσάμενος τὸν Δανιὴλ ἐκ στόματος λεόντων, ὁ διασώσας Μωσῆν ἐκ χειρὸς Φαραώ, ὁ διασώσας Θέκλαν ἐκ πυρὸς, καὶ θεάτρου, καὶ θηρῶν, ὁ πολλὰς καὶ διαφόρους εὐεργεσίας χαρισάμενος ἡμῖν τοῖς δούλοις σου, ὁ τὸ φῶς ποιήσας καὶ τὸν οὐρανὸν ἐκτείνας, ὡσεὶ δέρριν, ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, ὁ τὴν ἀλήθειαν καταπέμψας εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, ἐπάκουσον καὶ ἡμῶν, τῶν δούλων σου, δεομένων σοι νῦν, καὶ σῶσον ἡμᾶς ἐκ τῶν ἀναγκῶν ἡμῶν καὶ τῶν θλίψεων, ὅτι ἐτάκησαν ἡμῶν αἱ σάρκες, Δέσποτα, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκλείπει· σοῦ δὲ, Κύριε, τὸ ἔλεος ἀνείκαστον καὶ ἡ μακροθυμία ἄφατος, καὶ σοὶ πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Τελευσάντων δὲ αὐτῶν τὴν εὐχήν. πάλιν ὁ ἡγεμὼν θυμομαχῶν ἐκέλευσε κρεμασθέντας ξέεσθαι αὐτούς. Ξεομένων δὲ τῶν μακαρίων ἐπὶ πολὺ, οὐδὲ οὕτως ἐφρόντιζον τῶν βασάνων· ὁ δὲ φιλάνθρωπος γὰρ, Θεὸς ἦν μετ' αὐτῶν, ὁ ἀντιλαμβανόμενος καὶ παρέχων αὐτοῖς τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν ἀνδρείαν· ἐπεὶ (ποία γὰρ ἂν ἀνθρωπίνη σὰρξ ὑπήνεγκε ταῦτα;) λέγει ὁ ἡγεμὼν πρὸς αὐτούς· Κἂν νῦν, ἄθλιοι, ἔπεισαν αἱ βάσανοι σῦται ἀπαλλαγῆναι τῆς μανίας, ἢ ἔτι ἐμμένετε τῇ δυσσεβείᾳ ὑμῶν; Οἱ δὲ ἅγιοι οὐδὲν ἀπεκρίναντο. Πάλιν λέγει ὁ ἡγεμὼν πρὸς αὐτούς· Ὑμῖν λέγω καὶ οὐδέν μοι ἀποκρίνεσθε; Θύσατε λοιπὸν τοῖς μεγίστοις θεοῖς καὶ ἀπολύω ὑμᾶς ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια μετ' εἰρήνης. Τότε οἱ ἅγιοι μάρτυρες, ἀναβλέψαντες εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπον οὕτω· Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ τὴν πόλιν τῶν Σοδομιτῶν διὰ τὴν παρανομίαν αὐτῶν πυρὶ κατακαύσας καὶ ἐρημώσας, καὶ τανῦν δεόμεθά σου, Βασιλεῦ ἅγιε· νεῦσον ἐπὶ γῆς, δί-

[3] Psal. CXIII, 2. [4] Psal. CXLVI, 4.

κριος ὢν καὶ τὴν πολύθεον, μᾶλλον δὲ ἄθεον κατα- A ad locum præfinitum pervenerunt: et genibus flestρεψον οἰκοδομὴν τοῦ ἡγεμόνος καὶ τοὺς θεοὺς αὐ- xis, oblatisque cervicibus, confestim interfecti sunt. τοῦ λέπτυνον καὶ ἀφάνισον · καὶ ἡμᾶς τοὺς δούλους Accesserunt autem viri religiosi, et sublata eorum σου ἐν τάχει ἐπίσκεψον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, corpora in loco sacro condiderunt.

ὅτι σὺ μόνος δεδοξασμένος ὑπάρχεις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ εἰπόντες ταῦτα οἱ ἅγιοι μάρτυρες μετὰ στεναγμῶν καὶ δακρύων, καὶ ποιήσαντες τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐν τῷ μετώπῳ αὐτῶν καὶ καθ' ὅλου τοῦ σώματος, ἐνεφύσησαν τοῖς ἀκαθάρτοις εἰδώλοις, καὶ παραχρῆμα ἐλίκμησαν αὐτὰ καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ σποδός· Τότε λέγουσιν οἱ ἅγιοι μάρτυρες τῷ ἡγεμόνι . Ἴδε τὰ σεβάσματα ὑμῶν · ποῦ γὰρ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ἡ κενή ; Μὴ ἠδυνήθησαν ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ; Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ὁ ναὸς συνετελέσθη καὶ συνετρίβη. Ὀργισθεὶς οὖν πάνυ ὁ ἡγεμὼν ἐπί τε τῇ συντριβῇ καὶ ἀπωλείᾳ τῶν θεῶν αὐτοῦ, ἐπί τε τῇ πτώσει τοῦ ναοῦ, ἐκέλευσεν ἀποκεφαλισθῆναι αὐτοὺς παραχρῆμα. Λαβόντες δὲ τὴν ἀπόφασιν οἱ ἅγιοι, ἀπῆσαν χαίροντες καὶ δοξάζοντες τὸν Θεὸν, καὶ ἐλθόντες ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον, κλίναντες τὰ γόνατα καὶ τὸν Θεὸν εὐχαριστήσαντες, εὐθέως ἀπεκεφαλίσθησαν. Καὶ ἐλθόντες οἱ Χριστιανοὶ λάθρα, ἦραν τὰ λείψανα τῶν ἁγίων καὶ ἔθηκαν αὐτὰ ἐν τόπῳ σεμνῷ.

IB'. Τὸν δὲ θεῖον παραστηθάμενος Πάπυλον, ὥσπερ νῦν πρῶτον αὐτὸν θεασάμενος, ἠρώτα, τίνες οἱ γενέται, τίς ἡ πατρὶς καὶ τίς ἄρα ἡ ἐπιστήμη τῷ μάρτυρι. Ὁ δὲ ἅγιος· Μεμάθηκας ἤδη, φησὶν, ὅτι ἐλευθέρων πατέρων ἐγὼ παῖς· ἐκ Θυατείρων δὲ ὥρμημαι, μέτειμι δὲ ἰατρικὴν, οὐχ ὁπόση γένοιτο ἂν ἐκ B βοτανῶν τῶν ἐκ γῆς φυομένων, ἀλλ' ὅση ἄν τινι ἀπὸ Θεοῦ δοθείη· καὶ γὰρ οὐ μέχρι τῶν σωμάτων περιορίζομεν τὴν ὠφέλειαν, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχικῶν ἀῤῥωστημάτων ποιούμεθα τὴν διόρθωσιν. Εἶτα ὁ δικαστής· Οὐκ ἄνευ ἀσκήσεως τῶν Γαληνοῦ, ἔφη, καὶ Ἱπποκράτους ταυτὶ γένοιτο, οἳ παρὰ τῶν θεῶν τῆς ἐπιστήμης τὸ κεφάλαιον ἔλαβον. Καὶ ὁ Πάπυλος· Γαληνὸς μὲν καὶ Ἱπποκράτης, καὶ οἱ τὴν ἐκείνων μετιόντες τέχνην, τότε ἄν τινα θεραπεύσειαν, ἡνίκα τῆς ἑαυτοῦ φιλανθρωπίας τὴν χάριν καὶ ὁ ἐμὸς παράσχοι Χριστός· εἰ δ' οὖν, οἴχεται αὐτοῖς ἡ σπουδὴ μηδὲν τῆς περὶ τὴν τέχνην ἀσκήσεως ἀπολαύσασα· οὓς δέ γε ὀνομάζεις θεοὺς, οὐδὲ ἑαυτοὺς ὀνῆσαί τι δυνάμενοι, πῶς ἂν τῆς ἑτέρων οὗτοι φροντίσωσι θεραπείας; Εἰ δὲ καὶ μαθεῖν ἔργῳ τὸ πρᾶγμα ἐθέλεις, τὸν παρὰ σοὶ καθήμενον πεπηρωμένον, ὡς C ὁρᾷς, ὄντα τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν, ἀναβλέψαι ποιησάτωσαν, κἀμοὶ λόγος τὸ μετὰ ταῦτα οὐδείς. Εἴη δ' ἄν τις, εἶπεν Οὐαλέριος, ὁ τοῦτον ὑγιῶσαι δυνάμενος; — Οὐ τοῦτον μόνον, ὁ ἅγιος ἔφη, ἀλλὰ κἂν νόσος ἄλλη τις ᾖ, κἂν πάθος οὐδὲ παρ' ὀλίγον ἰάσιμον, ῥᾳδίως ἅπαντα θεραπεύσειεν, ὃς ἂν τὸν ἰώμενον πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐπικαλοῖτο Χριστόν. Καὶ τὸν Οὐαλέριον φάναι· Ἴδωμεν ἐν τῷ παρόντι ὃ λέγεις. — Οὐκ ἐγὼ, φησὶν ὁ Πάπυλος, ἐγχειρήσω πρῶτος· δέδοικα γὰρ, μὴ τὸ πρᾶγμα νοθεύσας αὐτὸς τοῖς δαίμοσι τὰ τοῦ θαύματος ὑπογράψῃς· ἀλλ' οἱ σοὶ πρότερον, ἂν βούλωνται, τῶν θεῶν ὑμῶν ἐπίκλησιν ποιησάτωσαν, καὶ τότε πάλιν αὐτὸς τὴν τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ δύναμιν ἐπιδείξω.

IΓ'. Τότε θεραπευτάς τινας καὶ θύτας παραγαγὼν D ὁ Οὐαλέριος, τοὺς ἑαυτῶν ἐκέλευεν ἐπικαλεῖσθαι θεοὺς, μηδὲ τέχνης, μηδὲ ἐπινοίας, μηδ' ἄλλης τινὸς μεθόδου πρὸς τοῦτο μεθιέντας μηδέν. Οἱ δὲ ἄλλος ἀλλαχῇ παριόντες, ὁ μὲν Ἀπόλλωνα, ὁ δὲ Ἀσκληπιὸν, ὁ δὲ ἄλλος ἄλλον τῶν κιβδήλων ἐκάλει θεῶν, ἀδυνάτους κατὰ ἀδυνάτου πράγματος, ὅσα γε εἰς ἀνθρώπους ἦκεν ἐπικαλούμενοι· καὶ ἦν τὸ χρῆμα κομιδῇ γέλως. αἰσχύνη σαφὴς. Τί γὰρ περὶ τῶν ζώντων, Ἡσαΐας φησὶν ὁ μέγας, ἐκζητήσουσι τοὺς νεκρούς; Ἡμέρα γοῦν διῆλθεν ὅλη, καὶ οἱ μὲν ἐδέοντο, ἐκέτευον, ἐθυσίαζον, πᾶσαν περὶ τὰ μάταια ἐποιοῦτο

τὴν προσεδρείαν· τὰ δὲ κωφὰ κωφὰ ἦν, καὶ τῷ ἐκ μέρους τυφλώττοντι οὐδεμία βοήθεια παρὰ τῶν ὅλως πεπηρωμένων. Τί οὖν ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς; Ὁμοῦ σὺν τοῖς ὄμμασι τῆς σαρκὸς καὶ τὰ τῆς ψυχῆς εἰς οὐρανοὺς ἄρας, τὸν ἑαυτοῦ πρὸς ἔλεον ἐκάλει Δεσπότην. Εἶτα τί; Τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐπιβάλλει ταῖς ὄψεσιν, ἅπτεται τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἁφῇ τὸ φῶς ἠκολούθει, καὶ ὁ σβεσθεὶς ὀφθαλμὸς ῥᾷον ἢ πρὸς ὕπνον συγκαλυφθεὶς ἀνεῴγνυτο, καὶ τὸ δὴ μεῖζον, καὶ ἡ ψυχῆς ἐλύετο πήρωσις, καὶ πιστεύων ἦν, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἑώρα, ὁ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἅμα πολύ τι πλῆθος ἀνθρώπων τῷ θαύματι πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν ἐχειραγωγεῖτο. Τίνα ἂν οὐ μετέβαλον ταῦτα, καὶ τίς ὁ τὴν ἰσχὺν ἔχων ταύτην ἐκζητῆσαι καὶ μαθεῖν παρεσκεύασεν; Ἀλλ' εἰ καὶ πάντας, Οὐαλέριον γοῦν οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ πολὺ μᾶλλον ἐκπεπώτερον ἑαυτοῦ πεποιήκασι, καθάπερ ἐνηδόμενον τῇ ἀπωλείᾳ τῆς πλάνης καὶ οὐδαμῶς ἐκκαλυφθῆναι τὴν ἀλήθειαν ἀνεχόμενον· ὅθεν καὶ τὸν μάρτυρα ταύτης ἐπὶ ξύλου μετεωρίσας, αἰκίζεται ἀριμυτάτως, τοιαύτας αὐτῷ τὰς ἀμοιβὰς τῆς εἰς τὸν συγκάθεδρον εὐεργεσίας ἀποδιδούς.

ΙΔ'. Ἐξαίνετο μὲν οὖν τὸ καλὸν ἐκεῖνο σῶμα ταῖς μάστιξι. Πάπυλον δὲ οὐ τοῦτο ἐλύπει, ἀλλ' ὅτι μὴ χαλεπώτεραι μᾶλλον ἐπήγοντο βάσανοι, δεινῶς ἤσχαλλεν· ὥσπερ γοῦν ἀπ' ἐναντίας καὶ Οὐαλέριος ἡττωμένας ὁρῶν πάλιν τὰς αὐτοῦ βασάνους πρὸς τὴν τοῦ μάρτυρος εὐψυχίαν, πάθος ἴδιον εἶχε τοῦτο καὶ πικρῶς ἔφερε· τοιγαροῦν προσετίθει καὶ ἄλλας, καὶ πῦρ ταῖς αὐτοῦ πλευραῖς ὑπανάπτει καὶ λίθοις βάλλεσθαι κελεύει· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ πῦρ ὁ μακάριος οὐδὲν ἔπαθεν ἀγεννὲς, καὶ οἱ λίθοι καθάπερ αἰδούμενοι τὸ διὰ Χριστὸν οὕτως αἰκιζόμενον σῶμα, ἀλλαχοῦ μὲν ἠκοντίζοντο, κατ' αὐτοῦ δὲ οὐδαμῶς ἐφέροντο. Ἐκεῖ οὖν ἀπηγόρευσεν Οὐαλέριος ἤδη καὶ οὐδὲν εἶχεν, ὁ ἐπαγάγοι τοῖς ἁγίοις εἰς τιμωρίαν, καιρὸν ἰδίδου τοῖς μώλωψι, λογιζόμενος ἴσως, ὡς εἴ γε καὶ μικρὸν οὕτως ἀνεθεῖεν οἱ μάρτυρες, δριμυτέραις αὐτοὺς οἱ μώλωπες περιβαλοῦσιν ὀδύναις ἤδη φλεγμήναντες καὶ οὕτω χαυνοτέρους πρὸς τὰς μελλούσας ἐξετάσεις παρέξονται. Ἀλλ' οὗτοι τὸν ἰατρὸν ἐγγὺς ἔχοντες. δι' ὃν καὶ τὰς πληγὰς ἡδέως ἐδέχοντο, οὐ τῶν ὀδυνῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν τραυμάτων αὐταῖς οὐλαῖς ἀπηλλάττοντο, μηδὲ ἴχνος τι τούτων ἐφ' ἑαυτῶν περιφέροντες, ὥστε ἐλάνθανε πλήττων ἑαυτὸν Οὐαλέριος, οὐ τοὺς μάρτυρας, ὅσῳ γὰρ ἐκουφίζοντο τῶν πόνων ἐκεῖθεν, τοσούτῳ τὴν καρδίαν αὐτὸς ἐμαστίζετο, καὶ θυμὸς αὐτὸν ἴσα καὶ πυρὶ κατεπίπρα.

ΙΕ'. Βραχὺ τὸ μεταξὺ καὶ πάλιν ὁ μὲν ἐφ' ὑψηλοῦ πραιθῆται βήματος, φονικόν τε καὶ μανικὸν βλέπων, καὶ διὰ τοῦ τῆς ψυχῆς κατόπτρου, τῶν ὀφθαλμῶν, τὴν ἔνδον ὑποφαίνων πικρίαν, καὶ οὐδὲ προσιτὸς τοῖς πλείοσιν ὤν· περιίσταται δέ αὐτὸν πᾶν ὅσον ὑπηρετικὸν εἶχε τῆς σφετέρας ἀλαζονείας· εἰσάγονται δὲ οἱ γενάδαι· μᾶλλον δὲ εἰσίασι πρόθυμοι· εἶπες ἂν αὐτοὺς εἰς εὐωχίαν, οὐκ εἰς ἀγῶνα καλεῖσθαι· καὶ ὁ μὲν καταπλήξειν αὐτοὺς καὶ πρὸ τῶν

A vanis perpetuo assidebant. Surda autem ; surda erant : et ei, qui ex parte cæcutiebat nullum erat auxilium ab iis qui erant cæci penitus. Quid ergo Christi servus ? Simul cum carnis oculis animæ quoque oculos ad cœlum tollens, ad misericordiam suum invocabat Dominum. Deinde quid ? Crucis signum immittit oculis, manu tangit, et tactum lux est consecuta, et exstinctus oculus facilius est apertus, quam si somno fuisset opertus : et quod majus est, ejus,qui beneficio affectus fuerat,animæ quoque ablata est cæcitas, eratque credens,et veram lucem intuebatur, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum : et simul etiam magna hominum multitudo deducta est miraculo ad agnitionem veritatis. Quem non hæc mutassent, et effecissent quærere et discere, quisnam is sit, qui B tanta est virtute præditus ? Sed et si omnes nequaquam quidem certe Valerium, imo eum etiam se ipso fecerunt longe sæviorem, perinde ac si delectaretur errore, et nequaquam sustineret aperiri veritatem. Unde etiam cum ejus martyrem sublimem supra lignum sustulisset, verberat acerbissime, tales ei reddens remunerationes pro beneficio, quo ejus affecerat assessorem.

XIV. Et flagellis quidem cædebatur pulchrum illud corpus: Papylum autem non hoc male habebat, sed quod non graviora infligerentur tormenta, ægre ferebat : quomodo contra Valerius, victa videns sua tormenta a martyris animi magnitudine, dolebat et acerbe tolerabat. Adjecit itaque etiam alia ; et C ignem accendit ejus lateribus, et jubet eum appeti lapidibus. Sed nec adversus ignem se gessit martyr ignave : et lapides veluti reveriti corpus, quod sic pro Christo torquebatur, alio quidem jaciebantur, nequaquam autem in ipsum ferebantur. Cum ergo jam defessus esset Valerius, nec jam haberet, quod sanctis inferret ad supplicium, dabat tempus vibicibus, reputans fortasse, quod si parum dimissi sic fuerint martyres, inflammati jam vibices eos gravioribus afficerent doloribus, et sic redderent molliores ad futuram quæstionem. Sed ii cum prope haberent Medicum, propter quem plagas libenter accipiebant, non solum a doloribus, sed etiam a vulneribus liberati sunt simul cum cicatricibus, ne ullum quidem in se eorum ferentes vestigium. Quare seipsum imprudens feriebat Valerius, D non martyres. Quo enim illi magis levabantur laboribus, eo magis cor ejus cædebatur : iraque, perinde ac ignis, eum accendebat.

XV. Breve tempus intercessit, et rursus ille quidem præsidet in excelso tribunali, torvo et cædem spirante aspectu intuens, et per animæ speculum, oculos, internam ostendens acerbitatem, et nec pluribus quidem sui præbens adeundi copiam: illum autem tantum cirumsistunt, quicunque erant ministri ejus arrogantiæ. Introducuntur autem viri præclari, vel potius ingrediuntur prompto et alacri animo. Diceres eos vocari ad convivium, non au-

tem ad certamen. Et ille quidem videbatur, vel ante minas, eos esse territurus ipso solo aspectu : et interrogabat, sententiæ martyrum faciens periculum: et visione apprehendebat eorum mutationem. Tantum vero aberat, ut illi ita essent affecti, ut etiam ei exprobrarent tarditatem in ferenda sententia, et quod non cito morerentur, valde ægre ferrent : Cur, dicentes, et tibi, et famulis exhibes molestiam, nos quidem sæpe adducens, postremæ autem semper parcens sententiæ, sperans fortasse fore, ut nos pœniteat, et persuadeas, ut a Christo deficiamus et veritate? Quod quidem tunc aspexeris, cum videris nos æque ac deos tuos, nullo sensu præditos et surdos. Hæc cum primum dixissent, murices quidem ferrei dispergebantur in terra : præclari autem viri in eos nudi jaciebantur, et supini super eos trahebantur crudeliter : res ad cruciatum acerbissima, cum vel solum subjicitur oculis. Sed nec in hoc quidem deos suos neglexit famulos: sed statim (oportet enim rursus aliquid dicere ex divina Scriptura) ascendit inspirans in faciem eorum, et eos liberans ex afflictione. Et protinus evanuerunt murices, et conservati sunt ipsi illæsi a malis. Hoc plane judicem accendit ad furorem : et novaculæ adeo crudeliter martyrum latera laniabant, ut utrumque par rursus egrederetur naturales limites, nempe et lictores in puniendo immisericorditer, et sancti in forti animo tolerandis molestiis.

A ἀπειλῶν ἐδόκει μόνῃ τῇ θέᾳ, καὶ ἠρώτα τῆς γνώμης ἀποπειρώμενος τῶν ἁγίων καὶ μεταβολὴν ἐφανταζετο· οἱ δὲ τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ τι τοιοῦτον παθεῖν, ὥστε καὶ ὠνείδιζον αὐτῷ τὴν περὶ τὴν ἀπόφασιν βραδυτῆτα, καὶ ὅτι μὴ ταχέως ἀπέθνησκον ἐπιεικῶς ἐδυσχέραινον. Τί πράγματα, λέγοντες, καὶ σαυτῷ καὶ τοῖς ὑπηρέταις παρέχεις, ἀγωγίμους μὲν ἡμᾶς πολλάκις ποιῶν, τῆς δὲ τελευταίας ψήφου φειδόμενος, ἐλπίζων τάχα μεταβαλεῖν ἡμᾶς καὶ πεῖσαι ἀποστῆναι Χριστοῦ καὶ τῆς ἀληθείας; Ὅπερ τότε ἂν ἰδεάσω, ὅτε ὁμοίως τοῖς σοῖς θεοῖς ἀναισθήτους ἡμᾶς ἑώρακας καὶ κωφούς. Ταῦτα οὐκ ἔφθασαν εἰς τέλος εἰπεῖν, καὶ σιδηροῖ μὲν κατὰ γῆς ἐσπείροντο τρίβολοι· ἠκοντίζοντο δὲ κατ' αὐτῶν οἱ γενναῖοι γυμνοὶ καὶ ὕπτιοι ἐπάνω τούτων ἀφειδῶς εἵλκοντο, πρᾶγμα B πικρότατον εἰς τιμωρίαν καὶ μόνον εἰς ὀφθαλμοὺς ἐρχόμενον· ἀλλ' οὐδ' ἐν τούτῳ Θεὸς τῶν οἰκείων ἠμέλει θεραπευτῶν, ἀλλ' εὐθέως (δεῖ γὰρ καὶ αὖθις τὸ τῆς θείας φάναι Γραφῆς) ἀνέβη ὁ ἐμφυσῶν εἰς πρόσωπον αὐτῶν καὶ ἐξαιρούμενος αὐτοὺς ἐκ θλίψεως· καὶ παραχρῆμα οἱ τρίβολοι ἀφανεῖς ἦσαν καὶ αὐτοὶ κακῶν ἀπαθεῖς ἐφυλάχθησαν. Τοῦτο πρὸς πλείονα μανίαν ἐξῆπτε τὸν δικαστήν, καὶ ξυστῆρες πάλιν τὰς πλευρὰς ὑπέξεον τῶν ἁγίων, οὕτως ἀγρίως, ὡς ἀμφοτέρους αὖθις ἔξω τῶν φυσικῶν ὅρων γενέσθαι, καὶ τοὺς δημίους ἐν τῷ κολάζειν ἀσυμπαθῶς καὶ τοὺς ἁγίους ἐν τῷ φέρειν εὐψύχως τὰ λυπηρά.

XVI. Post hæc rursus congregat bestias crudelissimas, et sanctis theatrum constituit, et ipse sedet spectator. Et cum in medium adduxisset martyres, in eos immittit ursam : et cum putasset, simul atque fuissent immissi, fore ut virorum præclarorum corpora discerperet, vidit potius naturam animalium rationes carentium, admirabiliter docentem intelligentiam eos qui sunt participes rationis. Ursa enim, veluti reverita speciosos eorum pedes, et pacem vere annuntiantes, non solum nihil noxium, nec agreste fecit, nec ut semel dicam, belluinum : sed ad eorum pedes procidit, et amice est amplexa. Nec hoc quidem suffecit insipienti ad dandam ei intelligentiam. Sed leo quoque protinus immittitur : qui ipse similiter atque ursa, divinis obediebat nutibus, iis qui pro communi Domino gravia patiebantur, nihil omnino volens mali facere. Valerius autem, tanquam ipse seipsum conans superare in scelere, in lacum quemdam nova calce et recens exstincta, vel, ut melius dicam, accensa refertum, jubet sanctos immitti, et in eo degere tres totos dies, tali modo invictos moliens vincere impius. Sed frustra laborabat adversus verum Deum depugnans. Nam divina quædam gratia, et virtus Christi aderat martyribus, qui propter ipsum erant in lacu, hebetans quidem calcis operationem, a malo autem illæsos servans athletas.

Ις'. Μετὰ ταῦτα πάλιν τὰ τῶν θηρίων ὠμότατα συναθροίζει, θέατρόν τε συνίστησι τοῖς ἁγίοις, καὶ C θεατὴς αὐτὸς κάθηται· εἰς μέσον τε τοὺς μάρτυρας ἀγαγὼν, ἄρκτον αὐτοῖς ἐπαφίησι καὶ νομίσας ὁμοῦ τε ἀφεθῆναι καὶ σοῖς γενναδαις διασπαράξαι τὰ σώματα, τῶν ἀλόγων μᾶλλον ἑώρα τὴν φύσιν παραδόξως τοὺς λογικοὺς συνετίζουσαν· ἡ γὰρ ἄρκτος, ὥσπερ αἰδουμένη τοὺς ὡραίους αὐτῶν πόδας καὶ εἰρήνην ἀληθῶς εὐαγγελιζομένους, οὐ μόνον ἐπιβλαβὲς οὐδὲν καὶ ἄγριον καὶ τὸ ὅλον φάναι θηριῶδες εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ προσέπιπτεν αὐτοῖς μᾶλλον καὶ φιλικῶς ἠσπάζετο· οὐδὲ τοῦτο ἤρκεσε τῷ ἀσυνέτῳ νοῦν ἐμβαλεῖν, ἀλλὰ καὶ λέων εὐθὺς ἐπαφίεται· καὶ αὐτὸς ὁμοίως τῇ ἄρκτῳ τοῖς θείοις νεύμασι πειθαρχῶν ἦν καὶ τοῖς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου τὰ χαλεπὰ πάσχοντας οὐχ ὅπως δρᾶσαί τι πονηρὸν βουλόμενος. Οὐαλέριος τοίνυν, ὥσπερ αὐτὸς ἑαυτὸν D ὑπερβαλεῖν ἐν κακίᾳ πειρώμενος, ἔν τινι λάκκῳ τιτάνου πεπληρωμένῳ, ὃν σύνηθες ἄσβεστον ὀνομάζειν, νεαροῦ καὶ ἄρτι σβεσθέντος, ἢ μᾶλλον ἀναφθέντος εἰπεῖν, εἰσαχθῆναι τοὺς ἁγίους προστάττει καὶ ὅλας τρεῖς ἐν αὐτῷ διάγειν ἡμέρας, τρόπῳ τινὶ τοιούτῳ νικῆσαι τοὺς ἀηττήτους ὁ δυσσεβὴς μηχανώμενος· ἀλλ' ἔκαμνε μάτην ἀντιμαχόμενος ἀληθεῖ Θεῷ· θεία γάρ τις χάρις καὶ δύναμις τοῖς δι' αὐτοῦ μάρτυσιν ἐν τῷ λάκκῳ παρῆν, ἀμβλύνουσα μὲν τὴν ἐνέργειαν τοῦ τιτάνου, κακοῦ δὲ ἀπαθεῖς τοὺς ἀθλητὰς συντηροῦσα.

XVII. Valerius autem quo majorem gratiam videbat apparere in sanctis, eo magis iracundia ferve-

ΙΖ'. Οὐαλέριος δὲ ὅσῳ πλείονα τὴν χάριν ἐν τοῖς ἁγίοις διαφαινομένην ἑώρα, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτὸς

ἐνεκνιεύετο ἰσχυρότερος, ὁ ἄφρων, καὶ Θεοῦ γενέσθαι φιλονεικῶν· κρηπῖδας οὖν σιδηρᾶς περόναις μακραῖς διαπεπαρμένας τοῖς μαρτυρικοῖς ἐκείνοις ποσὶν ὑποδεθῆναι προστάττει καὶ ὑποδεθέντας τρέχειν τοὺς μάρτυρας, ἵνα κἂν γοῦν τῆς βασάνου ταύτης ἡττηθέντες ὀφθεῖεν· ἀλλ' εἰκῇ καὶ πάλιν ἐπόνει· ὅσῳ γὰρ καινότερα ἐπενόει, τοσούτῳ καὶ θειοτέρα δύναμις ἐπισκιάζουσα τοὺς ἁγίους κρείττους τε τῶν ἐπαγομένων ἐποίει καὶ ῥωμαλεωτέρους μᾶλλον πρὸς τὰ δεινὰ παρεσκεύαζεν. Ὁ δὲ καὶ ἔτι ἐπειρᾶτο μεταπείσειν, οὕτως ὑπὸ τῆς θείας χάριτος ἐπιδήλως βοηθουμένους· καὶ θύσειν ἠξίου τοῖς βδελυκτοῖς· τοσαύτη φρενοβλάβεια κατεῖχε τὸν ἀσεβῆ. Μὴ ἔχων οὖν, ὅτι καὶ χρήσαιτο, κατῃσχυμμένος ἤδη καὶ φανερῶς ἡττώμενος, κάμινον ὕλῃ πολλῇ τρεφομένην ἀνάπτει καὶ κατὰ μέσης αὐτῆς ἐμβάλλει τοὺς μάρτυρας· ἡ δὲ ἐσβέννυτό τε εὐθέως καὶ τοὺς ἁγίους ἀνέψυχεν· ὅτε καὶ ἡ σεμνοτάτη Ἀγαθονίκη μάρτυρος ὄντως ἀδελφὴ οὖσα, τοῦ θείου, φημί, Παπύλου, τὴν φλόγα τε σὺν αὐτοῖς εἰσῆλθε καὶ τῶν ἀγώνων, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν στεφάνων κοινωνὸς γέγονε. Πάλιν οὖν ἡ φρουρὰ αὐτοὺς εἶχε, καὶ πάλιν οὗτοι τῶν πρὸς Θεὸν ὕμνων καὶ τῆς εὐχῆς εἴχοντο.

ΙΗ'. Ἐπεὶ δὲ ἠπόρει τοῖς ὅλοις ὁ δικαστὴς, μόλις τότε τὸ διὰ ξίφους αὐτῶν κατακρίνει τέλος. Ἤγοντο οὖν οἱ μάρτυρες ἐπὶ τὸν τῆς τελειώσεως τόπον, χαρᾶς ἔμπλεῳ, οὐδὲ τῆς γενναίας Ἀγαθονίκης ἀπολειφθῆναι τούτων ὑπομεινάσης· εἶτα χεῖρας οσίας ἀραντες πρὸς Θεὸν, οὐχ ἑαυτῶν ὑπερηύχοντο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς αὐτῶν φονευτὰς ῥυσθῆναί τε τῆς πλάνης καὶ μεταβαλεῖν πρὸς εὐσέβειαν· τοιαύταις ἀμοιβαῖς ἠμείβοντο τοὺς ἐχθροὺς οἱ τοῦ ἀγαθοῦ μαθηταὶ, καὶ ἄφεσιν τοῦ τολμήματος εὐξαμένου τοῖς φονευταῖς, ἄλλως τε δὲ καὶ αὐτοὶ μεγάλην ἐκείνοις ᾔδεισαν χάριν, ἀνθ' ὧν δι' αὐτῶν ἐξεδήμουν πρὸς τὸν ποθούμενον. Ἐπευξάμενοι δὲ τὰ λυσιτελῆ πᾶσι, τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν, τρισκαιδεκάτην ἄγοντος τότε τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός. Τὰ γοῦν τίμια τούτων λείψανα οὕτως ἀτίμως καὶ ἀμελῶς κείμενα Χριστιανῶν ἀνελόμεναι χεῖρες, μετὰ λαμπάδων ὁμοῦ καὶ ὕμνων λαμπρῶς ἐν ἐπιφανεῖ κατέθεντο τόπῳ, πλοῦτον Χριστιανοῖς ἄσυλον, πνεύμασι πονηροῖς φοβερὰν μάστιγα, καὶ νοσοῦσι πᾶσι δρόσον καὶ ἀψευδὲς ἴαμα, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει τιμὴ καὶ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

bat ipse juveniliter, contendens stultus vel Deo esse fortior. Crepidis itaque ferreis, longis fibulis confixis, jubet calceari pedes martyrum, et calceatos illos sic currere, ut saltem viderentur victi in hoc certamine. Sed rursus quoque laboravit temere. Quo enim magis nova excogitabat, eo magis divina virtus adumbrabat sanctos, et iis quæ inferebantur, reddebat superiores, et adversus aspera et gravia efficiebat robustiores. Ille autem adhuc eos tentabat a sua traducere sententia, quibus sic aperte divina opem ferebat gratia : et volebat eos sacrificare rebus abominandis : adeo emotæ mentis erat impius. Cum ergo nesciret quid ageret, pudore jam affectus, et aperte superatus, accendit fornacem, quæ multa alebatur materia : et in medium ejus injicit martyres. Illa autem protinus fuit exstincta, et refrigerabat sanctos. Quo quidem tempore honestissima quoque Agathonica, quæ erat vere soror martyris, divini, inquam, Papyli, et flammam cum eis intravit, et certaminum, sicut etiam coronarum, fuit particeps. Rursus ergo redierunt in custodiam : et rursus vacabant hymnis ad Deum et precibus.

XVIII. Cum autem dubius esset animi judex, nec ullum inveniret exitum, vix tandem eos condemnat, ut vitam finirent gladio. Ducebantur ergo martyres gaudio pleni ad locum consummationis, cum nec præclara quidem Agathonica ab eis abscedere sustinuisset. Deinde cum sanctas manus ad Deum sustulissent, non pro se solum preces fundebant, sed etiam orabant, ut sui occisores ab errore liberarentur, et converterentur ad pietatem. Sic gratiam suis referebant inimicis, ejus, qui bonus est, discipuli, occisoribus suis precantes veniam ejus, quod erant admissuri, facinoris : quibus alioqui ipsi magnam habebant gratiam, quod per eos migrarent ad eum, quem desiderabant. Cum precati quoque essent ea quæ erant omnibus utilia, eis capita fuerunt amputata tertio decimo mensis Octobris. Pretiosas autem eorum reliquias, quæ abjecte et contemptim jacebant, Christianorum manus cum sustulissent, cum lampadibus simul et hymnis in loco insigni præclare deposuerunt, opes Christianis inviolabiles, malignis spiritibus flagellum terribile, et rorem omnibus ægrotantibus et certam medelam : ad gloriam Dei Patris et Domini nostri, Jesu Christi : quem decet honor et potentia, cum sanctissimo et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΑΘΛΗΣΙΣ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΥ

—

CERTAMEN
SANCTI ET GLORIOSI MARTYRIS
ELEUTHERII EPISCOPI

(Latine apud Surium ad diem 18 Aprilis, Græce apud Bolland. tom. II Aprilis, p. 976, ex cod. 1190 biblioth. Vatic.).

—

I. Cum Ælius Adrianus Romanis quidem imperaret, dæmonibus autem et simulacris diligenter serviret : admirabilis quoque Eleutherius illo tempore cognitus est, veluti quædam stella diem illustrans. Cui patria quidem fuit inclyta et magna Roma : parentes autem genere quidem nobilissimi, divitiis vero opulentissimi, gloria etiam clarissimi. Ter consulem enim fuisse ejus patrem, ejus scribit historia. Sed cum essent adeo insignes, nec eis quidem deerat nobilitas ex pietate orta et religione. Ejus enim mater Evanthia, cum divini Pauli apostolicis admonitionibus fidem accurate didicisset, cum studio virtutis. Dei quoque cultu erat valde locuples. Ea cum hunc sanctum peperisset puerum, Eleutherium quidem vocavit ex ipso ortu : adeo autem liberaliter et honeste eum educavit, ut nomini res quoque convenirent. Sic ergo educatum, cum ad virilem ætatem pervenisset, Deo et archiepiscopo Aniceto (1) dat eum, donum ipso dignum. Ipse enim tunc Romanæ præerat Ecclesiæ. Qui videns morum ejus moderationem et alias virtutes, eum quidem primum diaconum, deinde presbyterum, postremo episcopum ordinat Illyrici.

II. Sicque lucerna, ut evangelice dicam [1], posita super candelabrum, et verbi vitæque luce illuminante multorum cogitationes : et falsam quidem mendacii doctrinam proculcante, doctrinæ sermone affluente, ad solius autem Dei cognitionem multos convertente et deducente ad pietatem, non poterat malignus hæc ferre moderate : sed rabie quidem in ipsum agitabatur, et graviter spirabat contra pietatem. Totum vero subiens Adrianum, cum illo armatur contra veritatem : et ante alios omnes conten-

Α'. Αἰλίου Ἀδριανοῦ Ῥωμαίων μὲν βασιλεύοντος. δαίμοσι δὲ καὶ εἰδώλοις ἐπιμελῶς δουλεύοντος, καὶ ὁ θαυμαστὸς Ἐλευθέριος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, οἷά τις ἡμερολαμπὴς ἀστὴρ ἐγνωρίζετο· ᾧ πατρὶς μὲν ἡ μεγάλη καὶ περιφανὴς ἐτύγχανε Ῥώμη, πατέρες δὲ γένει, πλούτῳ τε καὶ δόξῃ περιφανέστατοι καὶ λαμπρότατοι· τρισύπατον γὰρ αὐτοῦ τὸν πατέρα γενέσθαι φασίν. Ἀλλὰ καὶ οὕτω περιφανείας ἔχοντες, οὐδὲ τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀπελείποντο εὐγενείας· ἡ μήτηρ γὰρ αὐτῷ Εὐανθία, ταῖς τοῦ θείου Παύλου ἀποστολικαῖς παραινέσεσι τὴν πίστιν ἐκμαθοῦσα, πολλὴν ὑπῆρχε σὺν τῇ ἀρετῇ πλουτοῦσα καὶ θεοσέβειαν. Αὕτη τὸν ἱερὸν τοῦτον ἀποτεκοῦσα παῖδα, Ἐλευθέριον μὲν ὠνόμασεν, ἐλευθερίως δὲ οὕτω καὶ καλῶς ἀναθρέψασα, ὥστε τῇ κλήσει συμφωνεῖν καὶ τὰ πράγματα. Τραφέντα γοῦν καὶ ἀνδρωθέντα τῷ ἀρχιερεῖ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλήσιας Ἀνικήτῳ [Ἀνακλήτῳ] δῶρον ἄξιον δίδωσιν, ὃς τὸ τοῦ ἤθους αὐτοῦ κόσμιον καὶ τὴν ἄλλην ὁρῶν ἀρετὴν, διάκονον μὲν πρῶτον, εἶτα πρεσβύτερον, καὶ τελευταῖον ἐπίσκοπον χειροτονεῖ τοῦ Ἰλλυρικοῦ.

Β'. Καὶ οὕτω δὴ τοῦ λύχνου, εὐαγγελικῶς εἰπεῖν, ἐπὶ τὴν λυχνίαν τεθέντος, καὶ πολλῷ τῷ τοῦ βίου καὶ τῷ τοῦ λόγου φωτὶ τὰς τῶν πολλῶν διανοίας περιαστράπτοντος, καὶ καθοδηγοῦντος πρὸς θεοσέβειαν, οὐκ ἦν ταῦτα πράως τὸν πονηρὸν ἐνεγκεῖν, ἀλλὰ κατ' αὐτοῦ καὶ τῆς εὐσεβείας δεινὸν ἔπνει καὶ μανικὸν, ὅθεν καὶ τὸν Ἀδριανὸν ὑποδὺς ὅλον, πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, τὸν Ἐλευθέριον ἔλεῖν ἀγωνίζεται, τοὺς ἐπισημοτέρους τῶν εὐσεβῶν σπεύδων ἀποθερίζειν, ὥσπερ δή τινας τῶν ἀσταχύων προέχοντας,

[1] Matth. v.

(1) Lege *Anacleto*, cum Anicetus sederit post Adrianum, sub quo passus est Eleutherius.

Εὐθὺς οὖν Φίληξ τις τῶν στρατιωτῶν πέμπεται, τὸν Ἐλευθέριον τῷ βασιλικῷ βήματι παραστῆναι κελευσμένος. Ὁ δὲ τὴν ἐκκλησίαν καταλαβών, πλήθει τε περικυκλωσάμενος στρατιωτῶν, καὶ τὸν ἅγιον ἔνδον ἀπολαβών, εἶτα καὶ εἰσελθών, καὶ ἀγρίῳ μὲν ὄμματι, ἀγριωτέρῳ δὲ φρονήματι τοῖς ὁρῶσι φανείς· ὡς δὲ εἶδον αὐτὸν τὸ τῆς διδασκαλίας ἥδιστον νᾶμα προχέοντα, καὶ σὺν εὐκοσμίᾳ πολλῇ τοῖς συνοῦσι τὴν εὐσέβειαν καταγγέλλοντα, τὴν τοῦ Χριστοῦ δύναμιν θαυμάζων ἦν. Καὶ μεταβαλὼν αὐτίκα τῆς ἀγριότητος, πρόβατον ἀντὶ λύκου, καὶ μαθητὴς ἀντὶ διώκτου γίνεται· καὶ ὑπερορᾷ μὲν αὐτοῦ βασιλέως, προσπίπτει δὲ τοῖς ποσὶ τοῦ ἁγίου, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε συνῆν αὐτῷ τοῖς ἐκείνου λόγοις πρὸς τὴν εὐσέβειαν στηριζόμενος. Ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ Φίληξ ἐποίει, καὶ πρὸς τὸν ἀποστείλαντα οὐδαμῶς ἀναστρέφειν ἠγάπα· ὁ θεῖος δὲ Ἐλευθέριος παῤῥησιάσασθαι τὴν εὐσέβειαν προθυμούμενος, πορείας εὐθὺς εἶχετο, καὶ τὸν Φίληκα συνεπόμενον ἔχων. Ὡς δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ὕδατι περιέτυχον, ἄλλος οὗτος Κανδάκης ὁ Φίληξ γίνεται, καὶ παρὰ Φιλίππου τοῦ θείου Ἐλευθερίου βαπτίζεται, τὴν εἰδωλολατρείαν τε ἀποβάλλεται.

dit de medio tollere Eleutherium, ex piis studens demetere eos, qui erant insigniores, tanquam spicas quasdam cæteris præstantiores : et statim cum terribili legatione mittitur Felix quidam, unus ex ducibus exercitus, jussus ut per vim adducat Eleutherium, et eum sistat ante tribunal imperatorium. Qui cum ad Christi mandram pervenisset, ecclesiam, eam extrinsecus circumsidet multitudine militum : et cum intus intercepisset Eleutherium, tanquam prædam aliquam studebat habere agnum Christi. Deinde templum ingressus, et truculentis quidem oculis et truculentiore etiam spiritu, tanquam ipso vultu ejus, qui miserat, significans sævitiam, se ostendens iis, qui videbant : postquam vidit Eleutherium suavissimum doctrinæ fluentum profundentem, et ornatissime pietatem annuntiantem iis, qui cum eo versabantur, ille mirandum in modum admirabatur Christi virtutem : et statim mutata sævitia (visus est enim habere animum aptum ad suscipiendum semina pietatis), fit ovis pro lupo, et pro persecutore discipulus : et priorum veluti oblitus, non latro et persecutor, sed Christi, quem persequebatur, amicus et discipulus : et despicit quidem ipsum imperatorem : procedit autem ad pedes sancti, et ab eo tempore lubens versabatur cum magistro, illius verbis illuminatus, et in pietate confirmatus. Sed sic quidem fecit Felix, et nequaquam curavit reverti ad eum, qui miserat. Non erat autem, id quod videbatur Eleutherio. Festinabat enim ad confessionem : eratque prompto et alacri animo ad pietatem libere efferendam. Iter certe protinus est ingressus, habens etiam se sequentem Felicem ducem exercitus. Cum autem inter eundum in aquam incidissent, fit hic Felix alius Candaces : et a divino Philippo baptizatur [1], nempe Eleutherio, et idololatriæ caligine, tanquam putrido aliquo indumento, exuitur.

Γ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν Ῥώμην κατέλαβον, Φίληξ μὲν τοῖς ἐν Ῥώμῃ πιστοῖς τὰ κατὰ τὸν Ἐλευθέριον ἐκαγγέλλει, Ἐλευθέριον δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ ἑαυτοῦ παρίστησι βήματι· ὃν καὶ ἰδὼν νέον τε καὶ περικαλλῆ, καὶ τῷ τῆς ἀρετῆς κόσμῳ ψυχὴν ἅμα καὶ ὀφθαλμοὺς ἀγλαίζοντα, Ἵνα τί, φησὶν, Ἐλευθέρι, τὴν πατρῴαν θρησκείαν ἀπολιπὼν, καινόν τινα πρεσβεύεις Θεὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον; Ἐλευθέριος δὲ πρὸς οὕτως ἀσυνετοῦντα μηδὲ ἀποκρίνεσθαι θέλων, ἄλλως τε δὲ καὶ αὐτὰ δὴ τὰ τοῦ Χριστοῦ ἐν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μιμούμενος, σιωπῶν ἑστήκει. Ἀλλ' ἀπόκρινε, καὶ αὖθις ὁ βασιλεὺς ἔφη, περὶ ὧν ἠρωτήθης. Εἶτα καὶ τῆς πικρίας ἐνδούς, Πείσθητί μοι, ἔλεγε, καὶ τοῖς ἀηττήτοις θύσον θεοῖς· εἰ δ' οὔ, χαλεπάς σοι ἐπάξω τιμωρίας, πειθομένῳ δὲ τὰς μεγίστας παρέξω τιμάς. Καὶ ὁ Ἐλευθέριος εὐπαῤῥησιάστως· Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, τοιούτοις λατρεύσω θεοῖς, ἢ ἄλλο ἀνεχομένῳ συνθήσομαι; Πῶς δὲ οὐ μᾶλλον ἀποστῆναι τούτων καὶ ὑμῖν συμβουλεύσαιμι; ἀπειθοῦντας δὲ δακρύσω τῆς ἀπονοίας, ὅτι λόγῳ πρὸς Θεοῦ τιμηθέντες, ξύλων καὶ λίθων ἀτιμότεροι καθεστήκατε, θεοὺς ταῦτα ἡγούμενοι, καὶ τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἀφρόνως ἀποστρεφόμενοι, ὃς τὰ πάντα ῥήματι συνεστήσατο· καὶ ἡμᾶς δὲ, τῶν αὐτοῦ κτισμάτων τὸ κάλλιστόν τε καὶ τιμιώτατον, εἰ καὶ ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ, τὸ φίλον τε καὶ πολέμιον ἀγνοοῦμεν, καὶ πρὸς μὲν τὸν ἡμέτερον Δεσπότην ἐκπολεμούμεθα,

III. Postquam vero itinere confecto Romam venerunt, a fidelibus quidem, qui erant Romæ, agnitus sigillatim de Eleutherio omnia annuntiat. Eleutherium autem jussus imperatoris imperabat sisti ad illius tribunal. Ille vero tam magno et excelso animo ingreditur, ac si non ad certamina, sed ad festum accerseretur. Quem cum aspexisset imperator, ut vidit eum esse et juvenem et formosum et virtutis ornamento et animo et oculis decorum : Cur, inquit, o Eleutheri, patria relicta religione, deorum cultum nihili faciens, novum quemdam Deum colis : isque cum non solum sit aperte mortuus, sed etiam mortem subierit turpissimam ? » Eleutherius autem ei, qui se tam stulte gerebat, nec respondendum quidem esse arbitratus, et alioqui ipsum Christum in iis, quæ pro Christo passurus erat, imitans stabat tacens. « Sed responde, rursus dixit imperator : Qui fit, quod te tam stolide geras, et in hunc Christianorum cultum insanum te immiseris ? » Deinde aliquantum remittens de acerbitate : « Pare, inquit, mihi et diis invictis sacrifica. Si enim persuasus convertaris, honores tibi præbebo maximos : sin autem non pareas, gravissima inferam supplicia. Eleutherius vero Domino invocato, qui dixit : Nolite esse solliciti, quomodo aut quid respondeatis. Dabitur enim vobis, inquit ille, sapientia, cui nullus poterit resistere [2] : Quo-

[1] Act. VIII. [2] Luc. XXI.

modo, inquit, potero sustinere talibus diis servire, aut alii sustinenti assentiar? Quomodo autem non magis vobis consuluerim ab eis deficere: et si non pareatis, vestram defleam amentiam, quod ratione a Deo honorari, effecti estis viliores lignis et lapidibus, adeo ut hæc deos esse putetis: et non solum esse, sed etiam bene esse existimetis: idque vero Deo relicto, qui ratione constituit universum? Cœlum enim et terra sunt opus manus illius. Sumus vero nos ex iis, quæ creavit, opus pulcherrimum et pretiosissimum: etiamsi tanquam in pugna nocturna ignoramus id quod est amicum et hostile: et adversus nostrum quidem Dominum bellum gerimus: eos autem, qui sunt vere nostri inimici et hostes et dæmones, inquam, nostros, o insaniam, putamus esse dominos, et eos honoribus extollimus et sacrificiis. Ego igitur Domino meo adhæreo, et semper adhærebo, et Christo meo serviam, ignominias vestras et honores, et has pueriles larvas suppliciorum, infantium esse plagas reputans. Mihi enim, ut meus dixit doctor Paulus, totus mundus est crucifixus, et ego mundo [4]: et mori pro Christo, deliciæ mihi sunt et exsultatio. »

A τοὺς δὲ ἀληθῶς πολεμίους τοὺς δαίμονας τιμαῖς θεραπεύομεν καὶ θυσίαις. Ἔγωγε οὖν τοῦ ἐμοῦ Δεσπότου ἀεὶ περιέχομαί τε καὶ περιέξομαι, ἀτιμίας ὑμῶν περιφρονῶν καὶ τιμάς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ τρυφὴν καὶ ἀγαλλίασιν ὄντως ἡγούμενος.

IV. Ira plenus per hæc evadit imperator, et grabatum jubet afferri æneum, et ei multum quidem ignis substerni: supra eum autem nudum extendi athletam, et sic perpetuo deflagrare, donec omnino interierit. Postquam autem hæc cito facta sunt, martyr insiluit in grabatum, et totus in toto fuit extensus. Civitas vero ægre ferens id quod factum fuerat (omnes enim fere convenerant ad spectacum) exprobrabant imperatori crudelitatem: Cur, dicentes, vir adeo clarus, genereque et sapientia insignis, male perit, tanquam infamis quispiam? Deus autem dolorem allevabat e superis: et tanquam quodam rore refrigeratus, et in molli herba cubans, martyr sentiebat voluptatem. Imperator autem postquam animi rabiem tormento jam satis lenierat, existimans eum jam esse mortuum, jubet illinc tolli illius corpus. Postquam e lecto ferreo surrexit martyr, non solum illæsus, sed etiam lætus et alacer: Extollam te Deus meus, Rex meus, canebat cum gaudio, et laudabo nomen tuum perpetuo. Laudabo Deum, qui lætificat juventutem meam. Quoniam generatio et generatio laudabit opera tua, et potentiam tuam annuntiabunt, et miracula tua narrabunt [5]. Postquam vero Deo sic glorificato, audacius deinceps astitit ante tyrannum: Aspice ad me, ait, o imperator, quem tu existimasti ab igne exedendum, et intellige eum, qui a me prædicatur. Agnosce autem tuorum quoque deorum imbecillitatem.

B Δ'. Θυμοῦ πλήρης ὁ βασιλεὺς ἐν τούτοις γίνεται, καὶ κράβατον ἐνεχθῆναι κελεύει χαλκοῦν, οὗ κάτωθεν μὲν πῦρ ὑποστρωθῆναι πολύ, ἄνωθεν δὲ γυμνωθέντα διαταθῆναι τὸν ἀθλητήν, ἕως ἂν καὶ εἰς τέλος διαφθαρῇ. Ὡς δὲ ταῦτα θᾶττον ἐγίνετο, καὶ ὁ μάρτυς ὅλως ὅλῳ τῷ κραβάτῳ ἐφήπλωτο, οἱ κατὰ θέαν ἀθροισθέντες, βαρέως ἐνεγκόντες τὸ γεγονός, εἰς ὠμότητα ἐλοιδόρουν τὸν βασιλέα, Ἵνα τί, λέγοντες, ἀνὴρ οὕτω γένει τε καὶ σοφίᾳ περίβλεπτος, οἷά τις τῶν ἀτίμων κακῶς ἀπόλλυται; Θεὸς δὲ ἄνωθεν ἐπεκούφιζε τὰς ὀδύνας, καὶ ὥσπερ τινὶ μαλακῇ ποᾳ καὶ δροσώδει κατακείμενος, οὕτως ὁ μάρτυς εὐπαθῶν ἦν. Ὃν ὁ τύραννος τεθνάναι ὑπολαβών, ἀρθῆναι τὸν ἐκείνου νεκρὸν ἐκέλευεν. Ὡς δὲ τῆς σιδηρᾶς κλίνης ἐκείνης ἀναστὰς ὁ μάρτυς, ἀπαθὴς ἦν καὶ εὔθυμος, Ὑψώσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ Βασιλεύς μου, μεθ' ἡδονῆς ἔψαλλε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου διὰ παντός. Ἐπεὶ δὲ τὸν Θεὸν οὕτω δοξάζων θαῤῥαλεώτερος ἐξῆς τῷ τυράννῳ παρέστη, Βλέψον εἰς ἐμέ, βασιλεῦ, ἔφη, ὃν σὺ πυρὸς ἔργον γενέσθαι νενόμικας, καὶ σύνες μὲν τὸν ὑπ' ἐμοῦ κηρυττόμενον, ἐπίγνωθι δὲ καὶ τῶν σῶν θεῶν τὴν ἀσθένειαν.

C

V. Hanc audaciam et dicendi libertatem, suam esse contumeliam imperator arbitratus, et se victum esse opinatus, quod contemneretur, supplicium eo excogitat majus et vehementius.. Rursus ergo in medio proponitur craticula, igne quidem subtus accenso: oleo autem desuper aspersa, et flammam graviter accendens. Sed ne tunc quidem gratia neglexit martyrem: sed simul atque fuit ipse impositus craticulæ, ignis statim fuit exstinctus, et carbones emarcuerunt: craticula vero, tanquam non oleum, sed aqua potius desuper fuisse infusa, ipsa quoque erat frigida, sanctum conservans illæsum. Quid vero? cum hisne fuit exstincta ira imperatoris? Nequaquam: sed rabie semel percitus, et ad alia quidem nihilo melius affectus, quam cæcus: ad hoc autem solum intuens, ut diis suis gratificaretur in sancto puniendo, qui quidem sunt omnino dæmo-

Ε'. Ὁ δὲ τύραννος, νομίσας ὑβρίζεσθαι τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ μάρτυρος, καὶ ἡττηθῆναι δόξας τῷ περιφρονητῷ τῆς κολάσεως, μείζονα ταύτης καὶ σφοδροτέραν ἐπινοεῖ. Ἐσχάρα γοῦν ἐν μέσῳ προτίθεται, πυρὶ μὲν κάτωθεν διακαιομένη, ἐλαίῳ δὲ ἄνωθεν διαβρεχομένη, καὶ τὴν φλογα δεινῶς ἐξάπτουσα, Πλὴν οὐδὲ τότε τοῦ μάρτυρος ἡ χάρις ἠμέλει· ὡς γὰρ ἐπετίθετο τῇ ἐσχάρᾳ, τὸ πῦρ εὐθέως ἐσβέννυτο, καὶ οἱ ἄνθρακες ἐμαραίνοντο· ἡ ἐσχάρα δὲ, ὡς οὐκ ἐλαίου μᾶλλον ἀλλ' ὕδατος ἐπιχεομένου, ψυχρὰ καὶ αὐτὴ ἦν, κακῶν ἀπαθῆ διατηροῦσα τὸν ἅγιον. Τί δέ; συνέσβεστο τούτοις ἄρα καὶ ὁ τοῦ βασιλέως θυμός; Οὐμενοῦν· αὖθις γὰρ ἐνεχθῆναι τήγανον προστάττει, κηρόν τε καὶ πίσσαν, καὶ στέαρ ἐν αὐτῷ ἐμβληθῆναι, πυρὶ δὲ πολλῷ ἐκκαῆναι κάτωθεν καὶ οὕτως ἐν αὐτῷ πάλιν διαταθῆναι τὸν μάρτυρα. Ὡς οὖν ἔργον γέγονε τὸ κεκελευσμένον, καὶ τὸ τή-

D

[4] Galat. VI. [5] Psal. CXLIV.

γανον ὅλον ἀνθρακῶδες ἦν, ἵστατο δὲ καὶ ὁ μάρτυς τὴν τιμωρίαν ὑποδεξόμενος, ὁ τύραννος πολλὰ παραινέσας αὐτῷ, ποικίλαις τε κολακίαις ὑπελθών, ἐπεὶ ἀπειθοῦντα ἑώρα, καὶ τὰς κολακίας εὐστόχως ὕβρεσιν ἀμειβόμενον (λύκον γὰρ Ἀραβικὸν τοῦτον ἐκάλει, ἅτε τοῖς τοῦ Χριστοῦ προβάτοις ἐπιβουλεύοντα), τῷ τηγάνῳ αὐτὸν κελεύει διαταθῆναι. Εὐθὺς οὖν τὰ αὐτὰ τοῖς προτέροις ἐπηκολούθει, καὶ μεταβάλλεται μὲν εἰς δρόσον τὸ πῦρ, αὔρα δέ τις ἡδίστη τὸν γενναῖον ἀνέψυχεν.

A nes homicidæ, rursus jubet afferri sartaginem, ceramque et picem, et adipem in eam injici, multo vero igne subtus accendi, et sic in ea rursus extendi martyrem. Postquam ego factum fuit, quod fuerat imperatum, et sartago tota erat candens : stetit autem martyr quoque subiturus supplicium : Ne differas, inquit imperator, o Eleutheri, stas enim medius inter mortem et vitam, cura id quod tibi futurum est conducibile. Nam ego quidem magnam tui curam gerens, ne male pereas, in te sum affectus, tanquam in germanum filium : nec vellem per deos, virum tam nobili loco natum, et qui est ipse adeo bonus, tam disertus, et tam pulchra specie, seipsum inconsiderate injicere in periculum : idque propter nihil aliud quam propter pervicaciam vanam et inutilem. Postquam autem stetit martyr adversus hæc generose decertans, apte probris remunerans blanditias, et illum lupum appellans Arabicum, ut qui ovibus Christi insidietur, tandem hæc quoque adjecit : Quiquid feceris, non mihi persuadebis, ut ab hac pia et beata desistam constantia.

ϛ'. Ἀδριανὸς δὲ πάντων αὐτῷ πρὸς τοὐναντίον μεθισταμένων, ἀπορῶν ἐκάθητο, βαθείᾳ λύπῃ τὴν γλῶτταν πεπεδημένος· ὃν ἰδὼν οὕτως ἔχοντα ὁ τηνικαῦτα τῆς πόλεως ἔπαρχος, Κορέμων αὐτῷ ὄνομα, δεινὸς δὲ οὗτος βασάνους ἐξευρεῖν καινοτέρας, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ τὸν στρατηλάτην Φίλικα μαθών, καὶ ἤδη μὲν σπέρματα τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως εἰς καρδίαν δεξάμενος, ἔτι δὲ τῶν Ἑλληνικῶν ἐχόμενος, καὶ τῷ βασιλεῖ χαριζόμενος· οὗτος δὴ τότε τὸν Ἀδριανὸν διαποροῦντα ὁρῶν, προσελθών· Ἐγώ σε, φησί, βασιλεῦ, ἀπαλλάξω πραγμάτων, καὶ τουτονὶ τὸν νέον διδάξω τὸν ἀπειθοῦντά σοι μὴ τοιούτοις ἐπιχειρεῖν, ἀλλὰ καὶ κλίβανος μὲν ἐνεχθήτω χαλκοῦς, ὀβελίσκοι δὲ ὀξεῖς ἑφ' ἑκάτερα τῶν μερῶν αὐτοῦ ἁμπαγήτωσαν, καὶ ὄψει ὅσον οὔπω τὸν Ἐλευθέριον ἢ πειθόμενον ἢ κακῶς ἀπολλύμενον. Ταῦτα δὲ λέγων εἰλάνθανε τὸν λέοντα φοβεῖν καλάμου πληγαῖς οἰόμενος. Ὅμως ἤρεσκε ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καί τὸν μηχανήματος σπουδῇ τελεσθέντος, ἄρας τοὺς φαινομένους ἅμα καὶ τοὺς ἀφανεῖς ὀφθαλμοὺς, καὶ τοῦ νοῦν ὅλον εἰς οὐρανοὺς ἀπερείσας· Εὐχαριστῶ σοι, ἔφη ; Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ καὶ Θεέ, ὅτι τοιούτων με καὶ τοσούτων ἀγαθῶν ἠξίωσας, ὅτι χειρὶ κραταιᾷ σου δύναμιν περιέζωσας, ὅτι ὑπὲρ σοῦ τοιαῦτα πάσχειν εὐδόκησας· καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε οἷα τεκταίνουσιν οἱ μισοῦντές σε κατ' ἐμοῦ, καὶ ῥῦσαι ἀπὸ βέλους αὐτῶν τὴν ψυχήν μου, ἵνα ἴδωσι πάντες, ὅτι πλὴν σοῦ οὐκ ἔστι Θεός Εἶτα καὶ ὑπὲρ τῶν κολαζόντων. ὥσπερ ἄλλος τις Στέφανος ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων, εὐχόμενος, Ἄψαι τῆς αὐτῶν, ἔλεγε, καρδίας, πολυέλεε Δέσποτα, καὶ πρὸς τὸ σὸν καθοδήγησον θέλημα, ἵνα γνῶσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ τῆς ὀλεθρίου τῶν εἰδώλων ἀποστῶσι λατρείας, ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

B VI. Hic Adrianus animo sauciatus, verbis relictis, ad facta se contulit, et jubet eum extendi in sartagine. Quod cum factum esset, eadem, quæ prius, rursus sunt consecuta : et ignis quidem mutatur in rorem : aura vero quædam suavissima fortem ac generosum virum refrigeravit. Adrianus autem nesciens, quid ageret, cum ei mutarentur omnia in contrarium, sedebat animi dubius, bovem habens in lingua, ut dicitur, et linguam vinctus profundo dolore. Quem cum vidisset sic affectum is, qui tunc erat præfectus urbis, nomine Corebo(2), ad nova invenienda tormenta vir egregius, et ad faciendum aliquid, quod adversus necessitatem esset acre et efficax (erat autem Christiani dogmatis non omnino ignarus, sed et quæ Felici exercitus C duci acciderant, verbis acceperat, et Christianorum fidei veluti quædam semina et initia in corde acceperat : adhuc vero sectabatur res gentilium, plurimi faciens colere et observare imperatorem), ipse autem tunc videns Adrianum dubitantem, et nescientem quomodo se in sanctum gereret, accedens : Ego te, inquit, o imperator, liberabo a negotiis, et hunc juvenem, qui repugnat tuis jussis, docebo nunquam tale quid aggredi. Sed clibanus quidem inferatur æneus : acuti autem obelisci infigantur in utraque ejus parte, et mox scies Eleutherium aut paruisse aut male periisse. Hæc vero dicens, non animadvertebat se leonem putare posse terrere ictu arundinis. Hæc tamen placuerunt imperatori, et cito confecta machina, martyr in cœlum tollens oculos tam qui cernuntur quam qui sub aspectum D non cadunt, et totam mentem in cœlum defigens, et præ gaudio totus quasi a Deo afflatus : Ago tibi gratias, inquit, Domine Jesu Christe et Deus quod me talibus et tantis bonis sis dignatus : quod me manu tua potenti virtute accinxeris, quod pro tuo nomine talia tibi pati visum sit. Et nunc aspice de cœlo, et vide qualia contra me fabricantur, qui te oderunt : et libera animam meam a jaculo eorum, et a viris sanguinum[6], qui bonus es, serva me : ut sciant omnes, te esse solum Deum et gloriosum in toto orbe terrarum. Deinde etiam pro iis ipsis, qui illum cruciabant, sicut Stephanus[7] pro iis, qui eum lapidibus appetebant, orans : Tange cor eorum, dicebat, o Domine, qui es multæ misericordiæ, et tuum sanctum eis no-

[6] Psal. v. [7] Act VII.

(2) *Correum* hunc vocat Beda in Martyrologio ad hunc diem.

men fac sit cognitum, et deduc ad tuam voluntatem : ut cognoscant te solum verum Deum, et desistant a pernicioso cultu simulacrorum : quoniam benedictus es in sæcula. Amen.

VII. Cum Corebo sic orantem attendisset martyrem, veluti accenso, qui erat ei repositus, carbone pietatis, repente mutatur longe pulcherrima mutatione : et tanquam non is esset, qui paulo ante excogitabat supplicia adversus martyrem, accedens ad imperatorem : Pro quo, inquit, maleficio, aut pro quo crimine his pœnis afficitur Eleutherius ? aut pro qua causa morte tam acerba damnatur ? Imperator vero hac inopinata auditione valde commotus, torve intuens Corebonem : Num tu es, inquit, is, quem ego novi, Corebo ? Quidnam autem tibi accidit, aut quidnam tibi factum fuit ? Numquid te cepit aurum ab illius matre acceptum, et tam repente mutavit ? Quam multa vero etiam a multis aliis tibi data, potuerint conferri cum meis donis, quem ego et opibus et gloria mea, familiaritate et conjunctione beatum Romæ reddidi ? Quod si plura desideras, licet tibi nostris frui affatim : ubi sunt aperti omnes mei thesauri : ex his hauri ambabus manibus, neque teipsum ita prodas, a femina furto sublatus, et pauco auro emptus. Corebo autem jam totus repletus bono spiritu, et martyris precibus mentem habens illuminatam, exclamavit illud admirabile et dignum quod celebretur : Pretium tuum, dicens, tecum eat in perditionem. Tuæ vero pecuniæ sint fontes ignis, qui te manet. Quid enim tua sponte cæcutis, et conaris movere ea, quæ sunt immobilia ? idque, cum didiceris experientia, quod nullus quidem ex tuis diis potest ullum ex iis, qui adsunt, in ignem injectum servare. Is autem, quem colit Eleutherius, reddit eum et igne potentiorem et quovis alio supplicio.

A Ζ'. Οὕτως εὐξαμένῳ τῷ μάρτυρι προσχὼν ὁ Κορέμων, καὶ τὸν προαποκείμενον αὐτῷ τῆς θεοσεβείας ἄνθρακα ὥσπερ ἀναζωπυρηθείς, ἄφνω μεταβολὴν μεταβάλλεται τὴν καλλίστην, καὶ τῷ βασιλεῖ προσελθών, Ποίου, φησὶν, ἀδικήματος χάριν ὁ πικρὸς οὗτος Ἐλευθερίῳ καταψηφίζεται θάνατος ; Καὶ ὁ βασιλεὺς, τῷ παραδόξῳ τοῦ ἀκούσματος ἐκπλαγείς, γοργόν τι καὶ βλοσυρὸν πρὸς τὸν Κορέμονα βλέψας · Σὺ αὐτὸς εἶ, ἔφη, ὃν ἐγὼ γινώσκω Κορέμονα ; καὶ τί πάθοις ; Μήτι σε χρυσὸς εἶλεν ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δεδομένος μητρός ; καὶ πόσα ἂν σοι καὶ παρὰ πολλῶν ἑτέρων διδόμενα, τῶν ἐμῶν δωρεῶν ἀντάξια γένοιτο, ὃν ἐγὼ καὶ πλούτῳ, καὶ δόξῃ, καὶ τῇ πρὸς ἐμὲ οἰκειωσει ζηλωτὸν ἐν Ῥώμῃ κατέστησα ; ἀλλ' εἰ καὶ πλειόνων ἐρᾷς, οἱ ἐμοὶ πάντες ἀνεῖνταί σοι B θησαυροί · τούτων ἀμφοτέραις ἄντλει, καὶ μὴ οὕτω καταπροδῷς σεαυτὸν, κλέμμα γυναικὸς καὶ ὀλίγου χρυσοῦ γενόμενος ὤνιον. Ὁ δὲ Κορέμων, ἤδη τῇ τοῦ μάρτυρος εὐχῇ τὴν ψυχὴν φωτισθείς, τὸ θαυμαστὸν καὶ ἀξιύμνητον ἐξεβόησεν · Ἔστω, λέγων, ἡ τιμή σου σὺν σοὶ εἰς ἀπώλειαν, τὰ δὲ χρήματά σου ὑπόκαυμα τῷ περιμένοντί σε πυρὶ γένοιτο · τί γὰρ δὴ καὶ ἐκὼν τυφλώττεις, καὶ ταῦτα πείρᾳ μαθὼν, ὅτι τῶν μὲν σῶν θεῶν οὐδεὶς τὸν ἐμβληθέντα πυρὶ σῶσαι δύναται, ὁν δὲ ὁ Ἐλευθέριος οὗτος σέβεται καὶ πυρὸς αὐτὸν δείκνυσι καὶ πάσης ἄλλης κολάσεως ἰσχυρότερον ;

VIII. His sic dici non potest, quanta ira et dictis C insania repletus fuerit tyrannus. Solent enim revera validæ amicitiæ validas quoque similiter parere inimicitias. Unde etiam jubet præfectum eodem puniri clibano, quo ipse consuluerat, ut puniretur Eleutherius. Cum ergo jam appropinquaret tormento, Ora pro me, clamavit Corebo martyri, et me arma his armis, nempe Christi signaculo, quibus ducem exercitus munisti Felicem. Sic ergo Corebo armatus a martyre, et protinus injectus in clibanum, ipse quoque mansit similiter ab igne non expugnatus. Adrianus autem his tormentis defessus, eum condemnat, ut ei caput amputetur. Et Coreboni quidem sic succedit finis martyrii : et qui a multis a sæculo desideratur, hic brevi tempore thesaurum arripuit. Quænam vero sunt D Eleutherio postea consecuta ? Primum quidem ipse in clibanum immittitur : deinde etiam obeliscis, ut videbatur, transfigitur. Et clibanus quidem rursus, sicut prius exstinguitur : convertuntur autem protinus cuspides obeliscorum, quodammodo carnem honorantes martyris, et ejus, qui punit, animæ arguentes cæcitatem : quinetiam multos ex iis, qui astabant, attrahentes ad Dei cognitionem, qui hæc faciebat miracula : qui etiam, Magnus est Deus Christianorum, clamabant, qui nobis prædicatur per Eleutherium.

Η'. Τούτοις οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσης ὀργῆς καὶ μανίας ἐπλήσθη ὁ τύραννος · εἰώθασι γὰρ αἱ ἰσχυραὶ φιλίαι ἰσχυρὰς ὁμοίως ἔχθρας ἀπογεννᾷν · ὅθεν καὶ αὐτῷ τούτῳ κελεύει τῷ κλιβάνῳ τιμωρηθῆναι τὸν ἔπαρχον, ᾧπερ αὐτὸς κολασθῆναι τὸν Ἐλευθέριον συνεβούλευεν. Ὡς δὲ τῇ βασανῳ προσήγγισεν, Εὔξαι ὑπερ ἐμοῦ, ὁ Κορέμων τῷ μάρτυρι ἐπεβόησε, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ με σφραγῖδι καθόπλισον, ᾗ καὶ τὸν στρατηλάτην περιετύχησας Φίλικα. Οὕτως οὖν ὁ Κορέμων ὑπὸ τοῦ μάρτυρος ὁπλισθεὶς, καὶ τῳ ὀργάνῳ βληθεὶς, ἀνάλωτος πυρὶ καὶ αὐτὸς ἦν. Ἀδριανὸς δὲ τὰ τῶν βασάνων ἀπειρηκώς, ξίφει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐκτμηθῆναι κελεύει. Καὶ Κορέμων μὲν οὕτος ἐν βραχεῖ τὸν πολλοῖς ἐξ αἰῶνος ποθούμενον ἥρπασε θησαυρόν. Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα τίνα ; Καὶ Ἐλευθέριος τῷ κλιβάνῳ ἐμβάλλεται, καὶ τοῖς ὀβελίσκοις τε τὸ δοκεῖν περιπείρεται · ἀλλ' εὐθὺς ὁ μὲν κλίβανος σβέννυται, στρέφονται δὲ καὶ αἱ τῶν ὀβελίσκων ἀκμαὶ, τιμῶσαι ὥσπερ σάρκας μαρτυρικὰς, καὶ ψυχῆς τύφλωσιν ἐλέγχουσαι τοῦ κολάζοντος, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν παρεστώτων εἰς ἐπίγνωσιν, Θεοῦ τοῦ ταῦτα θαυματουργοῦντος ἕλκουσαι, οἱ καὶ Μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, ἐβόων, ὁ δι' Ἐλευθερίου ἡμῖν κηρυττόμενος.

Θ'. Αὔθις οὖν ἀπορία καὶ λύπη λαμβάνει τὸν τύραννον, καὶ τότε μὲν τῇ φρουρᾷ τὸν μάρτυρα δίδωσιν, ὕστερον δὲ δι' ὅλης ἡμέρας σκεψαμένῳ μετὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ, ποῦ καὶ ὅπως Ἐλευθέριος ὑπόσχῃ τὴν τιμωρίαν, ἔδοξε. Τόπος μὲν ἡ φρουρά, τρόπος δὲ οἰκτιστος ὁ διὰ λιμοῦ. Συχνὰς οὖν ἡμέρας ἐν τῇ εἱρκτῇ ἐκυκτεύετο τῷ λιμῷ· ἀλλ' ὁ τῷ Δανιὴλ ποτε, καὶ τῷ Ἠλίᾳ μετὰ ταῦτα, τροφὴν διὰ πτηνοῦ χορηγήσας, καὶ τοῦτον τρέφει διὰ περιστερᾶς. Καὶ ὁ μὲν εὐχαρίστει Θεῷ, ὅτι τῶν ἴσων τοῖς μεγάλοις τούτοις ἀξίωται· ὁ δὲ τύραννος ἐμεμήνει, ὡς ἀσθενοῦς αὐτῷ ἐλεγχθέντος τοῦ μηχανήματος· ὅθεν καὶ ἵππους ἀγρίους ὑπὸ ζυγὸν κελεύει δεθῆναι καὶ τὸν Ἐλευθέριον, ἵνα τῶν ἵππων ἀμαθῶν ὄντων ζυγοῦ καὶ ἀγρίων, τῷ ῥοίζῳ τε τοῦ ἅρματος ἄγαν ἐκταραχθέντων καὶ πλημμελῶς φερομένων, ὁ μάρτυς πέτραις καὶ ἄλλοις προσαρασσόμενος, τὰς σάρκας διασπασθῇ, καὶ μεληδὸν κατακοπεὶς ἀπορρήξῃ τὴν ψυχήν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνος οὐκ ἔκαμνε τὰ πρὸς διαφθορὰν ἐνεργῶν, οὕτως οὐδὲ Χριστὸς τὰ πρὸς σωτηρίαν οἰκονομῶν· ἄγγελος γὰρ ἐξ οὐρανοῦ ἐπιστὰς, τοὺς ἀγρίους ἵππους ἐκείνους ἡμέρους ἄφνω ἐποίει, καὶ τὸν Ἐλευθέριον λύσας, ἐπιβιβάζει τῷ ἅρματι, καὶ πρὸς τὸ τῇ πόλει γειτονοῦν ὄρος τοὺς ἵππους ἰθύνας, ἀλύπως καὶ ὁμαλῶς ἀνελθεῖν τὸν μάρτυρα παρεσκεύασε. Προσγίνεται δὲ τούτῳ καὶ ἕτερόν τι τῶν παραδόξων. Ἐν τῷ ὄρει γὰρ γενομένου τοῦ μάρτυρος, καὶ τὸν Θεὸν συνήθως αἰνοῦντος, ἄρκτοι καὶ λέοντες, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν ἀνημέρων θηρίων προσελθόντες, κυκλοῦσί τε τὸν τοῦ Θεοῦ δοῦλον καὶ περισαίνουσι, καὶ οἷα τῆς ἐκείνου συνιέντα φωνῆς, συνευλογεῖν τε καὶ προσκυνεῖν ὥρμηντο, καὶ τοῦτο ἐδήλου τῇ τε πρὸς γῆν νεύσει, καὶ τῇ πρὸς ἀέρα τῶν ποδῶν ἐπάρσει, καὶ τῇ ἄλλῃ διατυπώσει τοῦ σώματος.

A IX. Rursus ergo et hæsitatio et magnus dolor invadit tyrannum. Et tunc quidem martyrem tradit in custodiam : postea autem eximios ex iis qui ei parebant, convocatos congregat : et cum toto die deliberasset, ubi et quonam modo Eleutherius subiret supplicium, visus est ei locus quidem carcer : modus vero maxime miserabilis, nempe per famem. Et postquam hæc visa sunt, multos quidem dies in carcere decertavit cum fame. Sed qui olim Danieli [8] et Eliæ [9] per volucrem alimentum suppeditavit, eum quoque alit per columbam, et ejus animam implet bonis. Et ille quidem agebat gratias, quod his magnis bonis sit dignus habitus : tyrannus autem insaniebat, et quod ostensum esset machinationem B fuisse imbecillam, efferabatur : et ideo equos feros et minime mansuetos, eis longe sævior, jubet jugo alligari, et eis etiam alligari Eleutherium : ut cum equi, qui jugum ferre non didicerant, et erant alioqui feri, strepitu currus valde essent perturbati, et huc et illuc temere ferrentur, martyri, petris et aliis alliso, divellerentur et lacerarentur carnes, ut sic particulatim et membratim concisus, abrumperet animam. Sed nec hæc ei processerunt ex animi sententia ; sed quomodo ille non cessabat ea operari, quæ ad vim faciendam pertinebant, et ad afferendum interitum : ita nec Christus ea providere, quæ spectabant ad salutem. Angelus enim e cœlo adveniens, et feros illos equos repente reddidit mites et mansuetos : et cum solvisset Eleutherium, eum immittit in currum : et cum direxisset C equos ad montem vicinum civitati, effecit, ut martyr ascenderet leniter et placide. Ei vero aliud quoque accèdit admirabile et contra opinionem. Nam cum sic in montem venisset martyr, et deinde rationale sacrificium, consuetam Deo laudem, sacrificaret, quæ aderant animalia, ursi et leones, et si quæ erant aliæ feræ, accedentes circumdant Dei famulum, et ei blandiuntur : et tanquam illius vocem intelligentes, benedicere cœperunt et adorare, et hoc significabant, quod et in terram annuerent, et rursus in aerem pedibus efferentur, et aliis etiam gestibus corporis.

Ι'. Ἀλλὰ τὰ μὲν θηρία οὕτω τὴν χορείαν ἐπλήρουν, ὥσπερ χοροδιδάσκου καὶ πρωτοστάτου τυχόντα τοῦ μάρτυρος· Ἀδριανὸς δὲ οὐχ ὅτι τούτου, ἀλλ' οὐδὲ τῶν θηρίων αὐτῶν ἠδεῖτο τὴν σύνεσιν· εἰς ἀκοὴν γὰρ ἐκείνων ἐλθὼν, Ἀδριανὸς ἦν ὁ αὐτὸς, πολλῷ καὶ θηρίων καὶ ὄνων ἀνοητότερός τε καὶ ἀγριώτερος· οὐ μόνον γὰρ βελτίων οὐδὲν ἀπὸ τοῦ θεάματος γέγονεν, ἀλλὰ καὶ στρατιώτας ξιφήρεις ἔπεμπε, θᾶττον συλλήψομένους τὸν Ἐλευθέριον, τὰ δὲ θηρία, ὡς ἃ ἀκριβῶς εἰδότα καὶ φίλους κρίνειν τοῦ ἑαυτῶν δεσπότου καὶ πολεμίους, ὡς μόνον εἶδον τοὺς στρατιώτας, ταχέως ἐφέροντο, καὶ μικροῦ ἂν καὶ διεσπάσαντο τούτους κέρασι καὶ ὀδοῦσιν, εἰ μὴ ὁ μάρτυς τοῖς μὲν ὡς περί τινα χαλινὸν τὸν λόγον ἐμβαλὼν, ὅθεν ἦλθον ἐπανιέναι προσέταττε, τοῖς δὲ στρατιώταις λύσας τὸν φόβον, καὶ τὴν μεθ' ὅπλων ἴλιγγον ἀνεὶς ἰσας. Οὐ γὰρ ἐπί τινα, φησὶν, ἀνδροφόνον ἢ λῃστὴν ἤλθετε, οὓς ἔδει νεύματι μόνῳ σημή-

X. Sed sic quidem feræ, perinde ac si martyr esset chori institutor et ductor, et cum is incepisset canere, eæ quoque choream implentes circumsiliebant et quasi respondebant, et magistrum, quoad ejus fieri poterat, sequebantur admirabiliter. Adria- D nus autem non solum martyris, sed ne ipsarum quidem ferarum reverebatur intelligentiam: sed cum ad illas venisset audiendas, erat idem Adrianus multis etiam feris et asinis insipientior et efferatior. Multi enim, quibus curæ erat venatio, cum hæc suis vidissent oculis, renuntiarunt imperatori sed ille erat, ut est in proverbio, asinus ad lyram. Non solum enim miraculo nihil evasit melior, sed etiam armatos emisit milites, mox comprehensuros Eleutherium. Feræ autem non conservabant parem in illos observantiam : sed ut quæ accurate scirent sui domini discernere amicos et inimicos, cum primum eos viderunt, celerrime in eos fere-

[8] Dan. XIV. [9] III Reg. XVII.

bantur : et parum abfuit, quin eos discerperent cornibus et dentibus, nisi martyr illis quidem tanquam freno aliquo non aspectabili, injecta oratione, jussisset eas reverti unde venerant. Cum militibus vero metum solvisset, et qui cum armis fuerant eis adventum exprobrasset (neque enim ad parricidam aliquem venisse aut latronem, quos oportebat, cum nutu solum significassent, sequentem habere eum, qui ab eis quæritur), hoc cum dixisset, læto et alacri animo sequebatur, multum disserens in itinere : et si nihil aliud, dicens oportere eos revereri ferarum intelligentiam, et ex eis capere certum exemplum ad eum, qui ipsos creavit, agnoscendum. Deinde optime cum eis disseruit de regno cœlorum et gehenna : et sic per totam viam benignissime admonens et docens, tantam vim habuit, ut multis ex eis persuaderet, efficeretque, ut lux veritatis luceret in illorum animis.

A νεντας τὸν ζητούμενον ἔχειν ἑπόμενον. Οὕτως εἰπὼν προθύμως ἠκολούθει · πολλὰ δὲ κατὰ τὴν πορείαν τούτοις διαλεγόμενος, ἐπιεικῶς τε παραινῶν καὶ διδάσκων, πολλοῖς αὐτῶν τὸ τῆς ἀληθείας ἐπέλαμψε γνῶς.

γεννησαμένη παρθένῳ εἰς μνηστῆρα ἐτέλευε. Πρᾶξις τῇ κλήσει συμβαίνουσα. Ὠβλίαν γὰρ αὐτὸν κεκλῆσθαί φασιν, ὅπερ δὴ καὶ δηλοῦν τὸν δίκαιον βούλεται· ὀφθαλμὸς λίαν βλέπων, καὶ ἔλεους ὄντως τοῦ παρὰ Θεοῦ ἄξιος· ἀκοὴ ῥήμασι θείοις τὸ παράπαν ἀνεῳγμένη, στόμα ὡς τι ἐντρύφημα διὰ παντὸς ἔχον τὸν νόμον, χεὶρ πρὸς τὸ εὐποιεῖν ἀεὶ κινουμένη, γαστὴρ πρὸς τὰς ἑαυτῆς ὁρμὰς ὅλως κατηργημένη. Ἐμψύχων μὲν γὰρ καὶ οἴνου τοσοῦτο παρ' ὅλον τὸν βίον ἀπέσχετο, ὡς ὕδωρ μέν ἡγεῖσθαι ποτὸν ἥδιστον, τροφὴν δὲ ἄρτον, καὶ τοῖς τῶν δακρύων σταγόσι τὸ μέτρον ὑπερβάλλειν τῆς πόσεως ἴσασι τὰ κατεσκληκότα γόνατα τοῦ δικαίου, καὶ ἡ τούτοις οἷον ἐναποθνῃοῦσα δορὰ καὶ τῆς ψυχῆς παρεστῶσα τὸ πρόθυμον· ῥάκος αὐτῷ φίλον ἔνδυμα, καὶ σινδὼν ἡνίκα τῶν ἱερῶν ἐπιβαίνειν ἔμελλε· νὺξ αὐτῷ καὶ ἡμέρα οὐ διεκρίνετο, ἀλλὰ καὶ νὺξ ἐνεργὸς ἐν τοῖς τοῦ φωτὸς ἔργοις, καὶ ἡμέρα τὴν νυκτερινὴν ἡσυχίαν τῷ ἀταράχῳ τῆς ζωῆς ὑπεκρίνετο· ποθεινὸς τοῖς οἰκείοις, τοῖς ἀλλοτρίοις αἰδέσιμος, τῷ γὰρ φιλοτίμῳ τῆς ἀρετῆς τοσοῦτο μὴ ὅτι φίλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας ἀμυήτοις ὁ ἀνὴρ ἐτετίμητο, ὡς ἐνίοις αὐτῶν καὶ τὸ τούτου συγγράψαι μαρτύριον, καὶ μὴ μόνον δίκας ἀτίσαι φάναι τοὺς ἀνελόντας τὸν Δίκαιον, ἀλλὰ καὶ πολλῇ τὴν πόλιν χρήσασθαι συμφορᾷ, καθ' ἣν τὸ μύσος ἐκεῖνο συμβέβηκε, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ Ἰώσηπος ἔν γε τῷ εἰκοστῷ τῆς Ἀρχαιολογίας συγγράμματι τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα διεξιών.

Γ'. Καὶ τοῦτο μὲν δὴ τοσοῦτον· ὅπως δὲ καὶ τἄλλα τοῦ δικαίου διὰ μνήμης τοῖς φιλαρέτοις ὑμῖν ποιησόμεθα; Ἄρτι μὲν ὁ Κύριος ὑμῖν τοῦ κατὰ σάρκα κεκοινώνηκε μυστηρίου, καὶ ὁ μέγας οὗτος Ἰάκωβος ἐπὶ τῶν οἰάκων τῆς τῶν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας καθέζεται· δύο δὲ ὄντων τῶν ἀγόντων ἄνθρωπον εἰς τελείωσιν, θεωρίας φημὶ καὶ πράξεως, ἐξ ὧν αἱ ἀρεταὶ τὸ κράτος εἰλήφασιν, ἐξεταστέον ἐν ἑκατέρῳ τοῦ ἀνδρὸς τὸ εὐδόκιμον. Ἀλλ' ἐπείπερ διὰ θεωρίας μᾶλιστα πρὸς Θεὸν ἡ ἀνάβασις, πρῶτον τὸ θεωρητικὸν ἐκείνου καθ' ὅσον οἷόν τε διεξέλθωμεν, εἶτα καὶ τὸ πρακτικὸν εἰς δύναμιν ἐξετάσωμεν· χρῆναι γὰρ οἶμαι τὸν ἐπισκοπικὸν ὀφθαλμὸν τῷ θεωρητικῷ εὐμενίσθαι πρὸς τῶν ἄλλων, εἰ καὶ τὸ πρακτικὸν ἐπίβασιν εἶναι τοῦ θεωρητικοῦ τινες ὑπειλήφασιν. Ἐνταῦθα τοίνυν δεδόσθω κατὰ συγχώρησιν τὸ θεωρητικὸν ἡγεῖσθαι τῆς πράξεως, ἐπείπερ τῷ πρακτικῷ τοῦ δικαίου συνῆπται καὶ τὸ μαρτύριον.

Δ'. Ἀλλ' ἔστι κατανοῆσαι τρανῶς ἐπίσκοπον ποιμαίνοντα μετ' ἐπιστήμης τὸ ποίμνιον, τὸν τῇ καθολικῇ τοῦ ἀνδρὸς Ἐπιστολῇ ἐντυγχανοντα. Καὶ πρῶτόν γε τὸ ἐν τῇ ἐπιγραφῇ καλὸν μὴ παροπτέον· δηλοῦ-

A nostrum Jesum Christum peperit. Erant autem ejus actiones nomini convenientes : aiunt enim eum fuisse vocatum Obliam (2) quod quidem vult significare justum. Oculus ejus lenis et placidus, et vere dignus qui consequeretur a Deo misericordiam ; aures divinis verbis omnino apertæ : os, in quo, tanquam aliquæ deliciæ, lex erat perpetuo : manus, quæ semper movebantur ad benefaciendum : venter, omnino suis resistebat appetitionibus : nam ab animatis et vino tota vita usque adeo abstinuit, ut aquam quidem existimaret potum suavissum, quemadmodum et alimentum panem, lacrymarum guttas abundanter miscens cum potione. Norunt obdurata justi genua, et eorum velut emortua caro animi promptitudinem. Pannus erat ei gratum indu- B mentum, et sindon, quando erat ad sacra ascensurus. Inter noctem et diem nullum erat ei discrimen : sed noctu quoque lucis exercebat opera ; et dies, vitæ tranquillitate et turbarum vacuitate, imitabatur plane noctis silentium. Suis erat jucundus, alienis venerandus : tantam enim laudem virtutis, non solum apud amicos, sed etiam apud pietatis (3) ignaro fuit affectus, ut nonnulli quoque eorum ejus conscripserint martyrium, et dixerint, non eos solum fuisse pœnas, qui Justum interemerunt ; sed civitatem quoque magnam accepisse calamitatem, in qua exsecrandum illud contigit facinus. Ei quod dico, fert testimonium Josephus, in vicesimo libro Antiquitatum id referens.

III. Quomodo autem et alia, quæ ad justum C pertinent, vobis virtutis amantibus pro dignitate recensebimus? Postquam Dominus carnem nostram assumere dignatus fuit, magnus hic Jacobus tenuit clavum Ecclesiæ Hierosolymitanæ (4). Cum autem duo sint, quæ hominem ducunt ad perfectionem, contemplatio, inquam, et actio, ex quibus vim accipiunt virtutes ; examinandum est, quam hic esset in utroque eximius. Sed quoniam maxime per contemplationem ad Deum est ascensus, quoad ejus fieri potest, prius narremus de illius contemplatione, deinde etiam ejus actionem ponderemus pro viribus. Existimo enim oportere episcopi oculum ante alia delectari vi contemplandi, etiamsi actionem quidam putarunt esse ascensum ad contemplationem. Concedatur ergo, quod contemplatio præcedat actionem, quandoquidem justi actioni conjunctum est etiam martyrium.

IV. Quomodo episcopus gregem cum scientia pascere debeat, is aperte potest intelligere, qui Catholicam ejus legit Epistolam. Et primum quidem id, quod est in inscriptione egregium, non est

(2) *Obliam* etiam legitur apud Eusebium, unde hic locus acceptus, et ex hoc apud Rufinum atque Nicephorum : verum male hic ponitur *Oblias*, quasi significet *Justum*. cum Eusebius sic habeat ἐκαλεῖτο δίκαιος καὶ Ὠβλίας ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη. Quod commodum sensum habet ; cum revera *Ophlias*, juxta Henricum Valesium Hebraice dicatur *arx populi*. Nicolaus tamen Fellerus lib. III *Miscellan.* sacrum mallet sic legi, ἐκαλεῖτο Σαδδὶκ καὶ Ὠλὰμ, ὅ ἐστιν δίκαιος καὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ : nominabatur Saddic et Oliam quod est justus et munitio populi.

(3) Judæos scilicet, Christianorum mysteriorum expertes.

(4) Græce ad verbum : « Nuper quidem Dominus particeps nobis factus est mysterii secundum carnem, et magnus hic Jacobus Ecclesiæ Hierosolymitanæ tenet clavum ; » quæ malui clariori paraphrasi explicare.

prætermittendum ; protinus enim, et, ut dicitur, a carceribus, significatur sancti modestia. Sic autem habet [1] : « Jacobus Dei et Domini Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. » Nam cum ei liceret seipsum vocare apostolum, aut episcopum, aut quod majus est fratrem Domini, quibus nominibus ipsum quoque Paulus significavit scribens ad Galatas[2], videtur delectari humilioribus ; se esse servum Christi Dei significat tribubus Israelis, vel maxime proprium magistri insigne habens moderationem, et ea sibi magis placens, quam episcopatus atque fraternitatis dignitate.

Α ται γὰρ εὐθὺς ἀπὸ γραμμῆς τοῦ ἁγίου τὸ μέτριον. ἔχει δὲ οὕτως · « Ἰάκωβος Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ χαίρειν. » Ἐξὸν γὰρ αὐτῷ ἀπόστολον καλεῖν ἑαυτὸν, ἢ ἐπίσκοπον, ἢ τό γε μεῖζον εἰπεῖν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, οἷς ὀνόμασιν αὐτὸν καὶ Παῦλος γράφων Γαλάταις ἐδήλωσεν · ὁ δὲ τοῖς ταπεινοτέροις φαίνεται χαίρων, καὶ δοῦλον ἑαυτὸν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ταῖς φυλαῖς τοῦ Ἰσραὴλ εἶναι γνωρίζει · τὸ ἰδιαίτατον τοῦ διδασκάλου παράσημον τὴν μετριοφροσύνην ἔχων, καὶ ταύτῃ σεμνυνόμενος μᾶλλον ἢ τῷ τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τῷ τῆς ἀδελφότητος ἀξιώματι.

V. Sed age, nonnulla, quæ leguntur in Epistola, quantum conceditur, persequamur, per quæ erit manifesta illius mentis puritas, et accurata doctrina. Nam cum fuisset in principio Epistolæ, et contemplante animi oculo considerasset, ut est consequens, quod quisquis ad Deum accedit, incidit in tentationes (Boni enim principium et radix, est Deus : bonum autem, est virtus : via autem, quæ fert ad virtutem, est aspera et difficilis, et multa habet adversa : et ideo evenit omnino, ut qui ad Deum accedunt, in res incidant inæquales) : exhortatur sanctos ad invictam patientiam et nunquam cedentem, bonos imitans puerorum præceptores, et qui convenienter legibus decertationis sciunt decertare. Dicit enim : « Omne gaudium existimate, fratres mei, quando in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur (5): [patientia autem perfectum opus habeat, ut in nullo deficiatis. Si cui autem vestrum deest sapientia, petat a Deo, qui dat omnibus absolute, et non exprobra. » Considera autem, cum quanta hortatur sapientia. Non enim solummodo sustinere, sed etiam gaudere ingruentibus jubet tentationibus ; nec solum gaudere, sed id etiam omne gaudium ducere. Neque vero dicit quaslibet tentationes ; sed « Quando in varias incideritis tentationes]. » Causa autem est : « Scientes, inquit, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur. » Deinde subjungit, in fide debere esse firmitatem, et constantiam, et nullam dubitationem, dicens : « Vir animo duplex, et instabilis in omnibus viis suis. »

Ε'. Ἀλλ' ὅπως ἔνια καὶ τῶν τῇ Ἐπιστολῇ φερομένων κατὰ τὸ ἐγχωροῦν διεξέλθωμεν, δι' ὧν εὔληπτον Β ἔσται καὶ τῆς διανοίας ἐκείνου τὸ καθαρὸν καὶ ἡ τῆς διδασκαλίας ἀκρίβεια. Καὶ γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς Ἐπιστολῆς γενόμενος κρὶ σκοπήσας τῷ θεωρητικῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ, ὅτι πάντα δὴ τὸν τῷ Θεῷ προσερχόμενον ἀκόλουθον πειρασμοῖς περιπίπτειν (ἀρχὴ μὲν γὰρ καὶ ῥίζα τοῦ ἀγαθοῦ ὁ Θεὸς, ἀγαθὸν δὲ ἡ ἀρετὴ, ἡ δέ γε πρὸς ἀρετὴν φέρουσα τραχεῖά τε καὶ προάντης καὶ πολλὰ τὰ ἀντικείμενα ἔχουσα · καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνει πάντως τοῖς πρὸς Θεὸν ἐρχομένοις ἀνωμάλοις πράγμασι περιπίπτειν) · τοῦτο δὴ σκοπήσας ἀλείφει τοὺς πιστοὺς πρὸς ὑπομονὴν ἀνένδοτον, τοὺς σοφοὺς μιμούμενος παιδοτρίβας, καὶ κατὰ νόμους ἀθλήσεως καλῶς γυμνάζειν ἐπισταμένους · φησὶ γάρ · « Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅτ' ἂν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις · « καὶ ἡ αἰτία, « Εἰδότες, φησὶ, ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως C ὑπομονὴν κατεργάζεται (*b*). » Εἶτα τὸ περὶ τὴν πίστιν ἀναμφίλογόν τε καὶ σταθερὸν ὑποτίθησιν · « Ανὴρ δίψυχος, λέγων, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, »

VI. Quod autem postea dicit, quantam cum venustate habet etiam profunditatem ? « Glorietur enim, inquit, humilis quidem in sua altitudine : dives autem in sua humilitate. » Nam cum divitiæ quidem alliciant ad superbiam, paupertas autem ad humilitatem et animi dejectionem ; ille contra jubet facere, divitem quidem suam constituere D altitudinem in modestis actionibus ; pauperem vero hoc ipsum existimare dignitatem non contemnendam, si magno et excelso animo ferat paupertatem. Ita paupertatem et divitias, quæ sunt sæpe multis materia ad peccandum, materiam efficit ad Dei cultum. Deinde rursus cum sciret, cujus gloriæ, et quam multorum bonorum sint tentationes conciliatrices iis qui se fortiter gerunt, repetens dicit : « Beatus

ς'. Ὃ δὲ μετὰ ταῦτα λέγει, πόσον ἔχει μετὰ χάριτος καὶ τὸ βάθος ; « Καυχάσθω γὰρ, ἔφη, ὁ μὲν ταπεινὸς ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ, ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ. » Ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν πλοῦτος ἐπαγωγὸν εἰς ἀλαζονείαν, ἡ πενία δὲ ταπεινὸν καὶ μικρόψυχον · ἐκεῖνος τοὐναντίον κελεύει ποιεῖν ὕψος ἑαυτοῦ ποιεῖσθαι τὸ μετριάζειν, τὸν πένητα δὲ αὐτὸ τοῦτο ἀξίωμα νομίζειν οὐ τὸ τυχὸν, τὸ τὴν πενίαν φέρειν μεγαλοψύχως · οὕτω καὶ πενίαν καὶ πλοῦτον, ὄντα τοῖς πολλοῖς πολλάκις εἰς ἁμαρτίαν, ὕλην εἰς Θεοῦ θεραπείαν τίθησι καὶ ἀμφότερα. Ἔπειτα πάλιν εἰδὼς οἵας δόξης, ὅσων ἀγαθῶν πρόξενοι τοῖς καρτεροῦσιν οἱ πειρασμοὶ, ἐπαναλαμβάνων, « Μακάριος, φησὶν, ἄνθρωπος ὃς ὑπομένει πειρασμὸν, ὅτι δόκιμος γενόμενος, λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς · « τῷ μακαρι-

[1] Jac. I, 1 seqq. [2] Galat. I, 19.

(5) Quæ hic sequuntur, uncis inclusa, desunt in nostro ms. Græco.

b) Plura aliquanto habentur in ms. Veneto, quæ vide in versione Latina, [ ]uncis inclusa.

σμῷ καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἐλπίδι εὐπαραδέκτους τοὺς πειρασμοὺς τοῖς φιλαρέτοις εἶναι παρασκευάζων, μικροῦ δὲ καὶ ὡς ἔρμαιον αὐτοῖς ἡγεῖσθαι, καὶ μεθ' ἡδονῆς ὑποδέχεσθαι.

Ζ'. Οὐ μὴν δὲ τὸ τῶν πολλῶν νόσημα, οἳ καὶ ὅπως ἰδίας ἐκδικοῦντες ἐπιθυμίας, ἐκ φύσεως εἶναι τὸ ἁμαρτάνειν λέγουσι, καὶ οὐδὲ τὸν Θεὸν αἴτιον τῶν κακῶν ὀκνοῦσι νομίζειν, κατέλιπεν ἀθεράπευτον· ἀλλ' ὥσπερ τις ἄριστος ἰατρὸς, τοῖς φυλακτικοῖς χρώμενος βοηθήμασι, πρὸς τὴν νόσον ἵσταται ταύτην, « Μηδεὶς, λέγων, πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι Ἀπὸ Θεοῦ πειράζομαι· ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα, ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος· εἶτα ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον. « Οὕτως ὁ δίκαιος δικαίως μεταξὺ ἀνθρώπων ἐδίκασε καὶ Θεοῦ, ἐκείνῳ μὲν τὸ ἀναίτιον τῶν κακῶν μαρτυρήσας καὶ σιωπᾷν πείσας γλώσσας μεγαλορρήμονας, τοῖς ἀνθρώποις δὲ ἐπιγνώμονας τῆς ἑαυτῶν ἀσθενείας καὶ τῶν ἁμαρτημάτων εἶναι ποιήσας, εὐλόγως τε παρασκευάσας, ἑαυτοῖς μᾶλλον καὶ οὐ Θεῷ τὰ ἐκ πονηρᾶς συνηθείας καὶ ῥαθυμίας ἐπιγράφειν σφάλματα, καὶ οὕτω τὸ ταπεινοφρονεῖν μανθάνειν καὶ συγγνώμην αἰτεῖν.

Η'. Ἐκεῖθεν ὅτε τὸν δίκαιον σοφῶς ἀναιροῦντα τὸν ἐπόμενον ἐπὶ τῇ κατορθώσει τοῦ ἀγαθοῦ τῦφον, καὶ πείθοντα τῷ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἑαυτοῖς λογίζεσθαι τὸ κατορθωθέν· « Μὴ πλανᾶσθε γάρ, φησὶν, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων, παρ' ᾧ οὐκ ἔστι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα· βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. » Ταῦτα καὶ φρονήματος ἀποκενοῖ τῦφον, καὶ τὸ Θεῖον παρεκτικὸν ἅμα τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἄτρεπτον εἶναι καὶ ἀναλλοίωτον δείκνυσι, καὶ ὅπως ἐξαίρετον ἡ πρὸς τὰ ἄλλα κτίσματα περὶ τὸν ἄνθρωπον φαίνεται τὸ κηδεμονικὸν ἔχον.

Θ'. Μετὰ ταῦτα καὶ ἠθικωτέρων ἅπτεται παραινέσεων. « Ἔστω, λέγων, πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργήν. » Εἰ γὰρ τὸ λέγειν ταχέως φυλακῆς ἄξιον, τὸ ταχέως ὀργίζεσθαι ποσῆς μᾶλλον δεῖται τῆς ἀσφαλείας; Ὅρα δὲ καὶ τοῦ κατὰ ἀλήθειαν Χριστιανοῦ, οἵους εἶναι λέγει τοὺς χαρακτῆρας. « Θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὕτη ἐστίν· ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου. « Ἐπίσης κελεύει καὶ τοῦ κόσμου ἀφίστασθαι, καὶ τῷ πλησίον προστίθεσθαι· ταῖς γὰρ ἀληθείας, τότε γνησίως τοῖς ἀδελφοῖς συμπαθήσομεν, ὅτε τῆς τοῦ κόσμου προσπαθείας ἑαυτοὺς ἀπορρήξομεν. Τῷ δὲ εἰπεῖν, « Μὴ ἐν προσωπολημψίαις ἔχετε, ἀδελφοὶ, τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης, » τὸ κατ'

A homo qui sustinet tentationem : quoniam cum fuerit probatus, accipiet coronam vitæ ; » beatitudine et spe coronarum efficiens, ut sint viris bonis acceptæ tentationes, et eas propemodum tanquam lucrum existiment, et cum voluptate excipiant.

VII. Neque multorum morbum, qui suas defendentes cupiditates, peccatum dicunt esse a natura, et neque verentur existimare Deum esse causam malorum, reliquit incuratum : sed tanquam medicus præstantissimus auxiliis præservativis utens, huic morbo resistit, dicens : « Nemo qui tentatur dicat : A Deo tentor. Deus enim non (6) tentatur a malis ; ipse autem tentat neminem : unusquique vero tentatura propria concupiscentia attractus et inescatus. Deinde concupiscentia cum concepit, parit peccatum : peccatum autem perfectum, parit mortem. » Sic vir justus juste judicavit inter homines et Deum : illi quidem suo testimonio tribuens, quod non esset auctor malorum, et linguis loquacibus persuadens, ut tacerent ; efficiens autem, ut homines suam agnoscerent imbecillitatem et sua peccata ; et ut sibi, et non Deo, ascriberent delicta, quæ ex mala consuetudine proveniunt et socordia, et sic discerent se humiliter gerere, et petere veniam.

VIII. Præterea videbis justum sapienter perimentem arrogantiam et superbiam, quæ sequitur bonum recte gestum, et persuadentem Deo potius quam sibi ipsis ascribere, quod fuerit recte factum. « Ne erretis igitur, inquit, fratres mei dilecti : omne donum bonum, et omne datum perfectum, desuper descendit a Patre luminum, apud quem non est vicissituddo nec mutationis, obumbratio : volens enim genuit nos verbo veritatis, ut simus nos primitiæ quædam ejus creaturarum. » Hæc et exinaniunt arrogantiam, et ostendunt Deum esse datorem bonorum, et esse immutabilem, nec in eum cadere alterationem : quodque is est eximius, si conferatur cum rebus creatis, et maximam videtur gerere curam hominis.

IX. Posthæc accedit ad admonitiones, quæ ad mores magis pertinent : « Sit, dicens, omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, et tardus ad iram. » Si enim velox sermo est cavendus, quanto magis adhibenda est cautio, ne cito irascaris ? Vide autem, quomodo figuram veri exprimit Christiani. « Religio pura et immaculata Patri et Deo hæc est : visitare orphanos et viduas in afflictione eorum, immaculatum seipsum conservare a mundo. » Ex æquo jubet et a mundo recedere, et ad propinquum accedere : tunc enim vere ac sincere fratrum miserebimur, quando nos separabimus ab affectione in mundum. Dicendo autem [a], « Ne in personarum acceptionibus habeatis, fratres fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ, » tollit id quod fit ad ostentationem, docens ne vivamus ut

[a] Jac. II, 1 seqq.

(6) Clarius hoc ex Græco quam quod Latina versio habet : « Deus enim intentator malorum est. »

placeamus ominibus, neque quæramus gloriam ex hominibus, humilia et abjecta cogitantes : sed Deum solum amemus, et ejus quod fit habeamus ipsum laudatorem, et remunerationem ab eo exspectemus. Dicendo vero eum legem implere regiam, qui diligit proximum sicut seipsum, excitat ad fratrum dilectionem, ex ejus qui legem tulerat dignitate, sciens hujus præcepti magnitudinem et pulchritudinem : et quod plena legis adimpletio, est dilectio in proximum : et hoc ipsum est summa bonorum.

A ἐπίλεξιν γινόμενον ἀναιρεῖ, διδάσκων μὴ πρὸς ἀρέσκειαν βιοῦν ἀνθρωπίνην, μηδὲ τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἐπιζητεῖν δόξαν, χαμαίζηλα φρονοῦντας καὶ ταπεινά· ἀλλὰ Θεὸν μόνον φιλεῖν, καὶ ἐπαινέτην ἔχειν τοῦ γινομένου, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν ἀντίδοσιν ἀπεκδέχεσθαι. Τῷ δὲ καὶ νόμον φάναι βασιλικὸν ἐκπληροῦν τὸν ἀγαπῶντα τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν, πρὸς τὴν τῶν ἀδελφῶν ἀγάπην διερεθίζει τῷ ἀξιώματι τοῦ νομοθετήσαντος, τῆς ἐντολῆς ταύτης εἰδὼς τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος, καὶ ὅτι πλήρωμα νόμου ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη, καὶ τοῦτο δὴ τοῦτο τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον.

X. Quomodo autem movet ad misericordiam? Terrens immisericordi et inevitabili, quod illic est, judicio. « Judicium, inquit, sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam : » per hoc concedens, B ut misericordia glorietur plus quam judicium, quatenus illi dat victoriam. Quin etiam ita dicit fidem opus habere actione, sicut corpus eget spiritu : absque ea autem esse mortuam et inutilem, ut non confidamus in eo solum quod credamus, et inaniter gloriemur. Hoc autem probat statim, Abraham et Raab adducens in testimonium : illum quidem, qui cum fide Isaac quoque obtulit; hanc autem quæ speculatores per aliam viam transmisit. Et quid opus est, ut singula enumerem? Vix ullam prætermisit ex virtutibus moralibus, ad quam non incitaverit virum pium ac religiosum, cum multa probabilitate, gratia ac jucunditate. Is linguæ legem dedit, ut qui et in tempore tacendum, et in tempore dicendum accurate doceret. Is paterne docet sequi C quidem veritatem, a falso autem abstinere. Porro autem linguam quoque maledicam et calumniatricem plurimum accusat. Et de propinquo clanculum detrahere, aut etiam eum judicare, ab animis hominum procul propulsat.

Ι'. Ὅπως δὲ καὶ πρὸς ἔλεον διεγείρει; Μάλα σοφῶς δυσωπῶν τῷ ἀνηλεεῖ καὶ ἀπαρακλήτῳ τῆς ἐκεῖθεν κρίσεως. « Ἀνέλεον γὰρ ἔφη τὴν κρίσιν τῷ μὴ B ποιήσαντι ἔλεον· » καὶ κατακαυχᾶσθαι ἔλεον κρίσεως, τούτῳ διδοὺς ἥπερ ἐκείνῃ τὰ νικητήρια. Ἀλλὰ καὶ τὴν πίστιν οὕτω δεῖσθαί φησι τῆς πράξεως, ὡς δεῖται τὸ σῶμα τοῦ πνεύματος· ταύτης δὲ χωρὶς νεκρὰν οἷον ὑπάρχειν αὐτὴν καὶ ἀνόνητον· ἵνα μὴ τὸ πιστεύειν μόνον ἐπιθαῤῥῶμεν καὶ διὰ κενῆς ἐγκαυχώμεθα. Καὶ πείθει τοῦτο λέγων, εὐθὺς τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὴν Ῥαὰβ παράγων εἰς μάρτυρας, τὸν μὲν μετὰ τῆς πίστεως καὶ τὸν Ἰσαὰκ προσενέγκοντα, τὴν δὲ τοῖς κατασκόποις δι' ἑτέρας ὁδοῦ παραπεμφθεῖσαν. Καὶ τί με δεῖ τὰ καθ' ἕκαστον ἀριθμεῖσθαι; σχεδὸν γὰρ οὐδὲ μίαν ὑπέλιπε τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν, πρὸς ἣν οὐκ ἠρέθισε τὸν φιλόθεον, μετὰ πολλοῦ τοῦ πιθανοῦ καὶ τῆς χάριτος. Οὗτος τῇ γλώσσῃ θεσμὸν ἐπέθηκε, σιωπᾷν τε κατὰ καιρὸν καὶ C λέγειν ἀκριβωσάμενος· οὗτος τῆς μὲν ἀληθείας ἔχεσθαι, τοῦ ψεύδους δὲ καὶ μίαν ἀπέχεσθαι πατρικῶς διδάσκει· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς φιλοψόγου γλώττης καὶ διαβόλου πλεῖστα κατηγορεῖ, καὶ τὸ λάθρα δὲ τοῦ πλησίον καταλαλεῖν, ἢ καὶ κρίνειν τῆς τῶν ἀνθρώπων διανοίας μακρὰν ἀπωθεῖται.

XI. Tuum opus est, o Juste divites quoque rursus et pauperes admonere : illos quidem, ne confidant in divitiis : hos autem, ut mala ferant patienter, ut qui sint tolerantiæ accepturi mercedem, quæ non potest auferri : et illis quidem infidelitatis argumentum divitias objicere, ut qui in eis confidant, et non in Dei sinu, qui nunquam exhauritur; his autem, tanquam prophetam annuntiare, quod pro foribus stat is qui judicat. Illud autem, non perjurium solum, sed vel ipsum omnino jusjurandum declinari debere, cujusnam alterius, quam linguæ justæ fuerit admonitio, dicentis [4] : « Ante omnia, fratres mei, nolite omnino jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque ullum aliud juramentum : sit autem vestrum, Certe certe, et, Non non, ne sub judicio decidatis. » Eos, qui sunt sereno et tranquillo animo, docet, ut se muniant oratione ; eos, qui ægrotant, ut oleo utantur cum oratione sacerdotis ad unctionem, et id habeant pro morbi medicina, utpote quod oratio, cui opera ferunt auxilium maxima possit efficere. Quid opus

ΙΑ'. Σὸν ἔργον, ὦ δίκαιε, καὶ τὸ πλουσίοις αὖθις καὶ πένησι παραινέσαι, τοὺς ἐπὶ τῷ πλούτῳ μὴ πεποιθέναι, τοὺς δὲ μακροθύμως φέρειν ὡς ληψομένους μισθὸν τῆς ὑπομονῆς ἀναφαίρετον· κἀκείνοις μὲν ἔλεγχον τῆς ἀπιστίας τὸν πλοῦτον τιθέναι, ἅτε δὴ ἐπ' αὐτῷ θαῤῥήσασι, καὶ μὴ κόλποις τοῖς μηδέποτε κενουμένοις· τοῖς δὲ οἷα προφήτης εὐαγγελίζεσθαι πρὸ τῶν θυρῶν ἑστάναι τὸν κρίναντα. Τὸ δὲ μὴ τὴν ἐπιορκίαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ὅρκον ἁπλῶς ἐκτρέπεσθαι, τίνος ἄλλης ἢ τῆς δικαίας γλώττης παραίνεσις, πρὸ πάντων λεγούσης· « Ἀδελφοί μου, μὴ D ὀμνύετε ὅλως, μή τε τὸν οὐρανόν, μή τε τὴν γῆν, μή τε ἄλλον ὅρκον τινά· ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ Ναὶ Ναί· καὶ τὸ Οὒ Οὔ· ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε. » Τοὺς ἐνθυμουμένους ἀσφάλειαν ἑαυτῶν ποιεῖσθαι τὴν προσευχὴν διδάσκει, τοὺς νοσοῦντας ἐλαίῳ μετὰ προσευχῆς ἱερέως εἰς ἀλοιφὴν χρῆσθαι, καὶ τοῦτο τῆς νόσου ποιεῖν ἴαμα· ὡς τῆς εὐχῆς ἄρα τῆς διὰ τῶν ἔργων βοηθουμένης, ἐνεργεῖν τὰ μέγιστα δυναμένης. Τί δὲ χρὴ τὰ τῆς γλυκείας ταύτης Ἐπιστολῆς πάντα διαλαβεῖν, ἐξὸν ἐντυγχάνειν αὐτῇ τῷ βουλομένῳ κἀκεῖθεν

[4] Jac. v. 12.

ὡς ἐκ πηγῆς ἀρύεσθαι, καὶ γευσάμενον πιστοῦσθαι, καὶ οὕτως ἀξιόχρεων μάρτυρα γίνεσθαι τῶν Ἰακώβου καλῶν ;

A est omnia persequi, quæ hæc continet Epistola, cum eam possit qui velit legere, et illinc haurire tanquam ex fonte, et gustando factis probare, et ita fide dignus esse testis eorum, quæ pulchre dicuntur a Jacobo ?

CAPUT II.

Synodus Hierosolymis habita. Æstimatio singularis apud apostolos et Judæos. Martyrium.

ΙΒ'. Ἔστι δὲ κἀντεῦθεν τὸ ἀξιοχρεων ἐκείνου καὶ δυνατὸν ἐν λόγῳ μαθεῖν. Ζήτησις κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν κατέστη ποτὲ, εἰ δεῖ τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσιόντας τῷ λόγῳ τῆς χάριτος κατὰ τὸ ἔθος Μωσέως λοιπὸν περιτέμνεσθαι. Οἱ ἐπὶ τῆς Ἀντιόχου τοίνυν ἀδελφοὶ τοῖς κατὰ τὰ Ἱεροσόλυμα ἀποστόλοις τὴν κρίσιν ἐπέτρεψαν, Παύλου καὶ Βαρνάβα διακονοῦντων πρὸς τὸ ζητούμενον. Τῆς δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας εἰς τοῦτο συναθροισθείσης, καὶ Πέτρου τοῦ τῶν ἀποστόλων πρώτου προεστηκότος τῆς πίστεως, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας σπέρματα καταβάλλοντος· « Ἄνδρες ἀδελφοὶ, φησὶν ὁ Ἰάκωβος, Συμεὼν ἐξηγήσατο καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν. » Εἶτα ἐπιθεὶς τὰ τοῦ προφήτου ῥήματα, τοῖς ζητουμένοις ὄντως ἐπεψηφίζετο· « Κρίνω ἐγὼ, λέγων, μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, τῆς πορνείας, καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τοῦ πνικτοῦ. » Οὕτως ἔφη, καὶ ὁ λόγος ἔργον ἐγένετο, καὶ τὸ παρὰ τοῦ Ἰακώβου ψηφισθὲν εἰς τύπον τοῖς ἀποστόλοις ἐγράφετο, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ παρεδίδοτο· οὕτω καὶ παρ' αὐτοῖς εἶχε τοῖς ἀποστόλοις ὁ ἀνὴρ τὸ αἰδέσιμόν.

XII. Porro autem hinc quoque sciri potest, quanta esset ejus auctoritatis et dicendi facultas. Fuit aliquando quæstio Antiochiæ, an oporteret eos qui ex gentibus ad verbum veritatis accedebant, more Mosaico deinceps circumcidere. Fratres ergo, B qui erant Antiochiæ, apostolis commorantibus Hierosolymis permiserunt judicium, Paulo et Barnaba usi ministris ad proponendum id de quo quærebatur. Cum vero quæ Hierosolymis erat Ecclesia ad hoc esset congregata, et Petrus primus apostolorum præesset fidei, et jaceret semina pietatis : « Viri fratres, inquit Jacobus, Simon exposuit quomodo primum Deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo ; et ei consentiunt prophetæ[5]. » Deinde cum subjunxisset verba unius prophetæ, de iis quæ quærebantur hanc tulit sententiam : « Judico ego, dicens, non esse molestia efficiendos eos, qui ex gentibus ad Deum convertuntur : sed scribendum ad eos, ut se abstineant a contaminationibus simulacrorum, fornicatione, et sanguine, et suffocato[6]. » C Sic dixit, et quod dixerat, deductum est ad effectum : et quod a Jacobo fuerat decretum, scriptum est ab apostolis, et Ecclesiæ pro forma fuit traditum. Tanta apud apostolos fuit ejus reverentia.

ΙΓ'. Ἀλλ' ἔστιν ἀκοῦσαι καὶ Παύλου οἷα περὶ αὐτοῦ Γαλάταις ἐπέσταλκεν. « Ἀνῆλθον, φησὶ, εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον, ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, » ὡς μεγάλου τινὸς ὄντος καὶ ἀξίου μνήμης τοῦ θεάσασθαι τὸν Ἰάκωβον. Οἷος δέ ἐστι καὶ αὐτῷ τῷ Παύλῳ παραινῶν ὁ Ἰάκωβος, ὁ τὰ τῶν Πράξεων ἐπεὶ σαφῶς εἴσεται. « Γενομένων γὰρ ἡμῶν, φησὶ ὁ Λουκᾶς, εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀπεδέξαντο ἡμᾶς πάντες οἱ ἀδελφοί· τῇ δὲ ἐπιούσῃ εἰσῆλθεν ὁ Παῦλος σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον, πάντες τε παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν οἱ πρεσβύτεροι· καὶ ἀσπασάμενος αὐτοὺς D ἐξηγήσατο καθ' ἓν ἕκαστον ὧν ὁ Θεὸς ἐποίησε τοῖς ἔθνεσιν διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, εἰπόντες τῷ Παύλῳ· Θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν ἐν τοῖς Ἰουδαίοις τῶν πεπιστευκότων, καὶ πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσιν· κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους. Ἀλλὰ τοῦτο ποίησον ὃ σοι λέγομεν· ἁγνίσθητι σὺν (c) τοῖς οὖσιν ἀδελφοῖς, καὶ δαπάνησον, καὶ γνώσονται ὅτι περὶ ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ οὐδέν ἐστι. » Πάντως δὲ Ἰακώβου δέον ὑπολαμβάνειν

XIII. Sed licet etiam audire, quidnam Paulus de eo scribat ad Galatas : « Ascendi, inquit, Hierosolymam ad videndum Petrum. Alium autem apostolum non vidi, nisi Jacobum fratrem Domini[7] : » utpote quod res esset magna, et digna quæ mandaretur memoriæ, videre Jacobum. Qualibus autem monitionibus ad Paulum usus sit Jacobus, aperte sciet, qui legerit Actus apostolorum . « Cum nos enim (inquit Lucas) venissemus Hierosolymam, exceperunt nos omnes fratres. Sequenti autem die ingressus est Paulus nobiscum ad Jacobum, et omnes accesserunt presbyteri : quos cum salutasset, exposuit singulatim unumquodque eorum, quæ Deus fecit gentibus per ministerium suum. Illi autem cum audiissent, glorificaverunt Deum, dicentes Paulo : Vides, frater quam multa millia sunt inter Judæos eorum qui crediderunt, et sunt omnes legis æmulatores : de te autem audierunt, quod tu doces a Mose defectionem Judæos omnes qui sunt in gentibus. Sed fac hoc, quod tibi dicimus : sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se : his assumptis, sanctifica te cum illis, et impende in illis, ut radant capita : et cognoscent

[5] Act. xv, 14, 15. [6] Ibid. 19. [7] Galat. i, 19.

(c) Etiam hic locus ex Act. xxi magis integre habetur in eadem versione.

omnes, quod quæ de te audierunt, nihil sunt [8]. » Oportet autem omnino existimare hæc verba esse Jacobi, ut qui esset princeps illius Ecclesiæ ; propterea enim hoc egregie a Luca est additum : « Paulus nobiscum ingressus est ad Jacobum. » Tantum inter apostolos tribuebatur Jacobo, et adeo erat clarus, et habebatur in tanto honore, partim quidem hoc habens ex virtute, partim autem hoc nactus ex eo quod esset frater Domini.

XIV. Judas autem, qui catholicarum septimam scripsit Epistolam, quanam ex re seipsum significat, et quomodo facit inscriptionem ? « Judas Jesu Christi servus, frater autem Jacobi, iis qui sunt dilecti in Deo Patre. » Non ex imperatoriis et inanibus dignitatibus sibi tantum claritatis tribuunt, qui sunt in mundo splendidi, quantum ille sciebat gloriari ex eo, quod esset et diceretur frater Jacobi (7). Si autem est Judæ gloria dici fratrem Jacobi, quanto est ipsi Jacobo major, quod Christi frater nominetur ? Ipse enim solus assecutus fuit hæc privilegia, et dignus est habitus, qui solus vocaretur (8) frater Domini.

XV. Hic ergo magnus et divinus Jacobus erat sanctus (ut sacra dicunt Eloquia) ex utero matris suæ. Quamobrem statim post Christum, primun Pontificem, accipit clavum Ecclesiæ Hierosolymitanæ, et solus in Sancta sanctorum perpetuo ingreditur (9). Non enim semel, sicut iis qui legi et umbræ cœlestium serviebant, concedebatur ingressus : sed sic ingrediebatur, ut qui solus posset ingredi propter puritatem. Ingrediens autem, se inclinabat in genua, et populo conciliabat remissionem peccatorum, melius quam Moses : adeo ut instar camelorum ei genua obdurescerent, eo quod ea flecteret assidue : sic enim nobis Deus, qui homo factus est, orandum tradit. Propter insignem autem justitiam, vocabatur Justus Oblias (10), quod lingua nostra significat comprehensionem populi et justitiam.

XVI. Cæterum, quomodo prophetæ (11) prius significaverunt, quidam ex septem hæresibus, quo-

A εἶναι τὰ ῥήματα, οἷα τῆς Ἐκκλησίας κατάρχοντος· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῷ Λουκᾷ πρόκειται κατεξαίρετον, ὅτι « Παῦλος (*d*) εἰσῆλθοι σὺν ἡμῖν πρὸς Ἰάκωβον. » Τοσοῦτον ἐν ἀποστόλοις Ἰακώβῳ τὸ συγκεχωρηκός, καὶ οὕτως ἦν ἐπιφανής τε καὶ ἀξιότιμος, τοῦτο μὲν καὶ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἔχων, τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἀδελφὸς εἶναι τοῦ Κύριου προσειληφώς.

ΙΔ'. Ἰούδας δὲ τὴν ἑβδόμην Ἐπιστολὴν τῶν καθολικῶν γράφων, ἐκ τίνος ἄρα δῆλον ἑαυτὸν ποιεῖ, καὶ πῶς τὴν ἐπιγραφὴν τίθησιν ; « Ἰούδας Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ὁ ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου, τοῖς ἐν Θεῷ Πατρὶ ἠγαπημένοις. » Οὐχ οὕτως ἀπὸ τῶν βασιλικῶν τούτων καὶ διακένων ἀξιωμάτων, οἳ κατὰ κόσμον λαμπροὶ τὸ ἐπίσημον ἑαυτοῖς περιποιοῦνται, ὅσον ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ἀδελφὸς εἶναι καὶ λέγεσθαι Ἰακώβου σεμνύνεσθαι ἔγνω. Εἰ δὲ τούτῳ δόξα τὸ ἀδελφὸν Ἰακώβου λέγεσθαι, πόση ἐκείνῳ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου κατονομάζεσθαι ; αὐτὸς γὰρ καὶ μόνος τῶν πρεσβείων ἔτυχε τούτων, καὶ ἀδελφὸς Κυρίου μόνος λέγεσθαι κατηξίωται.

IE'. Ὁ τοίνυν μέγας οὗτος καὶ θεῖος Ἰάκωβος ἅγιος ἦν, ὡς τὰ ἱερά φασι Λόγια, ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ· διὸ καὶ, μετὰ Χριστὸν εὐθὺς τὸν πρῶτον ἀρχιερέα, τῆς τῶν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας τοὺς οἴακας ἐγχειρίζεται, καὶ μόνος εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων διαπαντὸς εἰσπορεύεται· οὐδὲ γὰρ ἅπαξ, καθάπερ τοῖς τῷ νόμῳ καὶ τῇ σκιᾷ τῶν ἐπουρανίων λατρεύσασιν, ἐγχωροῦν ἦν, ἀλλ' οὕτως εἰσήει ὡς μόνος εἰσιέναι δυνάμενος διὰ καθαρότητα. Εἰσερχόμενος δὲ, κείμενος ἐπὶ τῶν γονάτων εὑρίσκετο, καὶ τῷ λαῷ τῶν ἡμαρτημένων ἄφεσιν, κρεῖττον ἢ κατὰ Μωσέα τε ποιούμενος, ὡς ἀπεσκληκέναι αὐτῷ τὰ γόνατα κατὰ τὰς καμήλους, διὰ τὸ ἐπὶ γόνυ τοῦτον διαπαντὸς κάμπτεσθαι· οὕτω γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς, γενόμενος ἄνθρωπος, τὰ τῆς εὐχῆς παραδίδωσι. Διὰ μέντοι δικαιοσύνης ὑπερβολὴν δίκαιος ἐκαλεῖτο καὶ (*e*) Ὠβλίας, ὃ καθ' Ἕλληνας περιοχὴ δηλοῦται τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη.

Ις'. Ὥσπερ γοῦν οἱ προφῆται πρότερον δεδηλώκασι, τινὲς μέντοι τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων, ὧν Ἄνανος

[8] Act. xxi, 20 seqq.

(7) Cum Jacobo ex matre Maria solus frater Joseph assignetur in Evangelio, dicendum erit Judam fuisse Jacobi fratrem, ex eodem quidem patre Cleopha, sed ex altera matre.

(8) Iterum Christus, Marci vi, vocatur a Nazarenis frater Jacobi et Joseph, et Judæ et Simonis. Paulus etiam I Cor. ix, 5, Fratres Domini nominat, Judam verosimiliter et Simonem intelligens, ex duodenario numero apostolorum duos, sed forte minus propinquos : ut Jacobus hic (nam de fratre Josepho, qui potuit ante Christum obiisse, nihil legitur) solus et autonomastice Adelphothei gloriosum cognomentum retinuerit. Scilicet, etc.

(9) Græce εἰς τὰ Ἅγια ἁγίων. Ast Hegesippus ex quo ista deducta, solum habet : Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι. Erat Sancta sanctorum locus, in quem semel in anno intrabat supremus pontifex. At Sancta locus, in quem quotidie intrabant sacerdotes. Et licet sanctus Jacobus non esset sacerdos Judæorum, tamen illi sanctitatis existimatio tantam conciliarat auctoritatem, ut intranti in sancta nullus resisteret.

(10) Commodius dixisset Saddic et Oblias, ut duplex interpretatio sequens, duplici Hebraicæ voci responderet.

(11) Hegesippus apud Eusebium, hæc verba etiam Ἰουλίας scribi, quæ ex Eusebio censuimus corrigenda.

(*d*) Textus habet εἰσῄει.

(*e*) Vide notata ad versionem Latinam num. 10. Hic addo in ms. Græco, primum Ἰωβλίας, hic vero

ἐξηγεῖτο (ἱερεὺς δὲ ἦν τότε ὁ Ἄνανος · ἡνίκα Παῦλος ἐπιβοησάμενος Καίσαρα πρὸς Ῥώμην ὑπὸ τοῦ Πιστοῦ δεσμώτης ἐστέλλετο παρὰ Νέρωνα) · οὗτοι γοῦν οἱ τῶν τοιούτων αἱρέσεων, τῆς ἐλπίδος καθ' ἣν Παύλῳ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξήρτυον ἁμαρτάνοντες, ἐπὶ Ἰάκωβον τρέπονται, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου · τοιαῦτα γὰρ αὐτοῖς καὶ κατ' ἐκείνου τετόλμητο. Καὶ μέσον ἑαυτῶν ἀπολαβόντες τὸν Δίκαιον, ἄρνησιν τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐξεζήτουν αὐτόν, καὶ παρ' αὐτοῦ ἐπυνθάνοντο · Εἰπὲ ἡμῖν, ὦ Δίκαιε, λέγοντες, τίς ἐστιν ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ. Ὁ δέ, πιστούμενος τὴν ἐκείνων φωνὴν, καὶ δίκαιος, ὥσπερ γοῦν ἐκαλεῖτο, φανῆναι βουλόμενος, δικαίαν καὶ τὴν φωνὴν δίδωσιν, Οὗτός ἐστιν, λέγων, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦς ὁ Χριστός. Τινὲς μὲν οὖν αὐτῶν τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου λεγομένοις πιστεύοντες ἦσαν · οἱ δὲ ἠπίστουν τε καὶ ἀντέλεγον κατὰ παράδοσιν οὐκ ὀρθὴν καὶ πλάνην· αἱ γὰρ αἱρέσεις αὗται παρὰ Ἰουδαίοις (ὡς τὰ θεῖά φασι Λόγια) οὔτε ἀνάστασιν ἐπρίσθευον, οὔτε ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Πολλοὶ μέντοι καὶ διὰ τὸν Ἰάκωβον τῷ τῶν πιστευόντων χορῷ συνετάττοντο, καὶ θόρυβος πολὺς τοὺς ἄρχοντας εἶχε τῶν Ἰουδαίων, ἅτε διὰ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων φασκόντων, ὅτι κινδυνεύει πᾶς ὁ λαὸς, Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν προσδοκῶν.

ΙΖ'. Προσελθόντες τοιγαροῦν Ἰακώβῳ · Παρακαλοῦμέν σε, Δίκαιε, μάλα δεινῶς ἔλεγον, ἐπίσχες τὸν λαὸν, ἐπείπερ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν ὡς αὐτὸν ὄντα Χριστόν · ἀλλ' ὅπως πείσῃς τοὺς κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα περὶ τοῦ Ἰησοῦ συνελθόντας, μὴ πλανᾶσθαι περὶ αὐτοῦ · σοὶ γὰρ πάντες πειθόμεθα · καὶ μαρτυροῦμέν σοι, ἡμεῖς τε καὶ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι δίκαιος εἶ, καὶ πρόσωπον οὐ λαμβάνεις · τὴν μαρτυρίαν ταύτην, τὸ δίκαιον εἶναι, καὶ τὸ πρόσωπον μὴ λαμβάνειν, τούτου χάριν ἐκείνῳ προσενέγκοντες ἵν' ἐκ τοῦ δικαίου κλέψῶσι μᾶλλον αὐτὸν, καὶ πρόσωπα ἐκείνων λάβεῖν ἀναπείσωσι τῇ κολακείᾳ διαφθαρέντα. Ἐπὶ τὸ πτερύγιον οὖν, φησὶν, ἀναβὰς στῆθι τοῦ ἱεροῦ, ἵνα ἐξ ὑψηλοῦ τῷ λαῷ, καὶ ἀκουστά σου τὰ ῥήματα γένηται . διὰ γὰρ τὸ Πάσχα συνελήλυθασιν αἱ φυλαὶ ἅπασαι μετὰ τῶν ἐθνῶν. Ἔστησαν οὖν οἵ τε Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι τὸν Ἰάκωβον ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ · καὶ φωνῇ γεγωνοτέρᾳ, Δίκαιε, ἔφησαν, σοὶ πάντες ὀφείλομεν πείθεσθαι · ἐπείπερ ὁ λαὸς ὀπίσω πλανᾶται τοῦ Ἰησοῦ, ὃν πάντες ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου σταυρὸν ὑπομεμενηκότα γινώσκομεν : ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ.

ΙΗ'. Ἐπεὶ οὖν ὁ καιρὸς ἐκάλει τὸν ἀριστέα στῆναι

rum dux erat Ananus (12), (Erat autem Ananus tunc sacerdos (13), quando Paulus appellato Cæsare, Romam a Festo vinctus, missus est ad Neronem) cum essent frustrati spe insidiarum, quas struxerant adversus Paulum, convertuntur contra Jacobum fratrem Domini. Hæc autem in illum facere ausi sunt. Cum Justum intercepissent medium, petebant ab eo negationem fidei in Christum coram toto populo ,et ex ipso sunt, sciscitati : Dic nobis, o Juste, dicentes, quodnam est ostium Jesu (14). Ille vero verbum eorum confirmans, et qualis dicebatur Justus volens videri, justam similiter vocem emisit, Hic est, inquiens, Filius Dei Jesus Christus. Atque nonnulli quidem credebant iis quæ dicebantur a Jacobo ; alii autem minime credebant, et convenienter non rectæ traditioni et errori. Quædam enim hæreses apud Judæos (ut divina dicunt Eloquia) neque tenebant resurrectionem, neque credebant Deum venturum, ut redderet unicuique secundum opera sua. Atque multi quidem propter Jacobum relati sunt in numerum credentium : magna autem murmuratio exorta est inter principes Judæorum, utpote quod dicerent Pharisæi et Scribæ in periculum venire universum populum, exspectantem Jesum Christum.

XVI. Cum ergo accessissent ad Jacobum : Te valde rogamus, o Juste, dicebant, cohibe populum: in errorem enim inductus est de Jesu, quod ipse sit Christus : et fac, ut iis qui die Paschæ convenerint, de Jesu persuadeas, ne de ipso fallantur. Tibi enim nos credimus et tibi ferimus testimonium, et universus populus, quod sis justus, et personam non accipias : hoc autem testimonium, quod esset justus, et personam non acciperet, ideo illi tribuebant, ut ex hoc Justi nomine eum ad se allicerent, et persuaderent, ut illorum personas acciperet, corruptus assentatione. Asendens ergo, inquiunt, sta supra templi pinnaculum, ut cernaris a toto populo, et verba tua audiantur : nam propter Pascha convenerunt omnes tribus cum gentibus (15). Statuerunt ergo Scribæ et Pharisæi Jacobum supra templi pinnaculum, et alta voce dixerunt : Juste, debemus omnes tibi credere. Quoniam igitur populus errat post Jesum, quem omnes scimus passum esse mortem sub Pontio Pilato, nobis enuntia, quid tibi videatur de Jesu.

XVIII. Cum ergo tempus vocaret, ut vir fortis

connectens periodo priori, de honorificis cognomentis Jacobo per Judæes additis, ait, ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ *sicut prophetæ de eo declarant* : nec facile est explicare quos istic Prophetas significet : suspicor applicata ei quædam loca, quæ alias de Messia sub nomine *Justi* inveniuntur : ut cum dicitur Sapientiæ II : « Opprimamus et circumveniamus Justum. »

(12) Josephus, lib. XX, cap. 8, trium duntaxat hæreseon meminit, Pharisæ, Sadduceæ, et Essenæ : at septem a se prius descriptas in Commentariis hic ait Hegesippus, cui credimus, et Josephum locum tres præcipuas nominasse.

(13) Hic Actorum XXIII et deinceps vocatur Ananias, princeps sacerdotum.

(14) Ostium poni videtur pro exitu seu fine : intendebant enim, ut simpliciter respondendo quod obiisset in cruce videretur ejus divinitatem negare.

(15) Non solum quarumcunque tribuum Israelitas, sed etiam gentiles ad diem festum undequaque solitos Hierosolymam ascendere, notius ex Evangelio est, quam ut contra Scaligerum probari debeat : cujus etiam scrupulo de gentibus templum non ingredientibus facile satisfacit ipse locus, in eam partem prospectum habens,ad quam gentilibus quoque fas fuerit accedere.

resisteret mendacio, non est cunctatus, neque metu prodidit veritatem : sed et animo et lingua liberrimus, et magnam protinus vocem emittens : « Quid me rogatis, inquit, de Jesu ? Ipse sedet in cœlo ad dexteram virtutis Patris sui, venturus posthac in nubibus cœli, ut judicet orbem terræ in justitia. » Cum multi autem fuissent persuasi ab hoc Jacobi testimonio, clamarentque et dicerent, Hosanna Filio David : Scribas et Pharisæos subiit magna ejus, quod factum fuerat, pœnitentia, et inter se dicebant : Male fecimus, qui tale testimonium Jesu præbuerimus. Agedum ergo Jacobum dejiciamus, ut populus metu retardatus non credat Jesu. Cum sic dixissent, magna voce clamarunt : O ! o ! Justus quoque erravit.

A κατὰ τοῦ ψεύδους. οὐ μέλλων ἦν οὐδὲ δειλίᾳ τὴν ἀλήθειαν προδιδοὺς, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν καὶ γλῶτταν ἐλευθερώτατος, καὶ μεγάλην εὐθὺς ἀφεὶς τὴν φωνήν • « Τί με ἐρωτᾶτε περὶ τοῦ Ἰησοῦ ; λέγων, καὶ αὐτὸς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐν δεξιᾷ τῆς δυνάμεως τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, ἐρχόμενος μετά ταῦτα ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. » Καὶ πολλῶν πληροφορηθέντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ ταύτῃ τοῦ Ἰακώβου, κραζόντων τε καὶ λεγόντων • Ὡσαννᾶ τῷ Υἱῷ Δαβίδ, πολλὴ τοὺς Γραμματεῖς τότε καὶ Φαρισαίους εἰσῆει μετάνοια τοῦ πραχθέντος • καὶ πρὸς ἀλλήλους, Κακῶς ἐποίησαμεν, ἔλεγον, σοιαύτην μαρτυρίαν παρασχόντες τῷ Ἰησοῦ • δεῦτε τοιγαροῦν, καταλάβωμεν τὸν Ἰάκωβον, ἵν' ὁ λαὸς οὕτω φόβῳ περισχεθέντες μὴ πιστεύσωσι τῷ Ἰησοῦ. Οὕτως
B εἰπόντες μέγα τι βεβοήκασιν • Ὦ ! ὦ ! καὶ ὁ Δίκαιος ἐπλανήθη.

XIX. Cum ergo ascendissent in templi pinnaculum, eum statim dejiciunt. Et ne sic quidem desistentes ab insania, dicebant : Justum obruamus lapidibus. Et cœperunt in eum jaculari lapides, quoniam dejectus non erat mortuus. Sed conversus (O sanctam animam !)figit humi genua dicens : Domine Deus Pater, dimitte eis, nesciunt enim quid faciunt ; eamdem vocem, quam Stephanus, divinus quoque emittens Jacobus. Cum sic ergo eum appeterent lapidibus, unus ex sacerdotibus, qui erant filii Recham, filii Rechabim, de quibus fert testimonium Jeremias (16) propheta, clamavit, dicens : Cessate : quid facitis ? Justus pro nobis precatur. Quidam autem ex eis, accepto fuste ex officina fullonis, quo comprimebat vestes, valide infligit ejus capiti : et sic Justus tradidit animam. Quem acceperunt et sepelierunt prope templum Dei.

ΙΘ'. Ἀναβάντες οὖν ἐπὶ τὸ πτερύγιον εὐθὺς καταβάλλουσι • καὶ μηδὲ οὕτω τῆς μανίας στάντες, ἔλεγον • Λιθάσωμεν τὸν Δίκαιον. Καὶ ἤρξαντο λιθάζειν αὐτὸν, ἐπείπερ καταβληθεὶς οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ στραφεὶς, ὢ ψυχῆς ὁσίας ! τίθησι τὰ γόνατα, λέγων • Κύριε Θεὲ Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι • τὴν αὐτὴν τῷ Στεφάνῳ φωνὴν ἀφεὶς καὶ ὁ θεῖος Ἰάκωβος. Οὕτως οὖν λιθοβολούντων αὐτὸν, εἷς τῶν ἱερέων, τῶν υἱῶν Ῥηχαυὶ, υἱοῦ Ῥαχαβὴν, τῶν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου μαρτυρουμένων, ἔκραξε λέγων • Παύσασθε, τί ποιεῖσθε ; εὔχεται ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Δίκαιος. Καί τις αὐτῶν, ἀπὸ τῶν κναφέων τὸ ξύλον λαβὼν, ἐν ᾧ ἀπεπίαζον τὰ ἱμάτια, ἐπάγει λίαν κατὰ
C τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ • καὶ οὕτως ὁ Δίκαιος παραδίδωσι τὴν ψυχήν. Καὶ λαβόντες αὐτὸν θάπτουσι πλησίον τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ.

XX, Quicunque autem erant, in civitate moderati et probi, et videbantur leges accurate servare, hoc tulerunt graviter, et clam mittunt ad Agrippam (erat enim is successor tetrarchiæ Herodis) rogantes, ut scriberet ad Ananum, ne talia auderet. Neque enim recte fecisse dicebant, quod fecerat magno Jacobo. Quidam autem ex eis Albino quoque procedentes obviam, venienti Alexandria (ipsum enim post Festum elegit Cæsar procuratorem Judææ) eum docent, non licere Anano absque ejus sententia sedere in concilio. Albinus igitur, credens iis qui dixerant, iratus scribi ad Ananum, minans eum daturum pœnas admissi facinoris. Rex vero Agrippa, Anano deposito a sacerdotio, cum fuisset Ponifex non plures quam tres menses, alterum ejus loco constituit. Mala autem extrema invaserunt Judæos post mortem Jacobi : horum testis est Josephus Judæus, qui nihil celavit veritatis.

ΙΚ'. Ὅσοι δὲ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐπιεικέστατοι, καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς ἐδόκουν, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ • καὶ πέμπουσι κρύφα πρὸς τὸν Ἀγρίππαν (οὗτος γὰρ τῆς Ἡρῴδου τετραρχίας διάδοχος ἦν) ἀξιοῦνται ἐπιστεῖλαι Ἀνάνῳ, μὴ τοιαῦτα τολμᾷν, μηδὲ γὰρ τὸ κατὰ τὸν μέγαν τοῦτον Ἰάκωβον ὀρθῶς καταπρᾶξαι. Τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ τῷ Ἀλβίνῳ ὑπαντήσαντες, ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ὁδοιπορούντι (αὐτὸν γὰρ μετὰ Φῆστον ἐχειροτόνησε Καῖσαρ τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπον) διδάσκουσι μὴ ἐξεῖναι τῷ
D Ἀνάνῳ χωρὶς γνώμης αὐτοῦ καθίσαι συνέδριον. Ἀλβῖνος δὲ τοῖς εἰποῦσι πεισθεὶς, γράφει μετ' ὀργῆς πρὸς τὸν Ἄνανον, δίκας ἀπειλῶν ὑποσχεῖν αὐτὸν τοῦ τοιοῦδε τολμήματος. Ἀγρίππας μέντοι ὁ βασιλεὺς, ἀφελὼν τῆς ἱερωσύνης τὸν Ἄνανον, ἄρξαντα μῆνας οὐ πλείους τριῶν, ἕτερον ἀντ' ἐκείνου κατέστηκε. Τὰ μέντοι κακῶν ἔσχατα, μετὰ τὴν Ἰακώβου τελευτὴν, Ἰουδαίους κατεῖληφε • καὶ μάρτυς τούτων Ἰουδαῖος Ἰώσηπος, μηδὲν τῆς ἀληθείας ὑποκρυψάμενος.

(16) Ast Rechabitæ, de quibus Hieremiæ xxxv, ex Madianitis inter Judæos habitantibus erant, uti, ex x Numerorum liquet ; quomodo ergo ex iis sacerdotes erant ? Glossema igitur hoc de suo adjecerit vel Hegesippus vel Eusebius, eo quod legeretur *filius Rechab*, adductus in hunc errorem: cum nomen hoc fere potuerit etiam ex Aaronis familia aliquis, sicut ex Judæis multi gesserunt nomen *Ismaelis*, quos ridiculum foret *Ismaelitas* dicere.

ΚΑ'. Ταῦτα οὕτω συνῃ)θεν, καὶ προσετέθη τοῖς ἁγίοις ὁ ἅγιος, τοῖς μάρτυσιν ὁ μάρτυς, τοῖς δικαίοις ὁ δικαιος καὶ ὢν καὶ ὀνομαζόμενος· ἐν ἐπισκόποις πρῶτος τὸν μαρτυρικὸν ἀναδησάμενος στέφανον. Ἦν μὲν γὰρ προφθάσας ἐν διακόνοις ὁ Στέφανος, ἐν ἀποστόλοις ὁ Ζεβεδαίου Ἰάκωβος· νῦν δὲ ὁ ἀρχιερεὺς τῷ πρώτῳ ἀρχιερεῖ Χριστῷ ἠκολούθησεν, ὁ μάρτυς τῷ ὑπὲρ τοῦ κόσμου παντὸς τὸ αἷμα τὸ ἴδιον ὑποσχόντι. Πόσων σοι θείων ἀξιωμάτων ποσοι χρεωστοῦνταί σοι στέφανοι, τῷ μαθητῇ, τῷ ἀρχιερεῖ, τῷ δικαίῳ, τῷ θεαδέλφῳ, τῷ μάρτυρι, τῷ ὅ τι ἂν τις εἴποι τῶν ἀγαθῶν ἐκ περιουσίας ἔχοντι, εἰς δόξαν Πατέρος, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς καὶ ἀχωρίστου Θεότητος, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXI. Hæc ita evenerunt, Sanctus additus est sanctis, Martyr martyribus, justis qui Justus erat et nominabatur, quippe primus inter episcopos fuit martyrica corona redimitus. Nam inter diaconos quidem præcessit Stephanus, inter apostolos Zebedæi Jacobus : nunc autem pontifex Christum primum Pontificem est secutus ; martyr eum, qui pro universo mundo proprium præbuit sanguinem. Quam multarum divinarum dignitatu quam multæ tibi debitæ sunt coronæ, discipulo, pontifici, justo, Dei fratri, martyri? qui quidquid boni dixerit quispiam, habes ex abundantia : ad gloriam Patris, Filii et Spiritus sancti, quæ est una et inseparabilis divinitas, etquam decet omnis honor et magnificentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

ΑΚΑΚΙΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΟΣ.

—

MARTYRIUM SANCTI ET EGREGII CHRISTI MARTYRIS

ACACII CAPPADOCIS

(Surius ad diem 8 Maii ; Græce nunc primum prodit ex. cod. Reg. Paris 1334, sæc. XII.)

—

Α'. Τρίτον τοῦτο τοῦ μισοκάλου καὶ παμπονήρου δράκοντος λαίλαπι κινήσαντος κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ δούλων ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ γαμβροῦ Διοκλητιανοῦ, υἱοῦ δὲ καὶ ὑπερασπιστοῦ τοῦ Σατανᾶ, εὐθέως καὶ τὰ πονηρὰ καὶ ἀσεβῆ διατάγματα τούτου κατὰ πᾶσαν χώραν ἐπεφοίτησεν, ἔνθα προσέττατεν, ὥστε ἐν πάσῃ πόλει, εἴ τις μὴ βούλοιτο τῇ θεραπείᾳ τῶν θεῶν προσιέναι, τοῦτον ἀπαραιτήτως πάσῃ τιμωρίᾳ ὑποβληθῆναι. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἔξω ἄρχοντας ἐθέσπισεν, φόβῳ πάντα καὶ κινδύνου βασιλικοῦ γέμοντα· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοῖς τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ ἡγεμόσι ταῦτα παρηγγέλλετο, ὥστε εἴ τις τῶν στρατιωτῶν μὴ ὑπείκῃ τοῖς προστάγμασι τοῦ βασιλέως εἰς τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν, μᾶλλον δὲ δαιμόνων, τοῦτον δέσμιον τοῖς ἔξω δικαστηρίοις δίδοσθαι εἰς τιμωρίαν.

Β'. Ἐν τούτῳ τοίνυν τῷ καιρῷ καὶ τὰ κατὰ τὸν μακάριον καὶ ἅγιον μάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Ἀκάκιον τὸν ἀληθῶς φερωνύμως τῇ θείᾳ πράξει μαρτυρηθέντα καὶ μηδὲν τοῦ κακοῦ μετασχόντα ἢ πράξαντά τι τῆς πονηρᾶς καὶ κακεντρεχοῦς αὐτοῦ μηχανῆς· οὗτος δὲ ἦν ὁ ἅγιος, γένους μὲν Καππαδοκῶν, τῇ δὲ τύχῃ στρατιώτης, τῇ δὲ προθέσει ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ· καὶ ταῦτα ἐκόσμει, καὶ γένος, καὶ στρατείαν,

I. Cum tertio bonorum omnium hostis, et omni ex parte improbissimus draco diabolus, adversus Dei servos turbinem commovisset sub Maximino Diocletiani genero, et ipsius Satanæ filio ac propugnatore, statim impia ejus edicta per omnes regiones missa sunt. Edictis autem illis id præcipiebatur, ut in omni urbe, si quis esset, qui nollet deorum culturam obire, sine remissione aliqua omnibus suppliciis ac tormentis subjiceretur. Edicta vero ipsa omni terrore et regalibus minis ac periculis referta erant. Ad hæc et exercitus ducibus præceptum fuit, ut si quis e militibus imperatoris edicto, quod ad deorum vel ad dæmonum potius culturam pertineret, non obediret, ille vinculis astrictus, tribunalibus ad supplicia perferenda traderetur.

II. Tempore illo sancti Acacii martyris facta efflo-ruerunt, qui rei ipsa nomen suum comprobavit, cum nihil omnino malorum dæmonum particeps fuerit, neque quidquam egerit, quod cum malitiosi diaboli machinis conveniret. Hic vir sanctissimus fuit genere Cappadox, et conditione quidem miles, at proposito et voluntate, Christi athleta ; itaque et genus, et ordinis dignitatem exornavit. Ejus fa-

ctum hoc modo se habuit : Cum Firmus quidam militaris ordinis esset tribunus eorum qui Romanorum lingua Martii, Græce vero Ἄρειοι dicebantur, et sub eo tribuno centurio esset Acacius, Firmus ipse singulos milites ad se accersitos tentabat, ut quem animum quisque haberet, experiri ac scire posset. Cumque multos partim assentationibus, partim minis ad idolorum superstitionem atque interitum allexisset, posteaquam tribuni tentatio ad Acacium pervenit, tunc beatus ille clara voce : Christianus, inquit, ego natus fui : itaque Christianus et sum, et ero, Domino meo Jesu Christo hoc approbante : nam et ex parentibus, et ex majoribus Christianis natus sum. Hoc cum ille dixisset, et Firmus tertio eum tentaret, ac modo gravibus minis, modo promissis ingentibus promptam animi alacritatem et ejus constantiam debilitare, et illum ad se trahere conaretur, ita constans et immobilis in Christi confessione beatus ille perstitit, ut deinceps Firmus coactus fuerit, prout edicto regio jubebatur, virum sanctum Acacium vinculis astrictum, ad Bibianum quemdam mittere, qui totius exercitus imperium administrabat.

III. Cum igitur hic pro tribunali sederet, et eos interrogaturus esset, qui Dei confessionem profitebantur, Antoninus scriba ad Bibianum hæc detulit : Pridie hujus diei, Bibiane præses, Firmus eorum, qui Martii dicuntur, tribunatum gerens, Acacium centurionem vinctum misit ad potestatem tuam, quippe qui dominorum nostrorum et invictorum Augustorum edicto parere noluerit, eo quod Christianorum religionem sequatur. Diligentur quoque causam ipsius ad te scripsit. Bibianus tunc dixit : Recitentur, quæ ad me scripta sunt ab optimo viro Firmo tribuno. Recitata autem sunt, quæ scripta erant in hanc sententiam. Flaccus Firmus Bibiano duci salutem : Acacium centurionem sub me tribuno militantem, multumque a nobis partim illecebris, partim promissis, partim etiam minis provocatum, ut a Christianorum secta discederet, cum se Christianum esse asseveraret, et in ea confessione constanter permaneret, ego invictorum ac triumphantium imperatorum nostrorum jussis obediens, illum vinctum ad te misi, qui tormentis ac suppliciis subjici debet, ut legibus ipsis obediat.

IV. Hac epistola recitata, Bibianus dixit : Adducatur Acacius, quem tribunus dicit. Adest ille, inquit, Antoninus Commentariorum præfectus. Acacius vero tunc illic stetit ridenti vultu : quæ res futurum ejus viri gaudium figurabat. Judex igitur illi dixit : Quodnam tibi nomen est ? Respondit ille : Optabile et mihi et toti generi meo nomen est a Christo derivatum : illud vero, quo humano usu appellor, Acacius est. Ad hæc Judex : Quare, inquit, Acacius nominatus, ut ipse dicis, malus nunc es, non obediens editis imperatorum ? Hoc

Α'. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐν αἷς ἐδιώκοντο οἱ Χριστιανοὶ, ὑπὸ τοῦ τότε βασιλέως τῶν Ῥωμαίων Ἀντωνίνου, ἐθνικοῦ τυγχάνοντος, καὶ Σεβαστιανοῦ τοῦτό τε δουκὸς, ἦν τις ἀνὴρ ἀπὸ Ἰταλίας στρατιώτης Χριστιανὸς, εὐλαβὴς πάνυ καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, ὀνόματι Βίκτωρ. Τούτῳ ὁ δοὺξ εἶπεν· Γράμματά μοι ἠνέχθησαν τοῦ βασιλέως κελεύοντα ὑμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς θύειν τοῖς θεοῖς ἀνυπερθέτως, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας τιμωρίαις δεῖναι ὑποβάλλεσθαι· ἐπίθυσον οὖν καὶ σὺ, Βίκτωρ. Ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ ἅγιος Βίκτωρ· Ἐγὼ στρατιώτης εἰμὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀθανάτου Θεοῦ καὶ οὐχ ὑπακούω θνητῷ βασιλεῖ· ἡ γὰρ τούτου βασιλεία πρόσκαιρός ἐστι καὶ παρερχομένη· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλεία ἀθάνατός ἐστι καὶ αἰωνία· καὶ ὁ μένων ἐν αὐτῇ κληρονομεῖ ζωὴν αἰώνιον. Ὁ δοὺξ λέγει· Τοῦ βασιλέως ἡμῶν τυγχάνεις στρατιώτης· πείσθητι οὖν καὶ ὑπάκουσον τοῦ

I. Quo tempore Antoninus, gentium superstitionem sequens, Romanum tenebat imperium. Sebastiano duce, persecutio adversus Christianos homines commota est. Erat autem miles quidam genere Italus et Christianus, qui Deum valde reverebatur ac metuebat, huicque nomen erat Victor. Eum virum dux ille, quem supra diximus, sic affatus est : Venerunt ad nos litteræ ab imperatore, quæ jubent vos Christianos diis sacrificare : illos vero, qui edicto non obediunt, suppliciis gravissimis subjici oportere. Sacrifica igitur, Victor : ne animæ periculum subeas. Tum sanctus Victor. Ego, inquit, miles sum magni Regis Jesu Christi, immortalis, inquam, illius imperatoris, neque mortali regi obediam. Hujus enim imperium tempore circumscribitur, et caducum est : Dei autem mei et Salvatoris Jesu Christi regnum est immortale atque æternum : cujus qui particeps effi-

citur, æternæ vitæ sortem percipiet. Tunc ait dux : Cum imperatoris nostri miles sis, obtempera imperatoris edicto, et diis sacrifica. Ad hæc respondit sanctus Victor : Si ego quo tempore sub imperatore militabam, tunc etiam Domino et Deo meo occulte serviebam, quomodo nunc committere possum, ut illo derelicto, idolis vestris sacrificem? Itaque fac quidquid libet. En corpus meum in manu tua est : animæ vero potestatem Deus habet, qui salutem et ruinam afferre potest.

A προστάγματος αὐτοῦ καὶ ἐπίθυσον. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Καὶ ὅτε αὐτῷ ἐστρατευόμην καὶ τὰ αὐτοῦ ἐφρόνουν, Κυρίῳ τῷ Θεῷ μου ἐν τῷ κρυπτῷ ἐλάτρευον, καὶ νῦν οὐ δύναμαι καταλεῖψαι αὐτὸν καὶ εἰδώλοις ἐπιθύσαι· ποίει οὖν ὃ θέλεις εἰς ἐμέ· τοῦ μὲν γὰρ σώματός μου ἐξουσίαν ἔχεις, τῆς δὲ ψυχῆς ὁ Θεὸς μόνος, ὁ δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι.

II. Tum dux ille : Video te multa sapientia ornatum, eaque in respondendo valde utentem. Mea, inquit Victor, sapientia non est ex me, sed Deus meus illam mihi contulit. Ad hæc præses : Libera teipsum a multis cruciatibus, et diis sacrifica. Quinimo libenter, inquit Victor, cruciatum quemvis patiar, ne sacrificia talia offeram : sed et illud affirmo, vehementer me gaudere, quod dignus factus sim, qui pro Christi nomine tormenta patiar, et cœlesti illo Rege frui sperem. Ad hæc dux ille : Nunquid Christianorum sacerdos es tu, qui tam prudenter nobis respondes ? Hoc, inquit Victor, munere indignus sum ego, sed Christi mei gratia me talem effecit : hæc enim his, qui recto corde sunt, et Christi mandata observant, sapientiam et omnia bonarum rerum copiam ex suis illis immensis divitiis largitur. Quemadmodum enim agricola ipse cum terram colit, paratam eam reddit ad fructus ferendos : ita et Dei sapientia ac gratia eos a quibus observatur, fortes, sapientes, ac tales reddit, qui Deo ipsi fructum ferre possint : neque permittit, ut ab hostibus superari queant.

B Β΄ Λέγει αὐτῷ ὁ δούξ· Ὁρῶ σε ἐν τῇ ἀπολογίᾳ σου πολλὴν σοφίαν περικείμενον· σχέψαι οὖν τὸ συμφέρον. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ λέγει· Ἡ ἐμὴ σοφία, ὦ δικαστά, οὐκ ἔστιν ἐξ ἐμοῦ, ἀλλ' ὁ Θεός μου ἐδωρήσατό μοι αὐτήν. Ὁ δούξ λέγει· Ῥύσαι σεαυτὸν ἀπὸ πολλῶν βασάνων, καὶ προσελθὼν θύσον τοῖς θεοῖς. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ μὴ θῦσαι ἡδέως βασανίζομαι καὶ πλέον δυισχυρίζομαι διαγωνιζόμενος, ὅτι κατηξιώθην ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ βασανίζεσθῆναι καὶ εἰς τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα ἐλθεῖν τοῦ Βασιλέως τῶν οὐρανῶν. Λέγει αὐτῷ ὁ δούξ· Μὴ ἱερεὺς εἶ τῶν Χριστιανῶν, ὅτι οὕτως συνετῶς ἀποκρίνῃ ; Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Ἐγὼ ταύτης τῆς μεγίστης χάριτος καὶ δωρεᾶς ἀνάξιός εἰμι· ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ μου χάρις ἤγαγέ με εἰς τοῦτο· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ παρέχουσα τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ σοφίαν καὶ σύνεσιν μετέχειν παντὸς ἀγαθοῦ· ὥσπερ γὰρ γεωργὸς καλλιεργῶν αὐτοῦ τὴν γῆν ἑτοιμάζει αὐτὴν εἰς καρποφορίαν, οὕτως καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία τοὺς ἐλπίζοντας εἰς αὐτὴν ἐνδυναμοῖ, καὶ σοφίζει, καὶ ποιεῖ καροποφορεῖν τῷ Θεῷ, μὴ συγχωροῦσα τῷ

C ἐχθρῷ περιγενέσθαι αὐτῶν.

III. Tum dux ait : Num tu mori decrevisti? Respondit Victor : Hujusmodi mors his vitam conciliat, qui brevia hæc tormenta fortiter ad extremum usque perferunt. Ad hæc dux ille : Sententiamne istam firmam habes? Maxime, inquit Victor. Tum dux digitorum Victoris compages eousque confringi jussit, quoad e pelle ipsa exirent. Quo facto, Victor ait : Gratias ago Deo meo, quod gratiam suam propiorem mihi ostendit. Tunc quæsivit ab eo dux, quare cibum non sumeret. Cui respondit Victor : Habeo ipse spirituallem cibum, quo fit ut non esuriam in æternum. Tum ille jussit fornacem accendi, et Victorem in eam conjectum ad tertium usque diem servari. Factumque fuit ita. Tertio autem die cum ille opinaretur Victorem ab igne consumptum fuisse, jussit fornacem aperiri, et martyris cineres in flumen demergi. Patefacta igitur fornace, invenerunt Victorem ipsum vivum, et Deum laudantem, quod ignis ejus corpus non tetigerat. Mox jussit dux venena pestifera cum carnibus commista edenda illi proponi. Quæ cum a venefico quodam homine porrecta ei fuissent, sanctus martyr Victor ait : Mihi quidem non liceret carnes gustare, sed ut cognoscas veneficia tua nihili esse, en istas carnes comedam. Cumque illas e manibus venefici hominis accepisset, Christum precatus, ejusmodi

Γ΄. Σεβαστιανὸς ὁ δοὺξ εἶπεν· Ἔκρινας μᾶλλον τὸν θάνατον ἑλέσθαι ἢ τὴν ζωήν ; Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Οὗτος ὁ θάνατος ζωὴν αἰώνιον προξενεῖ τοῖς μέχρι τέλους ὑπομένουσι τὰς προσκαίρους ταύτας βασάνους. Λέγει αὐτῷ ὁ δούξ· Καὶ ὅλως ταύτης ἐπεκράτησας τῆς γνώμης ; Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Ναί. Τότε ὁ δοὺξ ἐκέλευσε συγκλασθῆναι τὰς ἁρμονίας τῶν δακτύλων αὐτοῦ, ἕως ἂν ἐκ τῆς δορᾶς ἐξέλθωσιν. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε, ὅτι ἤγγισεν ἡ χάρις αὐτοῦ εἰς ἐμέ. Λέγει αὐτῷ ὁ δούξ· Διὰ τί τὴν ἄνοιάν σου οὐ λαμβάνεις ; Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν. Ὅτι βιαίως καὶ ἀδίκως ἀπαιτεῖται, καὶ οὔτε λαμβάνειν οὐτε ἐσθίειν βούλομαι ἐξ αὐτῆς· ἔχω δὲ τὴν πνευματικὴν τροφὴν

D καὶ οὐ μὴ πεινάσω εἰς τὸν αἰῶνα. Ταῦτα ἀκούσας ὁ δούξ, ἐκέλευσεν ἐκκαῆναι κάμινον καὶ ἐμβληθῆναι αὐτὸν ἐν αὐτῇ, ἄχρις ἡμερῶν τριῶν· καὶ ἐγένετο οὕτως. Μετὰ δὲ τὰς τρεῖς ἡμέρας, νομίσας ὁ δοὺξ ἀνηλῶσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πυρός, ἐκέλευσεν ἀνοιγῆναι τὴν κάμινον καὶ ῥιφῆναι τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ εἰς τὸν ποταμόν· καὶ ἀνοίξαντες αὐτὴν, εὗρον αὐτὸν ζῶντα καὶ δοξάζοντα τὸν Θεὸν, διὰ ὅτι οὐδ' ὅλως ἥψατο αὐτοῦ τὸ πῦρ. Τότε ἐκέλευσεν ὁ δοὺξ φάρμακα ἀναιρετικὰ δοθῆναι αὐτῷ φαγεῖν μετὰ κρεῶν· καὶ ἐπιδοθέντων αὐτῷ τῶν φαρμάκων ὑπὸ τοῦ μάγου, ἔφη ὁ ἅγιος Βίκτωρ· Οὐκ ἐξὸν μοι ἦν κρεῶν ἅψασθαι· ἵνα δὲ γνῷς, ὅτι οὐδέν εἰσιν αἱ μαγεῖαί σου, καὶ καταφρονῶ

αὐτάς, ἐσθίω ἀνυπερθέτως. Καὶ δεξάμενος ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ μάγου, προσευξάμενος τῷ Χριστῷ, ἤρξατο ἐσθίειν· καὶ φαγὼν οὐδὲν ἔπαθεν κακόν. Ὁ δὲ μάγος ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ μαγείᾳ καταισχυνθείς, προσήγαγεν αὐτῷ πάλιν ἕτερα φάρμακα τῶν προτέρων δεινότερα καὶ λέγει αὐτῷ· Καὶ νῦν δεῖξαι καὶ φάγε· καὶ ἐὰν φαγὼν μηδὲν πάθῃς κακόν, καταλιμπάνω μου τὰς μαγείας, καὶ πιστεύω κἀγὼ τῷ Θεῷ ᾧ λατρεύεις. Λαβόντος δὲ τοῦ μακαρίου Βίκτορος, καὶ φαγόντος, καὶ μηδὲν παθόντος κακόν, ἀνεβόησε μετὰ φωνῆς ὁ μάγος καὶ εἶπεν· Ἐνίκησας, ψυχὴν ἀπολλυμένην ἐξ ᾅδου ἀναγαγών· ὥσπερ γὰρ ἀνδριὰς χαλκοῦς παλαιωθεὶς καὶ ὑπὸ τοῦ τεχνίτου σμηχθεὶς ἀνακαινοῦται, οὕτως καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐν κακοῖς παλαιωθεὶς, ἐὰν ἐπιστρέψῃ, σώζει αὐτὸν ὁ Θεὸς τῇ αὐτοῦ χάριτι. Τότε ὁ μάγος πυρὶ παραδοὺς πάντα κατέκαυσε πυρ πάσας τὰς μαγικὰς αὐτοῦ βίβλους καὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ ἀποταξάμενος, γέγονεν Χριστιανός.

Δ'. Τούτων δὲ πάντων οὕτως γενομένων, ἔφη ὁ δοὺξ τῷ μακαρίῳ Βίκτορι· ἐπίθυσον τοῖς μεγίστοις θεοῖς, καὶ γενοῦ λοιπὸν συνετὸς καὶ φρόνιμις. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Ἐγὼ πάντοτε συνετός εἰμι τὸν Θεὸν ἐπιγνώσκων· Ὁ δοὺξ εἶπεν· Τοῦτο οὐκ ἔστι σύνεσις, ἀλλὰ μωρία, τὸ μὴ βούλεσθαι θύειν τοῖς θεοῖς. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ. Ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ δοὺξ· Ποῦ γέγραπται ταῦτα; Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἐδίδαξεν ἡμᾶς. Ὁ δοὺξ εἶπεν· Οὐκοῦν Θεὸς ἦν ὁ Παῦλος; Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Παῦλος Θεὸς οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ Θεοῦ, ἀπόστολος καὶ σοφὸς ἀρχιτέκτων· ἐπὶ γὰρ τῷ θεμελίῳ τῷ τεθέντι ᾠκοδόμησε καὶ ἐπλήρωσε τὴν οἰκουμένην τῆς διδαχῆς αὐτοῦ· καὶ λαβὼν σοφίαν παρὰ Θεοῦ, ἔσχεν ἐν ἑαυτῷ τὸ πλήρωμα τῶν Γραφῶν καὶ ἔδειξεν ὁδὸν τοῖς σωθῆναι βουλομένοις. Ὁ δοὺξ εἶπεν· Παῦσαι λοιπὸν τῆς μωρίας σου ταύτης, καὶ θῦσον τοῖς θεοῖς, ἐπεὶ οὐκ ὠφελήσουσί σε τὰ ῥήματα ταῦτα. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν· Οὐκ εἰμὶ μωρὸς, ἀλλὰ πάνυ φρόνιμος τὸν Θεον μου μὴ ἀρνούμενος· μωροὶ δὲ εἰσι καὶ ἄφρονες οἱ ἀκούοντές σου καὶ δαίμοσι θύοντες· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ διάβολος ἀπ' ἀρχῆς ψεύστης ἐστὶν καὶ τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔγνω, ὡς καὶ ὑμεῖς οἱ διάκονοι αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ αἱ καρδίαι ὑμῶν πεπήρωνται, τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας μὴ ἔχουσαι.

Ε'. Τότε θυμωθεὶς ὁ δοὺξ ἐκέλευσε τὰ νεῦρα ὅλου τοῦ σώματος αὐτοῦ ἀποκοπῆναι, καὶ τούτου γενομένου, εἶπεν ὁ ἅγιος Βίκτωρ· Ταῦτα πάντα πάσχων ὑπὸ σοῦ, οὐδ' ὅλως ἠσθόμην ἀλγηδόνος, διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνδυναμοῦσάν με, ὥσπερ γὰρ κέντρον ἀπὸ ποδὸς ἐκφερόμενον συνεκφέρει ἑαυτῷ τὴν κακουχίαν καὶ πᾶσαν τὴν ἀλγηδόνα καὶ ἀνάπαυσιν παρέχει τῷ σώματι, οὕτως κἀγὼ, τῶν νεύρων μου ἀποσπασθέντων, πάνυ ἀνεπαυσάμην διὰ τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν καὶ τὴν ἐνισχύουσάν με χάριν. Τότε πάλιν ὁ δοὺξ ἐπὶ πλεῖον ὀργισθεὶς, ἐκέλευσεν ἔλαιον σφοδρῶς πυρωθῆναι καὶ ἐπιχεθῆναι αὐτῷ κατὰ τῶν

A carnibus vesci cœpit, neque quidquam mali passus est. Veneficus autem ille pro suis veneficiis erubescens, alia quædam obtulit prioribus illis pejora : Hæc, inquiens, accipe : quæ cum comederis, si nihil mali passus fueris, statim artem magicam derelinquam, et credam etiam ipse Deo quem tu colis. Cum igitur beatus Victor venena illa comedisset, neque quiddam mali passus fuisset, veneficus ille magna voce clamans : En, inquit, vicisti, et animam meam jamdiu perditam, ab inferis eduxisti. Sicut enim statua ærea, quæ jam inveterata est, a fabro aliquo expolita renovatur : ita et me miserum, in malis inveteratum, Deus ipse sua gratia renovans convertit, et ad salutem traduxit . Itaque veneficus ille omnes suos libros B magicos igni combussit, et omnibus rebus renuntians, Christianus factus est.

IV. Cum hæc ita se haberent, dux ad beatum Victorem conversus : Sacrifica, inquit, diis maximis, et esto prudens. Victor respondit : Ego prudens semper sum, cum Deum cognoscam. Non est, inquit dux, prudentiæ, sed stultitiæ signum, nolle diis ipsis sacrificare. Ad hæc sanctus Victor : Stulta mundi elegit Deus, ut sapientes confundat [1]. Tunc ait dux : Et ubinam hoc scriptum legitur ? Cui respondit Victor : Paulus apostolus nos hæc docuit. Num, inquit ille, Deus erat Paulus ? Cui Victor : Minime Paulus Deus est, sed Dei apostolus, et sapiens architectus : ædificavit enim super fundamentum quod positum fuerat [2], et doctrina sua C orbem terrarum replevit : qui cum sapientiam sibi a Deo traditam accepisset, divinarum Litterarum plenam perfectamque notitiam in se habuit, et his, qui salvi esse cupiunt, viam ostendit. Tunc ait dux : Desine in posterum ab ista insania et diis sacrifica ; non enim tibi proderunt verba ista tua. Manime, inquit Victor, insanus ego sum, sed valde prudens, cum Deum meum non negem. Insani et dementes sunt, qui te audiunt, et dæmonibus victimas offerunt : Etenim pater vester diabolus mendax est, et in veritate non stetit : sicut et vos, qui estis illius ministri [3]. Quin etiam corda vestra excæcata sunt, veritatis notitiam non habentia.

V. Tunc furore accensus dux ille, jussit totius D corporis martyris nervos divelli. Quo facto, dixit sanctus Victor : Cum omnia hæc a te patior, nullum omnino sensus dolorem percipio propter Dei gratiam, quæ me corroborat. Quemadmodum enim aculeus a pede alicujus evulsus, secum una dolorem omnem aufert, et corpori deinde requiem præbet : ita et ego, nervis meis divulsis, maxime recreatus sum, divina gratia me corroborante. Tunc dux magis magisque iratus jussit oleum vehementer calefieri, et in occultas partes corporis infundi. Quo facto, beatus martyr ait : Tam

[1] I Cor. I, 27. [2] I Cor. III, 11, 12. [3] Joan. VIII, 44.

suave mihi fervens hoc oleum visum est, quam gelida aqua, cum ei datur, qui propter nimium æstum siti laborat: cum eam enim biberit, valde recreatur. Tunc dux furore intolerabili correptus, jussit, in ligno martyrem suspendi, et igneas ejus corpori faces admoveri. Ille vero divina gratia magis corroboratus, earum lampadum faces non sentiebat. Mox ad illum dux : Sacrifica, inquit, diis,diu enim te pertuli. Respondit Victor : Minime faciam quod tu vis, sed quod vult Deus meus: quem precor, ut sacrificium purum atque castum meipsum illi offerre possim, in cujus potestate anima et corpus meum est.

A κρυπτῶν μελῶν. Καὶ τούτου γενομένου εἶπεν ὁ μακάριος Βίκτωρ · Οὕτως μοι τὸ ἐκπυρωθὲν τοῦτο ἔλαιόν ἐστιν, ὥσπερ ὕδωρ δοθὲν ἐλθόντι ἀπὸ καύσωνός τινι διψῶντι καὶ πιόντι, καὶ ἀναψύξαντι. Ὁ δὲ δοὺξ θυμῷ ἀκατασχέτῳ συσχεθεὶς, ἐκέλευσεν πάλιν κρεμασθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ξύλῳ καὶ λαμπάδας πυρὸς προσενεχθῆναι τῷ σώματι αὐτοῦ. Ὁ δὲ μακάριος Βίκτωρ ταῦτα πάσχων οὐδ' ὅλως ἠσθάνετο τῶν λαμπάδων, ἀλλ' ἐνεδυναμοῦτο πλέον ὑπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα εἶπεν αὐτῷ ὁ δοὺξ · Ἐπίθυσον λοιπόν · πολλὰ γὰρ σου ἠνεσχόμην. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν · Οὐ τὸ σὸν θέλημα ποιῶ, ἀλλὰ τὸ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ εὔχομαι προσαγαγεῖν αὐτῷ θυσίαν καθαρὰν καὶ ἁγνὴν ἐμαυτῷ, ὅτι αὐτὸς καὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἐξουσιάζει.

VI. Tunc jussit venenum cum aceto mistum in ejus fauces injici. At beatus Victor ait: Acetum et venenum hoc mihi videtur mel et favus esse. Id autem facit Christus ipse. Cum autem dux liberam ejus orationem non ferret, illius oculos compungi jussit. Cui dixit Victor : Cum corporis mei visum excæcaveris, tunc interiori animæ sensu acutius videbo. Corporei enim oculi mundi hujus vanitatem aspiciunt : at cordis acies veram illam intuetur lucem. Cogis me, inquit dux, multa et magna tormenta tibi afferre : Et ego gratias ago Deo meo, qui facultatem et robur mihi præstat sustinendi tormenta tua. Ut igitur libet, me crucies, neque ulla in re mihi parcas : paratus enim sum omnes ærumnas, quascunque mihi attuleris, libenter perpeti, Deo ipso mihi vires suggerente.

B ς'. Καὶ ἐκέλευσεν πάλιν ὁ δοὺξ κονίαν μετὰ ὄξους εἰς τὰ βραγχεῖα αὐτοῦ ἐμβληθῆναι · καὶ τούτου γενομένου ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν · Τὸ ὄξος καὶ ἡ κονία ἐμοὶ ὥσπερ μέλι καὶ κηρίον εἰσὶ διὰ τὸν Χριστόν. Τότε μὴ φέρων τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ ὁ δοὺξ, ἐκέλευσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐκκεντηθῆναι · καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος Βίκτωρ · Ὅτ' ἂν τὴν τοῦ σώματος πηρώσῃς ὅρασιν, τότε διὰ τῆς ἔνδον ὁράσεως πλέον ὁρῶ τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς, ὡς εἶπεν Πέτρος ὁ ἅγιος ἀπόστολος, ὅτι α Ἐὰν κατανοήσητε τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν, οὐ χρείαν ἔχετε τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ σώματος · οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ τοῦ σώματος βλέπουσι τὰ μάταια τοῦ κόσμου τούτου, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὁρῶσιν. » Ὁ δοὺξ εἶπεν · Ἀναγκάζεις με πολλὰς καὶ μεγάλας σοι ἐπιθεῖναι κολάσεις. Ὁ ἅγιος Βίκτωρ εἶπεν. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου τῷ ἐνισχύσαντί με ὑπομένειν τὰς βασάνους σου· ὡς οὖν θέλεις, κόλαζέ με καὶ μή μου φείδου. ἕτοιμος γάρ εἰμι πάντα πόνον ὑπὸ σοῦ ἐπαγόμενόν μοι ὑπομεῖναι, τοῦ Θεοῦ μοι παρέχοντος δύναμιν καὶ ὑπομονήν.

VII. Tunc ait dux : Suspendite hominem istum capite in terram revoluto, quoad sanguis ex ejus naribus in terram defluat. Illo igitur suspenso milites discesserunt, eumque tres dies ita suspensum dereliquerunt. Cum vero tertius dies præteriisset, illuc reversi, cum vivum reperissent, quem mortuum fuisse crediderant, statim excæcati sunt Sed beatus Victor misericordia commotus, Deum orans: In nomine, inquit, Domini mei Jesu Christi visum recipite. Itaque restituta militibus videndi facultate, abierunt illi, et duci omnia, quæ facta fuerant, retulerunt. Tunc ille magis iratus est, et militibus præcepit, ut Victorem degluberent. Cui beatus martyr : Licet, inquit, corporis pellem abstuleris, mentem tamen ipsam et cogitationes meas non superabis. Tunc militis cujusdam uxor, Stephana nomine, cum illic præseus esset, annos sexdecim nata, voce magna clamavit : Beatus es, Victor, et beata sunt opera tua sancta. Sacrificium tuum Deo acceptum est, ut Abelis victima, quoniam teipsum obtulisti recto corde. Sic Deus te accepit, ut Enoch illum virum justum, qui translatus est, ne gustaret mortem, quoad certum tempus præterierit. Justus factus es, ut Noe, bonorum operum fructibus refertus. Per-

C Ζ'. Τότε ὁ δοὺξ ἐκέλευσε κρεμασθῆναι αὐτὸν κατακέφαλα, ἕως ἂν ἐκ τῶν ῥινῶν αὐτοῦ αἷμα ῥύσῃ ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἐάσαντες αὐτὸν οἱ στρατιῶται κρεμάμενον, ἀπῆλθον ἀπ' αὐτοῦ ἕως ἡμερῶν τριῶν· μετὰ δὲ τὸ τέλος τῶν τριῶν ἡμερῶν παρεγένοντο πρὸς αὐτὸν, νομίζοντες αὐτὸν ἤδη τεθνάναι· καὶ θεασάμενοι αὐτὸν παραχρῆμα ἐτυφλώθησαν. Σπλαγχνισθεὶς δὲ ἐπ' αὐτοῖς ὁ ἅγιος Βίκτωρ καὶ προσευξάτενος εἶπεν· Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' ὃν ἐγὼ ἐνθάδε κρέμαμαι, ἀναβλέψατε· Οἱ δὲ στρατιῶται ἀναβλέψαντες παραχρῆμα καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν τῷ δουκὶ πάντα τὰ γεγενημένα. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ δοὺξ ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐκδαρθῆναι καθ' ὅλου τοῦ σώματός μου δορὰν ἀφέλῃς, Βίκτωρ· Εἰ καὶ τὴν τοῦ σώματός μου δορὰν ἀφέλῃς, D ἀλλὰ κατὰ τοῦ λογισμοῦ ποιῆσαί τι οὐ δύνασαι. Τότε γυνή τις στρατιώτου τινὸς ἐκ τῆς αὐτοῦ παρεμβολῆς ὀνόματι Στεφανὶς, ἐκεῖσε παρεστῶσα, οὖσα ὡς ἐτῶν ἐξκαίδεκα, ἀνεβόησε λέγουσα· Μακάριος εἶ, Βίκτωρ, καὶ παμμακάρια τὰ ἔργα σου τὰ ἅγια· προσδεχθείη σου ἡ θυσία ὡς ἡ θυσία τοῦ Ἄβελ, ὅτι προσήνεγκας ἑαυτὸν ἐν εὐθύτητι καρδίας· καὶ ὁ Θεὸς προσεδέξατο ὡς Ἐνὼχ τὸν δίκαιον, ὃς μετετέθη, ἵνα μὴ γεύσηται θανάτου τοῦ αἰῶνος τούτου, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ ὁρισμένος χρόνος· ἐδικαιώθης ὥσπερ Νῶε πεπληρωμένος καρ-

τῶν ἀγαθῶν· τέλειος εἶ καὶ δίκαιος ὥσπερ ἐκεῖνος ἐν ὅλῃ τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· ἐπίστευσας ὥσπερ Ἀβραάμ· προσήνεγκας ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ὡς Ἰσαάκ· ὑπέμεινας πειρασμοὺς ὡς Ἰακώβ, ἡνίκα ἐλιώκετο ὑπὸ Ἡσαῦ· ἐσοφίσθης ὥσπερ Ἰωσὴφ, ᾧ ἐγνώσθη τὰ ἀποβησόμενα περὶ τοῦ λιμοῦ· καὶ ἐγένου φρόνιμος καὶ πιστός· ἤθλησας ὡς Ἰώβ, ὃς πολλοὺς πειρασμοὺς ὑπομείνας, ἐνίκησε τὸν ἐχθρόν· ἐζήλωσας τὸν Ἡσαΐαν, ὃς μέσον ἐπρίσθη ὑπὸ Μανασσῆ. Οὐχ ἥψατό σου τὸ πῦρ, ὡς οὐδὲ τοῦ Ναβουχοδονόσορ τῶν τριῶν παίδων· ἤλπισας ἐπὶ Κύριον ὡς Δαυὶδ ὁ τοῦ Ἰεσσαί· ἀπέλαβες τὴν σοφίαν Σολομῶντος, ἕως ἂν νικήσῃς τοῦ ἀντικεῖσθαι τὰς μεθοδείας. Προσδεχθείη σου ἡ θυσία, ὡς ἡ τοῦ Σαμουήλ· ἐγένου εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ὡς Ἐλεάζαρος ἐν τῇ ἱερατείᾳ αὐτοῦ· προσδεχθείη σου τὸ τοῦ διωγμοῦ αἷμα, ὡς τοῦ Δανιὴλ διὰ τῶν ὀνειράτων· εἶδον γὰρ δύο στεφάνους ἀπὸ οὐρανοῦ φερομένους, ἕνα μείζονα καὶ ἕνα ἐλάσσονα· καὶ τὸν μὲν μείζονα σοὶ φερόμενον ὑπ' ἀγγέλων δώδεκα, τὸν δὲ ἐλάσσονά μοι πεμπόμενον. Εἰ γὰρ καὶ σκεῦός εἰμι ἀσθενές, ἀλλ' ὅλως κἀγὼ ἀγωνίζομαι καὶ σπουδάζω τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν.

A fectus ac justus tu es, ut ille fuit in generatione sua. Credidisti, ut Abraham ; obtulisti te Deo, ut Isaac ; tentationes sustinuisti, ut Jacob ; sapiens effectus es, ut Joseph, cui rerum futurarum prænotio concessa fuit. Certamina ipsa, ut Job ille, fortiter pertulisti, qui multas tentationes perpessus, hostem diabolum expugnavit. Isaiam æmulatus es, qui a rege Manasse medius scissus est. Te ignis flamma non attigit, quemadmodum nec Nabuchodonosoris flammæ tres illos pueros attigerunt. Spem tuam in Deo ipso collocasti, ut David filius Jesse. Vidi duas coronas e cælo demissas, unam majorem, alteram minorem : et majorem quidem illam tibi allatam ab angelis duodecim, minorem vero ad me missam audivi. Nam etsi vas infirmum ego sum, B nihilominus tamen et ipsa parata sum certamen subire, ac cœleste regnum assequi studeo.

Η'. Ὁ δὲ δοὺξ ἀκούσας ταῦτα, ἐθυμώθη λίαν καὶ ἐκέλευσεν προσαχθῆναι αὐτὴν αὐτῷ καὶ λέγει αὐτῇ· Σὺ τίς εἶ; Ἡ δὲ εἶπεν· Χριστιανή. Ὁ δὲ δοὺξ εἶπεν· Πόσων ἐτῶν εἶ; Ἡ δὲ ἁγία εἶπεν· Δεκαπέντε ἐτῶν καὶ μηνῶν ὀκτώ. Λέγει αὐτῇ ὁ δοὺξ· Πρὸ ἐζεύχθης ἀνδρί; Ἡ ἁγία Στεφανὶς εἶπεν· Πότε ἐνιαυτοῦ ἑνὸς καὶ μηνῶν τεσσάρων. Ὁ δοὺξ εἶπεν· Καὶ διὰ τί οὕτως ταχέως ἀφῆκας τὸν κόσμον; Ἡ ἁγία Στεφανὶς εἶπεν· Ἐπειδὴ ἵνα μετὰ παῤῥησίας ἀπαντήσω τῷ προσδοκωμένῳ Σωτῆρί μου Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ ἐπουρανίῳ καὶ ἀθανάτῳ Νυμφίῳ· ὁ γὰρ ἐπίγειος νυμφίος πρόσκαιρός ἐστι καὶ θνητός, ὁ δὲ ἐπουράνιος, καὶ αἱ Χριστοῦ δωρεαὶ ἀθάνατοι, καὶ ἀκίνητοι, καὶ ἀδιάλυτοι, καὶ αἰώνιοί εἰσιν. Ὁ δοὺξ εἶπεν· Παυσαμένη τῆς ἀνωφελοῦς ταύτης φλυαρίας, προσελθοῦσα θῦσον τοῖς θεοῖς, μὴ ποικίλαις τιμωρίαις καὶ δειναῖς βασανίσας σε ἀπολέσω. Ἡ ἁγία εἶπεν· Ἐγὼ Στεφανὶς καλοῦμαι, ἧ στέφανος ἀπόκειται ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπιθύω, ἵνα κομίσωμαι αὐτὸν παρὰ τοῦ δικαίου καὶ ἀληθινοῦ ἀθλοθέτου Χριστοῦ.

VIII. Hæc cum dux ille audivisset, valde iratus est, et jussit feminam illam ad se duci, quam sic affatus est : Quænam es tu ? Christiana, inquit illa, ego sum. Tum dux ab ea quæsivit, quot annos nata esset. Cui Stephana, quindecim annos et menses octo se natam esse respondit. Quæsivit præterea dux, quandiu vixisset cum viro, cui conjuncta fuerat. Cui respondit illa, se annum unum et menses quatuor cum eo vixisse. Et quare, inquit dux, tam cito mundum reliquisti ? Ad hæc ita sancta Stephana : Reliqui brevem et fragilem mundi hujus decorem, et terrenas ac fallaces corC poris voluptates, ut fidenti animo Salvatori meo Jesu Christo, quem exspectamus, occurrere valeam, ut illi videlicet divino et cœlesti Sponso ; terrestris enim sponsus ad tempus est et mortalis. Tum dux : Desistas, inquit, ab ista nugacitate inutili, et ad deos accedens, illis sacrifices, ne novis et gravioribus tormentis te cruciatam consumam. At illa dixit : Ego vocor Stephana, cui corona in cœlis reposita est. Quamobrem sacrificia ista vestra non offeram, ut a vero illo certaminum præside Christo coronam recipere possim.

Θ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ δοὺξ καὶ σφόδρα θυμωθείς, ἐκέλευσε δύο δένδρα φοινίκων καμφθέντα ἀλλήλαις κολληθῆναι ταῖς κορυφαῖς κἀκεῖσε δεθῆναι τὴν μακαρίαν ἐκ τῶν δύο ποδῶν· καὶ ἀπολυθῆναι αὐτὰ ἀθρόως ἀπ' ἀλλήλων. Τούτου δὲ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους γενομένου, διεσχίσθη μέσον ἡ ἁγία ἀθλοφόρος τοῦ Χριστοῦ Στεφανὶς, καὶ ἐγένετο εἰς μέρη δύο ἐν τοῖς δυσὶ φοίνιξι, καὶ οὕτως ἐτελειώθη ἐν εἰρήνῃ καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτῆς ἐπλήρωσεν πιστῶς, ἀπολαβοῦσα τὸν στέφανον τῆς νίκης παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τὸν δὲ ἅγιον Βίκτορα ἐκέλευσεν ὁ δοὺξ τραχηλοκοπηθῆναι. Ὁ δὲ καλλίνικος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ ἀκούσας τῆς ἀποφάσεως ταύτης εἶπεν· Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε, τῷ χαρισαμένῳ μοι τὴν νίκην ταύτην καὶ δωρεὰν μέχρι τέλους. Μέλλων δὲ τελειοῦσθαι ὁ μακάριος Βίκτωρ λέγει τοῖς κυαιστωναρίοις· Γνωστὸν ἔστω ὑμῖν, ὅτι

IX. His auditis, dux ille furore nimio accensus, jussit Stephanam duabus palmarum arboribus incurvatis alligari, et repente arbores illas dimitti. Quo facto, bellatrix et martyr Stephana duabus illis palmis in duas partes discerpta est : itaque in pace martyrium perfecte in Christo complevit. D Sanctum vero Victorem jussit securi percuti. Qui cum ejusmodi sententiam de se latam audivisset, sic ait : Gratias ago Deo meo, qui tali et tanto dono me prosequitur. Cum igitur martyrium beatus Victor obiturus esset, hæc dixit quæstoribus : Post septem dies vestri oratores morientur, et vos ipsi post duodecim moriemini ; dux vero post viginti quatuor ab adversariis captivus ducetur ; nostri autem homines post tres annos venient ad tollendum corpus meum : habeo enim et loculos jampridem mihi paratos. Vos igitur rogo, ne in

alienis loculis me ponatis, neque reliquias meas detineatis, quominus in proprium locum reportentur. His dictis, securi percussus est, statimque sanguis et lac ex ejus vulneribus effluxit, ita ut omnes mirarentur. Multi vero ex Græcorum numero, cum factum illud vidissent, et victoris martyris patientiam, et constantem atque immobilem fidem animadvertissent, consilium et sententiam priorem mutaverunt. Itaque Christiani facti, ex iis quæ vir ille sanctus prædixerat, magis confirmati sunt. Omnia enim, quæ a beato illo martyre prædicta fuerant, completa sunt, ita ut et alii complures ex ea re ad Christi fidem conversi fuerint. Martyrio autem functi sunt sanctus Victor et beata Stephana quarto decimo die mensis Novembris in urbe Damasco, imperante Antonino, et Sebastiano duce. Quare sit gloria Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A μεθ' ἡμέρας ἑπτά οἱ ῥήτορες τελευτήσωσι, καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ τελευτᾶτε μεθ' ἡμέρας δώδεκα, καὶ ὁ δοὺξ μεθ' ἡμέρας εἴκοσι τέσσαρας ἁρπαγήσεται ὑπὸ τῶν ἐναντίων· καὶ μετὰ τρία ἔτη ἐλεύσονται οἱ ἡμέτεροι ἐπὶ τὸ ἆραι τὸ σῶμά μου· ἔχω γὰρ καὶ τὴν σορὸν ἑκπαλαι ἑτοίμην· μὴ οὖν εἰς ἀλλοτρίαν τεθῶ, παρακαλῶ, μηδὲ κωλύσητε ἀρθῆναι τὸ λείψανόν μου, ἵνα εἰς τὰ ἴδια ἀποκομισθῇ ἐν εἰρήνῃ. Ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ, καὶ εὐξαμένου, ἐκρούσθη τῷ ξίφει καὶ ἐξῆλθεν αἷμα καὶ γάλα, ὥστε πάντας θαυμάσαι τοὺς περιεστῶτας. Πολλοὶ δὲ τῶν Ἑλλήνων θεωρήσαντες τὴν καρτερίαν καὶ ὑπομονὴν τῆς ἀκλινοῦς αὐτοῦ πίστεως, μεταβαλλόμενοι τὸν τρόπον, γεγόνασι Χριστιανοί. Ἀκούσαντες δὲ καὶ περὶ ὧν προείρηκεν, πλέον ἐστηρίχθησαν· πάντα γὰρ ὅσα προεῖπεν, ἐγένοντο, ὡς ἐκ τούτου πολλοὺς πιστεῦσαι τῷ B Χριστῷ. Ἐτελειώθη δὲ ὁ ἅγιος καὶ καλλίνικος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Βίκτωρ σὺν τῇ μακαρίᾳ Στεφανίδι μηνὶ Νοεμβρίῳ ἑνδεκάτῃ, ἐν πόλει Δαμασκῷ τῆς Ἰταλίας, ἐπὶ βασιλέως Ἀντωνίνου καὶ Σεβαστιανοῦ δουκός, εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MENSIS JUNIUS.

DE S. SAMPSONE XENODOCHO

CONSTANTINOPOLI.

(Anno 530 vel 531, Junii die 27. — Acta SS. Bolland. ad hanc diem, Græce et Latine.)

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. — *Auctor Vitæ S. Sampsonis Symeon Metaphrastes.*

Leo Allatius, in sua de Symeonum scriptis Diatriba, ubi de Symeone Metaphraste fusius agit, varias sanctorum Vitas, quæ sub ejusdem nomine passim veniunt, tum quod alios auctores præferant, tum quod a scribendi methodo et stylo atque ætate Metaphrastis multum aberrent, ei plane abjudicat ; alias vero nonnullas tanquam genuinos illius fetus designat, ex quibusde cæteris fieri possit judicium ; de Vita tamen Sampsonis Xenodochi nihil pronuntiavit, forte quod Græcum textum videre ei non licuit ; difficile enim est de genuino auctoris fetu judicium ferre, nisi eum proprio idiomate loquentem audias. Nos Vitam eam Græce conscriptam, quam ex ms. bibliothecæ Mediceæ regis Franciæ nacti sumus, infra dabimus. Ut autem appareat eam a Symeone Metaphraste esse compositam, quæ fuerit illius scribendi formula et modus, ex Psello ejusdem encomiaste, iisdemque C temporibus vicino, paucis hic juvat apponere, ut est apud Leonem Allatium in Diatriba prælaudata.

2. « Τὰ γὰρ προοίμια τῶν λόγων αὐτοῦ ἁπτόμενα εὐθὺς τοῦ ὑποκειμένου, καὶ βαρχύ τι προιὼν, τὸν τοῦ συγγράμματος ἀναφαίνει σκοπόν· καὶ τὴν πᾶσαν ἐπ' ἐνίοις τῶν λόγων ὑπόθεσιν κεφαλαιωσάμενος εὐθὺς κατὰ μέρη τέμνει, πρός τε τὰ πρόσωπα καὶ τοὺς καιροὺς μεθαρμόζεται. Καὶ τὸ μὲν χρῶμα τοῦ λόγου τὸ αὐτὸ πᾶσι, καὶ ἡ ποιότης μία τῆς φράσεως, ἡ δέ γε τοῦ ἤθους μεταβολὴ ποικίλη, καὶ ὡς ἂν εἴπῃ τις, τεχνική. οὐ διὰ τὴν τέχνην τὰ πράγματα μεταβάλλουσα, ἀλλὰ τῷ ἑκάστῳ τῶν παρακειμένων πραγμάτων τε καὶ προσώπων οἰκεῖον ὑφερμηνεύουσα· ὡς πρὸς ἀρχέτυπα δὲ τὰ ἀρχαιότερα τῶν πραγμάτων ἐνατενίζων, ἐκείνων τε οὐκ ἀφίσταται, ἵνα μὴ δόξῃ ἄλλο τι ποιῶν, καὶ παρὰ τὸ παράδειγμα, καὶ τὴν ὅλην ἰδέαν μετατυποῖ οὐκ ἐναλλάττων τὴν ὕλην, ἀλλὰ τὸ ἡμαρτημένον τῶν εἰδῶν διορθούμενος, οὐδὲ καινοτομῶν τὰς ἐννοίας, ἀλλὰ τὸ τῆς λέξεως σχῆμα μετατιθεὶς, ἀνωμαλίαις τε περι-

πάντων διηγημάτων ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ μεταλλαγαῖς ὑποθέσεων οὐ συγχεῖται, οὐδὲ ταράττεται. » Quæ ita vertit Allatius :

3. « Principium ejus orationum statim attingit subjectum, et parum procedens, ostendit sui scripti scopum ; et in nonnullis orationibus, cum totum argumentum recapitulet in summam, id statim in partes dividit. Se autem accommodat personis et temporibus, et est quidem omnibus idem color orationis et una qualitas dictionis ; morum autem varia est mutatio, et, ut dixerit quispiam, artificiosa, non per artem res mutans, sed, quod unicuique rei et personæ incidenti conveniebat, interpretans. Tanquam autem ad archetypa exemplaria ac res antiquiores intuens, nec ab illis recedit, ne videatur aliquid aliud facere, et ad exemplar quoque totam transmutat dicendi formam, non diversam faciens materiam, sed quod in dicendi genere peccatum erat, corrigens ; neque sententias innovans, sed convertens figuram dictionis, et ei incidens oratio in diversitatem narrationum et varietatem argumentorum non confunditur neque perturbatur, » etc.

4. Hæc qui cum Procemio auctoris contulerit, in eo Metaphrastem agnoscet : in ipso enim initio scriptionis suæ scopum intentumque significat ; deinde, quæ documenta ad Sampsonis historiam texendam habuerit, exponit ; quæ quamvis inerudite et barbare essent composita, secuturum tamen sese profitetur, quanquam ea meliori stylo metaphrastice exornet. Deinde si totam hujus scriptionis formam, stylum, frequentemque adagiorum, hinc inde erudite intercurrentium, usum consideres, atque ea omnia cum genuinis illius ac germanis fetibus, de quibus constat apud Allatium in præfata Diatriba, ubique Metaphrastem invenies. Præterea certos nos reddit auctor Vitæ hujus in Procemio, se multorum aliorum sanctorum, martyrum quidem labores et certamina, confessorum vero vitas et res gestas diligenter conscripsisse, idque Constantinopoli, ubi S. Sampsonis tumulus cœlestibus clarebat prodigiis ; inde et ea narrat miracula, quæ aut ipse oculis conspexit, vel ab oculatis testibus ipse audivit ; quæ cui istius temporis auctori ascribentur, nisi Metaphrasti ?

5. Hunc non ludimagistrum trivialem fuisse, ut quidam somniarunt, sed summa in republica dignitate excelluisse, utpote qui *Magistri et Logothetæ* nomine appelletur ; quod eorum munus est, qui rationes fiscales vel publicas cognoscunt et disceptant, sumptusque vel et reditus ita dirigunt, ut reipublicæ potius quam privatorum munus sustineant; hujus, inquam, dignitatis fuisse Metaphrastem, evidenter demonstratum lector inveniet apud Bollandum nostrum in Præfatione gen. ad Vitas sanctorum, cap. 1, § 3, et fusius apud Allatium in Diatriba prædicta. Nostrum vero auctorem conspicuæ fuisse in republica dignitatis, ex eo licet conjicere, quod in Vita num. 12 asserat se amicum fuisse, et perquam familiarem viro in summa dignitate constituto, Leoni scilicet, ὃν ὁ πατρικίων τε καὶ πραιποσίτων εἶχε χορὸς, καὶ ὃς μετῆλθε μὲν τὴν τοῦ Δρουγγαρίου τὴν τῶν πλωΐμων, μετῆλθε δὲ καὶ τὴν τοῦ Λογοθέτου τοῦ Δρόμου ἀρχήν, « qui in patriciorum præpositorumque ordinem relatus fuit, quique rei maritimæ præfecturam ac Logothetæ Cursus publice magistratum gessit, » quæ sunt inter suprema reipublicæ Constantinopolitanæ munera.

6 . Cum vero alius quidam Leo, qui Leonis patricii ministerio suberat, quique erat protospatharius (id est princeps eorum qui ad corporis custodiam erant deputati) domini sui gratia ac favore, quam ob causam nescio, excidisset, nullusque pro misero intercedere auderet, quod difficilis ad patricium pateret aditus, et asper esset in sermonis congressu, præsertim inter famulos; solus hujus Vitæ auctor, pro sua scilicet qua apud Leonem patricium pollebat auctoritate et gratia, pertinacem animum ad impetrandam misero veniam interpellare sustinuit, ut ipsemet refert loco præcitato. Inde inferre licet hunc quoque fuisse eximiæ dignitatis atque auctoritaiis, dignumque qui in tanti viri amicitiam familiaritatemque admitteretur. Convenit igitur auctori nostro stylus et scribendi formula Symeonis Metaphrastis, convenit vitæ institutum, convenit dignitas ; nunc superest, utrum cum ætate ejusdem convenire possit, perspicere.

7. Floruisse Metaphrastem ultimis annis imperii Leonis Philosophi, qui obiit anno 909, constat ex ipsiusmet testimonio in Vita S. Theoctistes, ubi ait: « Γενομένῳ μοί ποτε κατὰ τὸν Πάρον· γέγονα δέ· καὶ γὰρ ἐπὶ Κρήτην διέπλεον ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Λέοντος ἐκεῖσε πεμφθείς· Λέοντος, φημὶ, τοῦ εὐτυχοῦς ὄντως βασιλέως, καὶ τὴν εὐτυχίαν Ῥωμαίων τῷ τάφῳ ἀναθάψαντος· ἐπεμπόμην δὲ συστρατευόμενος Ἡμερίῳ τῷ πάνυ, τῷ στρατηγικωτάτῳ δηλαδὴ, καὶ ἄρχοντι τοῦ τε δρόμου, καὶ τοῦ στόλου παντός.... Ἐστελλόμην τοιγαροῦν τοῦτο μὲν ἐκείνῳ συστρατευόμενος, καὶ προβιβαζόμενος εἰς πεῖραν στρατηγικὴν, οἷα πῶλος μητρὶ πρὸς τὰ γενναιότατα τῶν στρατηγημάτων συσκαίρων. Οὕτω γὰρ ἦν ὁ τοῦ μακαρίτου μου Βασιλέως σκοπός· τοῦτο δὲ πρεσβευόμενος πρὸς τοὺς τὴν Κρήτην ἔχοντας Ἀραβας. »Quæ sic Latine sonant Allatio : « Cum aliquando in Paro essem insula ; fui autem : nam in Cretam navigabam a Leone beatæ memoriæ eo missus ; Leone, inquam, illo vere fortunato imperatore, qui ipsam Romanorum felicitatem secum videtur in sepulcrum intulisse : mittebar autem una militans cum clarissimo illo Hemerio, utpote ducendi exercitus peritissimo, dromi præfecto, qui et universæ classi imperabat....Mittebar igitur partim cum eo militans, et ad imperatoriæ artis documentum aliquod promovendus, ut equulus matri, ad præclara ejus stratagemata assiliens : id enim præcipue Augustus spectabat : partim

ut ad Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer. »

8. Ex his infert Bollandus noster, in prædicta præfatione, Metaphrastem id temporis non adeo fuisse natu provectum, ut qui imperatoriæ virtutis tirocinium ponere sub veterano duce juberetur, eique additus fuerit οἷα πῶλος μητρί, « velut equulus matri, » solumque ei tribuit XX ou XXII annorum ætatem. Allatius vero hanc similitudinem non ad ætatem, sed ad docilitatem et disciplinam referens ex ultimis verbis, τοῦτο δὲ πρεσβευόμενος πρὸς τοὺς τὴν Κρήτην ἔχοντας Ἄραβας, « partim ut ad Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer, » concludit, ea in expeditione Metaphrastem provectioris ætatis fuisse, quæ capax esset sustinendæ auctoritatis, atque illius prudentiæ, quæ in legato requiritur: quare annos XL, aut minimum XXXV ei tribuit. Multa quidem ille præter alia eaque gravissima erudite congerit, unde opinionem suam verosimilem reddat.

9. Omnia tamen, quæcunque affert, rem plane non conficiunt, idque solum convincunt, communiter id contingere secundum ordinarium rerum humanarum cursum, non vero absolute, ita factum nunquan esse. Capax etenim est nonnunquam adolescentia rerum maximarum, tum in militia, tum in republica, præsertim si prudentia et exterior corporis species, ut quandoque factum vidimus, ætatis defectum suppleat. Ut alios præteream, Scipio Africanus, quod Romana habet historia, annos XXIV natus, imperator missus est in Hispaniam, quam quatuor mensium spatio Carthaginensibus eripuit. Pompeius Magnus, teste Cicerone in Orat. *pro lege Manilia*, « ineunte adolescentia summi ipse exercitus imperator fuit; » et tamen quanta in moderando dirigendoque exercitu prudentia rerumque usus requiritur! Juvat hic annectere quod refert Beyerlinkin *Theatro vitæ hum.*, verbo: *Legatus* « Venerant, inquit, superiori ævo ad imperatorem Orientis imberbes legati, quos cum ille despiceret, quod adolescentiores missi essent, libere et audacter dixerunt: Si ex menti lanugine æstimanda sit aptitudo et dignitas, hircos potiores partes habituros. »

10. Quod igitur in paucis contigit, in Metaphraste contingere potuit, præsertim cum Michael Psellus ipsius encomiastes, ejus in prima ætate ingenium, innatamque quasi prudentiam extollat hisce verbis: « Καὶ τὸ κατὰ πάντων ἀσύγκριτον κράτος καὶ ἀπαράμιλλον, ἦν μὲν εὐθὺς τὸ ἐκ πρώτης, ὡς εἰπεῖν, γενέσεως, καὶ ἐξ ἀνθούσης ἤδη τριχὸς, ὥσπερ οἱ τῶν λεόντων σκύμνοι, εὐθὺς τὴν ὀφρὺν παραδεικνύοντες, καὶ τῶν ἐπαυχενίων τριχῶν τὸ λάσιον. Ὑπήνθει γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς συνέσεως ἄνθη, καὶ τὸ φρόνημα ῥίζαν τινὰ εἶχε βαθεῖαν, καὶ ὁ νοῦς ἐξήστραπτέ τι θαυμάσιον. Ταῦτα δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀρκοῦντα ἐτύγχανεν εἰς τελείωσιν, ἐκείνῳ δὲ προχαράγματα τῆς τελείας ἐγνωρίζετο φύσεως. » Quæ ex interpretatione Allatii ita sonant: « Et vires quidem (ingenii) incomparabiles statim et a primo, ut semel dicam, ortu, etiam florente capillo ostendebat; non secus atque leonum catuli ostendunt protinus supercilium et densam colli jubam. Etenim flores pullulabant intelligentiæ, et habebat prudentiæ profundam quamdam radicem, quodam admirabili fulgore mens micabat. Hæc aliis quidem suffecissent ad perfectionem; in illo autem agnoscebantur veluti quædam prius descriptæ figuræ, quæ perfectam ejus indolem præsignificabant. » Quid miri igitur, si Metaphrastes id temporis legatione aliqua perfunctus fuerit, prudentia magis quam ætate provectus? forte etiam aliis legatis senioribus honoris causa additus, ut quemadmodum sub Himerio veterano duce rei militaris, ita sub iis rei politicæ inter exteras nationes rudimentum poneret.

11. Quod igitur fieri potuit, factum tantisper supponamus, atque ultimo Leonis Philosophi anno, æræ communis 911, Symeoni Metaphrasti XXX aut XXXII annorum ætatem tribuamus. Poterit tunc ad tempora Nicephori Phocæ pervenisse (qui anno LXIII ejusdem sæculi imperium Orientis adeptus fuit) atque octogenario major aliqua etiam elucubrasse. Hoc supposito, videamus an chronologia hæc convenire possit nostro auctori, qui num. 19 narrans miraculum quod Bardæ protospathario accidit, ait: Σφόδρα δὲ οὗτος Ῥωμανῷ βασιλεῖ τῷ ἐπικεκλημένῳ τε καὶ χρηστῷ προσφκείωτο, ὃν καὶ ἴσασι πάντες, υἱὸν Κωνσταντίνου γενέσθαι, τοῦ, τὰ πάντα συνελόντα εἰπών, βασιλικωτάτου. « Ei vero (Bardæ) magna intercesserat familiaritas cum Romano imperatore benigno et clemente, quem sciunt omnes fuisse filium Constantini, qui (ut omnia semel dicam) fuit imperator egregius, » quibus verbis de Romano Constantini Porphyrogeniti filio, ut jam mortuo loqui videtur, nisi forte verti possit: « Ei vero magna intercedebat familiaritas cum Romano imperatore, quem sciunt omnes esse filium Constantini; » atque ita ad Romani imperatoris tempora, qui ab anno 960 ad 63 imperium tenuit, referri posset, alias ad successoris illius Nicephori Phocæ tempora transferendus, adeoque nihil hic est, quod cum ætate Metaphrastis pugnet.

12. At terruit me quod num. 15 legatur, ut apud Surium translatum est, scilicet: « Petit a bono Joanne (ille enim tunc obtinebat imperium) ut cura hujus domus sibi demandaretur; » ubi Joannes Zemisces indigitatur, qui anno 969 regnare incepit, ad cujus tempora Metaphrastes ægre potest pertingere, nisi eum nonagenario majorem, Vitam hanc scripsisse fateamur. Quam ob rem pro Joanne scribendum puto Constantinum: idque eo facilius adducor ut credam, quia in ecgrapho nostro Græco nomen Joannes integre scriptum non habetur, sed duabus tantum initialibus litteris Ἰω. In authentico igitur nomen Constantinus per compendium scriptum fuerit duabus aut tribus primis litteris Κῶν tantum expressum; unde extritis edacitate temporis, in prima littera K, duabus transversis li-

neolis et ultima forte littera ν, Ἰῶ remanserit; ex eoque Joannem fecerint. Cum igitur illa ita commode explicari possint, cæteraque omnia Metaphrasti conveniant, nihil obest, quominus Vitam S. Sampsonis ei ascribamus, quam in decrepita sua senectute composuerit, postquam plurimorum martyrum et confessorum, ut ipsemet confitetur, res gestas in lucem ediderat.

13. Notatum invenio in Indice nostro viatorio, Vitam Sampsonis, quæ incipit, Ἀλλὰ μὲν χάριτος ἔργον καὶ θεραπείας, τῆς πρὸς τὸν μέγαν Σαμψών etc., servari manuscriptam in bibliothecis Vaticana et Vallicellina Romæ; item in Florentina et Taurinensi. Nobis illa pridem extracta fuit ex codice ms., ut jam dixi, Medicæo regis Christianissimi, sub hoc titulo, Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Σαμψὼν τοῦ ξενοδόχου· « Vita et conversatio sancti Patris nostri Sampsonis, exceptoris hospitum. »Latinam impresserunt Lipomanus tomo 6, et ex ipso Surius tomo 2; juxta interpretationem Gentiani Herveti: quam eamdem ego quoque hic retineo, in paucis tamen aliquibus, cum textu Græco collatis, mutatam.

§ II. — *Tempus mortis.*

14. Quod ad ætatem Sampsonis attinet, Metaphrastes, Menologium Basilii Porphyrogeniti, Mensæ excusa, Origines Constantinopolitanæ ineditæ parte II, eum floruisse aiunt sub Justiniano imperatore, utpote qui ab eodem sancto in vivis existente ab immedicabili morbo fuerit liberatus; atque, ut pro tanto beneficio grates referret, magnificum eidem ædificaverit xenodochium, quod deinde Hospitale S. Sampsonis est appellatum. Ast cardinalis Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum, hoc die, ea omnia erroris arguit, ex eo quod Procopius, qui illis temporibus vixit, eaque ob oculos habuit, lib. I *Ædific. Justiniani imp.*, cap. 2, testetur, Hospitale Sampsonis nomine, ab eodem Sampsone erectum, olim incendio conflagrasse; cumque vix quædam remansissent vestigia, illud ipsum hospitale ab eodem Justiniano imperatore munificentius instauratum fuisse, censuque annuo ingentis pecuniæ locupletatum. Cum autem Metaphrastes num. 11 testetur, dictum incendium contigisse post obitum Sampsonis, quando et Sophiæ nobile templum exustum est, ac pariter testetur Marcellinus in Chronico, id contigisse in temporibus Anastasii imperatoris; concludit prælaudatus cardinalis, longe ante Justiniani imperium Sampsonem diem suum obiisse; atque ex eodem Procopio multo magis redarguit Cedrenum, dum ait conflagrasse domum Sampsoniam anno penultimo Justiniani.

15. Has difficultates dissolvit Nicolaus Alemannus in notis ad cap. 4 *Historiæ arcanæ* Procopii. Juvat ejus verba hic annectere: « Longe antiquiorem Justiniano Sampsonem credit cardinalis Baronius in Notis ad Martyrologium, et vacillare fidem illius historiæ putat, quæ habeat, nosocomium Sampsonis, eodem rogante, a Justiniano erectum, cum Procopius dicat, restauratum, quod jam antea idem Sampson exædificasset. Verum adeo exiguum fuit primum illud Sampsonis ædificium, tam illustre vero tamque magnificum a Justiniano factum, ut nihil veritati detraxisse Metaphrastes videri possit. Quod addit Baronius de conflagratione ejus nosocomii, quam tum contigisse arbitratur, cum sub Anastasio Sanctæ Sophiæ templum exustum fuit; clarum est in historiis non semel illud templum incendiis obnoxium fuisse; Justiniani vero anno V illud nosocomium incensum esse idem Procopius refert lib. I *De ædif.* et I *Belli Pers.* cap. 24, et Theophanes ad annum V Justiniani. Fortasse majoris momenti fit in hac re, quod Procopius de Sampsonis ætate ait: Ἀνήρ τις θεοσεβὴς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, Σαμψὼν ὄνομα. *Vir quidam pius qui superioribus annis floruit.* At hoc etiam nihil est; nam Procopius librum illum *De ædificiis*, ubi hoc habet, extremo Justiniani imperio scripsit, nempe sex et triginta atque amplius annis post mortem Sampsonis. Vigebat tamen adeo ejus memoria, ut Justinianus, Novella 59 et 131, ubi de Sampsone loquitur. Ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Σαμψών, dicat, «Sanctæ memoriæ Sampson; » quod (ut obiter notem) cum in antiquis manuscriptis, litteris singularibus S. M. notatum esset, male in Latinis editionibus Novellæ 131 exceptum est: Sanctæ Mariæ Sampson. Quod autem in Metaphraste corrigendum plane censeo, est ratio temporis vitæ Sampsonis et annorum imperii Justiniani; nam antistite Mena Sampsonem superfuisse, haud bene Metaphrastes narrat, cum ante consulatum Behzarii obiisse, ex Novella 59 perspicue constet. Porro ejusdem Novellæ publicatio atque electio Menæ, fere in idem tempus incidunt, nempe circa annum Justiniani XI; at vero ante annum ejus V mortuum Sampsonem fuisse nemo dubitet. Ad hunc calculum revocanda sunt quæ de incendio nosocomii a Metaphraste narrantur. »

16. Hæc erudite Alemannus: at vero, contra quod hic existimat, auctor Chronici Alexandrini amplissimum ea tempestate (anno scilicet quinto Justiniani) fuisse ait nosocomium Sampsonis cum dicat: « Ξενὼν τοῦ Σαμψὼν ὁ μέγας ἐκαύθη, καὶ ἀπώλοντο οἱ ἐν αὐτῷ ἀνακείμενοι ἄῤῥωστοι. Xenodochium Sampsonis magnum conflagravit, unaque periere qui in eo erant infirmi. » Reparatum autem et reædificatum a Justiniano haud diu postea stetit, siquidem anno XXXVII ejusdem imperatoris rursum arsit, ut scribit Theophanes et ex eo Cedrenus: « Τῷ λζ ἔτει γέγονεν ἐμπυρισμὸς μέγας, καὶ ἐκαύθη τελείως ὁ ξενὼν τοῦ Σαμψών. Anno (Justiniani) XXXVII factum est incendium magnum, et conflagravit penitus xenodochium Sampsonis. » Quamvis postea reædificatum constet.

17 Quare frustra redarguit erroris Cedrenum

Baronius, quod penultimo imperii Justiniani : nno incendium hoc posuerit : cum non unum, sed duplex illius xenodochii constet fuisse incendium. Dum igitur hæc omnia recte sic explicari possunt, non est cur recedamus a Metaphraste, Synaxariis, Menæisque Græcorum, Sampsonem sub Justiniano vixisse asserentibus. Porro cum primum xenodochii illius incendium accidisse ex supradictis constet anno Justiniani quinto, idque a Metaphraste num. 11 post mortem Sampsonis evenisse asseratur, anno ejusdem imperatoris III aut IV (id est anno Christi 530 vel 531) Sampsonem ad superos emigrasse statuimus.

18. At vero jure merito Alemannus Metaphrastem arguit erroris (qui error etiam est in Synaxariis Menæisque Græcorum) quod num. 4 Sampsonem a patriarcha C. P. Mena, sacerdotem ordinatum esse referat ; tum propter rationes superius ab Alemanno allatas, tum præterea quod Menas ille, antequam dignitatem patriarchalem consequeretur, eodem Justiniano imperante præfuerit xenodochio Sampsonis, cui Sampson ipse usque dum vixit, præfuit, ut refert Nicephorus C. P. in Patriarchis C. P. vocans eumdem Ξενοδόχον τοῦ Σαμψών : et Liberatus diaconus de eodem ait cap. 2 : « Fuit iste Menas præpositus xenodochii majoris, quod vocatur Sampson, genere Alexandrinus ; » adeoque post mortem Sampsonis solum ad dignitatem patriarchalem est evectus.

§ III. — *Cultus ex Menologiis, Menæis, aliisque Fastis.*

19. Celebris apud Græcos semper fuit S. Sampsonis memoria, utpote cujus sepulcrum statim a morte miraculis claruerit, et salutarem morbis omnigenis liquorem stillare inceperit ; unde illius festum inter solemniora Constantinopolitanæ Ecclesiæ numeratur : in hoc enim festo a judiciis vacandum erat usque ad Officii divini finem, ut constat ex constitutione novella Emmanuelis Commeni imperatoris de Feriis lata anno 1166. Synaxarium imperatoris Basilii Porphyrogeniti in ms. Cryptæ Ferratæ hoc in illo habet elogium : « Σαμψὼν ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν, ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥωμης, συγγενὴς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Παρασχόμενος τὸν πλοῦτον αὐτοῦ πάντα τοῖς πτωχοῖς καὶ πτωχικὸς διὰ Χριστὸν, Κωνσταντινούπολιν κατέλαβε, καὶ τοῖς ναοῖς τῶν ἁγίων Προφητῶν ἐν αὐτοῖς προσευχόμενος διετέλει. Ἡσυχίας δὲ λαβόμενος, καὶ ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς ἐμμελετήσας, φανερὸς ἐγένετο δι' ἀρετὴν τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ Μηνᾷ, καὶ χειροτονεῖται παρ' ἐκείνου πρεσβύτερος τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. Καὶ λοιπὸν ἦν λιμὴν σωτήριος τοῖς πενομένοις καὶ ἀσθενοῦσι, μετέχων καὶ τέχνης ἰατρικῆς. Θεραπεύσας δὲ καὶ τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀπὸ πάθους δυσιάτου ἐφιλοφρονήθη παρ' ἐκείνου τὰ μέγιστα. Καὶ κτίσας ξενῶνα εἰς ἀνάπαυσιν τῶν πτωχῶν καὶ ἀσθενῶν, καὶ πολλὰ κατορθώματα καὶ θαύματα ποιήσας, ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ· τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ ἐτέθη ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μωκίου. »

20. « Sanctus Pater noster Sampson ex antiqua Roma ducebat originem, Magni Constantini consanguineus : divisis vero inter pauperes omnibus suis facultatibus, et propter Christum mendicans, Constantinopolim se recepit, atque in ipsis sanctorum Prophetarum ecclesiis orationi assidue vacavit. Cum autem privatam et obscuram ageret vitam, Scripturarum divinarum meditationi intentus, virtutibus suis, sanctissimo patriarchæ Menæ enotuit, et ab ipso ordinatus est sacerdos Magnæ ecclesiæ. Cæterum portus salutaris erat pauperibus et infirmis, scientia artis medicæ imbutus. Cum vero imperatorem Justinianum a difficili morbo sanasset, ab hoc maxime dilectus est ; ædificatoque xenodochio, ad pauperum et infirmorum solatium, post multa recte facta ac miracula, obdormivit in pace ; ipsius vero corpus depositum est in templo S. martyris Mocii. »

21. Similia habent mss. collegii nostri Divionensis et Claromontani, nunc Ludovici Magni. Huic insuper sequens additur dystichon :

Ἐξῆγεν ὁ πρὶν ἐν γνάθου Σαμψὼν ὕδωρ,
Ὁ νῦν δὲ Σαμψὼν ἐκ τάφου βλύζει μύρους.

Aquam dedit maxilla Sampsonis prius ;
Sampsonis at nunc busta stillant balsamum.

In Menæis vero excusis Officium habet proprium et Canonem sub hac acrostichide :

Ὑμνῶ σε, Σαμψὼν, πίστεως θείοις λόγοις. ΙΩΣΗΦ.
Sermone, Sampson, te sacro fidei cano. JOSEPH.

Cum autem canon hic nihil habeat particulare, nisi quod in elogio habetur, eum prætermittimus. Elogio duo hi præmittuntur versus :

Σαμψὼν Ὁμόρρους ἐτροποῦτο μὲν πάλαι.
Σαμψὼν δὲ θραύει δαίμονας ἄρδην νέος.

Sampson fugavit olim Homorrhæos quidem :
Sed vulnerat nunc dæmonas Sampson novus.

Additurque etiam præmisso dysticho hexametrum istud, ex quo cognoscitur præcipuus Sampsonis hoc die cultus ;

Ξενοδόχος δ' ἐνὶ εἰκάδι ἑβδομάτῃ θάνε Σαμψών.
Xenodochum Sampson vicesima septima tollit.

22. Elogium vero ita habet : Οὗτος ὁ ἅγιος [Σαμψὼν] ὑπῆρχε Ῥωμαῖος τὸ γένος· ὃς διασκορπίσας τὸν καταλειφθέντα αὐτῷ πλοῦτον ὑπὸ τῶν γονέων τοῖς πένησι καὶ πτωχοῖς, τὴν βασιλεύουσαν κατέλαβε καὶ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους καὶ σεβασμίους καταλαβὼν, καὶ ὁσιότητος αὐτῶν καταπολαύσας, ἡσυχίαν λαβόμενος, ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς ἐντρύφα, μόνῳ Θεῷ προσανέχων. Ὅθεν κατάδηλος γενόμενος τῷ τιμιωτάτῳ πατριάρχῃ Μηνᾷ, χειροτονεῖται ὑπ' αὐτοῦ πρεσβύτερος, εἷς τῶν τοῦ κλήρου γενόμενος. Καὶ ἦν σωτήριος λιμὴν τοῖς πενομένοις καὶ χρῃζουσι βοηθείας· καὶ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης ὢν ἐν πείρᾳ αὐτὸς, καὶ τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἀνιάτῳ πάθει περιπεσόντα ἐλευθέρωσεν. Ἐκ τούτου ὁ βασι

λοὺς ὑπεραγασθεὶς τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ σέβας αὐτῷ ἀπονέμων, τὸν μέγιστον οἶκον καὶ περιβόητον δι' αὐτοῦ ἀνεγείρας, ξενῶνα κατεσκεύασε, καὶ σκευοφύλακα τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας τὸν Ἅγιον τοῦτον κατέστησεν. Αὐτὸς δὲ καλῶς καὶ θεοφιλῶς πολιτευσάμενος, καὶ πολλοῖς πρόξενος σωτηρίας γενόμενος, καὶ πολλοὺς πρὸς ζῆλον καὶ μίμησιν τοῦ αὐτοῦ ἐκραιφνοῦς βίου διαναστήσας, ἐκεῖ μὲν ἀνεπαύσατο, κατετέθη δὲ τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐν τῷ μεγίστῳ ναῷ τοῦ ἁγίου Μωκίου, καθ' ἑκάστην βρύον ἰαματοφόρα νάματα εἰς δόξαν καὶ αἶνον Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

A in honore habens, maximam et celebrem domum ipsius suasu ædificatam in xenodochium erexit. Sanctum præterea supellectili sacræ majoris Ecclesiæ præfecit. Tandem post honestam piamque conversationem, postquam plurimis salutis auctor fuisset, multosque ad zelum et vitæ suæ inculpatæ imitationem excitasset, ibidem quievit, pretiosumque ipsius corpus repositum est in maximo templo S. Mocii, in dies salutari scaturigine medelam morbis afferens, ad laudem et gloriam Christi Dei nostri. »

23. « Sanctus ille (Sampson) genere Romanus erat. Hic distributis inter pauperes divitiis, quæ sibi a parentibus erant relictæ, ad imperatoriam civitatem venit, atque in oratoria et basilicas sese recipiens, pie locorum illorum sanctitate fruebatur privatamque atque obscuram ducens vitam, divinarum Scripturarum lectione animum oblectabat, soli Deo intentus : unde cognitus a dignissimo patriarcha Mena ab eodem sacerdos ordinatur, factus unus ex clero. Erat vero portus salutaris pauperibus atque ope indigentibus. Cumque rei medicæ esset peritus, ipsum etiam imperatorem Justinianum immedicabili morbo laborantem liberavit. Inde imperator admiratus viri virtutem, eumque magno

B

24. Hujus quoque sancti hoc die nomen inscriptum reperitur Kalendario Syriaco seu Chaldaico, Romæ impresso anno 1624, quod olim anno 1662 Latine reddidit D. Josephus, Italice vero Symon Moyses, ambo collegii Maronitarum alumni. Hujus præterea meminit Martyrologium Arabico-Ægyptium, quod ex Arabico transtulit Gratia Simonius Maronita, postmodum Tripolitanus in Syria archiepiscopus. In hoc Martyrologio sequentem orationem habet cum S. Joanne Eleemosynario communem : « Possedisti omnia, o Pater sancte Sampson, dum in omnibus fuisti semper assiduus, ditans pauperes, ipsosque alens, et sublevans; precare Christum Deum, ut liberet animas nostras. »

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΣΑΜΣΩΝ

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

—

S. P. N. SAMPSONIS

VITA ET CONVERSATIO

—

PROLOGUS.

Α'. Ἀλλὰ μὴν χάριτος ἔργον καὶ θεραπείας, τῆς πρὸς τὸν μέγαν Σαμψὼν ἐκπληροῦντες, ἅμα δὲ καὶ μέμψιν τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἐκκλίνοντες, εἰς τὸν παρόντα λόγον καθήκαμεν ἑαυτούς, καὶ τὸν ἐκείνου συντάξασθαι βίον εὐγνωμόνως ὑπέστημεν. Καὶ πῶς γὰρ οὐ μέμψις εὔλογος καὶ δικαία, εἰ πολλῶν ἑτέρων ἁγίων, τῶν μὲν μαρτύρων, τῶν δὲ καὶ ἄλλως εὐαρεστησάντων Θεῷ, τῶν μὲν ἄθλους καὶ πόνους, τῶν δὲ καὶ βίους καὶ πράξεις κατὰ σπουδὴν συνταξάμενοι, τούτου δὴ τοῦ μεγάλου Σαμψὼν φαινοίμεθα κατολι-

C

1. Partim quidem magno Sampsoni gratitudinem et cultum debitum exhibentes, partim autem hominum justam vitantes reprehensionem, ad hanc accessimus orationem, et illius scribendæ Vitæ onus libenter suscepimus. Quomodo enim non optimo jure reprehenderemur, si, qui multorum aliorum sanctorum, tum martyrum, tum aliter Deo placitorum, illorum quidem labores et certamina, horum vero vitam et res gestas diligenter conscripsimus, hunc magnum Sampsonem videamur

contemnere, præsertim cum is adeo nobis propinquus, et sepulcro, ubi mirabilia operatur, propemodum vicinus sit? Adde quod nullum ex iis, qui nos præcesserunt, invenerimus, qui fuerit ejusdem, cujus nos animi, et Vitam illius scriptis exacte mandaverit. Non quidem me latet, a viro pio et pontifice, et non parum erudito, magni Sampsonis compositum fuisse encomium. Ego autem de Vita loquor distincte composita, quæ et res ab illo præclare gestas accurate tractet, et miraculorum ejus mentionem faciat sufficientem. Hoc enim qui præstiterint, in hodiernum usque diem, neque alios novimus, neque nos præstare possumus, qui ab illis temporibus sumus multum remoti; neque possumus ejus vitam perfecte prosequi, sed solum eam referre paulo diligentius, et pauca ex ejus miraculis viris piis ad Dei gloriam exponere. Ejus enim parvum Vitæ opusculum, in quod, a clero acceptum, incidimus, visum nobis est non solum negligenter compositum, sed ipsum etiam testatur, eum, qui id composuit, nihil habuisse eruditionis; imo vero nec ea ipsa, quæ narrat, satis perfecte et absolute traduntur, et longe absunt a summa perfectione. Quin etiam illud opus, quo diu usi sumus, comperimus se habere similiter, et ex eadem (ut aiunt) factum esse fidelia; idque inscriptum quidem esse Encomium divini Sampsonis, et habere singularem quamdam narrationem eorum, quæ ab illo in vita gesta sunt: sed parce admodum, et tenuiter viris bonis præbens gustum ejus miraculorum. Quod autem nos omnium maxime conturbat, est, quod ipsi illorum narrationem (neque enim aliunde quidquam habemus) sequi debeamus. Ea de causa petimus nobis dari veniam ab iis qui legent ea quæ sunt, a nobis elaborata, ut nos non condemnent negligentiæ, neque hanc minime examinatam rejiciant narrationem. Neque enim nostrum est hoc opus, ut prius diximus, sed illorum potius, quos sumus secuti. Illud itaque Herodoti hic poterit commode dici: esse potius Istiæi calceum, etiamsi ipsum induerit Aristagoras.

A γωροῦντες, καὶ μάλιστα οὕτως ἐγγυτάτω κειμένου καὶ ὅσον ἀπὸ τοῦ παραδοξοποιοῦ τάφου γειτονοῦντος ἡμῖν; καὶ ταῦτα, μηδένα τῶν πρὸ ἡμῶν εὑρόντες τῆς αὐτῆς ἡμῖν γενόμενον διανοίας, καὶ τὸν ἐκείνου βίον συγγραψάμενον φιλοπόνως. Καί με οὐ λέληθε τὸ τοῦ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς καὶ ἀρχιερέως, ἀλλὰ καὶ παιδείας οὐ [μικρὸν] ἔχοντος, εἰς τὸν Μέγαν συντεθὲν ἐγκώμιον· ἐγὼ δὲ βίον λέγω, κατὰ μέρος συντεταγμένον, καὶ τὰ ἐκείνου διαλαμβάνοντα πρὸς ἀκρίβειαν, πρὸς δὲ καὶ τῶν θαυμασίων μνήμην ἀρκούντως ποιούμενον. Τοῦτο γὰρ οὔθ' ἑτέρους ἔγνωμεν ἄχρι καὶ νῦν δράσαντας, οὔθ' ἡμεῖς ποιῆσαι δυνατοὶ τυγχάνομεν ὄντες, πάμπολυ τοῖς χρόνοις ἀπολειπόμενοι· καὶ ἀκριβώσασθαι τά γε τοῦ βίου καλῶς μὴ δυνάμενοι, πλὴν ὅσον ἐπιμελέστερον αὐτὰ διελθεῖν, καὶ ὀλίγα τῶν θαυμάτων εἰς δόξαν Θεοῦ παραθέσθαι τοῖς φιλοθέοις· ᾧ γὰρ ἐντεύχομεν ἐκ τοῦ κλήρου λαβόντες μικρῷ συντάγματι Βίου, τοῦτο δὴ οὔτε ῥαθύμως μόνον ἔδοξε συντετάχθαι, ἀλλὰ καὶ παιδείας τὸν συνθέμενον ἐνδεῶς ἔχοντα μαρτυρεῖ, μᾶλλον δὴ ταῦτα περὶ ὧν πεποίηται τὴν ἐξήγησιν, οὗ μὲν οὖν ἐντελῶς ἔχουσιν οὐδ' ἠκριβωμένως, πολλῷ δὲ μᾶλλον ἀκριβείας ἀπολιμπάνονται· πρὸς δὲ καὶ ᾧ συντάγματι πάλιν ὠμιληκότες ἐσμὲν, παραπλησίως εὕρομεν ἔχον καὶ τῆς, ὡς φασι, κεραμείας πεποιημένον ἐγκώμιον μὲν εἶναι τοῦ θείου Σαμψὼν ἐπιγεγραμμένον καὶ μερικὴν ἔχον τινὰ διήγησιν τῶν ἐκείνῳ βεβιωμένων, πάνυ δὲ φειδωλῶς καὶ μικρολόγως τῶν αὐτοῦ θαυμάτων ἀπογεύων τοὺς φιλοκάλους. Ὃ δὲ πλέον ἐστὶ πάντων, τὸ ταράττον ἡμᾶς, ὅτι καὶ αὐτοὶ B ὅσον ἀπὸ τῆς τῶν πεπραγμένων ἐξηγήσεως (οὐδὲ γὰρ παρὸν ἄλλοθεν) ἀκολουθεῖν αὐτοῖς μέλλομεν. Ταύτῃ τοι καὶ συγγνώμην ἀπὸ τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς πεπονημένοις ἡμῖν αἰτοῦμεν, ὥστε μὴ ἀμέλειαν, μηδ' ὀλιγωρίαν τῆς ἀδασανίστου ταύτης καταψηφίζεσθαι διηγήσεως· οὐδὲ γὰρ ἡμέτερον, ὥσπερ ἔφημεν, τὸ προκείμενον ἔργον, ἀλλ' ἰχνῶν ἑτέρων παρακολούθημα. Τοιγαροῦν κἀνταῦθα τὸ Ἡροδότειον ἐκεῖνο λέγεσθαι χώραν ἔξει, Ἰστιαίου τὸ ὑπόδημα μᾶλλον εἶναι, εἰ καὶ Ἀρισταγόρας αὐτὸ ἐπεδύσατο. Ἔχει μέντοι τόδε οὕτως.

CAPUT I.

Sampsonis genus, patria, studium, benignitas in pauperes et ægrotos; erga imperatorem beneficium, obitus.

II. Hic ergo magnus, et cujus omnem orbem terræ pervasit fama, Sampson, genus quidem duxit ex illa celebri et inclyta Roma. Ortus est autem non ex ignobilibus nec vulgaribus parentibus, sed valde honestis et claris: quorum magnæ quidem erant opes, genus autem ducebatur ex sanguine imperatoris (1). Sed cum viri hujus maximi res externæ ita se haberent, neque internas unquam neglexit. Nam et virtutis magnam curam gerebat, et divinæ Scripturæ lectioni erat intentus, et tan-

B'. Ὁ μέγας οὗτος καὶ διὰ πάσης βεβοημένος τῆς οἰκουμένης Σαμψὼν, εἶλκε μὲν τὸ γένος ἐκ τῆς περιωνύμου καὶ διαφανοῦς Ῥώμης, προῆλθε δὲ οὐκ ἐξ ἀσήμων ἄρα τινῶν, οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐγενῶν τε καὶ περιδόξων· πλούτου μὲν περιουσίαν βαθέως ἐχόντων, βασιλικῷ δὲ αἵματι κατὰ γένος φαιδρυνομένων. Πλὴν ἀλλὰ τῶν θύραθεν ὁ Παμμέγας οὕτως ἔχων, οὐδὲ τῶν οἰκίων ἠμέλει πόθεν· καὶ γὰρ ἀρετῆς ἐφρόντιζε λίαν, καὶ τῇ τῆς θείας Γραφῆς ἐντεύξει σπουδῇ προσέκειτο, καὶ ὡς

(1) Menologium Constantini Porphyrogeniti habet, eum fuisse consanguineum Constantini Magni. Menæa excusa nihil habent de ipsius familia.

τινος ἡδίστης τροφῆς ἐμελῶς εἶχετο, καὶ δι' ὀλίγου πρὸς πᾶσαν αὐτῆς τὴν γνῶσιν ἀφίκετο. Μηδὲ ἰατρικῆς, τῆς φιλανθρώπου τέχνης, ὁ φιλανθρωπότατος ἀμελήσας. Ἀλλὰ καὶ αὐτῇ φιλοπόνως προσενεχθείς, καί τοι ὀλίγα μὲν ὑπῆρχε τῇ τέχνῃ χρώμενος, τῶν δ' ἄλλων παρεχώρει τῷ θεουργῷ τῆς χάριτος νοσήματα καὶ πάθη ἀνίατα θεραπεύων, καὶ ὡς προκάλυμμα τῆς χάριτος ἐπιχειρῶν τῇ τέχνῃ διὰ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολήν.

Γ'. Ὡς δὲ καὶ οἱ πατέρες αὐτοῦ τὸν βίον ἀπέλιπον, οὐκ ἔτι μέλλων ἦν, οὐδ' ἀναβαλλόμενος, ἀλλ' ὡς καιροῦ λαβόμενος ἐπιτηδείου, ἅτε μηδενὸς ὑπάρχοντος τοῦ κωλύσοντος, τὰ κατὰ γνώμην ἐποίει, καὶ πλούτου μὲν φθαρτοῦ καὶ προσκαίρου πλοῦτον αἰώνιον ἀντηλλάττετο κατὰ τὴν θείαν τοῦ Δεσπότου φωνήν, ᾗ τὰ ὑπάρχοντα πωλῆσαι κελεύει καὶ παρασχεῖν ἐλεημοσύνην, ἐντεῦθεν τε βαλάντια μὴ παλαιούμενα κτήσασθαι. Ἐδίδου δὲ τὸν πλοῦτον, οὐ κατὰ μικρὸν οὐδὲ φειδομένως, οὔτε μὴν κατὰ στράγγα ῥέων, ἀλλα καὶ λίαν χύδην καὶ ἀνειμένως, ἀμφοῖν χειροῖν, τὸ τοῦ λόγου, πρὸς τὰς τῶν πενήτων ἢ πεινώντων ἁπαντλῶν γαστέρας, καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δίς, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου ποιούμενος· ἡλικιῶτις γὰρ αὐτῷ καὶ σύντροφος ἄχρι τέλους ἡ ἐλεημοσύνη. Τὰς δὲ τῶν δούλων ἀγέλας οὐκέτι μένειν παρ' ἑαυτῷ ἠξίου, οὐδὲ τῶν ὁμοδούλων ὑπερηφάνως κατ' αὐθεντίαν, ἀλλ' ἐλευθερίας μᾶλλον εὐγενῶς ἠξίου, αὐτάρκεις αὐτοῖς παρέχων καὶ τὰς πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμάς. Τί γὰρ ἐδεῖτο τῆς ἐξ ἀνθρώπων δουλείας ὁ δοῦλον ἑαυτὸν τῷ Κυρίῳ γνήσιον ἀφν σιωσάμενος ; Οὕτω γοῦν περὶ τὰ ὄντα διατεθείς, τῶν προσκαίρων καὶ οἱονεὶ δεσμῶν τινων ἀναθεὶς, κοῦφος ἦν ἀτεχνῶς καὶ εὔζωνος, καὶ τῷ ἑνὶ μὲν χιτῶνι ἑνὶ δὲ τῶν οἰκετῶν ἀρκούμενος. Εἶτα καὶ τὴν Ῥώμην ἀπολιπὼν ὁ Γεννάδας, πρὸς τὴν νέαν ταύτην ἀφικνεῖται Ῥώμην, τὴν τοῦ θείου Κωνσταντίνου, φημι· ἀφ' ἧς μὲν αἰτίας κινηθεὶς πρὸς τοῦτο λέγειν οὐκ ἔχω· πλὴν οὐκ ἀθεεὶ πάντως, οὐδ' ἀλυσιτελῶς τῇ λαμπρᾷ ταύτῃ καὶ βασιλίδι τῶν πόλεων ἐνδεδημηκώς, ᾗ καὶ τὸ ἱερὸν αὐτοῦ ἐναπόκειται σῶμα, θησαυρὸς ἄσυλος, πλοῦτος ἀδάπανος, νοσημάτων πάντων ἀλεξιτήριον.

Δ'. Ὁ γοῦν τὰ πάντα μέγας Σαμψὼν τὴν μεγάλην τήνδε πόλιν καταλαβών, ἐν σμικρᾷ μέν τινι φωλῇ διῆγεν οἰκίᾳ, ἐν δὲ τῷ πλησίον κήδεσθαι πολὺς ἦν· τὴν γὰρ οἰκίαν ταύτην φιλανθρωπίας ὑπόθεσιν καὶ ἰατρεῖον ἅμισθον ποιησάμενος, τοὺς νόσῳ πιεζομένους ξενίζων ἦν καὶ φιλαδέλφως ὑποδεχόμενος, καὶ μὴ μόνον ἐπιμελείας ἀξιῶν πάσης, ὥσπερ οἱ τῆς τέχνης βούλονται νόμοι, ἀλλὰ καὶ τροφῆς κοινωνῶν καὶ στρωμνῆς, ἀκολούθως ταῖς τοῦ Χριστοῦ ἐντολαῖς, καὶ τοῦτο μὲν τὰ τῆς τέχνης, τοῦτο δὲ μᾶλλον καὶ τὰ τῆς χάριτος ἐνδεικνύμενος. Ποῦ γὰρ τέχνης ἔργον δαίμονας ἀπελαύνειν, καὶ παθῶν ἀνιάτων θαυματουργεῖν ἴασιν, ἃ ἐκείνῳ δρᾶσαι, οἷα δὴ καὶ τὸ θελῆσαι ῥᾴδιον καὶ ἁπλῶς ; Ἄλλου μὲν ἄλλο

quam jucundissimo cibo ei diligenter adhærebat et brevi tempore venit ad omnem ejus cognitionem. Verum cum neque medicinam, quæ ars valde conducit humanæ saluti, vir humanissimus neglexisset, sed se etiam ei diligenter dedisset, etsi arte parum admodum ad quæstum sit usus, in pauperibus tamen cessit divinæ gratiæ ministerio, morbos curans immedicabiles, et tanquam gratiæ velamento arte utens propter summam humilitatem.

III. Postquam autem ejus parentes e vita excessissent, non amplius cunctabatur, nec differebat; sed apta usus occasione, utpote quod nullus esset prohibiturus, ea faciebat, quæ sibi videbantur, et breves perituraque divitias commutabat cum æternis, obtemperans voci Dominicæ, jubenti vendere ea quæ quis habet, et præbere eleemosynam[1], et hinc parare crumenas, quæ minime veterascunt. Dabat vero opes non parce, idque nec tenuiter uec guttatim distillans, sed profuse admodum et large, ambabus, ut dicitur, manibus effundens in ventres pauperum, aut esurientium ; idque non semel, aut bis, sed per totam vitam : connata enim cum ipso et connutrita usque ad mortem fuit eleemosyna. Servorum autem greges nolebat amplius apud se manere, neque in servos uti arroganter imperio : sed potius libertate ingenue dignabatur, eis abunde præbens, quod ad victum sufficeret. Quid enim ei opus erat servitute hominum, qui se verum et germanum servum Domino consecraverat?Sic itaque erga facultates affectus, rebusque temporalibus tanquam vinculis exutus, erat revera levis et accinctus, et una quidem tunica, uno autem famulo contentus. Deinde Roma relicta hicvir egregius in hanc novam venit Romam, divini, inquam, Constantini civitatem. Atque quænam quidem eum causa permoverit, nequaquam possum dicere. Sed non sine Dei numine, neque omnino inutiliter versatus in hac regia est civitate, in qua est etiam sacrum ejus corpus repositum, thesaurus sacrosanctus, divitiæ, quæ minime consumuntur, omnium morborum remedium.

IV. Hic ergo omni ex parte magnus Sampson, cum ad hanc pervenisset civitatem, in quadam parva et humili domo habitabat, in proximi cura gerenda assiduus. Nam cum hanc domum benignitatis argumentum, et gratuitam fecisset officinam, eos, qui morbo premebantur, hospitio excipiebat, et fraterne tractabat : nec solum in eos omni utebatur cura et diligentia, ut volunt leges artis, sed et cibum, et cubile eis impertiebat, secundum Christi præcepta, partim quidem artis suæ, partim vero divinæ gratiæ beneficia impertiens. Quid enim? An artis opus est dæmones expellere, et morborum mirabilem efficere curationem? Quæ quidem ei facere, non minus quam

[1] Matth. XIX.

velle, erat facile. Et alteri quidem aliquid aliud, Sampsoni autem hospitalitas et benignitas, et in egentes misericordia, erat adeo propria, ut propemodum ipsi naturalis fieret, sicut soli quidem est illuminare, igni autem urere. Hinc etiam innotuit ei qui tunc erat Christi Pontifex : bonitatis enim splendor et decus eos, qui eam exercent, cito propalat. Is autem erat Menas (2), virtute non obscurus. Ab illo ordinatur sacerdos, triginta jam annos natus, et paulo plus. Deinde et ei innotuit, qui administrabat imperium. Id autem ex eo accidit.

V. Justinianus quidem erat, qui imperabat, cujus et imperii diuturnum fuit tempus (3), et vita illustris. Ei morbus incubuit valde gravis, cum ei male affecta essent pudenda, et vesica gravi laboraret ulcere. Atque ille quidem patiebatur, et laborabat, nec dolores ferre poterat. Ei autem erat circumfusum examen medicorum et circa eum, ut mos est, aderant magno studio disputantes : qui ad promittendum quidem, et ad bona spe implendum sunt valde prompti, ut qui et ejus manum, qui laborat, hinc incitent, et efficiant, ut sit ad dandum alacrior: ut autem promissa deducant ad effectum, et laborantem liberent ab eo quod eum male habet, non solum brevi non possunt efficere, sed neque longa mora et dilatione, neque longi temporis utentes auxilio : sed parati quidem sunt eorum qui laborant, accusare tarditatem, au etiam ad id, quod est deterius, proclivitatem, ut qui vel præceptis non acquiescant, vel cibo et potu non ea, qua par est, cautione utantur : se autem, et ea, quæ ad curandum adhibent, medicamenta minime reprehendunt. Quid ergo imperator? Postquam vidit eos multa quidem dicere, et magna verba loqui, nihil autem conferre ad curationem, imo vero lædere, et majores dolores afferre, ipse agitabatur quidem doloribus, ferre vero non poterat. Atque omnes quidem medicos ex æquo condemnans, ut inutiles, in malam rem abire jussit : ad Deum autem confugit, et ei magno studio adhæret, et illinc quærit auxilium. Nonnunquam enim egestas docet, quid nobis sit utile ; et efficit, ut discamus, undenam verum veniat auxilium : « Auxilium enim meum, inquit, a Domino [2]. »

VI. Cum itaque vehementer petiisset, non tarde consequitur, sed ei in somnis ostenditur multitudo medicorum, qui ordine quidem astabant, honesta vero, et quæ sacerdotibus conveniebat, erant veste induti. Vidit autem quemdam accedentem eunuchum, ex auro quidem contexta veste indutum, Præposito vero amictu similem, qui visus est ostendere unum quemquam ex medicis, quo sit

[2] Psal . cxx, 2.

(2) A Patriarcha Mena non potuisse Sampsonem ordinari sacerdotem dictum est in Comment. præviom. 18.

τι· Σαμψὼν δὲ ἡ ξενοδοχία καὶ φιλανθρωπία καὶ ὁ περὶ τοὺς ἐνδεεῖς οἶκτος τὸ ἰδιαίτατον, ὡς μακροῦ καὶ εἰς φύσεως ἀποβαίνειν ἀναγκαιότητα, οἷον ἡλίῳ μὲν τὸ φωτίζειν, πυρὶ δὲ τὸ καίειν. Ἐντεῦθεν καὶ τῷ τηνικαῦτα ἀρχιερεῖ τοῦ Χριστοῦ δῆλος γίνεται (ἀρετὴ γὰρ πρᾶγμα ἴσα φωτὶ λάμπον, ὅθεν καὶ ταχὺ λίαν ἀνακηρύττει τοὺς μετιόντας). Μῆνας οὗτος ἦν ὁ τὴν ἀρετὴν οὐκ ἄδηλος, καὶ ἱερεύς· ὑπ' ἐκείνου χειροτονεῖται τριάκοντα ἤδη γεγονὼς ἔτη, καὶ μικρόν τι πρός. Εἶτα καὶ τῷ τὴν βασιλείαν διέποντι φανερὸς γίνεται· παρ' αἰτίαν δὲ τοιαύτην.

Ε'. Ἰουστινιανὸς μὲν ἦν ὁ κρατῶν, οὗ καὶ ὁ τῆς ἀρχῆς χρόνος πολὺς, καὶ ὁ βίος ἐπιφανής. Τούτῳ νόσος ἐνσκήπτει μάλα βαρεῖα τῶν αἰδοίων αὐτῷ πονηρῶς ἐχόντων, καὶ τῆς κύστεως ἕλκει χαλεπῷ κακωθείσης. Ὁ μὲν οὖν ἔπασχέ τε καὶ ἔκαμνε καὶ τὰς ὀδύνας φέρειν, οὐ δυνατὸς ἦν· ἰατρῶν δὲ σμῆνος αὐτῷ περιεκέχυτο καὶ περὶ αὐτὸν, ὥσπερ ἔθος, σπουδαιολογούμενοι παρῆσαν, οἱ ἐπαγγείλασθαι μὲν καὶ ἀγαθῶν ἐλπίδων πληρῶσαι κομιδῇ πρόχειροι, ἅτε δὴ καὶ τὴν χεῖρα τοῦ κάμνοντος ἐντεῦθεν ὑποκινοῦντες, καὶ προθυμοτέραν εἰς ἐπιδόσεις εἶναι παρασκευάζοντες· εἰς ἔργον δὲ τὸ ἐπαγγελθὲν ἀγαγεῖν, καὶ τοῦ λυποῦντος ἀπαλλάξαι τὸν πιεζόμενον, οὐ μόνον οὐκ ἐν ὀλίγῳ δυνατοὶ ποιεῖν, ἀλλ' οὐδὲ τριβῇ καὶ μελλήσει πολλάκις, οὐδὲ τὸν μακρὸν χρόνον λαμβάνοντες εἰς βοήθειαν· ἀλλ' ἕτοιμοι μᾶλλον τοὺς πάσχοντας αἰτιᾶσθαι τῆς βραδύτητος, ἢ καὶ τὰς πρὸς τὸ χεῖρον συμβαινούσας περιπετείας, ὡσεὶ μὴ τοῖς παραγγέλμασιν εἴκοντας, ἢ περὶ τὰς βρώσεις ἢ πόσεις ἀφυλάκτως ἔχοντας· ἑαυτοῖς δὲ καὶ οἷς κέχρηνται εἰς θεραπείαν φαρμάκοις, μέμψιν οἱ βέλτιστοι προσάπτουσιν οὐδεμίαν. Τί οὖν ὁ βασιλεύς ; ἐπὶ πολλὰ μὲν αὐτοὺς λέγοντας ἑώρα καὶ μεγαλορρήμονοῦντας, οὐδὲν δὲ πρὸς θεραπείαν ἀνύοντας, ὅτι μὴ καὶ βλάπτοντας καὶ ἀκεσίαν ἅπαντας ἀποδεικνυμένους, αὐτός τε ὀδύναις ἐβάλλετο μὲν, φέρειν δὲ οὐκ ἠδύνατο. ἰατρῶν μὲν ἐπ' ἴσης πάντων τὸ ἀνωφέλητον κατεγνωὺς, οἰμώζειν ἔφασκε· προσφεύγει δὲ μᾶλλον Θεῷ, καὶ αὐτοῦ λίαν ἐμμελῶς περιέχεται, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ζητεῖ βοήθειαν. Ἔστι γὰρ ὅτε δὴ καὶ ἡ ἀπορία διδάσκαλος ἡμῖν τοῦ λυσιτελοῦντος γίνεται, καὶ ὅθεν ἡ ἀψευδὴς ἥκει βοήθεια, μανθάνειν ποιεῖ. « Ἡ γὰρ βοήθειά μου, φησὶ, παρὰ Κυρίου. »

Ϛ'. Θερμῶς τοιγαροῦν αἰτήσας, οὐ βραδέως ἐπιτυγχάνει, ἀλλὰ κατ' ὄναρ αὐτῷ δείκνυται ἰατρῶν πλῆθος στιχηδὸν παριστάμενοι, τὴν μέν τοι στολὴν ἱεροπρεπῶς περικείμενοι· εὐνοῦχον δέ τινα παρελθόντα ἑώρα, χρυσουφῇ μὲν περιβεβλημένον, Πραιποσίτῳ δὲ τὴν ἀναβολὴν ὅμοιον, ὃς καὶ ὑποδεικνύειν αὐτῷ ἐῴκει τῶν ἰατρῶν ἕκαστον, ὅπως ἔχει προσώπου καὶ ἡλικίας καὶ παραστήματος, ἐφ' οἷς ἕνα

(3) Regnavit Justinianus Magnus ab anno Christi 527 ad 565.

ὄντα τὸ πρόσχημα ταπεινόν, τὴν πολιὰν εὐπρεπῆ, A τὴν ἔνδυσιν εὐσταλῆ, γνωρίσαι τε τοῦτον τῷ βασιλεῖ ἐμμελέστερον καὶ οἷος ἐστι πάντων παρασκευάσαι καταμαθεῖν, καὶ ὡς αὐτὸς μόνος, οὐ μέν τοι τῶν ἄλλων οὐδείς, φάναι, δυνατός σοί δοῦναι τοῦ πάθους ἀπαλλαγήν. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὕπνου ἀνείθη ὁ βασιλεύς, ἀληθῆ κρίνας τὸν ὄνειρον (ἐποίει γὰρ πιστεύειν καὶ ταῦτα οἰκονομήσας ἰδεῖν καὶ μέλλων ἐξ ἔργου τὰ ὁραθέντα πιστώσασθαι), χαρᾶς μὲν πληροῦται· μετα καλεῖται δὲ τοὺς ἰατροὺς εὐθέως. Καὶ οἱ μὲν συνῆλθον καὶ εἰς ὄψιν αὐτῷ παρέστησαν ἅπαντες· ὁ δ' ἐπῆει ἕκαστον φιλοπραγμονῶν ἐσχάτως, καὶ βασανίζων οὐχ ἧττον, ἢ τὸν χρυσὸν ἡ Λυδία λίθος, πρόσωπόν τε καὶ σχῆμα καὶ ἡλικίαν κατὰ τὰ ὑποδειχθέντα παράσημα διὰ τῶν ὀνείρων. Ὡς δὲ οὐδὲν τῶν παρόντων ἑώρα τοιόνδε γνώρισμα, λύπῃ καὶ B ἀπορίᾳ συνείχετο, καὶ οἷα δὴ ψυχικώτερος ἔτι καθίστατο τοῦ ἐπαγγελθέντος ἀποτυγχάνων. Ἐντεῦθεν πολλή τε καὶ θερμὴ καὶ ὀξεῖα ζήτησις, ἐπαγγελία τε δωρεῶν καὶ τιμῶν μεγίστων, ἃς ὁ τὸν ἄνδρα τὸν ζητούμενον ἐμφανίσων, ἀκολούθως οἷς εἶδε συμβόλοις ὁ βασιλεύς, ἔμελλεν εὐθὺς λήψεσθαι. Ὁ μὲν οὖν ἐζητεῖτο λίαν ἐκθύμως, καὶ τὸ γνώρισμα ἦν, οὐ κατὰ τοῦ Πέλοπος, ὥσπερ οἶδεν ὁ μῦθος, ἀπὸ τοῦ ὤμου, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ περιόντος τῆς ἀρετῆς καὶ προηγουμένως ἀπὸ τοῦ μετριοπαθοῦς καὶ συνεσταλμένου.

Ζ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἔτι δυσχερὴς ἦν ἡ εὕρεσις (ἐκρύπτετο γὰρ οὐ τὴν μορφὴν μεταβάλλων, οἷα δὴ καὶ τὸν Πρωτέα πλάττουσιν, ἀλλ' οἰκονομίᾳ τινὶ θειοτέρᾳ C τούτου συμβαίνοντος, ἵνα καὶ ἡ βραδεῖα δήλωσις ἔτι μᾶλλον αὐτὸν ἐπιπόθητον καταστήσῃ) ὀψὲ καὶ μόλις τῶν ἰατρῶν τις τῶν βασιλικῶν, τῷ μὲν βασιλεῖ γνώριμος, συνήθης δὲ τῷ Μεγάλῳ, καὶ τὰ ἐκείνου ἄριστα συνειδώς, οὐ τὰ τῆς ἀρετῆς μονον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς χάριτός τε καὶ τῶν θαυμάτων, ἔνθεν αὐτῷ καὶ συμβαλεῖν ῥᾴδιον ἦν, ἐκεῖνον εἶναι τὸν ἰασόμενον, αὐτὸς οὗτος δῆλον εὐθὺς τὸν Μέγαν τῷ βασιλεῖ καθίστησι καὶ χαρᾶς αὐτῷ γίνεται πρόξενος, ὅσης οἱ πάθει σωματικῷ κάμνοντες καὶ ἀπαλλαγῆς ἐφιέμενοι, δυνατοὶ μόνον συνεῖναι. Εὐθὺς μὲν οὖν εἰς ὄψιν ὁ θαυμαστὸς αὐτῷ παρῆκται Σαμψών· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βραχὺ τὸ μέσον ἀκοῆς φημι, καὶ τῆς θέας γενέσθαι παρῆκεν· οὕτως αὐτὸν ἡ τοῦ ἰδεῖν ἰσχυρῶς εἶλεν ἐπιθυμία. Ἰδὼν οὖν ἀνέγνω καλῶς ἀπὸ τῶν νυκτὸς D ὁραθέντων τὰ μεθ' ἡμέραν φαινόμενα, οἷον ὀφθαλμῶν ἡμερότητα, μορφῆς ἱλαρότητα, ἠθῶν εὐκοσμίαν, πώγωνος αὐχμηρίαν, ὀμμάτων κατήφειαν, σύμβολά τε αὐτῷ ἐπιτρέποντα μετριοφροσύνης. Ταῦτα ἐκεῖνος, προσιόντος τοῦ θαυμαστοῦ, θεασάμενος, οὐδὲ καθεκτὸς ἦν ἔτι, ἀλλ' ἀναστὰς ἐξ ἀμέτρου περιχαρείας περιβάλλει τε τὸν εὐτελῆ τὸ φαινόμενον, ὁ τὴν βασιλείαν περίβλεπτος, καὶ φιλεῖ ἄγαν ἡδέως, οὐ στόμα μόνον, ἀλλὰ καὶ κεφαλήν. Ἦ μὴν αὐτὸς εἶ, λέγων, Πάτερ, αὐτὸς εἶ, ὁ κατ' ὄναρ μοι παραδόξως ἐπιφανείς, ἀλλὰ καὶ τὸ πάθός τὸ ἐμὸν ἐπαγγελθεὶς ἰάσασθαι. Οὕτως εἰπὼν, εὐθὺς εἰς τὰ προσωτέρω συνεισῄει τῶν βασιλείων ἐγκρατὴς ὢν

vultu, ætate et habitu; inter quos unum, qui erat specie humilis, canis decorus, vestitu honestus et compositus, diligentius curare, ut notus esset imperatori : et efficere, ut sciret qualis esset in omnibus, et dixisse : Hic solus, et nullus ex aliis, tibi potest dare, ut a morte libereris. Postquam autem a somno fuit excitatus imperator, verum judicans esse somnium (ut crederet enim, effecerat is qui providerat ut videret, et quæ visa fuerant, erat re ipsa confirmaturus), impletur quidem gaudio : accersit autem statim medicos. Et illi quidem convenerunt, et se ei omnes coram stiterunt. Hic vero unumquemque lustrabat, diligentissime perscrutans, et non minus examinans quam aurum lapis Lydius, vultumque et figuram et ætatem, secundum signa, quæ erant ostensa per somnia. Postquam autem nullum vidit tale signum in eis qui aderant, dolore afficiebatur, et perplexo erat animo, multoque factus est avidior, quod nondum esset promissum assecutus. Hinc diligens facta est inquisitio, donorumque et maximorum honorum promissio, quos esset accepturus qui virum ostenderet ex iis indiciis quæ viderat imperator. Hic quidem diligenter quærebatur ; signum autem, quo cognosceretur erat, non quomodo Pelopis (ut narrat fabula) humerus ; sed virtus insignis, et præcipue moderati mores et compositi.

VII. Cum autem esset difficilis inventio (celabatur enim, non formam mutans, ut fingunt proteum, sed quodam divino hoc eveniente consilio, ut tardior ostensio eum redderet magis desiderabilem), vix tandem unus ex medicis imperatoris, notus quidem imperatori, magno autem Sampsoni familiaris, et qui res illius optime noverat, non virtutem solum, sed etiam gratiam et miracula, eum manifestum reddit. Hinc autem illi facile erat conjicere, eum esse qui illum erat curaturus. Hic ergo ipse magnum illum Sampsonem notum reddit imperatori, et ei tantam conciliat lætitiam, quantam ii, qui laborant morbo corporis et ab eo cupiunt liberari, soli possunt intelligere. Atque statim quidem venit admirabilis Sampson : neque enim inter visum et auditum intercessit tempus vel brevissimum : tantum ejus videndi imperatorem ceperat desiderium. Cum vero eum vidisset, ex iis quæ noctu visa fuerant, pulchre recognovit ea quæ cernebantur interdiu, utpote oculorum mansuetudinem, formæ hilaritatem, morum honestatem, barbæ squalorem, aspectus tristitiam, et quæ eum decebant signa moderationis. Hæc cum ille, admirabili accedente Sampsone, esset contemplatus, non potuit amplius contineri, sed surgens præ immoderata lætitia, eum qui specie vilis erat et abjectus, ipse, qui erat insignis imperio, amplectitur, et suaviter admodum osculatur, non os solum, sed etiam caput, dicens : Certe, o Pater, tu es ipse, qui mihi admirabiliter in somnis apparuisti : quin etiam te morbum meum pollicitus es

curaturum. Hæc cum dixisset, statim ingressus est in regiæ penetralia, Sanctum illum manu tenens : neque enim existimabat se magnum quid facere, illam honorans, cujus admirabilem virtutem mox esset experturus.

VIII. Postquam autem ingressus est imperator, et eum habuit secum sedentem, nondum sua erga eum benignitate satiatus, plura adhuc faciebat. Ejus manus capiens, suis imponebat oculis, et eas cum maxima voluptate deosculans, et in eas distillans lacrymas, lætabatur. Morbi enim, qui eum premebat, necessitas efficiebat, ut homo appareret potius quam imperator, et qui humanis flectebatur miseriis, quam qui imperatoria efferebatur magnificentia. Verumenimvero hæc magna imperatoris moderatio et religio, gravem Sancto injecit molestiam, et perinde ac si ei fieret injuria, et in eum nimia exerceretur molestia, non potuit tenere silentium, sed: Ne sic feceris, o imperator, neque tam demisse et abjecte, exclamabat ; nec eo quod te ipse immodice dejicias et deprimas, efficias, ut damner arrogantiæ. In quo enim sum communibus hominibus superior, qui sum miser, et peccatis obnoxius, et opus habeo magna Christi benignitate et clementia ? Verumenimvero hæc tua fidei abundantia et fervor, est futuri a Christo auxilii certus nuntius, qui est Rex regum, et potest omnia facere. Cum hæc dixisset, imposuit manum parti affectæ. Et ea quidem suo fungebatur officio. Ipse autem copia humilitatis volens celare abundantiam gratiæ, quibusdam rebus, quas parti laboranti ex arte imposuit, curationem conabatur ascribere. Sed medicinam, quæ applicabatur, vincebat, quæ celabatur, veritas : et qui in aliis fuerat cognitus rerum effector mirabilium, in hæc quoque fuit cognitus fecisse miraculum. Non multi enim dies præterierunt, et imperator fuit omnino liberatus a morbo, et est integram assecutus sanitatem, repletusque est lætitia et admiratione, illa quidem propter recuperatam valetudinem, hac autem propterea, quod qui eum sanum fecerat, Deo esset familiaritate conjunctus.

IX. Deinde etiam, ut tantæ curationisbeneficio responderet, B. Sampsoni aurum donavit splendide ac magnifice, et quæcunque poterant incitare desiderium ejus, qui secundum carnem vivit. Illi autem tenuiter et frugaliter vivere, erat bonum per se expetendum omnibus quidem divitiis beatius, quavis vero gloria ac dignitate excellentius. Imperatoris certe liberalitatem et munificentiam opportunis et validis recusavit recusationibus : Illa mihi das, dicens, o imperator, quæ lubenter reliqui propter Christum, ut qui multas possiderem pecunias, et multas haberem possessiones. Quomodo ergo ea accipiam, sine quibus vivere aperte comperi utilius esse, et a quibus prudenter discedentem Deo esse conjunctum, dilucide est ostensum ? Quod si pro summa tua benignitate et

A ἐκείνου τῆς τε Ὁσίου χειρὸς, οὐδὲ γὰρ ᾤετο μέγα τί ποιεῖν ἐκείνην τιμῶν, ἧς ἀπολαῦσαι θαυματουργοῦσης ἔμελλεν.

Η'. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰσῆλθεν ἔνδον βασιλεὺς, καὶ συγκαθήμενον αὐτὸν εἶχεν, οὔπω κόρον δεχόμενος τῆς φιλοφροσύνης, ἔτι καὶ πλέον ἐποίει, λαμβάνων αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ὄμμασιν ἐτίθει τοῖς ἑαυτοῦ καὶ καταφιλῶν μεθ' ὅσης εἶποι τις ἡδονῆς, καὶ δάκρυα καταστάζων αὐτῶν ἥδετο· ἡ γὰρ τοῦ πιέζοντος πάθους ἀνάγκη ἄνθρωπον αὐτὸν ἐποίει μᾶλλον ἢ βασιλέα δεικνυσθαι καὶ ἀνθρωπίναις καλυπτόμενον ἀθλιότησιν ἢ μεγαλοπρεπείαις βασιλικαῖς ἐπαιρόμενον. Πλὴν ἀλλ' ἡ πολλὴ αὕτη τοῦ βασιλέως μετριοπάθεια B καὶ τὸ σέβας βαρύτητα καὶ λύπην ἐμβέβληκεν τῷ Ὁσίῳ, καὶ ὥσπερ ἄδικόν τι πάσχων, καὶ εἰς μετριοφροσύνην πλεονεκτούμενος οὐκ ἤνεγκε σιωπᾷν· ἀλλὰ, Μὴ οὕτω ποίει, ὦ βασιλεῦ, μὴ οὕτως ἠρίμα καὶ ταπεινῶς, ὑπεφώνει, μηδὲ τῷ ἀμέτρως ἐθέλειν αὐτὸν ταπεινῶσαι, ἐμοὶ κρῖμα προξενήσας ὑπεροψίας. Τί γὰρ πλέον ἔχω ἐγὼ τῶν κοινῶν ἀνθρώπων, ταλαίπωρος ὢν καὶ ἁμαρτίαις ὑπεύθυνος, καὶ πολλῆς τῆς παρὰ Χριστοῦ χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας ἐπιδεής ; Πλὴν ἀλλὰ τὸ ἄφθονόν σου τοῦτο τῆς πίστως καὶ θερμὸν ἄγγελός σοι γίνεται ἀψευδὴς τῆς ἀπὸ Χριστοῦ βοηθείας, τοῦ Βασιλέως δὴ τῶν βασιλευόντων καὶ πάντα δυναμένου ποιεῖν. Οὕτως εἰπὼν, χεῖρα ἐπετίθει τῷ πάσχοντι μέρει· καὶ ἡ μὲν ἐνήργει τὰ ἑαυτῆς· ὁ δὲ κρύπτειν ἐθέλων ταπεινοφροσύνης περιουσία χάριτος ἀφθονίαν, C ἐπιθέμασί τισι τοῖς ἐκ τέχνης, ἃ τῷ ἀλγοῦντι μέρει ἐπέβαλλεν, ἐπιγράφειν ἐπειρᾶτο τὴν ἴασιν. Ἀλλ' ἐνίκα ἐπιπλαττομένην οὕτω θεραπείαν ἡ ὑποκρυπτομένη ἀλήθεια, καὶ ὁ ἐν πολλοῖς καὶ ἄλλοις θαυματουργὸς γνωρισθεὶς κἂν τούτῳ δὴ θαυματουργῶν ἐγνωρίζετο. Οὐ πολλαὶ παρῆλθον ἡμέραι καὶ ὁ βασιλεὺς ὅλως ἀπηλλάγη τοῦ πάθους καὶ καθαρᾶς ἀπέλαυσεν ὑγιείας, πλήρης τε ἦν εὐφροσύνης καὶ θαύματος, τῆς μὲν διὰ τὴν ἀνάστρωσιν, τοῦ δὲ διὰ τὴν τοῦ ὑγιάσαντος πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν.

Θ'. Ἔπειτα καὶ ὡς ἀμειψόμενος τὸ μέγα τῆς θεραπείας δωρήμασιν ἐπικαίροις, χρυσόν τε ἐδίδου μεγαλοψύχως, καὶ ἄλλα ὅσα δὴ ἐπιθυμίαν οἷδε παρακαλεῖν, τοῦ κατὰ σάρκα ζῶντός φημι· ἐκείνῳ δὲ τὸ λιτῶς οὕτω καὶ ἠμελημένως ζῆν, αὐθαίρετον ἀγαθὸν, παντὸς μὲν πλούτου μακαριώτερον, πάσης δὲ δόξης ἀξιωματικώτερον· ἀμέλει καὶ τὸ τοῦ βασιλέως φιλότιμόν τε καὶ μεγαλόδωρον εὐκαίροις καὶ ἰσχυραῖς διεκρούσατο ἀπολογίαις. Ἐκεῖνά μοι δίδως, ὦ βασιλεῦ, εἰπὼν, ὧν αὐτὸς ἡδέως ἐξέστην διὰ Χριστὸν, πολλὰ μὲν ἐκ κτήμασι, πλεῖστα δὲ καὶ ἐν χρήμασι κεκτημένος. Πῶς οὖν ἐγὼ λήψομαι ταῦτα, ὧν τὸ ζῆσαι χωρὶς φανερῶς εὗρον ὠφελιμώτατον, καὶ ὧν τὸ ἀποστῆναι φρονίμως, Θεῷ οἰκειωθῆναι καθαρῶς ἀποδέδεικται ; Εἰ δὲ βούλει διὰ πολλὴν χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν κεχαρισμένον ἡμῖν τί γίνε-

σθαι, μᾶλλον [θεῷ γινέσθω] καὶ οὕτω δὴ καὶ πρὸς ἡμᾶς τὸ γεγονὸς διαβήσεται. Ἔσται δὲ τοῦτο, εἰ πλησίον τοῦ ἐμοῦ οἰκίσκου, ὃν τε αὐτὸς οἰκῶ, καί τινας τῶν νοσήματι κατόχων εἰσάγων ἐπιμελείας ὡς ἐμὴ δύναμις ἀξιῶ, οἶκον τοῖς νόσῳ κάμνουσιν ἐπιτήδειον αὐτὸς ἐγερεῖς. Τοῦτο γάρ σοι ἀοίδιμον ὄνομα θήσει καὶ προξενήσει μισθὸν ἀναφαίρετον. Ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς, καὶ τὸ αἰτηθὲν ὡς δωρεὰν μᾶλλον ἢ αἴτησιν ἀσμένως προσήκατο. Καὶ παραχρῆμα (καὶ γὰρ ἦν τότε καὶ τὸν θεῖον ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ναὸν κατασκευασόμενος) καὶ αὐτὸν ἐπέταττε συνοικοδομεῖσθαι προθυμία τε ψυχῆς, καὶ οἰκοδομούντων πολυχειρίᾳ, καὶ δαψιλείᾳ παντὸς ἀναλώματος, αὐτοῦ μὲν παρέχοντος φιλοτίμως, κατὰ δὲ τὸ ἀρέσκον τῷ Μεγάλῳ τῆς οἰκοδομίας τελευτουργουμένης. Ἐπεὶ δὲ καὶ ᾠκοδόμητο λίαν φιλοκάλως καὶ μεγαλοπρεπῶς, καὶ ὀνόματος αὐτοῦ ἠξιοῦτο, εὐθὺς ἐκείνῳ τε ἐπιτράπετο, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ θεῖος Σαμψών, ὁ τὴν τοῦ οἴκου προστασίαν πεπιστευμένος.

A humanitate nobis aliqua in re gratificari cupias, id fiat Deo potius, et ita quod factum fuerit, ad nos quoque transibit. Fiet autem hoc, si prope meam domunculam, quam et ipse habito, et aliquos ex iis, qui morbis laborant, eo introducens curo pro viribus, ægrotantibus domum aptam excitaveris. Hoc enim tibi et clarum nomen pariet, et conciliabit mercedem, quæ auferri non poterit. Audivit imperator, et quod petitum fuerat, libenter admisit, tanquam donum potius, quam petitionem. Et statim (tunc enim divinum construebat templum nomine Dei Sophiæ) jussit ut id quoque simul ædificaretur prompto et alacri animi studio, et eorum quæ ædificabant, magna multitudine, et omnium impensarum copia, ipso quidem suppeB ditante liberaliter, ex magni vero Sampsonis sententia effecto ædificio. Postquam autem pulchre et magnifice fuit ædificatum, et ab ejus fuit nomine denominatum, protinus illi fuit permissum. Et ipse erat divinus ille Sampson, cui commissa fuerat domus administratio (4).

Ι'. Προστίθησιν ὁ βασιλεὺς καὶ ἕτερον, βασιλικῆς ἄξιον μεγαλοδωρίας, ἀπόμοιραν οὐκ ὀλίγην, οὐδ' ἐξ ὀλίγης προαιρέσεως τῷ ἁγίῳ τούτῳ οἴκῳ καθιεροῦν, ἐκ προνομῆς δήπου διαιρεθεῖσαν, ἧς ὁ θαυμαστὸς Βελισάριος ἀπὸ τῆς τῶν Ἀσσυρίων γῆς ἐκείνῳ προσαγαγὼν ἦν, λαμπρᾶς τῷ ὄντι καὶ φιλοτίμου. Εἶτα καὶ κτημάτων δωρεαῖς κρατύνει τὸν οἶκον, ἱκανῶς ἐχόντων εἴς τε ἄλλας αὐτοῦ δαπάνας καὶ πρὸς ἰατρῶν σιτηρέσια, καὶ τῶν ἑτέρας ἐπιτεταγμένων αὐτοῦ λειτουργίας. Ἐπὶ πολλοῖς οὖν τοῖς χρόνοις οὕτως ὁ Μακάριος διαρκέσας ἐν ταῖς τῶν καμνόντων ἐπιμελείαις, καὶ πατρικῶς πάντων καὶ λίαν κηδεμονικῶς, προμηθούμενος, ἐπεὶ καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἤδη παραδὺς ἦν, καὶ ἀδυνάτως ἔχον αὐτῷ τὸ σῶμα τὴν τελευτὴν ὠδῖνε, νοσοῦν μὲν ὀλίγα καὶ οἷα προοίμια δείκνυσθαι ταῦτα καὶ ἀφορμὴ θανάτου. Θνήσκει δὲ οὐκ ἀθυμῶν, οὐδὲ βαρυνόμενος, οὐδὲ τὴν μετάθεσιν δυσχεραίνων κατὰ τὰς φιλοσωμάτους ψυχάς τε καὶ φιλοκόσμους, ἀλλὰ πράως καὶ ἱλαρῶς, ἅτε γοῦν δ' ἀκριβῶς ἐπιστάμενος ὑφ' οὗ καλεῖται, καὶ ἐξ οἵας περιφορᾶς εἰς οἵαν κατάστασιν μεταβαίνει, καὶ οἵαι τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν ἀπολαύσεις ἐκδέχονται· ἐκ γὰρ τῶν πόνων τὰς ἀντιδόσεις, ἐκ τῶν σπερμάτων τε ἤδει καὶ τοὺς καρπούς. Ἡ μὲν οὖν ἀξιοθέου ἐκείνου καθαρὰ ψυχὴ πρὸς οὐρανίους οἰκήσεις μεταφοιτᾷ· τὸ δὲ ἱερὸν σῶμα καὶ ἅγιον τῷ

X. Adjicit autem imperator aliud quoque dignum imperatoria munificentia. Non exiguam enim suorum bonorum partem, et non sine egregio proposito, huic ædi sanctæ consecrat, sumptam, scilicet ex prædis, quas admirabilis ille Belisarius ad eum attulerat e terra Assyriorum (5), quæ revera erant præclaræ et opimæ. Deinde domum quoque munit donis possessionum, quæ et ad alios ejus sumptus sufficiebant, et ad alimenC tum medicorum, et eorum, quibus erant alia commissa munera. Cum multos autem annos sic transegisset (6) ille beatus in cura gerenda ægrotorum, de quibus omnibus erat instar patris sollicitus, et jam ad gravem devenisset senectutem, et corpus imbecillum ei mortem parturiret, parum quidem ægrotat, et quod posset ostendi esse procœmium et occasio mortis. Moritur autem non tristis, neque graviter et ægre ferens decessum, ut solent animæ quæ corporis et mundi nimio tenentur amore : sed placide et hilariter, ut qui pulchre sciret a quo vocaretur, et a qua perturbatione ad quam transiret requiem, et quantæ voluptates essent beatam ejus animam excepturæ. Ex laboribus enim remunerationes, et fructus noverat ex seminibus. Atque D Deo quidem digna et munda illius anima ad cœlestem transit habitationem: sacrum vero et san-

(4) Erat hoc xenodochium, ut habet Cangius in Constantinopoli Christiana lib. IV, inter ædem Sophianam et ædem Irenes. Et, ut ibidem ait Cangius, exstat Epistola Innocentii III Pontificis lib. XIII, epist. 17, qua confirmat præceptori et Fratribus hospitalis S. Sampsonis Constantinopolitani donationem cancelli, quod Garelis nuncupatur, factum ab Henrico imperatore CP. Meminit etiam istius xenodochii Jacobus de Vitriaco in *Hist. Occident.*, cap. 29, his verbis : « Quemadmodum sunt hospitalia sancti Spiritus in Romana urbe et S. Sampsonis in Constantinopolitana civitate, et B. Antonii in ipso capite, et B. Mariæ Ronsciovallis in introitu Hispaniæ, et alia quædam Deo grata et pauperibus peregrinis, seu infirmis valde necessaria. »

(5) Transferri id oportet post mortem Sampsonis : vivente etenim Sampsone xenodochium hoc satis misere habebat, ut habetur infra sub finem num. 17 : quamvis, quoad structuram attinet, satis magnificum fuerit, ut dictum est in Commentario prævio num. 15.

(6) Hæc non intelligenda sunt post conditum a Justiniano xenodochium : verum de cura et sollicitudine quam etiam prius ægrotis et pauperibus impenderat : post structum enim xenodochium unum alterumve annum tantum supervixit.

ctum ejus corpus deponitur honorabiliter in maximo templo Mocii martyris (7), utpote quod magnus ille Sampson ex eo diceretur trahere cognationem, non corpore solum, sed multo magis animo et moribus. Quam multis autem clarus fuerit miraculis, qui est in rebus omnibus maxime admirabilis, non in vita solum, sed etiam multo magis post mortem, neque lingua potest dicere, neque auris admittere. Quomodo enim, cujus nec in hodiernum quidem diem constiterunt fluenta miraculorum? Imo vero nec consistent quidem, donec ille idem fuerit, et ejusdem misericordiæ ad intercedendum pro hominibus apud Deum. Pauca ergo, si videtur, ad Dei gloriam, et eorum, qui audiunt, delectationem ac utilitatem ex iis quæ post ejus hinc excessum facta sunt, prosequatur oratio.

A μεγίστῳ ναῷ Μωκίου τοῦ μάρτυρος πανσέπτως ἐγκατατίθεται· ἅτε δὴ καὶ συγγένειαν ἕλκειν ἐκεῖθεν τοῦ Μεγάλου φημιζομένου, καὶ οἰκείως ἔχειν, οὐ κατὰ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ πλέον κατὰ ψυχὴν δηλαδὴ καὶ τοὺς τρόπους. Ὅσοις δὲ τοῖς θαύμασιν ἐδοξάσθη ὁ τὰ πάντα θαυμασιώτατος, οὐ κατὰ τὴν ἐνταῦθα ζωὴν ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ τὸν θάνατον πολλῷ μᾶλλον, οὔτε γλῶττα δυνατὴ λέγειν, οὔτε ἀκοὴ παραδέχεσθαι. Πῶς γάρ, οὐ μηδὲ μέχρι καὶ νῦν οἱ τῶν θαυμάτων ἕστησαν ῥύακες· μᾶλλον δὲ οὐδὲ στήσονται, ἕως ἂν ἐκεῖνος ὁ αὐτὸς ᾖ, καὶ τοῖς αὐτοῖς χρῆται σπλάγχνοις ὑπὲρ ἀνθρώπων πρὸς Θεὸν διαπρεσβευόμενος; Ὀλίγα τοίνυν, εἰ δοκεῖ, πρὸς δόξαν Θεοῦ καὶ τὴν ἀκουόντων ἡδονὴν καὶ ὠφέλειαν, τῶν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν αὐτοῦ μετάθεσιν γενομένων τῷ λόγῳ μεταλη- B πτέον.

CAPUT II

Miracula post mortem.

XI. Et primum quidem sit, quod et multæ linguæ canunt, et libri ferunt, et omnes credunt, quod in populari tumultu, adversus Justinianum, magnum illum et clarissimum imperatorem excitato accidit (8). Illo tempore audacissimorum atque imprimis temerariorum hominum manus, ignem ferentes, præclarissimas et ditissimas ædes aggrediuntur, atque principium incendio dant a maximo templo Dei Sophiæ, quod cum in orbem omnia exedisset, deinde serpens venit usque ad præclaras ædes divini Sampsonis, et tectum arripit celeriter, et fremens ulterius procedit: existimabaturque fore, ut mox tota domus omnino interiret. Quid ergo est postea consecutum? Multæ quidem ex adverso in eo movebantur manus gratæ et piæ, nihil non facientes, nihil non molientes eorum quæ possunt fieri ad ignis cohibendum impetum. Sed malum erat inexpugnabile. et omne superabat auxilium. Vincitur tamen, et eo fuit potentior cura magni Sampsonis. Fuerunt enim, fuerunt, qui tunc digni sunt habiti divinum videre Sampsonem per tectum circumcirca cursitantem, et ignem increpantem, et veluti frementem, et admirabiliter ejus impetum retardantem. Cujus quidem aspectu ignis veluti obstupefactus retrocessit: deinde cum tonitru repente erupisset, copiosa quoque affluxit pluvia, quo factum est, ut ignis exstingueretur, et domus conservaretur illæsa præter tectum (9).

ΙΑ'. Καὶ πρῶτόν γε τοῦτο, ὃ καὶ γλῶτται πολλαὶ ᾄδουσι, καὶ βίβλοι φέρουσι, καὶ πάντες, πιστεύουσι, καὶ ὃ κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου, φημί, καὶ μέγα ἐν βασιλεῦσι λάμψαντος Ἰουστινιανοῦ τοῦ δήμου φορὰν, ἥτις γε κατ' αὐτοῦ συνέστη, γενέσθαι συνέβη· καὶ ὅπως πάντολμοί τινες χεῖρες καὶ φιλοκίνδυνοι, πῦρ ἀνάψασαι, τοῖς λαμπροῖς τῶν οἴκων καὶ πολυχρύσοις, κατὰ τὸ ἐξαίρετον ἐπιτίθενται. Ἄρχεται μὲν οὖν τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ μεγίστου ναοῦ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας, καὶ τὰ κύκλῳ διανεμηθὲν ἅπαντα, εἶτα καὶ μέχρι τοῦ λαμπροῦ τοῦδε οἴκου τοῦ θείου Σαμψὼν ἕρπον ἔρχεται. καὶ τῆς ὀροφῆς ὀξέως ἐπιλαμβάνεται καὶ τὸ προσωτέρω βρέμον ἐπήει, ἐπίδοξόν τε ἦν ὅσον οὔπω, καὶ παντελῶς θέσθαι τῷ οἴκῳ φθοράν. Τί τοίνυν τὸ μετὰ ταῦτα; πολλαὶ μὲν ἀντιστρόφως ταῖς προλαβούσαις ἐκινοῦντο περὶ αὐτὸν χεῖρες φιλοχάριστοι καὶ φιλάνθρωποι, τί μὴ ποιοῦσαι, καὶ τί τῶν γενέσθαι δυναμένων οὐ μηχανώμεναι πρὸς ἐπίσχεσιν τῆς τοῦ πυρὸς ῥύμης· ἀλλὰ τὸ δεινὸν ἄμαχον ἦν, καὶ πάσης ἰσχυρότερον βοηθείας· ἠττᾶται δ' οὖν ὅμως, καὶ κρείττων ἡ τοῦ Μεγάλου πρόστασία γίνεται. Ἦσαν γάρ, ἦσαν, οἱ τὸν θεῖον τότε Σαμψὼν ἠξιοῦντο θεωρεῖν, κύκλῳ τῆς ὀροφῆς περιθέοντα, ἐπιτιμῶντά τε τῷ πυρὶ, καὶ οἱονεὶ ἐμβριμώμενον, καὶ τῆς ὁρμῆς αὐτῷ παραδόξως ἀναχαιτίζοντα, οὗ καὶ τὴν θέαν ἐκεῖνο ὥσπερ καταπλαγὲν, εἰς τοὐπίσω τε ἐχώρει, καὶ ἀνεκόπτετο· ἔπειτα βροντῆς ἀθρόον καταῤῥαγούσης, ὄμβρος, οἷος δαψιλὴς ἐπερρύη, ὡς ἐντεῦθεν, τὸ μὲν πῦρ ἀποσβέσαι, διασωθῆναι δὲ καὶ τὸν οἶκον πλὴν τῆς ὀροφῆς ἀπαθῆ. C D

(7) De S. Mocio martyre actum est die 11 Maii.

(8) Hæc seditio facta est anno v Justiniani, atque excitata est a Victoriatis, ita appellatis, quod pro tessera τὸ Νίκα *Vince*, assumerent. Hanc fuse describunt Procopius *de bello Pers.* lib. I, cap. 24, et *Chronicon Alexandrinum* ad annum v Justiniani, etc.

(9) Hoc miraculum ægre conciliari potest cum eo, quod habet Chronicon præcitatum, asserens, quod in prædicto tumultu populari. Ξενὼν τοῦ Σαμψὼν ὁ μέγας ἐκαύθη, καὶ ὑπώλοντο οἱ ἐν αὐτῷ ἀνακείμενοι ἄῤῥωστοι. Magnum Sampsonis xenodochium conflagravit, et interierunt qui in illo decumbebant infirmi.

ΙΒ'. Προσκείσθω καὶ ἕτερα τῶν θαυμάτων, οὐ τὰ πολλοῖς προτερον γενόμενα χρόνοις, δι' ἀπορίαν καινῶν καὶ προσφάτων (οὐδὲ γὰρ ἐκλείπουσιν ἄχρι καὶ νῦν τῶν ποταμῶν μιμούμενα τοὺς ῥέοντας ἀεννάως), ἀλλὰ τὰ μικρῷ πρόσθεν γεγενημένα, ἵνα καὶ πλέον οὕτω πιστὰ εἴη, τὰ μὲν αὐτοὺς ἐκείνους διηγουμένους ἔχοντα, τοὺς τῶν χαρίτων ἀπονεμένους, γλώττας φιλαλήθεις καὶ τῷ ψεύδει παντάπασιν ἀπεχθανομένας· τὰ δὲ τοὺς γένει προσήκοντας ἢ ὑπηρετήσαντας ἢ ἄλλως ᾠκειωμένους αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς τῶν θαυμάτων πεπειραμένοις. Αὐτίκα γοῦν Θεοδώριτος, ὁ τῷ Σπαθαροκουβικουλαρίων διαπρέπων τάγματι, ᾧ πολλὴ γε ἡ ἀρετὴ μαρτυρεῖται, χρηστότης μετὰ τῆς ἀληθείας, καὶ μετριοπαθὴς ἐπιείκεια· Οὗτος ὑπηρέτης ἦν, καὶ ὑπηρετῶν οἰκειότατος' Λέοντος ἐκείνου φημὶ, ὃν ὁ τῶν Πατρικίων τε καὶ πραιποσίτων εἶχε χορὸς, καὶ ὃς μετῆλθε μὲν τὸν τοῦ Δρουγγαρίου τῶν πλωΐμων, μετῆλθε δὲ καὶ τὴν τοῦ Λογοθέτου τοῦ δρόμου ἀρχὴν, ἐφ' ᾗ καὶ τέθνηκεν οὐ πλέον μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον, ἢ μῆνες τὸ μέγιστον, πέντε. Τοῦτῳ τοιγαροῦν τῷ Θεοδωρίτῳ, καὶ ἕτερος ἦν [Λέων τοὔνομα] τῶν συνυπηρετούντων τῷ περιφανεῖ Λέοντι, ἀλλὰ καὶ οἰκείως ἐχόντων καὶ ἰδιωτῶν τις, πρωτοσπαθάριός τε γὰρ ἦν, καὶ ὡς σύνηθες ὀνομάζειν, ἐπὶ τοῦ Μαγκλαβίου, φίλος τε τῷ Θεοδωρίτῳ ἐς τὰ μάλιστα καὶ συνυπηρέτης ὁμόψυχος. Τούτῳ τοίνυν τῷ Λέοντι ὁ Δρουγγάριος κατά τινα πρόφασιν χαλεπήνας, ἐξ ὅσου τε ἔθετο, καὶ παῤῥησίας αὐτὸν ἀπέστησε τῆς συνήθους, χρόνον οὐχὶ βραχύν. Μάρτυς εἰμὶ καὶ αὐτὸς τῆς πρὸς τὸν Λέοντα χαλεπότητος τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὴν ἀποστροφὴν οἶδα, καὶ τὴν χρονίαν ἀπόστασιν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἠξίουν ὑπὲρ τοῦ Λέοντος, φίλος ὢν καὶ συνήθης τῷ Δρουγγαρίῳ. Ἠνιᾶτο τοίνυν ὁ Λέων μάλα σφοδρῶς καὶ ἀθυμίᾳ συνείχετο, καὶ τὴν λύπην εἶχε, καὶ αὐτῶν ὀστέων ἁπτομένην καὶ μυελῶν, καὶ ἰσχυρῶς τήκουσαν. Ἦν δὲ τὸ λυποῦν οὐ μόνον τοῦ Λέοντος, ἀλλὰ μὲν καὶ Θεοδώριτος τὸν αὐτὸν εἶλκε ζυγὸν τοῦ λόγου, καὶ συνήλγει αὐτῷ καὶ συνέπασχε, νόμοις εἴκων φιλανθρωπίας, ἅτε δὴ φίλος ὢν καὶ συνυπηρέτης, ὥσπερ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν.

ΙΓ'. Ταύτῃ τοίνυν μηδὲ φέρων οὕτω πάσχοντα τὸν Λέοντα καθορᾶν, ἀπετολμα δηλαδὴ καὶ παρεκινδύνευε τοῖς λόγοις τοῖς πρὸς τὸν ἑαυτῶν δεσπότην (σφοδρὰ γὰρ δυσπρόσιτός τε καὶ δυσομίλητος ὁ ἀνὴρ, καὶ μάλιστα ἐν ὑπηρέταις) καὶ ἠξίου περὶ αὐτοῦ τρόπον τὸν ἔμφρονα· Οἴχεται, λέγων, ὁ Λέων οἴχεται· δέος μὴ καὶ δρᾶσαί μέν τι τῶν χαλεπῶν, ὅπερ ἀντικρυς οὐ βουλόμεθα, μηδὲ θανάτου καταστῶμεν

A XII. Adjiciantur alia quoque miracula, non quæ multis ante annis facta sunt, quod desint nova et recentia (non enim in hodiernum usque diem deficiunt, utpote perennes imitantia fluvios), sed ea quæ paulo ante contigerunt, ideoque sunt magis credibilia ; quæque relata fuerunt, tum ab iis ipsis, qui beneficia consecuti sunt, viris veridicis, et omnis mendacii osoribus : tum ab illis, qui aut consanguinei, aut famuli, aut aliter familiares fuerunt iis, in quibus miracula patrata sunt. Adsit igitur Theodoritus, Spatharocubicularius insignis (10), cujus testatissima est virtus, probitas, veracitas, et summa animi moderatio. Is erat famulus, et famulorum familiarissimus, et fidelissimus Leonis illius, qui erat ex ordine patriciorum,
B et præpositorum, quique gessit magistratum Drungarii (11) classiariorum, necnon ratiocinatoris (12) cursus ; in quo diem clausit extremum, non amplius quam menses, ut summum, quinque post obitum illius. Erat Theodorito huic etiam socius ex numero secum famulantium illustri Leoni, et ipse Leo dictus, domino suo charus atque familiaris. Erat enim protospatharius et ut mos est nominare (13), in Manclabio (14). Hic summus erat Theodoriti amicus, et unanimis socius in ministerio. Huic autem Leoni cum aliqua de causa succensuisset Drungarius, eum habuit suspectum, et tempore non parvo eum a consueta removit familiaritate, et ab ea, quam prius habebat, fiducia.
C Sum quoque ego testis Drungarii adversus Leonem indignationis, vidique aversionem ejus et diuturnam separationem. Imo ego quoque rogavi pro Leone, ut qui essem Drungario amicus et familiaris. Valde itaque angebatur Leo, et magna afficiebatur animi ægritudine, dolorque vel ipsa ossa et medullas tangebat, et valde consumebat. Quin etiam Theodoritus idem jugum trahebat, ut dicitur, ejusque movebatur misericordia, gravique dolore afficiebatur, legibus cedens amicitiæ, ut qui esset amicus, et in ministerio socius, ut prius est ostensum.

XIII. Cum itaque ferre non posset, Leonem sic affici, ausus est verbis suum aggredi dominum (neque enim facilis ad eum patebat aditus, et asper erat in sermonis congressione, maxime inter fa-
D mulos) et prudenti inita ratione, pro eo rogavit : Perit, dicens, Leo perit : timendum est, ne sibi grave aliquid faciat, quod quidem certe nolimus, neque simus auctores ejus mortis. Miser enim jam

(10) Spatharii erant, qui custodiæ corporis imperatoris erant deputati, a voce Σπάθα, quæ majorem *gladium* significat, quo illi armabantur. Vide Cangium in Glossario Græco-Barbaro. Spatharocubicularius, qui simul spatharii et cubicularii munere fungebatur.

(11) Drungarius, id est præfectus, a voce Δροῦγγος, quæ *Globum militum* significat. Leunclavius in Onomastico Turcico ita Græcis appellari ait *baculum tribuni*, quem instar sceptri gerit, forte a voce Latina *truncus*, ut ait Cangius ; quem consule in utroque Glossario. Hic Drungarius ad classis præfecturam refertur.

(12) Λογοθέτης τοῦ Δρόμου erat is, qui rationes cursus publici expendebat. Vide Cangium ibidem.

(13) Πρωτοσπαθάριος, Præfectus custodum corporis.

(14) Μαγκλάβιον *Clavam* significat, qua armabantur qui erant imperatoriæ cohortis; hic vero sumitur pro ipsa cohorte imperatoria. Rursum vide Cangium.

extabuit, et est sane consumptus, non ferens tuam aversationem ; et statim amittet etiam animam. Hoc cum non semel, sed sæpe dixisset, assiduitate et opportuna persuasione belle reconciliat Leoni dominum suum ; jubeturque ipsum adducere in conspectum ejus. Ille vero præ nimio gaudio ac festinatione (dum forte debebat per scalas descendere) impeditum alicubi pedem graviter luxat ; jacetque sine voce, immobilis et dolore fractus, ac ægre tandem delatus est ad lectum. Tres dies præterierant, et ipse sic jacebat supinus, mutus, stupefactus, somni et cibi expers, nec aquam quidem admittens, nec omnino se movens, sed veluti lecto affixus, et a re inanima nihil differens. Sanctum tamen etiam tacendo rogans, videt eum stantem ad extremum lecti, tangentem talum pedis affecti, et dicentem : Surge, nihil erit tibi amplius mali. Simul autem atque hoc dixit, simul disparuit, spectante Theodorito, et præ stupore nihil loquente. Postquam vero magnus ille Sampson procul fuit ab oculis, ad se redit Theodoritus, et novo veluti spiritu animatur, sibique restituitur ; oris quoque et linguæ usum recipiens, læta voce glorificabat Deum subsusurrabatque : Sanctus iste est Sampson ; et statim ministrum est allocutus, dicens : Surge, Basili (ita enim is vocabatur), et da mihi vestem, ut me induam : et simul pedem tetigit. Eum autem videns sanum, alteri manum admovit, qui erat illæsus ab initio. Rei enim admirabilitas eum reddebat prope emotæ mentis, et erat tanquam sui oblitus, et dubitans et hæsitanti similis. Nimium enim gaudium et bonum inexspectatum ac præter opinionem eveniens, mentem solet dimovere. Ubi autem comperit ambos esse sanos, alacri statim animo et pedibus tendit ad sepulcrum ejus, qui misero curationem impertierat, et beneficium ei refert acceptum, gratiasque pie agit, ut solet gratus et memor animus.

A αἴτιοι· τέτηκε γὰρ ὁ δυστυχὴς ἤδη καὶ δεδαπάνηται, τὴν ἀποστροφὴν οὐ φέρων τὴν σὴν, καὶ ὅσον οὔπω ἀποβάλλει καὶ τὴν ψυχήν. Τοῦτο οὐχ ἅπαξ εἰρηκὼς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, τῷ συνεχεῖ καὶ εὐκαίρῳ πείθει, καὶ τὴν καταλλαγὴν πρεσβεύει καλῶς τῷ Λέοντι. Εἶτα καὶ εἰς ὄψιν αὐτὸν ἀγαγεῖν κελευσθεὶς, ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἄγαν περιχαρείας (κλίμακα οὕτω συμβὰν κατιὼν) καὶ τῷ τάχει συμποδισθεὶς, διάστροφός τε καὶ ἔξεδρος τὴν τοῦ ποδὸς ἁρμογὴν γίνεται· καὶ εὐθὺς ἄφωνός τε καὶ ἀκίνητος ἦν, ὑπὸ τῆς περιωδυνίας ἀπορράγειᾳ, ἡ κλίνη τε εἶχε τοῦτον, μόγις πρὸς αὐτὴν ἐκκεκομισμένον. Τρεῖς παρῆλθον ἡμέραι, καὶ αὐτὸς οὕτως ἔκειτο ὕπτιος, ἄφωνος ἄϋπνός τε καὶ ἀχανὴς καὶ ἄσιτος, οὐδὲ ὕδατος προσιέμενος οὐδαμῶς, οὐδὲ κινηθεὶς ὅλως· ἀλλ' οἱονεὶ τῇ κλίνῃ προσ- B ηλωμένος καὶ τῆς ἀψύχου διαφέρων οὐδέν. Δεόμενος μέντοι καὶ σιωπῶν τοῦ Ἁγίου, ὁρᾷ τοῦτον παρὰ τοὺς πρόποδας ἑστηκότα τῆς κλίνης, τοῦ ἀστραγάλου τὸν ἐπαφώμενον τοῦ πεπονθότος ποδὸς, καὶ Ἔγειραι, εἰρηκότα, κακὸν γάρ ἐστί σοι τὸ παράπαν οὐδέν· ἅμα τε ἔφη τοῦτο, καὶ ἅμα ἐξῆει, βλεπόντων τοῦ Θεοδωρίτου τῶν ὀφθαλμῶν. τοῦ στόματος μηδὲ φθέγγεσθαι δυναμένου, Ἐπειδὴ καὶ ὁ Μέγας πόρρω τῶν ὀφθαλμῶν ἦν, ἐπάνεισι μὲν εἰς ἑαυτὸν ὁ Θεοδώριτος, καὶ οἱονεὶ ψυχοῦται, καὶ κινουμένῳ παρόμοιος δείκνυται, φωνὴν δὲ καὶ τὸ στόμα ὥσπερ πρότερον εἶχε, δοξάζων τε ἦν τὸν Θεὸν, φωνῇ φαιδροτέρᾳ, ὡς δὲ καὶ ὑποφθεγγόμενος, Ὁ ἅγιός ἐστι Σαμψών. Καὶ αὐτίκα [πρὸς] τὸν ὑπηρετούμενον, Ἀνάστα, ἔφη, Βασίλειε (οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο), καὶ τὸ ἱμάτιόν μοι δὸς ἐπενδύσασθαι. Καὶ ἅμα τοῦ C ποδὸς ἥπτετο, καὶ ὑγιᾶ τοῦτον ὁρῶν, θατέρῳ τὴν χεῖρα προσῆγε τῷ ἐξ ἀρχῆς ἀπαθεῖ· ἐδείκνυ γὰρ αὐτὸν μικροῦ καὶ ἔκφρονα ἡ παραδοξοποιία τοῦ πράγματος. καὶ ὥσπερ ἐκλαθόμενος ἑαυτοῦ, καὶ ἀμφιγνοῶν διέκειτο, καὶ ἀπορουμένῳ ἐοίκει. Ἄλλως τε δὲ καὶ ἡ περιχάρεια καὶ τὸ ἀδόκητον ἀγαθὸν, οἶδεν ἐξιστᾷν οὐ μετρίως. Ὡς οὖν καὶ ἀμφοτέρους ἐρρῶσθαι διέγνω, αὐτίκα πρόθυμος προθύμοις ποσὶ, πρὸς τὸν τοῦ θεραπεύσαντος τάφον, ὁμολογεῖ τε τὴν χάριν, καὶ τὴν εὐχαριστίαν, ὥσπερ οἶδεν εὐγνώμων ψυχὴ, θεοφιλῶς ἀποδίδωσι.

XIV. Huic vero Theodorito accidit, ut Sanctus ille in alio quoque miraculo, quod circa dominum, ejus factum est (quisnam autem is sit, jam ostensum est) inserviret. Sed quomodo id accidit ? Cum Drungarius hic Leo aliquando equitaret, evenit, ut equus illius pedem muro allidens, eum feriret D graviter Male autem se habebat pes, non brevi aliquo tempore, sed multis diebus. Deinde cum sic affectus ostenderetur medicis, eos ad necessariam sectionem et chirurgicam operationem propellebat. Atque erat quidem dies quartus, quo medicis visum fuerat sic facere. Et Nicolaus (erat autem is quoque unus ex iis qui serviebant Drungario, et ejus domum complebant) statuerat ipsi afferre sectionem. Illa vero nocte apparent Teodorito iviri tres, domum Drungarii ingredientes, habitu et amictu Romani. Quibus factus obviam, Quonam itis ? rogavit. Illi autem voce et aspectu placido : Ad dominum tuum accedimus. Ad hæc autem

ΙΔ'. Τῷ Θεοδωρίτῳ δὴ τούτῳ καὶ ἑτέρῳ θαύματι, ὅ περὶ τὸν ἑαυτοῦ πέπρακται κύριον (δῆλος δὲ ἤδη, τίς οὗτός ἐστιν) ἐξεγένετο ὑπουργῆσαι, ἀλλ' ὅπως ἄρα καὶ ἐξεγένετο. Τοῦ Δρουγγαρίου Λέοντος, τοῦ δὲ ἱππαζομένου ποτὲ, συμβαίνει τὸν ἵππον τοίχῳ D προσαρράξαντα τὸν ἐκείνου πόδα πλῆξαι χαλεπῶς. Εἶχε τοιγαροῦν πονηρῶς ὁ ποὺς, οὐ παρ' ὀλίγον, ἀλλ' ἐν ἡμέραις συχναῖς Εἶτα καὶ τοῖς ἰατροῖς οὕτως ἔχων ἐπιδεικνύμενος, πρὸς τομὴν αὐτοὺς ἀναγκαίως παρεκάλει καὶ χειρουργίαν. Ἡ μὲν οὖν ἡμέρα τετράς, ὅτε οὕτω δέδοκται τοῖς ἰατροῖς δρᾷν· καὶ ὁ Νικόλαος (εἷς δὲ καὶ αὐτὸς τούτων ἦν, τῷ Δρουγγαρίῳ τε ὑπηρετούμενος καὶ τὸν αὐτοῦ οἶκον συμπληροῦν) ὡρίζετο ἐπενεγκεῖν αὐτὸς τὴν τομήν. Κατὰ δὲ τὴν νύκτα ἐκείνην, ἐπιφαίνονται τῷ Θεοδωρίτῳ ἄνδρες τρεῖς, τὸν οἶκον εἰσιόντες τοῦ Δρουγγαρίου, τὸ σχῆμα Ῥωμαῖοι καὶ τὴν περιβολήν. Οἷς ὑπαντήσας, Ποῦ δὲ ἡ ἄφιξις ; ἤρετο· Καὶ αὐτοὶ πρεσίᾳ ἅμα φωνῇ, πρᾴῳ δὲ καὶ τῷ βλέμματι, Πρὸς τὸν κύριόν σου

τῶνδε πάριμεν, εἶπον. Πρὸς ταῦτα τῷ Θεοδωρίτῳ λέγειν ἐπῆει· Ἀλλ' ἠγνόηται καὶ ὑμῖν τοῖς κυρίοις, οἷα λύπη τῷ δρουγγαρίῳ τῷγε νῦν ἔχει, καὶ ὡς τήμερον μέλλον τοῖς ἰατροῖς τομὴν τῷ ποδὶ ἐκείνου ἐπενεγκεῖν; Οἱ δέ, Οὔ, φασὶν, ἀλλὰ τοῦτό σοι μὴ παραδεκτέον· ἡμεῖς γὰρ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα τῆς Παρασκευῆς, καὶ αὐτὸν ἐποψόμεθα. Ἑωθεν οὖν τοὺς ἰατροὺς ἔργου ἔχεσθαι βουλομένους, καὶ τῷ ποδὶ ἐπαγαγεῖν τὴν τομήν, εἴργεν ὁ Θεοδώριτος, ἐπιμνησθεὶς αὐτίκα τῆς ὄψεως, κἀκείνοις ὅπως εἶχεν ἐξηγησάμενος, καὶ αὐτοὶ δὲ μαθόντες, καὶ οὐ παροπτέαν εἶναι τὴν ὄψιν εὐσεβῶς κρίναντες, ἐπεῖχον. Ὡς δὲ καὶ ἡ Παρασκευὴ παρῆν (ὦ Χριστὲ, τῶν σῶν μεγαλείων, ὡς θαυμαστὸς εἶ ὁ Θεὸς ἐν τοῖς σοῖς ἁγίοις!) ὁ ποῦς ἦν, οἷος πρὸ τοῦ παθεῖν, ἀκραιφνὴς καὶ ὅλος ὑγιεινότατος, οὐχ ὅπως τομῆς, ἀλλ' οὐδέ τινος ἄλλης ἐπιμελείας δεόμενος.

ΙΕ'. Οὐ ταύτης μόνον οὗτος ὁ περιφανὴς Λέων, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας ἀπέλαυσε τοῦ μεγάλου θαυματουργίας· νόσῳ τῶν βαρυτάτων περισχεθείς, τοῖς τε ἄλλοις τοῦ σώματος μέρεσιν ἀδυνάτοις, τοῖς δὲ γόνασι μᾶλλον ὡς σχεδὸν ἀχρήστοις αὐτοῖς, καὶ μηδὲ ἐνεργοῖς οὖσιν, ἐκέχρητο· ἐν μὲν γὰρ ὁμαλεῖ τόπῳ καὶ πεδιῳ βαδίζειν ἴσως αὐτῷ κατὰ σχολὴν οὐκ ἀδύνατον, κλίμακα δὲ ἀνελθεῖν, ἢ ὁδεῦσαι πρὸς ἄναντα, ἦν τῶν Ἡρακλείων ἄθλων αὐτῷ τὸ ἐγχείρημα. Ἰατρῶν οὖν πάντων καὶ τῶν ἄλλων βοηθειῶν ἐπαγγελλομένων, οὐδὲν πλέον τῶν ἐπαγγελιῶν ἀπέλαυσε καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐνησθῆναι μόναις. Εἶτα τῆς τοῦ Ἁγίου μνήμης ἐπιλαβούσης, φρονεῖ τι θεοσεβέστερον καὶ πρὸς τὸ ὠφελεῖν ἀληθέστερον, τῶν ἄλλων πάντων ὡς ἀνοήτων ὑπεριδὼν τῷ ἐκείνου προσεῖς τάφῳ, ἐν ᾧ γενόμενος πραγματείαις μὲν οὐ χρῆταί τισιν, οὐδὲ πολυημέροις ἄλλως προσεδρίαις, εὐχῇ δὲ μόνῃ τότε καὶ ἀλοιφῇ τοῦ ἐκεῖθεν βλύζοντος μύρου ἐπὶ τοῖς γόνασιν αὐτοῦ τοῖς πεπονηκόσιν· οὗ γενομένου, ἀποβάλλεται μὲν εὐθέως τὰς τῆς νόσου πέδας, ῥώννυται δὲ τοὺς πόδας ῥῶσιν ἐντονωτάτην. Ἔπειτα καὶ ὑγιαίνοντι ὅλῳ σώματι καὶ ἡδομένῃ ψυχῇ πρὸς τὸν οἶκον ἐπάνεισι τὸν οἰκεῖον. Πλὴν ἀλλὰ δεῖξαι βουλομενος, ὅτι μὴ πρὸς ῥᾴθυμον ψυχὴν, περὶ τὰς χάριτας ἡ εὐεργεσία, ἀλλὰ πρὸς εὐγνώμονα μᾶλλον καὶ θεραπευτικὴν, ἐπείπερ ὁ τοῦ θείου τοῦδε Σαμψὼν οἶκος κάμνων ἦν τότε καὶ εἰς γόνυ κλιθείς, ὅσον ἐν χρήμασι καὶ ἀναλώμασι τοῖς εἰς θέον, αἰτεῖται τὸν χρηστὸν Κωνσταντῖνον (ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ τότε κρατῶν) ἐγχειρισθῆναι οἱ τοῦ οἴκου τοῦδε τὴν προστασίαν. Ὁ μὲν οὖν ἐδίδου, ἤδει γὰρ οἷος τὴν ἐπιμέλειαν ὁ ἀνὴρ, αὐτὸς δὲ λαβὼν, οὐκ ἀνίει, καὶ χειρὶ, τὸ τοῦ λόγου, καὶ ποδὶ συμβαλλόμενος, καὶ πᾶσαν εἰσάγων ἐκεῖ τὴν σπουδὴν, ἕως ἀνέστησέ τε καὶ ἀρκούντως ἔχειν καθ' ἑαυτὸν παρεσκεύασεν.

Theodorito venit in mentem, ut diceret: Sed vos, o domini, latet, quanto in præsentia dolore laboret Drungarius, et quod sint hodie medici illius pedi sectionem adhibituri? Illi autem: Nequaquam, inquiunt: et tu id ne credideris. Nos enim ad ipsum venturi sumus in Parasceve, et malum ejus inspecturi. Mane ergo medicos jam volentes manum admovere operi, et pedi inferre sectionem, prohibuit Theodoritus, statim recordatus visionis, et eis narrans quemadmodum ea se habuisset. Quam cum ipsi intellexissent, et visionem non esse despiciendam pie judicavissent, abstinuerunt. Cum vero jam adesset Parasceve (o tua, Christe, magnalia! « Quam admirabilis Deus in sanctis tuis[3]! ») pes erat qualis antequam læderetur, purus, et totus sanus, non modo nulla sectione, sed nec ulla alia indigens curatione.

XV. Non hoc solum insignis hic Leo, sed aliud quoque a magno Sampsone est consecutus miraculum. Morbo enim gravissimo laborans, alias quidem corporis sui partes habebat plane impeditas; genua vero propemodum inutilia, et quæ suo officio minime fungi poterant. In loco enim plano et æquali utcunque fortassis ingredi poterat: scalas autem ascendere, aut per locum acclivem incedere, erat ipsi labor Herculeo major. Ex medicis vero omnibus, et cæteris qui aliquam ei opem ferre pollicebantur, nihil præter promissa et spem bonam est assecutus. Deinde cum eum subiisset memoria Sancti, agitat animo aliquid magis pium, et magis aptum ad medelam. Aliis omnibus despectis, tanquam inutilibus, accedit ad illius sepulcrum. Ad quod cum venisset, non utitur quidem aliquibus negotiosis vacationibus, neque multas alioqui dies illic assidet, sed sola precatione et unctione unguenti, quod illinc scaturit, utitur liniens genua male habentia. Quod cum factum esset, continuo morbi incommodis liberatus, pedibusque novo robore firmiter confirmatus fuit: et mox toto sanus corpore, et lætus animo domum revertitur. Verum enimvero cum vellet ostendere, non in ignavum hominem, et beneficii accepti immemorem, id fuisse collatum, sed in virum gratum et pium; quoniam divini hujus Sampsonis domus tunc male sarta tectaque ruinam minabatur, oblatis pecuniis ac sumptibus opportunis, quod attinebat ad pecunias et sumptus opportunos, petit a bono Constantino (15) (ille enim tunc obtinebat imperium) ut cura illam restaurandi sibi demandaretur. Atque ille quidem dedit. Sciebat enim quanta esset viri industria et diligentia. Ipse autem cum accepisset, non remittebat, sed omnem rudentem apte movebat, et manibus, ut dicitur, pedibusque confundebat, et omne ad id studium adhibebat, donec eam restituit, et quantum in se fuit, effecit, ut sanus bene se haberet.

[3] Psal. LXVII, 36.

(15) In Ecgrapho Græco scriptum erat Ἰῶ, pro quo Constantinum posui, scilicet Porphyrogenitum, qui ab anno 912 usque ad 60 tenuit imperium. Vide Comment. Prævium. num. 12.

XVI. Nec hoc quoque prætermittendum, quod eumdem habet, qui passus est, et eumdem, qui curavit. Nam qui passus quidem est, fuit insignis Leo : Sampson autem divinus, qui curavit. Hyelos (16) est unus morbus ex iis qui corrumpunt oculos hominum. Qui cum in illius canthum incubuisset, eum valde premebat. Eum cum aliquis exsecuisset medicus, lædebat potius, quam juvabat : in hoc solo excusandus, quod non sua sponte damnum attulit. Fit enim sectio maxima, et valde periculosa, quam ipsam quoque divinus curat Sampson, dum illius unguento ungitur frequentius, quodam admodum parvo relicto foramine, idque dedita opera, et propter utilitatem. Nam per ipsum humor quidam facile effluens, et oculo et capiti multum profuit.

XVII Adjiciatur aliis magni Sampsonis miraculis miraculum quoque Genesii. Nam præter terrorem, habet etiam in se jucunditatem, et est auditu dignissimum. Hic ergo Genesius erat quidem unus ex clero ; fuit autem multos annos minister xenodochii ; non minus enim, quam triginta annorum fuit ejus ministerium. Erat autem in eo admodum socors et negligens. Una itaque nocte accedens Sanctus, multas ei plagas inflixit, dicens : Cur non ea præbes, quibus egent infirmi ? et cur negligenter versaris in hoc tuo ministerio ? Hæc autem non in somnis, neque per nudam solum visionem facta, sed opere ipso mox manifestata fuerunt. Mane enim mutum quidem erat os Genesio, livor autem et tibices manifesti in corpore, non minus, quam lingua, quod factum fuerat, significabant. Cum itaque quidnam sibi accidisset, rogatus explicare non posset, ei datur charta, in qua scripsit, quomodo se habuissent ea quæ facta fuerant. Tres interim dies præterierunt, et ille quidem adhuc erat elinguis. Cum hæc autem jam audiisset Drungarius, non amplius contineri poterat, sed ad sacram domum statim accedit, cupiens per interrogationem et responsionem audire apertius, ea quæ facta fuerant : sed modum non inveniens propter vincula, quibus adhuc erat astricta lingua ægrotantis, rem committit precibus : Sancte Dei, dicens, scis, scis quanta mea sit in te fides, et quam fuerim in tuo ministerio diligens, concede, ut Genesius sua ipse lingua, quæ passus est, enuntiet. Cum ille sic esset precaturus, non fuit fraudatus sua petitione ; sed ab ipso rogatus Genesius, primum quidem balbutiebat, exiliterque et intercise loquebatur, et ea dicebat, quæ minus intelligi poterant Lingua autem ei paulatim relaxata, omnia explicat, adjiciens etiam aliquid de domo magni Sampsonis, propter illam enim indignatio præcipue orta erat : quæ quidem domus, dum vir sanctus adhuc vivebat inter homines superstes, nullius pretii (17) erat, et contemnebatur ;

(16) Ὑελοπὴ, inquit Cangius in Glossario Græco barbaro, est vitium in accipitribus, cum scilicet oculos quasi vitreos habent. Idem videtur significare Ὑελώψ.

(17) Non adeo scilicet xenodochio Sampsonis (dum hic viveret) prospectum erat de reditibus e

Ις'. Οὐδὲ τοῦτο παραλιπεῖν ἄξιον, ὃ καὶ τὸν ἰασάμενον καὶ τὸν αὐτὸν ἐπὶ ἄμφω ἰαθέντα σημαίνει· ὁ μὲν γὰρ ἦν ὁ περιφανὴς Λέων, Σαμψὼν δὲ ὁ θεῖος ὁ ἰασάμενος. Ὑέλωψ τὸ πάθος ἔν ἐστι καὶ τοῦτο τῶν ὀφθαλμοὺς ἀνθρώπων ἐπισαινόντων, ὃ, καὶ τῷ ἐκείνου κανθῷ ἐπισκῆψαν, ἐπίεζεν ἰσχυρῶς. Τοῦτο ἰατρῶν τις ἐκκόψας, βλάπτων ὑπῆρχε μᾶλλον ἢ ὠφελῶν, καὶ τούτῳ μόνῳ δηλαδὴ μὴ πονηρευόμενος, ὅτι μὴ ἑκὼν ἐπῆγε τὴν βλάβην· μεγίστη γὰρ ἡ τομὴ γίνεται καὶ ἄκρως ἐπισφαλὴς, ἣν καὶ αὐτὴν ὁ θεῖος ἰᾶται Σαμψὼν, τῷ ἐκείνου θαμινώτερον ἐπιχριομένην, μικρᾶς τινος ἄγαν ὑπολειφθείσης ὀπῆς, καὶ αὐτῆς κατὰ πρόνοιαν δηλαδὴ καὶ τοῦ ὠφελεῖν ἕνεκεν· διὰ τῆς αὐτῆς γὰρ ἰκμάς τις εὐχερῶς ἀπορρέουσα, τὰ μεθ' ὅλα τῷ τε ὀφθαλμῷ καὶ τῇ κεφαλῇ συνέτεινε.

ΙΖ'. Προσθήτω καὶ τὸ τοῦ Γενεσίου τοῖς ἄλλοις τοῦ Μεγάλου θαύμασιον· ἔχει γὰρ μετὰ τοῦ φοβεροῦ καὶ τὸ χαρίεν, καὶ ἔστιν ἐπιεικῶς ἀξιάκουστον. Ὁ τοίνυν Γενέσιος οὗτος ἦν μὲν εἷς τῶν τοῦ κλήρου, ἦν δὲ καὶ ὑπουργῶν περὶ τὰς τοῦ ξενῶνος τοῦδε λειτουργίας, ἔτη συχνά· καὶ γὰρ οὐκ ἐλάττων ἢ χρόνοι τριάκοντα ἡ ὑπηρεσία. Ἐτύγχανε δὲ ὢν ἀμελὴς περὶ αὐτὴν καὶ ἀτέχνως ῥᾴθυμος. Ταύτῃ τοι καὶ μιᾷ τῶν νυκτῶν, ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ Ἅγιος, πληγὰς ἐντείνει πολλὰς, Διὰ τί μὴ, λέγων, παρέχεις ὧν χρείαν οἱ κάμνοντες ἔχουσι, καὶ διὰ τί περὶ ταύτην σου τὴν διακονίαν ὀλιγώρως ἔχεις ; Ταῦτα δὲ οὐκ ὄναρ οὐδὲ μέχρι καὶ ψιλῆς φαντασίας ἔτυχεν εἰργασμένα, ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν ἄντικρυς τῶν ἔργων καὶ ἡ ὑποδειξις φανερά· ἔωθεν γὰρ ἄφωνον μὲν ἦν τῷ Γενεσίῳ τὸ στόμα, μελανίαι δὲ καὶ πελιδνώσεις περὶ τὸ σῶμα διαφανεῖς, γλώττης οὐκ ἔλαττον ἀπαγέλλουσαι τὰ πραχθέντα. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἐρωτώμενος ὁ πεπόνθοι, διασαφῆσαι ἀδύνατος ἦν, χάρτης αὐτῷ δίδοται, καὶ τούτῳ, ὅπως εἶχεν, ἐντίθησι τὰ γεγενημένα. Τρεῖς τὸ μεταξὺ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ὁ μὲν ἄγλωττος· τῷ δὲ δρουγγαρίῳ τῶν πεπραγμένων ἀκουστῶν ἤδη γενομένων, οἷος ἐκεῖνος οὐδὲ καθεκτὸς ἦν ἔτι, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἱερὸν οἶκον τὸ παραυτίκα γίνεται. Καὶ δι' ψῶν μὲν διὰ πεύσεως καὶ ἀποκρίσεων ἀκοῦσαι τρανέστερον τὰ γεγενημένα· ἀπορῶν δὲ διὰ τὰς ἐγκειμένας ἔτι πέδας τῇ γλώσσῃ τοῦ πεπονθότος, εὐχὴν τὸ τοῦ πράγματος ἐπιτρέπει· Ἅγιε τοῦ Θεοῦ, λέγων, εἴ μου σύνοιδας τὴν πίστιν ὅση πρὸς σὲ, καὶ ὅπως ἐμμελέστατος ἐγὼ περὶ τὴν λειτουργίαν, δὸς αὐτῇ γλώττῃ μοι τὸν Γενέσιον ὁ πέπονθεν ἀπαγγεῖλαι. Οὕτως ἐκεῖνος εὐξάμενος, οὐ διήμαρτε τῆς αἰτήσεως, ἀλλ' ἐρωτώμενος ὑπ' αὐτοῦ ὁ Γενέσιος, πρῶτα μὲν ὑποβαταρίζων ἦν, ἀμυδρῶς τε καὶ διακεκομμένως ὑποφθεγγόμενος καὶ ἧττον συνετὰ λέγων· κατ' ὀλίγον δὲ ἀνεθείσης αὐτῷ τῆς γλώττης πάντα διασαφεῖ, προσθεὶς καὶ τὰ περὶ τῆς Μεγάλου οἰκίας. Δι' ἐκείνην γὰρ καὶ μᾶλλον ἡ ἀγανάκτησις, ἥτις ζῶντι μὲν τῷ Ἁγίῳ, καὶ ἔτι περιόντι τῷ βίῳ, φαύλως εἶχε καὶ ἱκανῶς ἐξουδενοῦντο· μεταστάντος δὲ πρὸς

Θεὸν, καὶ ἤδη φανεροῦ γενομένου τὴν ἁγιότητα, ἔδει A
πάντως αὐτὴν καὶ τιμῆς ἀξιοῦσθαι, καὶ ὡς ἐκείνου
οἰκίαν λογίζεσθαι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν εὐσεβῶς τε καὶ
φιλοθέως· εἰς γὰρ ναὸν μεταβέβληται, καὶ ἁγιστείας
ἀξιοῦται τῆς προσηκούσης.

post mortem vero ejus et manifestatam sanctimoniam, debebat omni veneratione honorari ac veluti ipsius domus reputari. Quod quidem factum est pie et religiose : mutata enim est in templum, et assecuta est eam, quam par est, venerationem.

ΙΗ'. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ πρὸς τὸν Εὐστράτιον θαῦμα, ὃς
τοῦ καταλόγου μὲν τῶν προσπαθαρίων ἐστὶ (ἔτι δὲ
ζῶν καὶ περιὼν δείκνυται), μικρὸν οἷον καὶ τὸ τυχὸν
καὶ οὐδὲ μνήμης ἄξιον. Ἤγετο μὲν γὰρ ἐκεῖνος
ὀφθαλμῶν δὴ καὶ ἕτερον, καὶ λίαν σφοδρῶς· φίλος
δὲ ἦν αὐτῷ καὶ συνήθης ὁ πρωτοσπαθάριος Λέων,
ὃν καὶ ὑπηρετεῖσθαι τῷ δρουγγαρίῳ φθάσαντες
ἐδηλώσαμεν, ὃς καὶ τὴν τοῦ ξενῶνος προστασίαν
ἐπιτετραμμένος ἦν ἐξ ἐκείνου, ὀδύναις οὕτω βαλλόμε-
νον ταῖς ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιδρῶν· Εἰ ποιήσεις, ἔφη, B
φίλε Εὐστράτιε, ὅπερ ἐγώ σοι ὑπόθωμαι, οὐδὲν ἕξεις
τὸ κωλῦον, ἔχων τὸν ὀφθαλμὸν ὑγιᾶ. Ἐρομένου δὲ
τοῦ Εὐστρατίου. Τί ποτε ἐστιν ὃ ποιήσω ; Ἐλαίου
δεῖται ὁ ξενών, ἔφη, καὶ εἰ παρέξεις τὸ πρὸς τὴν
χρείαν, ἀναμφιλέκτως ὑγιανεῖς· ὅμως, εἰ βούλει,
καὶ ἐγγράφους σοι τούτου παρέξω τὰς πίστεις. Οὕ-
τως ἔφη, καὶ οἱ λόγοι οὐ μέχρι καὶ λόγων ἔστησαν,
ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς ἔργον ἐξέβαινον· ἐπιθαρσήσας τῇ
τοῦ Μεγάλου δυνάμει, καὶ οἷς ἑώρα ὑπ' αὐτοῦ θαυ-
ματουργουμένοις ὁ Λέων πιστοῖ τὸν Εὐστράτιον διὰ
γραφῆς, οὕτως ἐχούσης· Ἐγὼ Λέων πεποιθὼς ἐπὶ
τῇ τοῦ Ἁγίου δυνάμει, καὶ ᾗ πρὸς αὐτὸν ἐμβεβαιώ-
μαι πίστει, ἐγγυῶμαί σοι τῷ Εὐστρατίῳ, παρέχοντι
γάρ σοι τό γε πρὸς τὴν χρείαν τοῦ οἴκου ἔλαιον, παρ-
ἕξει σοι καὶ ὁ Μέγας τὸν ἐκ Θεοῦ ἔλεον καὶ τὸν C
ὀφθαλμὸν ἀλγήσεις οὐκέτι. Ὁ μὲν οὖν Ἅγιος ἔφθανε
τὰ παρ' ἑαυτοῦ, ποιῶν τὴν ἐκείνου δόσιν, καὶ ἀπαθῆ
καὶ ἀνάλγητον εἶχε τὸν ὀφθαλμὸν ὁ Εὐστράτιος.
Ἐκεῖνος δέ, κατὰ τὸ ᾀδόμενον, ἅμ' ἠλέητο, καὶ τέ-
θνηκεν ἡ χάρις· ὠλιγώρησε γὰρ ὧν ἐπηγγείλατο,
μετὰ τὸ τυχεῖν ὧν ἐβούλετο λίαν ἀναξίως καὶ σφαλε-
ρῶς, χορτὸς τε ἐλαίου τοῦ πρὸς τὸν ἱερὸν οἶκον
οὐδὲ βραχέως ἦν. Ἀλλ' ὁ Μέγας νυκτὸς ἐκείνῳ ἐπι-
φανεὶς (δεῖ δὲ χρήσασθαι τοῖς αὐτοῦ λογοις), Ἐμοὶ,
ἔφη, ἐμπαίζεις ; Φρενοῖ τὸν Εὐστράτιον ἡ ἀληθὴς
αὕτη ὄψις, καὶ δέους αὐτὸν ἐμπίπλησιν· ἅμα γὰρ
ῳῇ τὸ ἔλαιον ἅπαν πρὸς τὸν Λέοντα ἐπιπέμψας,
Ἀπέτισά σοι, φησὶν, ἤδη τὸ χρέος· αὐτὸς δέ μοι ἐξ-
ὕλου τὸν Ἅγιον, οὐδὲ γὰρ δυνατὸς ἐγὼ φέρειν τὰς παρ'
αὐτοῦ ἀπειλάς. D

XVIII. Sed neque quod in Eustratium factum est miraculum, qui est in protospatharium quidem relatus numerum (est autem adhuc vivus et superstes) parvum est et vulgare, et indignum commemoratu. Nam ei quidem valde dolebat alter ex oculis. Cum ei autem esset amicus, et familiaris Leo protospatharius, quem prius diximus ministrasse Drungario, cui etiam fuerat ab illo commissa cura xenodochii, et vidisset eum affici tanto dolore oculi : Si feceris, inquit, o amice Eustrati, id quod ego tibi suggessero nihil, habebis, quod prohibeat, quod minus sanum habeas oculum. Cum vero rogasset Eustratius, dicens : Quidnam est, quod sum facturus? Oleo, inquit, opus est xenodochio : quod si præbueris, convalesces citra ullam dubitationem : et, si ita velis, id ego mandabo litteris ; quod tibi polliceor. Sic ait, et verba non in solis verbis constiterunt, sed etiam processerunt ad opus. Magni enim Sampsonis virtute fretus, et iis, quæ ab eo vidit fieri, miraculis, Eustratio fidem facit per scripturam, quæ sic habebat : Ego Leo fretus virtute sancti Sampsonis, et fide, qua sum in eum confirmatus, spondeo ac fide jubeo tibi Eustratio, quod præbenti tibi ad usum ejus domus oleum, præbebit quoque magnus Sampson a Deo misericordiam, neque tibi amplius dolebit oculus. Atque Sanctus quidem prævenit illius donationem, illæsumque et omnis doloris expertem oculum habuit Eustratius. Ille autem simul (ut vulgo dicitur) et misericordiam est assecutus, et memoria ejus illi mortua est. Contempsit enim quæ erat pollicitus, postquam, quæ voluit, est consecutus, indigne admodum et periculose ; et sanctæ domui ne nimium quidem præbuit oleum. Sed cum Magnus illi noctu apparuisset (oportet autem uti ejus verbis) : Me, inquit, habes ludibrio? Efficit vero hæc visio, ut ad se redeat Eustratius, timore correptus. Nam cum diluculo totum oleum misset ad Leonem : Jam, inquit, exsolvi tibi debitum : tu autem placa mihi Sanctum. Neque enim possum ferre ejus minas.

Ιθ'. Τὸ δὲ περὶ τὸν πρωτοσπαθάριον Βάρδαν γε-
γονὸς μικροῦ καὶ πίστεώς ἐστι κρεῖττον, ὃς ἐτύγ-
χανε μὲν ἀδελφὸς ὢν Ἰωάννου, φημὶ, τοῦ πατρι-
κίου, τοῦ ἐκ Μακεδόνων τὸ γένος ἕλκοντος· σφόδρα
δὲ οὗτος Ῥωμανῷ βασιλεῖ τῷ ἐπιεικεῖ τε καὶ χρη-
στῷ προσῳκειοῦτο, ὃν καὶ ἴσασι πάντες υἱὸν Κων-
σταντίνου γενέσθαι, τοῦ, τὰ πάντα συνελόντα εἰπών,
βασιλικωτάτου. Τούτῳ τοιγαροῦν τῷ Βάρδᾳ πάθος

XIX. Quod autem in protospatharium Bardam factum est, fidem prope superat. Erat hic frater Joannis patricii, qui ducebat genus ex Macedonia, et magna ei intercesserat familiaritas cum Romano imperatore, benigno et clemente, quem sciunt omnes fuisse filium Constantini (18) : qui (ut omnia semel dicam) fuit imperator egregius. Huic ergo Bardæ morbus incumbit in latus isque longe

censibus, quamvis structura satis esset magnificum.

(18) Romanus imperator, Constantini Porphyrogenitis filius, regnavit ab anno 960 ad 61.

gravissimus (eum morbum medici vocant carbunculum) (19) qui totum fere latus comprehendebat, et quinque habebat foramina, laboranti vero afferebat dolores intolerabiles. Etenim neque hic mali constitit acerbitas, sed etiam usque ad mamillam ex latere dimanavit, aut etiam propagatum est quoddam aliud tuber acerbissimum, quod eam maxime tumefecit, ex quo crevit morbus, itaque invaluit; ut videretur etiam medicis superari non posse, ipsique omnem spem longioris vitæ abjicerent. Cum autem Sancti appropinquaret festivitas, medici omnes, et qui vocantur Chartularii (20), et quicunque die sequenti erant, ut mos est eis, venturi in templum præclari martyris Mocii, et solitas peracturi precationes vespere, eo relicto, plane animum despondente, et omni bona spe vacuo, recesserunt. Ipse autem mane quemdam accersit ex chartulariis, Michaelem nomine, ostiarium, qui hæc mihi narravit. Xenodochio vero tunc præerat Bardas, qui ipse morbo laborabat: ad quem cum venisset ostiarius ille, vidissetque stantem erectum, mundis indutum vestibus et sanum, impletur admiratione. Putans autem eum decipere, et esse remotæ mentis : Hei mihi! inquit, quid tibi accidit? Sed tu, respondit Bardas, cur omittens Deo, quam par est, dare gloriam, fles potius et vociferaris, perinde ac si lugeres? Michael autem eo quod præter spem acciderat, spectaculo magis obstupefactus, diligenter eum interrogabat, et ardebat discere quod factum fuerat. Ille vero clara et elata voce statim cœpit dicere : Res enim ejusmodi est nimia exsultatio.

νόμενον. Ὁ δὲ λέγειν εὐθὺς ἤρξατο λαμπροτέρᾳ χάρειᾳ.

XX. Postquam inquit, me ita affectum relinquentes, domo recessistis, ego a morbi doloribus agitatus, et quod nulla relicta esset spes vitæ, victus ægritudine et maxime, quod non mihi liceret cum aliis venire ad Sancti sepulcrum, et cum ipsis celebrare festivitatem ejus, totam noctem transegi insomnis. Sic autem jacens, video quemdam senem, egressum a templo domus meæ (videbatur vero esse monachus) procedere usque dum venisset in medium hujus domus; qui me despiciens : Tibi dico, inquit, surge. Cumque ego responderem : Quomodo hoc mihi imperas? Non enim possum. Ille bis et ter eadem repetiit. Tandem autem : Ego tibi dico, inquit, surge, et ad sancti Sampsonis sepulcrum vade quam primum. Cum hoc dixisset, ego statim me parum e lecto, exilui, et illum vidi rursus reversum in templum, ex quo mihi visus fuerat egressus, et tandem omnino sublatus est ex oculis. Tunc vero plane surrexi, et visus sum liberatum esse ab omni dolore : et mamillæ tumore ambabus astringens manibus, sensi spiritum quemdam retro

(19) Ἄνθραξ, *Carbunculus*, est ulcus crustosum a sanguine, in atram bilem converso et infervescente excitatum.

A τῇ πλευρᾷ ἐπισκήπτει, παντάπασι χαλεπὸν (ἄνθρακα τὸ πάθος ἰατρῶν παῖδες κατονομάζουσιν), ὃ καὶ ἅπασαν αὐτοῦ τὴν πλευρὰν μικροῦ περιέσχε, καὶ εἰς πέντε μὲν ὀπὰς διετέτρητο, ὀδύνας δὲ ἀφορήτους ἐδίδου τῷ πάσχοντι· καὶ γὰρ οὐ μέχρις ἐκείνου τὸ τῆς κακίας πικρὸν ἔστη· ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς τὸν μαστὸν ἐκ τῆς πλευρᾶς διεδόθη, ἡ καὶ ἑτέρα τις ἀνεδόθη πικροτάτη παραφυάς, καὶ μέγαν αὐτὸν καὶ ἐξωδηκοτα διέθηκε· καὶ τὸ πάθος ηὔξετο καὶ ἰσχυρὸν ἦν, ὡς καὶ τοῖς ἰατροῖς κρεῖττον ἰάσεως εἶναι δόξαι, καὶ τὰς τῆς ζωῆς αὐτῷ ἐλπίδας ἀπαγορεῦσαι. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τοῦ Ἁγίου μνήμη ἐγγίζουσα ἦν, ἰατροὶ πάντες, καὶ οἱ οὕτω καλούμενοι χαρτουλάριοι, καὶ ὅσοι ἕτεροι ἔμελλον εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, ὥσπερ εἰθισμένον αὐτοῖς, εἰς τὸν τοῦ λαμπροῦ μάρτυρος Μω-
B κίου ναὸν ἀφικέσθαι, καὶ τὴν συνήθη λιτὴν ἐκτελέσαι· τήνδε τὴν ἑσπέραν ἀπολιπόντες αὐτὸν ἤδη ἀπειρημένον, καὶ ἀγαθῶν ἐλπίδων ἔρημον, ἀπιόντες ᾤχοντο, Ἕωθεν δὲ οὗτος μεταπαλεῖταί τινά τῶν χαρτουλαρίων (ὁ ὀστιάριος Μιχαὴλ οὗτος ἦν), ὃς καὶ ταῦτά μοι διηγήσατο· ξενοδόχος δὲ τηνικαῦτα ὁ Βάρδας, ὁ τῷ πάθει τούτῳ κατειλημμένος, ἐτύγχανεν ὤν. Ἐπεὶ οὖν οὗτος ἀφίκετο πρὸς αὐτὸν, ἑστηκότα ὁρᾷ, καθαρά τε ἱματισμένον, καὶ ὑγιεινῶς διακείμενον· οὕτως ἰδὼν ἔχοντα, πληροῦται μὲν θάμβους, παραφρονεῖν δὲ αὐτὸν οἰομενος καὶ ἐξεστηκέναι,
C Οὐαί μοι, φησὶ, τί σοι γέγονεν ; Καὶ ὅς· Ἀλλὰ σύ γε ἀπολιπὼν, ἔφη, τὸ δόξαν, ὥσπερ ἄρα χρὴ, τῷ Θεῷ προσάγειν, οἰμώζεις μᾶλλον, καὶ ὅμοια τοῖς θρηνοῦσι βοᾷς ; Πλὴν ἀλλ' ὁ Μιχαὴλ, καὶ ἔτι πλέον τῷ παρ' ἐλπίδα θεάματι ξενιζόμενος, ἠρώτα τε καὶ διεπυνθάνετο ἐμμελῶς, καὶ ἐδίψα μαθεῖν τὸ γεγλώττῃ καὶ πομπικῶς· τοιοῦτον ὄντως ἡ περι-

Κ'. Ἐπεί με, φησι, καταλιπόντες οὕτως ἔχοντα, οἴκαδε αὐτοὶ ἐχωρεῖτε, ἐγὼ, ὑπό τε τῶν τοῦ πάθους ὀδυνῶν βαλλόμενος, ὑπό τε τοῦ ἀπεγνῶσθαί μοι τὰς τῆς ζωῆς ἐλπίδας ἀθυμίᾳ νικώμενος, καὶ μᾶλλον ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς ἠξίωμαι σὺν τοῖς ἄλλοις εἰς τὸν τοῦ Ἁγίου τε τάφον οἴχεσθαι, καὶ τὰ τῆς μνήμης συνεορτάσαι, ἀγρυπνος μετὰ ἅπασαν τὴν νύκτα διῆλθον. Οὕτω δὲ κείμενος, ὁρῶ γέροντά τινα τοῦ ναοῦ τοῦ οἴκου μου ἐξεληλυθότα (ἐῴκει δὲ καὶ μοναχὸς εἶναι)· οὗτος μέσον τῆς οἰκείας ταύτης παραστὰς,
D καὶ ἀπιδὼν πρός με· Σοὶ λέγω, φησὶ, ἔγειραι. Ἐμοῦ δέ· Πῶς τοῦτο ἔφης ; οὐδὲ γὰρ δύναμαι, φθεγξαμένου· ἐκεῖνος καὶ δὶς καὶ τρὶς προσετίθει, οὕτωσὶ λέγων. Τελευταῖον δὲ, Ἐγώ σοι λέγω, φησὶ, ἔγειραι καὶ εἰς τὸν τοῦ ἁγίου Σαμψὼν τάφον ἄπελθε πρὸς τάχους. Οὕτως εἰπόντος, εὐθὺς ἐγὼ μικρόν τι τῆς κλίνης ἐμαυτὸν ἀνέσχον· κἀκεῖνον ἐθεώμην εἰς τὸν ναὸν, ὅθεν μοι ἐξελθὼν ἐφάνη, αὖθις ἐπανελθόντα, καὶ τέλος, ἀφανὴ γενόμενον. Καὶ τότε δὴ ὅλος ἐξανέστη, καὶ ἐῴκειν ὀδύνης ἀπηλλάχθαι πάσης· τότε οἴδημα τοῦ μαστοῦ ἀμφοῖν ἐπισφίγγων, πνεύματος ἠσθόμην ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ὄπισθεν ὑπαφιεμένου.

(20) Chartularii sunt, quibus chartarum publicarum custodia mandabatur. De his vide Cangium.

Εἶτα καὶ τὴν σύνοικον ἡδέως φωνήσας, Δοκῶ μοι, ἔφην, μηδὲ ὀδυνᾶσθαι, ἀλλὰ σὺ τοὺς ἐπικειμένους τῇ πληγῇ δεσμοὺς λῦσον ἠρέμα. Καὶ αὐτὴ οὕτως ἐποίει, καὶ ἀηδία πολλὴ ταύτην εἶχε, καὶ, Οἴμοι [ἔφη], τίς οὗτος ὁ ἀμανίτης ὁ τῇ πληγῇ ἐπικείμενος; Τὸ δὲ ἦν διασεσημμένη σὰρξ καὶ ἀπόβλητος τοῖς ἀμφίοις συνεκσπαθεῖσα. Οὕτως ἰαθεὶς ἐγὼ καὶ παραδόξως ἀναῤῥωσθείς, οὐκ ἔτι οἷός εἰμι ἐμαυτὸν ἐπέχειν, ἀλλὰ τῇ τοῦ ἰασαμένου πειθόμενος ἐντολῇ, πρὸς τὸν αὐτοῦ ἄπειμι τάφον, τοῖς ἄλλοις συνεορτάσων. Οὕτως εἰπών, οὕτω δὴ καὶ παραχρῆμα ἐποίει, καὶ πρὸς τὸν Ἅγιον πλήρης ἡδονῆς καὶ χαρᾶς ἀπήει, τοῖς συναντῶσι μέντοι καὶ ἄπιστόν τι χρῆμα ἐδόκει, καὶ τὴν ὄψιν ἀμφισβητήσιμον.

A emitti e latere. Deinde conjugem hilariter allocutus : Mihi videor, inquam, nihil mali sentire; sed tu sensim solve vincula plagæ imposita. Ea autem sic fecit, non sine magna, qua afficiebatur, molestia ; et, Hei mihi, dixit : Quis est hic aminates (21), qui plagæ est impositus ? Id vero erat caro putrefacta et separata, quæ una cum pannis evulsa fuerat. Sic ego sanatus, et præter spem et opinionem pristinæ restitutus valetudini, non me potui amplius continere, quin parerem curatoris mei præcepto, et me conferrem ad ejus sepulcrum, cum aliis festum celebraturus. Cum sic dixisset, statim quoque sic fecit, et ad Sanctum abiit plenus gaudio et lætitia. Iis autem, qui ei fiebant obviam, res videbatur incredibilis, et vel de suis dubitabant oculis.

ΚΑ'. Συντετάχθω τοῖς προλαβοῦσι καὶ αὐτὸ τοῦ Γεωργίου τὸ θαῦμα· οὐ φαῦλον γάρ, οὐδὲ τὸ τυχόν, οὐδ' ὥστε καὶ παριδεῖν ἄξιον. Οὗτος οἰκέτης μὲν ἐτύγχανεν ὢν μοναχοῦ τινος καὶ ἱερέως, Ἐφραὶμ τοὔνομα, τῷ τοῦ ὕδρωπος δὲ περισχεθεὶς πάθει, καὶ τῷ ἱερῷ οἴκῳ τοῦ Μεγάλου ἀνακλιθείς· ἔπειτα τὴν χρονίαν κατάκλισιν δυσχεράνας, ὑπολιπὼν τὸν ἱερὸν τοῦ δεσπότου οἰκίσκον ἄπεισιν. Ὁ μὲν οὖν δεσπότης οὐκ ἀνίει παρακινῶν αὐτῷ καὶ ὑποτιθέμενος ἐκεῖθεν αὖθις καὶ τῷ τοῦ Ἁγίου οἴκῳ προσμεῖναι· ἐπεὶ δὲ μὴ ἔπειθεν (ἐφείδετο γὰρ αὐστηροτέρων ῥημάτων διὰ τὴν τοῦ πάθους βαρύτητα)· Κἂν γοῦν εἴσω τοῦ εὐκτηρίου εἴσελθε, ἔφη, αὐτὴν τοῦ Ἁγίου προσκυνήσων εἰκόνα εἶτα τοῦ ἐλαίου λαβών τε καὶ ἀλειψάμενος τῇ κοίτῃ τῇ σῇ, ἀνακλίθητι. Καὶ ὃς ἐποίει τὸ κελευσθέν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡμέρα, ἦν, ἐκελεύετο μὲν παρὰ τοῦ δεσπότου καὶ ἔτι τὰ ὅμοια ποιεῖν· ὁ δὲ, Ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν, ἔῤῥωκα, καὶ τῇ τοῦ Ἁγίου δυνάμει καθαρᾶς ἀπέλαυκα ὑγιείας· ταύτης γὰρ τῆς νυκτὸς κατ' ὄναρ ἐπιφανείς μοι ὁ Ἅγιος τῆς τε κοιλίας μου ἥψατο, καὶ εἴρηκέ μοι· Ἄπιθι ὑγιαίνων, οὐδέν γάρ ἔτι σοι τῶν κακῶν ἐνοχλεῖ. Οὐδ' ἤρκει πρὸς πίστιν αὐτὰ τῷ δεσπότῃ· ἀλλὰ καὶ πεῖραν προσῆγε, καὶ περιειργάζετο πρόσωπόν τε ἐκείνου, καὶ κοιλίαν, καὶ πόδας, καὶ τὰ λοιπὰ μέλη τε καὶ μέρη, καὶ ἐπεὶ οὐδὲ λείψανόν τε ἑώρα οὐδὲ ἴχνος τοῦ πάθους οὐδέν, δόξῃ τῇ πρὸς Θεὸν ἐχρῆτο καὶ εὐχαριστίᾳ τῇ πρὸς τὸν Ἅγιον, ἰατροῦ τε τυχὼν ἀμείνονος καὶ ἀψευδοῦς, καὶ ὑγιῶς ἔχοντα τὸν οἰκέτην ὁρῶν.

B bant oculis.

XXI. Conjungatur præcedentibus Georgii quoque miraculum : non est enim leve, nec vulgare, neque ullo modo contemnendum. Is erat minister monachi cujusdam et sacerdotis, nomine Ephraim. Cum autem hydrope laboraret, et in sacra magni Sampsonis æde esset repositus, omnia quidem repulit, quæ ei a medicis prius erant ad medelam adhibita, utpote a quibus omnibus nihil opis sensisset. Deinde cum ægre ferret, quod tamdiu illic decumberet, sacra illa æde relicta, abiit in domini domunculam. Non cessabat autem dominus eum monere et hortari, ut reverteretur, et in Sancti domo adhuc maneret. Cum vero non persuaderet (a verbis enim abstinebat asperioribus propter morbi gravitatem) : Oratorium, inquit, saltem ingredere, adoraturus ipsam Sancti imaginem : deinde cum oleum acceperis, et te unxeris, in tuo lecto recumbe. Ille autem fecit, quod jussus fuerat. Postquam vero advenit, jubebatur quidem a domino adhuc facere similiter ; ille autem : Sed ego, inquit, jam convalui, et Sancti virtute sum integram assecutus sanitatem. Hæc enim nocte mihi apparens in somnis Sanctus, meum ventrem tetigit, et dixit mihi : Abi, cum sis sanus ; nihil enim mali te vexat amplius. Hac autem ad fidem domino faciendam non suffecerunt : sed ipsemet periculum facere voluit, et diligenter scrutatus vultum ejus, et ventrem, et pedes, et reliqua membra, cum nullas morbi reliquias, aut vestigia reperiret, Deum laudavit, et Sancto egit gratias, quod in ipso medicum nactus fuisset, qui certissimam famulo suo sine mercede reddidisset salutem.

C

D

ΚΒ'. Ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς Εἰρήνης πάθος ὁμοίως ἦν ἔχον· ὕδρωψ γὰρ καὶ αὐτὸ πάθος τὸ χαλεπώτατον, ὃ καὶ ἀστείας δὴ καὶ θαυμασιωτέρας ἔτυχε τῆς ἰάσεως. Ἡ μὲν οὖν Εἰρήνη γυνή τις ἦν ἑνὸς τῶν τῷ ἱερῷ οἴκῳ διακονούντων, ἐφ' ᾧ καὶ ἀνακλιθεῖσα, πρὸς μὲν τῶν ἰατρῶν ἀπείρητο τὴν ὑγίειαν. Ὁ μέντοι Ἅγιος νυκτὸς ἐπιστὰς μετά τινων καὶ ἑτέρων δύο, μεθ' ὧν μὲν εἴωθεν ὡς τὰ πολλὰ ἐπιφαίνεσθαι, τοὺς θείους τε ἀνεργύρους εἶναι τούτους φασὶ Κο-

XXII. Similis fuit Irenæ cujusdam morbus, quæ etiam ipsa hydrope laborabat, eoque gravissimo ; ac ideo magis solemnis, magisque miranda fuit ejus curatio. Habebat illa maritum ex eorum numero, qui ædi sacræ inserviunt, in qua et ipsa decumbebat, desesperans salutem a medicis obtinendam. Sanctus autem noctu apparens cum aliis duobus ; cum quibus ut plurimum solebat apparere (eos vere esse dicunt divinos illos, qui sine ulla

(21) Amanites, fungi species.

medentur pecunia, Cosmam et Daminanum) eam primum interrogavit, quidnam mali pateretur. Illa autem videbatur ipsum malum ostendere ; Sanctus vero unum e sociis suis alloqui, et dicere : Oportet ejus femori adhibere sectionem. Et ille quidem sic fecit. Mulier autem, ut quæ dolorem quemdam senserat, e somno est excitata; nihil vero cognovit ex iis quæ passa fuerat. Cum autem diluxisset, ad eam accedens famula, vidensque aquam sub lecto fusam, arbitrata, ut erat verisimile, eam esse urinam : exprobravit ipsi, quod turpiter indecore se gereret, et quod neque surrexisset, neque ullam vocasset ex ancillis, sed inquinasset et vestes et stragula. Illa autem negabat, dicens, se nihil tale fecisse. Deinde remota tunica, cum visa esset sectio, et humor effluens, cognitus inde fuit medicus : et ipsa sana exstitit, et domum cum gaudio est reversa.

XXIII. Atque hæc sufficiunt ad cognoscendam gratiam quæ magno Sampsoni data fuit. Quid enim (ut est in tragœdia) numerare oportet innumerabilia (22)? Etenim qualia facta sunt, nunquam cessant fieri, sed fluminum instar se habent ; atque ideo miraculum unum sufficit pro omnibus, tanquam flumen divinitus fluens, quod procedit e sepulcro viri sancti, et quotidie oritur tamquam e fonte. Procedit autem non semper : sed paucis diebus ante festum Thaumaturgi quidam veluti humor apparet, qui deinde paulatim augetur, et remanet post festum sic scaturiens, donec aliquot, dies præterierint : deinde cessat. Atque hoc modo, ut opinor, majori est in honore et admiratione, quam si perpetuo flueret. Quoniam sic servare certum, et nunquam aberrans tempus fluendi et deficiendi, præterquam quod id gratius et admirabilius sit, est etiam magis venerabile. Quod enim est perpetuum, affert fortasse etiam satietatem ; satietas autem inducit contemptionem.

XXIV. Hoc est, quod tibi a nobis offertur donum, maxime Pater Sampson, nescio quidem, an ex tui animi sententia, sed certe pro nostris viribus. Quod quidem benigne et placide accipias, qui es benignissimus : morborumque nostrorum, atque ideo animæ potius, quam corporis, bonus sis medicus dux et custos totius nostræ vitæ, Christum reddens mihi propitium. Quem ipse quidem insigniter dilexisti, ego autem peccatorum multitudine, hei mihi, plusquam dici possit, provocavi ad iram : quem decet omnis gloria, honor et adoratio nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

σμᾶν καὶ Δαμιανόν, ἤρετο πρῶτον αὐτὴν ὁ Ἅγιος, τί ἂν καὶ πάσχουσα εἴη. Ἡ δὲ ὑποδεικνύναι ἐδόκει· καὶ ὁ Ἅγιος ἑνὶ τούτων προσλαβὼν ὑπεφαίνετο· Τομὴν αὐτῆς δεῖ τῷ μηρῷ ἐπιθεῖναι. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐποίει. Ἡ δὲ, ὥσπερ ὀδύνης αἰσθομένη τινὸς, ἀνεπνίζετο, ἔγνω δὲ οὐδὲν ὧν πέπονθεν. Ὡς δὲ καὶ ἡμέρα ἦν, ἡ ὑπηρέτις αὐτῇ προσελθοῦσα, καὶ ὕδωρ ὑπὸ τῇ κλίνῃ κεχυμένον ἰδοῦσα, οὐράν τε αὐτὸ εἶναι, ὡς τὸ εἰκὸς, οἰηθεῖσα, τὸ ἄκοσμον αὐτῇ ὠνείδιζε, καὶ ἀτεχνῶς ἄσχημον, ὅτι μὴ ἀνέστη, καὶ μὴ ἐκάλεσε μαθεμίαν τῶν ὑπηρετουμένων, ἀλλὰ καὶ τὰ ἱμάτια ᾔσχυνεν οὕτω μετὰ τῶν στρωμάτων. Ἡ δὲ ἠρνεῖτο μηδὲν τοιοῦτον εἰργάσθαι, λέγουσα· Μηδαμῶς. Ἔπειτα τοῦ χιτῶνος ἀνασταλέντος, τῆς τομῆς τε διαφανείσης, καὶ τοῦ ὑγροῦ καταῤῥέοντος, ὁ μὲν ἰατρὸς δῆλος ἦν, αὐτή τε ὑγιὴς ἐδείκνυτο, καὶ οἴκαδε καλῶς ἐπανήρχετο.

ΚΓ'. Ἀρχεῖ τούτοις γεύματος τὴν ὅλην ἀποδειχθῆναι τοῦ Μεγάλου χάριν. Τί γὰρ, κατὰ τὴν τραγῳδίαν, ἀναρίθμητα μετρήσασθαι δεῖ; καὶ γὰρ οὐδέποτε ταῦτα λεγόμενα λήγουσιν· ἀλλὰ τοῖς τῶν ποταμῶν ῥεύμασιν ἔχουσιν ὁμοίως· ἄλλως δέ τε καὶ ἑνὸς ἀντὶ πάντων ἀρκοῦντος, τοῦ θεορρύτου, φημὶ, νάματος, ὃ πρόεισι μὲν τοῦ τάφου, καὶ τοῦτον ἔχει γένεσιν καὶ πηγήν· πρόεισι δὲ οὐκ ἀεὶ, ἀλλ' ὀλίγαις μὲν πρότερον ἡμέραις τῆς τοῦ θαυματουργοῦ ἑορτῆς, οἷα νοτὶς ὑποφαίνεται· ἔπειτα καὶ τὸ ὀλίγον αὔξεται, καὶ διαμένει μετὰ τὴν ἑορτὴν, οὑτωσὶ πηγάζον, ἕως καί τινες ἡμέραι παρέλθοιεν, εἶτα παύεται. Πλὴν οἶμα ταύτῃ θαυμαζόμενον καὶ τιμιώτερον, ἢ εἰ διηνεκῶν καὶ ἀληκτως διετέλει ῥέον· ἐπεὶ τόγε συντηρεῖν οὕτως ἁπλανῆ τε καὶ ἀδιάψευστον τὸν καιρὸν τὸν τῆς ἐπιῤῥοῆς, φημὶ, καὶ τὸν τῆς ἐκλείψεως μετὰ τοῦ θαυμασιώτερον καὶ χαριέστερον εἶναι, μᾶλλον ἐστι καὶ σεβασμιώτερον· τὸ γὰρ διηνεκὲς ἴσως καὶ προσκορές· ὁ δὲ κόρος πρᾶγμα φέρον εἰς καταφρόνησιν.

ΚΔ'. Τοῦτό τοι τὸ παρ' ἡμῶν προσαγόμενον δῶρημα, μέγιστε Πατρῶν, Σαμψὼν, οὐκ οἶδα μὲν, εἰ κατὰ γνώμην τὴν σὴν, κατὰ δύναμιν δὲ πάντως τὴν ἡμετέραν, ὃ καὶ δέχοιο προσηνῶς τε καὶ φιλανθρώπως, ὁ πανταχοῦ φιλάνθρωπος, καὶ τῶν παθῶν καὶ νόσων τῶν ἡμετέρων, καὶ μᾶλλον τῶν ψυχικῶν, ἰατρὸς εἶης χρηστὸς, ἡγεμὼν καὶ φύλαξ παντὸς τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου· ἵλεών μοι τιθεὶς τὸν Χριστὸν, ὃν αὐτὸς μὲν διαφερόντως ἠγάπησας, ἐγὼ δὲ πλήθει ἁμαρτιῶν, οἴμοι, ἀδιηγήτως παρώργισα· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(22) His annotatis minime contentus fuisset eruditus Commentator, sed quoque novam versionem adornare voluisset, si per vitam licuisset ; quæ versio minus presse inhærens Græcorum verborum ordini, et periodis usque ad fastidium aurium Latinarum prolixit ; multo clarius exhibuisset sensum auctoris, magisque intercisa minus fatigasset lectorem. Sed quod hic non potuit, morte immatura preveniente; neque nos modo possumus, prelo moram non ferente : quamvis tamen negare nolimus, plura etiam nos in textu emendasse inter corrigendum typothetarum errata.

MENSIS JULIUS.

DE SS. STEPHANO EPISCOPO RHEGIENSI

ET SOCIIS,

SUERA EPISCOPO, AGNETE, FELICITATE ET PERPETUA MARTYRIBUS RHEGII IN CALABRIA.

(Julii die 5 Acta SS. Bolland. ad hanc diem.)

1. Notiores olim fuere hi sancti apud Græcos, quam apud Latinos. Meminerunt eorum nonnulla Menæa apud nos, Chiffletianum atque Sirmundianum; quorum illud die v Julii legit: Στεφάνου Καλαβρ. καὶ τῶν σὺν αὐτῷ· Hoc vero eodem die paulo explicatius: Τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Στεφάνου, τοῦ εἰς τὸ Ῥήγιον Καλαβρίας κειμένου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων μαρτυρησάντων· « Sancti Stephani martyris, qui jacet Rhegii in Calabria, et sociorum ejus sanctorum, qui cum eo martyrium subierunt. » Monachis quoque Cryptæ Ferratæ, et aliis ecclesiasticis Græci ritus, celebrandum eodem die præscribitur festum, Τοῦ ἁγίου Στεφάνου καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ. Similia habent Menæa Græca bibliothecæ Vaticanæ; et alibi alia facile invenientur, quæ mihi visa non sunt, quæque jam dicta potuerunt confirmare.

2. Nulla tamen apud Martyrologos Latinos Stephani hujus et sociorum martyrum exstat memoria. Quod indicium esse possit, non adeo celebrem, scriptorum illorum temporibus, viguisse cultum in Ecclesia Latina. Atque hinc factum sit, ut Rhegiensis archiepiscopus, Annibal de Afflictis, vir multa sanctimonia clarus, initio sæculi superioris supplicaverit congregationi sacrorum Rituum Romæ quo « sibi suisque Rhegiensibus facultas fieret, publice exponendi imaginem, S. Stephano episcopo suo ac martyri, atque altaria et templa in honorem ejusdem erigendi. » Affert pro motivo talia impetrandi, quod « pridem, atque etiam tunc temporis celebrabatur de eodem sancto Stephano sociisque, die v Julii Missa et alia Officia. » Et sacra congregatio, referente illustriss. et reverendissimo D. Francisco, Sancti Angeli in Foro Piscium Card. Buoncompagno, gratiam petitam concessit anno 1622. De hisce mihi constat, ita factum esse, ex testimonio Nicolai Mariæ Modofari, tunc Romæ ecclesiæ S. Thomæ in Parione rectoris, et hujusce causæ Agentis, atque eodem anno 1622 electi in episcopum Bovensem, qui suffraganeus est Rhegiensis.

3. Prædictarum Scripturarum (uti is addit, qui illas nobis submisit) archetypa asservantur penes Joannem Simonem de Antonillo, U. J. D. virum eruditum et pium, et ipsi S. Stephano satis addictum, cujus devotione et expensis sacellum exstat (utique post acceptum illa de re responsum sacræ Congregationis Roma) exstructum in ecclesia Prædicatorum S. Stephano dicatum, in quo annis singulis condecenti cum magnificentia Missæ sacrificium et Vesperæ musicis cum concentibus in festo Sancti solemniter celebrantur. Circa iconem vero antistitis Stephani, ejusdem acta et martyrium hinc inde figuris et versibus declarantur.

4. Iisdem fere temporibus, quibus Romæ petita concessaque fuit facultas construendi S. Stephano altaria, sacella, templa, impressit Ferrarius utrumque catalogum suum, alterum nempe sanctorum Italiæ, anno 1613, alterum illorum qui in Romano Martyrologio non habentur, anno 1625. In utroque commemorat, die 5 Julii, S. Stephanum, sed absque sociis; in priori quidem cum elogio hoc: « Stephanus, civis Rheginus, a S. Paulo apostolo, cum ex Syria Romam ductus, Rhegium, Brutiorum metropolim appulisset, ad Christum conversus, et in fide instructus, primus Rhegiorum episcopus ab eodem apostolo ordinatur. Qui, post Apostoli discessum, dum munus episcopale prædicando impigre exsequeretur, multis jam ad fidem perductis, in Neroniana persecutione comprehenditur; cumque constanter in fidei confessione perseveraret, atque multis affectus suppliciis, cruciatus omnes superasset, demum capitis obtruncatione martyrium consummavit. » In posteriori autem Catalogo idem Ferrarius sic habet: « Rhegii in Brutiis, S. Stephani, primi ejusdem episcopi et martyris sub Nerone. »

5. Non omni ex parte isthæc concordant cum

Actis Græcis, quæ mihi ab hisce viginti annis, tunc Romæ agenti, a R. P. Josepho Denti, domus professorum societatis nostræ præposito, Messanæ curata fuerunt describi e codicibus ms. celeberrimi prope urbem illam monasterii Sancti Salvatoris, ordinis S. Basilii; uti pluribus dixi ad Vitam S. Sebastianæ V. M. tomo VI Junii, quæ indidem ab eodem, uti multæ aliæ, mihi Græce fuerunt submissæ. Hæc, inquam, Acta S. Stephani videntur fons esse, ex quo, quotquot de illo Latine scripsere, sua hauserunt, aliis additis, aliis mutatis, pro suo cujusque sensu. Sic Stephanus, qui in Actis Græcis legitur patria Nicænus in Bithynia fuisse, et cum S. Paulo apostolo Rhegiam appulisse, ; apud Ferrarium dicitur civis Rheginus, et ab appellente illas in oras Paulo, Rhegii inventus, atque ibi ad Christi fidem conversus fuisse.

6. Hieronymus Marafioti in suo Calabriæ Chronico, Italice anno 1601 excuso, pag. 47, et Marcus Antonius Politi in suo similiter Chronico, Messanæ impresso ann. 1617, pag. 80. Idem Paulus Gualterius in sanctis Calabriæ, qui anno 1630 Neapoli prodierunt, pag. 53, et Ferdinandus Ughellus in suo *Italiæ sacræ* tomo IX edito anno 1662, habent Vitam S. Stephani, quam primus ex codice Græco interpretatus est Italice; secundus et quartus Latinam ediderunt ex alia atque alia interpretatione. Tertius e textu Latino Italicam fecit cum oratoria interpolatione. Horum ego editionibus inter se et cum textu nostro Græco collatis, quanquam eodem fere recidant omnia, malui tamen novam interpretationem facere, consimilem nostro ms. Græco, illamque simul imprimere, ut omnia magis authentica sint. Editio Ughelli propius insistit nostro ms. Græco: Marafiotina et Politiana in paucis aliquantum discordant; et in illo præcipue, quod designent diem martyrii septimum Julii: quem Ughellus noster textus Græcus, Menæa et Menologia citata, unanimiter asserunt quintum Julii.

7. Cornelius a Lapide in Acta apostolorum cap. ultimo ad illa verba, *Devenimus Rhegium*, commentans, varia habet, quæ sibi, tunc Romæ commoranti, submissa fuerunt a Rhegiensibus, viris eruditis et primariis: atque ex illorum fide hæc narrat: «Silet hic multa Lucas, ac præsertim Rhegiensium a Paulo conversionem, uno die, quo apud eos hæsit, factam: quæ ex Eclesiæ Rhegiensis monumentis, eodem ævo (nempe sæculo Christi Primo) Græce conscriptis, ac deinde in Latinum idioma translatis, et in archiepiscopali archivio asservatis, a Rhegiensibus viris eruditis et primariis ad me Romam transmissa, hic transcribam.» Transcribit autem ibi Acta Latina S. Stephani episcopi, a Paulo apostolo Rhegiensibus, ut aiunt, in transitu ordinati, quæ alia non sunt quam quæ nos infra damus Græco-Latina; nec tamen ibi sunt integra; nam desinunt in martyrio his verbis: « Quod digni fuerunt pro Christo mori ; » nec quid quam habent de sepultura sanctorum corporum. Facile condono P, Cornelio, Theologo et Commentatori in sacram Scripturam eximio, quod fide et auctoritate Rhegiensium, virorum eruditorum et primariorum, talia scripserit. Ipse interim nihil per se commentatur de mora aut non mora Pauli apostoli apud Rhegium. Supposuit, vera esse quæ Rhegienses de mora ejus apud se unius diei, et de magna conversione gentilium illo die facta; item de Actis S, Stephani, sæculo Christi primo Græce conscriptis affirmabant. Et si quid illa de re per se commentatus fuisset, utique observasset quod si Paulus uno die Rhegii moram traxisset, non potuisset secundo die Putoleos attigisse: quod Lucas factum esse ait. Sed de his mox alia.

8. Interea ex citatis editionibus animadverto, in textu Græco nostro sphalmata quædam commissa esse, verosimiliter oscitantia librarii, ills in locis, ubi ego per inclusa hisce sigis [] verba supplere conatus sum. Inter quas correctiones etiam est, quod tertium nomen mulierum, simul passarum, Perpetua desiderabatur, quæ in Italico et Latino Sueræ episcopo, Agneti et Felicitati subnectitur. Ex his autem ipsis nominibus dubium oriri possit, an omnes isti una cum Stephano passi fuerint sæculo Christi primo. Acta quidem, etiam Græca, non tam antiqua sunt, nec talia, ut illud ipsis tuto credi possit. Testimonia Martyrologorum nulla reperiuntur. Cultus nec valde antiquus apud Latinos, nec valde celebris fuit ante sæculum XVI, quando ejus amplificatio petita fuit a S. Rituum congregatione Romæ et obtenta, per facultatem exponendi publice imaginem sancti, ejusque nomini altaria et templa dedicandi: quæ eatenus nulla habuerit. Locus, ubi sepultum fuit corpus in hodiernum usque diem, uti scribit historicus Rhegiensis Politus anno 1617 reperiri non potuit.

9. Ex his, inquam, dubitari possit, an S. Stephanus cum sociis suis martyrium passus sit sæculo primo; eoque magis quod totis tribus primis sæculis episcopus, suæ civitatis alius, Rhegiensibus non sit notus. Si dicas, per traditionem notum esse S. Steqhanum pro sæculo primo, quæram, cur alius episcopus, pro eodem sæculo et duobus sequentibus, similiter noius non sit. Inquies, quia antiqua civitatis scripta interciderunt; superest autem vita S. Stephani, quæ ipsum S. Pauli apostoli discipulum facit. Audio. Sed illa ipsa vita non sapit longam antiquitatem, nec potest ante sæculum decimum scripta fuisse, si non sit diu, post. Spatio autem novem, decem, aut plurium sæculorum tunc elapso, quando scripta fuit, potest scriptor multa ignorasse de gestis sancti sui, quemadmodum nunc nihil de illis scitur ex antiquitate præter id quod in vita narrantur : et magis potest ignorasse certum tempus quo vixerit, martyrioque coronatus fuerit, In hac porro ignoratione aut maligna traditionis vulgi luce scribere exorso visum fuerit, aptiori tempore Stephanum adduci Rhegium non

posse, quam quo Paulus apostolus eodem appulisse A sciebatur ; et præsumi poterat, ipsum ibidem pro se aliquem reliquisse episcopum.

10. Tum vero quæri potest de sociis symmartyribus S. Stephani, Suera episcopo, et mulieribus, Agnete, Felicitate et Perpetua, unde illos acceperit aut mutuatus forte sit scriptor Vitæ. Æque hæc obscura aliunde sunt : nec facile capiam, quomodo illis inductæ religionis Christianæ initiis, duo Rhegii fuerint episcopi, quando de uno solo non constat certo. De mulieribus quoque certiora desiderari possunt, ne quis cogatur suspicari, Perpetuam atque Felicitatem, omnium fere antiquorum Patrum scriptis celebratas, in Africa cum aliis sociis martyres ineunte sæculo tertio passas, Rhegium traductas fuisse.

11. Ego quidem per hæc dubia mea nihil derogatum velim veritati ; sed magis cupio, veritatem ex illis illustriorem fieri per aptas ad dubia mea Rhegiensum solutiones. Aliud quoque dubium huc pertinet ,ubi de prima Rhegiensium ad Christi fidem conversione per Paulum apostolum, sermo est. Popularium vox, et quodammodo Evangelium, de quo dubitare nefas sit, insonat auribus, Paulum, cum e Syria Rhegium appulisset, ducendus Romam a centurione et custodibus suis ad tribunal Cæsaris, in ingressu urbis Rhegiensis, cœpisse Christum annuntiare : incolas autem obstinato animo ei prohibuisse istiusmodi anuntiationem ; tandem tamen, deprecante Paulo, ut se dicentem audirent tantillo tempore, quo parvulum candelæ frustulum, C quod manu tenebat accensum, deflagrasset, id permisisse. Tum vero Paulum candelæ ardentis frustulum imposuisse columellæ, quæ forte astabat, marmoreæ ; et hanc columnam, consumpta brevi candelula flammam concepisse et perrexisse ardere. Quo viso prodigio, incolas fidem Christi amplexatos fuisse.

12. Hoc factum, non tantum vulgi sermone, sed etiam scripto celebratur a Marco Antonio Politi in Chronico Rhegiensi pag. 80, sed obiter tantum. Primum mihi in his dubium est, utrum Paulum Rhegii miracula fecerit aut aliquos ad fidem converterit, imo an istam urbem ex navigatione illa intraverit. Scribit Luca, comes S. Pauli in navigatione Syriaco-Romano, quæ vidit ; et accurate D notat moram quam in civitatibus obviis traxerunt, Sic Militæ, ait, hibernasse Paulum tres menses, et quæ ibidem interea fecit miracula et conversiones gentilium, describit. Syracusis triduo substiterunt ; Puteolis rogatu fratrum manserunt dies septem. De Rhegio autem nihil simile meminit Lucæ textus. En verba, Actorum cap. ult : « Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo. Inde circumlegentes, devenimus Rhegium, et post unum diem, stante austro ; secundo die venimus Puteolos, ubi inventis fratribus, rogati sumus manere apud eos, dies septem ; et sic venimus Romam. » Igitur Paulus et Lucas, navigantes Syracusa venerunt Rhegium. Non dicuntur urbem intrasse, nedum moram diurnam ibi fecisse ; sed potius iter prosecuti, e conspectu Rhegii, favente austro, post unum diem navigationis, venerunt die secundo Puteolos. Neque enim, si uno die Rhegii subtitissent, potuissent die secundo Puteolos attigisse, quibuscunque stantibus ventis, propter longinquam locorum distantiam.

13. Ita intellecto sacri scriptoris textu, uti plane videtur intelligi debere, evanescit prodigium columnæ marmoreæ ardentis in conversionem Rhegiensium, imo et conversio ipsorum per Paulum, et ordinatio Stephani tunc temporis in episcopum. Quod si quis etiam sustinere velit, Paulum civitatem ingressum fuisse, ibique die uno mansisse, B nondum columna marmorea arserit. Quid enim ? Si id factum fuisset, Lucas, Pauli socius, utique scivisset. Si scivisset utique scripsisset. Utpote qui multo minora Pauli gesta in Melita insula et alibi, tam sedulo in memoriam posteritatis scripto consignavit. Utitur in re simili, simili argumentatione S. Hieronymus, Legebatur ipsius adhuc tempore liber de gestis Pauli et Theclæ, in quo et de baptizato leone narrabatur. Quod refutaturus ipse, sic ait : « Igitur Περιόδους Pauli et Theclæ, et totam baptizati leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuus comes Apostoli Lucas, inter cæteras ejus res, hoc solum ignoraverit ? » Similiter quomodo idem ignoraverit, accensam a parva candelula, prædicante Rhegii Paulo, columnam marmoream arsisse ? » Addit Hieronymus ex Tertulliano, « Presbyterum quemdam in Asia σπουδαστήν apostoli Pauli, convictum esse apud Joannem, quod auctor esset libri, et confessum, se hoc Pauli, amore fecisse ; et ob id de loco excidisse. » Digna fictoribus in rebus sacris ac seriis pœna, sive finxerint amore personæ privatæ, sive amore patriæ, ut res ejus gestas quam altissime repetant, aut conversionem ejus ad Christi fidem ab apostolis deducant.

14. Procedamus porro. Non tantum Pauli tempore ignotum fuit prodigium ardentis columnæ, verum etiam mille annis post, usque ad tempus, quo primaria S. Stephani vita, quam Græco-Latinam damus, conscripta fuit. Ejus quippe auctor, quamvis Paulum inducat Rhegium : ibique fidem annuntiasse, multos baptizasse, atque etiam presbyteros et episcopos ordinasse dicat, adeoque innuat longiorem moram ibidem traxisse ; tamen suo tempore nondum scivit, quod incolæ Rhegienses initio pertinaciter prohibuerint Paulo prædicare fidem, deinde vero per prodigium columnæ marmoreæ ardentis conversi ab ipso fuerint. Quin imo satis declarat auctor vitæ, Rhegienses ab initio, absque ullo singulari miraculo, Paulum concionantem pronos auscultasse : et sicuti terra bona susceptum semen multiplicat centuplum, ita illos suscepisse verbum Dei ex ore Pauli. Debet igitur fabula ista primum nata fuisse in vulgus, post æta-

tem dicti scriptoris et forte diu post, ex otiosi alicujus cerebro, quæ mox vulgo placuerit, atque etiam a prædicto chronographo Rhegiensi, Marco Antonio Politi, recepta fuerit. Scriptoribus aliis, Marafiotio in Chronico Calabriæ, atque Ughello in episcopis Rhegiensibus ; item Paulo Gualterio in Calabriæ Sanctis, et Vita S. Stephani, qui ante et post Politum, sua ediderunt, non ausis prædicti prodigii, ac talis conversionis Rhegiensium ad fidem Christi, vel verbo meminisse, quod faciam.

15. Superest, ut de ætate S. Stephani et sociorum ejus martyrum, verbum addamus. Satis, constare potest ex hactenus disputatis, ipsum a S. Paulo e navigatione Syriaco-Romana episcopum Rhegii constitutum non fuisse : id interim aiunt Rhegienses, atque adeo ex illorum opinione constitutus fuit anno Christi 56 quo illac transiit Paulus. De anno autem determinato martyrii nihildum apud ipsos legi. Ferrarius scribit, passum esse Stephanum sub Nerone.: quod certat cum Actis, in quibus legitur, ipsum præfuisse episcopum annos decem et septem. Ex quo consequitur, martyrio defunctum esse anno 73, quod æque sustineri non potest. Quia scitur, nec illo anno, nec aliquot præcedentibus, nec aliquot subsequentibus, persecutionem ullam fuisse motam contra Christianos. Quamobrem aliud tempus quærendum est, quo episcopus factus, quoque martyrium passus sit S. Stephanus. Illud autem invenire non erit facile : cum Ughellus dicat, « post Stephanum usque ad Constantini Magni tempus, episcopos, qui in civitate Rhegiensi floruerunt, desiderari. » Rogo igitur Rhegienses, ut ipsi nova cura in rem illam tanquam suam, propius inquirant.

16. Nobis quidem experientia constat, ubique gentium obtinuisse et obtinere, estque pluribus quodammodo innatum, ut rerum suarum antiquitatem affectent, eamque quam altissime attollant: quod et frequenter usu venit in Actis sanctorum, quæ post longa tempora ex caliginosa traditione aut apocryphis scriptis colliguntur. Id accidisse sanctis Galliæ prioribus espiscopis, luculenter testatur Philippus Labbe, antiquitatis eruditus, si quis alius, in Breviario suo chronologico Historiæ sacræ et profanæ ad annum Christi 69, ita scribens anno 1665: «Ab annis facile octingentis plures majorum nostrorum crediderunt, quod primi episcopi fundatores Ecclesiarum nostrarum per Galliam, fuerint discipuli aut Christi Domini, aut sanctorum Petri, Pauli aut Clementis, etc., quodque venerint prædicare Evangelium in vastas hasce provincias sæculo primo Christianismi, S. Ursinum Bituricensium, S, Austremonium Arvernorum, S. Martialem Lemovicensium S. Frontonem Petrocoricensium, S. Eutrophium Santonensium, » et quos porro recenset magno numero alios : « quos inquit, doctissimi viri, Faber, Bosquetus, Launoyus, Patres Sirmundus et Petavius, aliique plures, censuerunt non venisse nisi sæculo tertio aut quarto. » De nonnullis sanctorum illorum et nos tractavimus in Actis nostris, et fere consentimus cum citatis auctoribus.

17 In Sicilia quoque Syracusani, qui sanctum suum Marcianum, primum civitatis episcopum nominant, contenduntque, Antiochia sibi a S. Petro apostolo submissum fuisse, ostenduntur ad diem 14 Junii nostri, aberrasse ipsumque sanctum, imperantibus Valeriano et Gallieno sæculo tertio, martyrium sustinuisse. Umbri similiter, ut nuper diximus, in tractatu præliminari ad tomum I Julii, affectant antiquitatem primorum aliquot episcoporum suorum, quos aiunt a S. Petro apostolo e Syria ad se missos fuisse ; qui non nisi temporibus Diocletiani et Maximiani vixerunt ac martyres facti sunt. Nihil attinet plura congerere exempla. Res eruditis notissima est. De S. Stephano, primo Rhegiensium episcopo, jam ostendisse mihi videor ipsum nec sæculo primo, nec a S. Paulo apostolo, quando is navigavit Romam, ordinatum fuisse episcopum ; quando autem ordinatus fuerit, nequeo divinare ; quia de hoc Stephano silent tam Martyrologi Latini, quam alii scriptores antiqui, saltem qui ante Vitam ejus scriptam vixerint. Fortassis posset ejus martyrium ad tempora Diocletiani et Maximiani referri, quia nulli alii ante illud tempus noti sunt episcopi Rhegienses. Verum certiora de his exspectabimus a Rhegiensibus ipsis, ut jam dixi.

18. Diximus quoque, unde acceperimus Acta Græca, et quia tarde fuerunt collecta, comperiuntur non magnæ fidei esse. En ipsa, cum nostra interpretatione. Titulus talis præfigebatur : Ἄθλησις τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ἱερομάρτυρος Στεφάνου, μητροπολίτου τῆς Καλαβρίας : *Certamen sancti Patris nostri, sacri martyris Stephani, metropolitæ civitatis Rhegii in Calabria.*

ACTA AUCTORE ANONYMO

Nisi forte sit Metaphrastes.

Ex codice ms. monasterii Sancti Salvatoriis, ordinis S. Basilii prope Messanam.

Α'. Οὗτος ὁ ἅγιος ἱερομάρτυς Στέφανος ὑπῆρχεν ἀπὸ πόλεως Νικαίας· κατερχομένου δὲ Παύλου τοῦ ἀποστολου ἐν τῇ Ῥώμῃ, συνηκολούθησεν αὐτῷ ἄχρι πόλεως Ῥηγίου τῆς Καλαβρίας. Εὑρὼν ὁ Ἀπόστολος τὴν πόλιν οὖσαν κατείδωλον, ἐκήρυξεν ἐν αὐτῇ λόγον Κυρίου, καὶ ὥσπερ ἀγαθὴ τὸν σπόρον δεχομένη καὶ ἑκατοστεύουσα, οὕτως οἱ ἐν αὐτῇ τὸν λόγον ἐδέξαντο· κατηχήσας οὖτος αὐτοὺς ὁ Παῦλος, καὶ βαπτίσας πλείστους εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, προχειρίζει αὐτοῖς ἀρχιεπίσκοπον Στέφανον. Ὃς καλῶς ποιμάνας τὴν ἐμπιστευθεῖσαν αὐτῷ ποίμνην, πολλοὺς τῷ ἱσπερίῳ (μέρει) ὑπέστρεψεν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις. Διατρίψας οὖν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἑπτὰ καὶ δέκα ἐνιαυτοὺς, καὶ ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους χειροτονήσας, καὶ τῆς Ἐκκλησίας Θεοῦ χάριτι μεγαλυνθείσης, ἐκινήθη διωγμὸς κατὰ τῶν Χριστιανῶν.

Β'. Ἐκρατήθη ὑπὸ Ἱέρακος ἡγεμόνος ὁ Ἅγιος προσαίτιος τοῦ Χριστιανισμοῦ, καὶ ἠναγκάσθη ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ θῦσαι τοῖς εἰδώλοις· ὃς δὲ οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλὰ μᾶλλον παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσας, Θεὸν ὄντα καὶ Ποιητὴν πάντων· τὰ δὲ εἴδωλα, ξύλα καὶ λίθους ἀναίσθητα, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, τοῦ διαβόλου ἐφευρήματα. Διὸ τύπτεται ἀφειδῶς (σὺν τῷ Σουηρᾷ ἐπισκόπῳ) καὶ λίθοις τὰς ὄψεις συνθλῶνται, καὶ εἰς κάμινον πυρὸς ἐμβληθέντες, ἐξῆλθον ἀβλαβεῖς· ὅθεν πλεῖστοι ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ. καὶ, Μέγας ὁ Θεὸς, ἀνεβόησαν, ὁ ὑπὸ Στεφάνου, καὶ Σουηρᾶ τῶν ἀρχιερέων κηρυττόμενος. Ἐν οἷς ὑπῆρχον γυναῖκες σεμναί, Ἀγνῆς, Φιλικητὰς (καὶ Περπετούα) προσαγορευόμεναι, μαθήτριαι τοῦ ὁσίου Στεφάνου ὑπάρχουσαι, παῤῥησιασάμεναι ἔμπροσθεν στᾶσαι Ἱέρακος ἡγεμόνος, ὡμολόγησαν τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, Θεὸν ἀληθινὸν καὶ Ποιητὴν πάντων ἀνακηρύξασαι.

Γ'. Τότε θυμοῦ πλησθεὶς, ἐκέλευσεν αὐτὰς ξίφει ἀποτμηθῆναι ἅμα Στεφάνῳ καὶ Σουηρᾷ τοῖς ἀρχιερεῦσιν. Οὗ γινομένου, παραυτίκα ἀπέδωκαν τὰς ἁγίας αὐτῶν ψυχὰς τῷ Κυρίῳ, εὐχαριστοῦντες καὶ ἀγαλλιώμενοι, ὅτι ἠξιώθησαν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀποθανεῖν. Τὸ δὲ τίμιον σῶμα τοῦ ὁσίου ἱερομάρτυρος Στεφάνου, ὑπ' ἀνδρῶν εὐσεβῶν ἀωρὶ τῆς νυκτὸς κομισθὲν ἐν τῷ νοτιαίῳ μέρει τῆς αὐτῆς πόλεως, κατετέθη ἐν τῷ ἡσυχαστικῷ αὐτοῦ εὐκτηρίῳ, ὡς ἀπὸ σημείου ἑνὸς τῆς πόλεως, πλείστας ἰάσεις ἐπιτελοῦν. Τὰ δὲ τῶν λοιπῶν ἁγίων τὰ σώματα, Σουηρᾶ ἐπισκόπου, σεμνῆς Ἀγνῆς καὶ Φιλικητάτης (καὶ Περπετούας), ἔνθα ἀπετμήθησαν, ὑπὸ πιστῶν κατετέθησαν, ὑπὲρ τοῦ κόσμου πρεσβεύοντες.

I. Sanctus hic martyr Stephanus, civitate Nicæa ortus, cum Paulus apostolus proficisceretur Romam, ipsum comitatus fuit usque ad civitatem Rhegium Calabriæ. Inveniens autem Apostolus civitatem illam, totam idololatram, prædicavit ibi verbum Dei : et quemadmodum bona terra semen recipit multiplicatque centuplum, ita incolæ civitatis verbum receperunt. Interea catechizans ipsos Paulus, baptizavit plurimos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ; atque ordinavit ibi archiepiscopum Stephanum, qui recte pascens commissum sibi gregem, multos in occidentalibus plagis, convertit doctrina sua ad fidem Christi. Postquam igitur septemdecim annos ibi exegisset, episcoposque et presbyteros consecrasset, atque Ecclesia per Dei gratiam perampla esset : mota fuit persecutio contra Christianos.

II. In illa autem comprehensus ab Hierace præside S. Stephanus, tanquam auctor Christianismi, coactus fuit negare Christum et sacrificare idolis Quod ille non sustinens, potius confessus est Christum Deum esse et creatorem omnium ; idola vero esse ligna et lapides, sensu carentia, opera manuum hominum, et diaboli inventa. Hinc sine cessatione verberatur una cum episcopo Suera, et facies eorum lapidibus conteruntur, et in caminum ignis injecti, inde exierunt illæsi. Quo miraculo plurimi crediderunt in Christum, exclamantes : Magnus est Deus, quem Stephanus et Suera episcopi prædicant. Inter hos quoque erant honestæ feminæ, Agnes et Felicitas et Perpetua nominatæ discipulæ sancti Stephani ; quæ libera voce, stantes coram Hierace præside, confessæ sunt nomen Christi, ipsum Deum verum et Factorem omnium prædicantes.

III. Tunc præses, iracundia plenus, præcepit ipsis gladio amputari caput, uti et Stephano et Sueræ episcopis. Quo facto, reddiderunt sanctas animas suas Domino, gratias agentes et exsultantes, quod digni fuerint pro Christo mori. Venerabile autem sancti Stephani corpus a viris religiosis nocte intempesta deportatum fuit in australem partem ejusdem civitatis, ac depositum in secreto ejus oratorio, quod circiter milliari uno a civitate abest, plurimas operans curationes. Reliquorum vero sanctorum corpora Sueræ episcopi, venerabilis Agnetis, Felicitatis et Perpetuæ, ibi a fidelibus deposita fuere, ubi occubuerant ; pro mundo intercedentes.

DE SANCTIS XLV MARTYRIBUS

NICOPOLI IN ARMENIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

(Acta SS. Bolland., Mai die 10.)

1. Nicopolis in Armenia, ab aliis pluribus ejusdem nominis civitatibus additione hujus provinciæ distincta, a Pompeio Magno condita ob Mithridatem ibi debellatum, auctore Dione Cassio, lib. XXXVI Historiarum Romanorum, exstitit clarissimorum martyrum XLV palæstra, constantiæ eorum testis et spectatrix, ac gloriæ theatrum ; civitas sane tum insigni hoc triumpho nobilis, tum mirifice prædicari merita, quod temporibus Valentis imperatoris inconcussa steterit adversus Arianorum procellas, ut pluribus meminit S. Basilius in epistol. addit., sicut signat Baronius in notationibus hic, 6, 9, 10, 11, et 12 edit. Nut celebratissimam vero sanctorum martyrum memoriam fuisse in sacris tabulis, abunde constabit ex iis quæ de eorum cultu subnectimus.

2. Menologium Basilianum, ad calcem tomi primi hujus mensis post annuntiationem : Eodem mense (Julio die X), passio sanctorum XLV martyrum, qui in Nicopoli martyrio affecti sunt, » ita de illis prædicat : « Quadraginta quinque Christi martyres vixerunt sub regno Licinii et præfectura Lysiæ, quorum principes fuere Leontius, Mauritius, Daniel et Antonius. Comprehensi itaque astiterunt duci Lysiæ in Nicopoli Armeniæ, Christumque confessi et idola exsecrati, cæsique ac lapidibus ora et faciem contriti, in carcerem conclusi sunt, per dies plures absque cibo permanentes. Milites, eorum constantiam conspicati, Christo crediderunt. Deinde e carcere ejecti, et crura securibus abscissi, hi quidem jam mortui, illi autem adhuc spirantes, in caminum ignis injecti, cursum consummarunt, accipientes immortale regnum, quod paratum ipsis fuit a Christo ante mundi constitutionem. » Alibi sæpius horum martyrum recurrit memoria in Græcis fastis, ac plerumque cum parvo elogio, videlicet in Menæis impressis eorumque indice et Horologio Græcorum ; item in Supplemento ad Menæa ex Synaxario Sirmondi et ms. Chiffletii, in Menæis bibliothecæ Ambrosianæ, Menæo Chiffletii, Menologio Slavo Russico, quod pro *Leontio* scribit *Leonis*, Maximo Cythetorum episcopo ; quibus addi potest ms. ex libro linguæ Arabicæ de vita nonnullorum sanctorum Typicum S. Sabæ, nec non epitome excusa Menologii : denique Menologium Sirleti : e quo postea eorum memoria transiit ad Martyrologium Romanum, sic illos referens : « Nicopoli in Armenia, sanctorum martyrum Leontii, Mauritii, Danielis et sociorum, qui sub Licinio imperatore et Lysia præside varie excruciati, tandem in ignem conjecti, martyrii cursum confecerunt. » Molanus illos etiam habet, et Galesinius.

3. Menæa impressa, uti etiam dictum eorum Supplementum, sacro martyrum agmini ita accinunt:

Παρεμβολὴ τις εὑρέθη τῷ Θεῷ νέα
Τόλμῃ παρεμβαλοῦσα καὶ πυρὸς μέσον.
Κτεῖνεν ἀρισθενέας δεκάτη πῦρ Νικοπολίτας.

Nova castra Numen militem invenit novum
Audacter ausum tendere in medio rogos.
Flamma necat decima generosa Nicopolitas.

Idem Supplementum habet hoc singulare de eorum cultu : Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας Ἀκυλίνης πλησίον τοῦ φόρου. Celebratur autem eorum solemnitas in templo S. Aquilinæ prope Forum. » De templo S. Aquilinæ agit Cangius lib. IV *CPolis Christianæ*, pag. 144.

4. Baronius tom. III, pag. 162, num. 46, agens de hisce martyribus, agonem eorum affigit anno 316. In Menologio Slavo-Russico ponuntur passi anno 307. Liber linguæ Arabicæ, de quo supra, videtur ipsos alligare temporibus Diocletiani ; cum post annuntiationem ibidem addatur Actorum vitæ aut elogii, ut autumo, principium « in diebus Diocletiani : » et ascribitur, fol. 13. Tomo V. Maii, pag. 151, in annot. ad cap. 3 Actorum S. Donati et sociorum martyrum lit. f, ponitur Licinius cœpisse persequi Christianos anno 316. Secus opinatur Pagius in Critica hist. Chronol. tom. I, pag. 381, censens, nullos martyres in persecutione Liciniana fuisse passos ante annum 319, neque ante illud tempus Licinium persecutionem Ecclesiæ intulisse. Tillemontius tom. V, pag. 512, obiter ex Græcis tabulis sanctos Christi pugiles commemorans, annum martyrii non determinat. Et vero ea temporis ratio, quam figit Pagius, non videtur improbabilis : neque enim apparet, quem potissimum martyrio sæpe dicto assignes annum, quam illum quo Licinius varia in Christianos machinatus est, eos e palatio suo pellens, concilia celebrare, eos ve-

tans, aliaque quam plurima contra eos statuens ac gerens in odium Constantini de quibus Eusebius lib. I *De Vita Constantini*, capite 51, 52 et seqq. agit; quæ Petavius alligat anno Christi 319, ut videre est in parte altera *De doctrina temp.*, pag. 718; addens, passos esse in ea persecutione XL martyres in Cappadocia, frigore enectos, et Basilium, Amasiæ Ponticæ episcopum, martyrio affectum, citaque Eusebii Chronicon. Actum de illo est tom. III Aprilis, pag. 416, apposita epocha, circa ann. 322; de iis autem die 10 Martii. ad hæc Eusebii Chronicon Latine versum apud Josephum Scaligerum pag. 180, ad an. CCCXXI habet; «Licinius Christianos de palatio suo pellit.» Dicamus ergo, martyres obiisse circa annum 319.

5. Quid sentiam de Actis, e Græco in Latinum sermonem a me conversis, paucis intellige. Non sincera illa esse, sed episodio plus uno adornata dramaticeque composita, indubitatum mihi videtur. Spirat enimvero in illis ingenium Metaphrastis, vel saltem alterius cujusdam ei non absimilis, trægœdi sacri potius quam sinceri historici nomen promeriti. Argumento sunt sequentes observationes. Primo, preces, verbis psalmorum nimis compositæ concinnatæ, ut videsis num. 8 et 12. Secundo, inductio martyrum utriusque sexus nec non exemplum S. Potamienæ, temporibus Maximiani pro tuenda pudicitia in lebetem, pice instructum, a suo domino injectæ, nonne theatrum spirant? S. Leontius, ea narrans ut animos excitet ad fortiter pro Christo dimicandum, dicit se ea accepisse « a magistro suo, qui veniebat ex Egypto, et audisse se aieba a S. Antonio asceta. » Quæro qui hic Antonius aceta? Antonius magnus, ut opinor, celeberrimus plurium monachorum abbas: si ille est, quem conjicio, satis disparata connectere videtur scriptor; cum is tam diu obierit post S. Leontium, anno utique 356. Res illæ narrantur, a num. 8 in fine. Tertio, diabolus, Æsculapium mentitus, ducemque Lysiam contra martyres concitans, quidnam est nisi scena dramatica, num. 12?

6. Quinto, mors martyrum, hoc modo accelerata, qui refertur num. 16, fallor si plenam fidem inveniat. Sexto, prodit in scenam mulier, sanctis aquam sub vestibus clam in carcere deferens, num. 11; quæ denuo redit num. 19. Erunt, ut opinor, quibus preces et aqua e rupe elicita non omnino arridebunt, num. 22. Denique Actorum sinceritati non mediocriter officit sequens clausula, a genuinis Actis abesse consueta, quæ habetur num. 23, in qua Sisinnius ita Deum orat jamjam moriturus. « Opis tuæ indigos, teque nostro interventu invocantes, statim exaudi, Domine, in quacunque necessitate et indigentia; quamvis in viduitate et orbitate; quamvis in peregrinatione; quamvis in infirmitate corporis et animæ; quamvis in ære alieno et calumniis; quamvis in acerba servitute; quamvis in hominum ac pecudum contagione; quamvis in mari quispiam sit naufragus, etc. Tu illi, rex, per nos solatio sis, et statim exaudi, ut cognoscant mundi hujus incolæ, multum nos diligi abs te, et exaudiri, ac malo cuilibet fiat aqua hæc in medelam, nam ad invocationem tui ebullit et innovatum est vetus miraculum in gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, in laudem et memoriam martyrum tuorum quinque et quadraginta.

7. Inter martyres XXXVI Alexandriæ passos, de quibus hoc itidem die agitur superius, duo primi Leontius et Mauritius, et quintus Daniel, tribus nostris martyribus Nicopolitanis, quorum expressum vidimus nomen, prorsus homonymi sunt. Quæ homonymia suspicionem fortasse nonnulli præbere poterit, hic æque, ac alibi, plus semel, inductæ alicujus, confusionis, una fortasse martyrum turma in duas distracta, vel, si hoc non vis, alterius in alteram nominibus derivatis. Verum quoniam quid hic lateat mysterii, nobis assequi non est promptum, in duas eos classes dsitinximus, secuti Martyrologia Hieronymiana: uti indicavimus supra, ubi de dictis triginta sex martyribus egimus, et difficultatem hanc non prætermisimus.

8. Tamayus solius S. Leontii nomen exprimit, et socios martyres confuse: « Nicopoli in Armenia, S. Leontii martyris, qui cum aliis sociis agonem admirabilem complevit. » Hoc recte; sed clausulam sequentem, « cujus exuviæ sacræ in oppido Alcaudete, diœcesis Giennensis in cœnobio monialium B. Claræ debita cultus honorificentia servantur, » quorsum adjunxit? Cum in notis ad hunc locum candide profiteatur « suspicari se, erase amicum eruditum, » nimirum P. Martinum Xemena Jurado, ex cujus relatione prædictis Sancti reliquiis istum locum assignarat, « et hæc pignora esse alterius Leontii martyris Romæ passi; de quo agunt Maurolycus, Galesinius, et Philippus Ferrarius in generali catologo Sanctorum die 9 Julii fol. 284, et suademur ex eo quod comiti Beneventano ejus exuvias obtulit Paulus V, Pont. Max. extractas ex Romanis cæmeteriis; nec huc usque sciatur Nicopolitani Romæ advectas fuisse. » Recte, ut opinor, hic se et alium suum ducem corrigit Tamayus. Utinam in pluribus aliis eadem felicitate et facilitate se correxisset! Sic pluris fierent ejus merces apud eruditos hagiophilos etiam Hispanos, indignatione potius ac risu sæpe digniores, quam pretio.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΕ΄ ΜΑΡΤΥΡΩΝ.

MARTYRIUM

SANCTORUM XLV MARTYRUM.

CAPUT I.

Vulgato a Licinio edicto contra Christianos, sistuntur coram duce Lysia sancti martyres.

I. Licinius imperator quaquaversum edicta vulgavit, ut si qui reperirentur Christiani, omnimodis plecterentur. Edicti vero exemplar expressum erat sic: Licinius imperator, maximus, augustus, his, qui per orbem terrarum præsunt, salutem: Postquam divinitas nostra facta est certior (1), quosdam eorum qui Christiani appellantur, non solum beneficis diis non sacrificare, sed etiam pio deorum cultui injurias irrogare; quin imo prætextu eis sacrificandi, plurimos deos vel ipso nocturno tempore contrivisse, punitosque sæpius non resipuisse aut honoribus affectos, aut metu absterritos; ideo potestas nostra jubet, ut ubicunque invenientur Christiani, diis hi sacrificent, magnisque honoribus ac donis fruantur: reluctantes autem, una cum uxoribus ac liberis, igni ac ferro tradantur; facultates insuper illorum omnes publicentur, in templorum, furtim ab ipsis eversorum, nec non murorum et publicorum balneorum utilitatem. Inviolabile itaque imperium nostrum edocti, quantum conniti potestis, id quod mandatum est, exsequamini, ne una vos cum impiissimis periclitemini. Hisce itaque vulgatis in plateis urbium edictis, sancti Dei famuli gavisi sunt, oblatam martyrii opportunitatem considerantes.

II. Interhæc publicato Nicopolitarum in civitate edicto, quando timores ingruerent, et instructæ essent carnificinæ, erecta ligna ad suspensionem, ungulæ ferreæ acutæ ad abrasionem, cassides ignitæ, ollæ ferventes, rotæ, clavi, nervi bubuli indurati, aliique cruciatus atrociores; et dum advenisset dux Lysias, ubi universa Armeniæ legio sortito erat distributa, comprehensi sunt nonnulli, qui Christianos se declarabant, Leontius et Mauritius et Daniel viri natalium splendore conspicui, et doctrinarum eruditione, vitæque ad Christi leges conformatione

Α΄. Λικίνιος ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλε διατάγματα κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὡς εἴ τινες εὑρεθεῖεν Χριστιανοί, τούτους παντὶ τρόπῳ κολάζεσθαι. Ὁ δὲ τύπος τοῦ διατάγματος τοῦτον εἶχε τὸν χαρακτῆρα· Λικίνιος αὐτοκράτωρ, μέγιστος, σεβαστός, τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅρχουσιν χαίρειν· Ἐπειδὴ ἐδιδάχθη ἡ ἡμετέρα θειότης, ὅτι τινὲς τῶν λεγομένων Χριστιανῶν οὐ μόνον οὐ θύουσι τοῖς εὐεργέταις θεοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐνυβρίζουσι τὴν εὐσεβῆ τῶν θεῶν θρησκείαν, πλείστους δὲ θεοὺς καὶ ἐν νυξὶ συνέτριψαν προφάσει τοῦ θύειν αὐτοῖς, καὶ πολλάκις κολασθέντες οὐ μετετέθησαν, οὐ τιμαῖς εἴξαντες, οὐ φόβῳ μεταπεισθέντες, διὰ τοῦτο κελεύει τὸ ἡμέτερον κράτος, ὅπου δ' ἂν εὑρεθεῖεν Χριστιανοί, τούτους θῦσαι τοῖς θεοῖς, καὶ τιμῶν μεγίστων καὶ δωρεῶν ἀπολαύειν· τοὺς δὲ μὴ πεισθέντας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις πυρὶ καὶ μαχαίρᾳ παραδίδοσθαι, τὴν δέ γε ὕπαρξιν αὐτῶν πᾶσαν δημοσιευθῆναι εἰς ἐπιμέλειαν ναῶν, τῶν ὑπ' αὐτῶν κλοπῇ καθαιρεθέντων, καὶ τειχῶν καὶ λουτρῶν δημοσίων. Εἰδότες οὖν τὸ ἀπαράβατον τῆς ἡμετέρας κελεύσεως παντὶ σθένει τὸ προσταχθὲν εἰς ἔργον ἐνέγκατε, ὡς μὴ καὶ ὑμᾶς συγκινδυνεῦσαι τοῖς ἀθεωτάτοις. Τούτων τῶν προσταγμάτων προτεθέντων ἐν ταῖς πλατείαις τῶν πόλεων, οἱ ἅγιοι δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ ἔχαιρον, τὸν καιρὸν τοῦ μαρτυρίου σκοπούντες.

Β΄. Καὶ δὴ καὶ ἐν τῇ Νικοπολιτῶν προτεθέντος τοῦ διατάγματος, καὶ τῶν φόβων ἐπισειομένων, καὶ τῶν κολαστηρίων εὐτρεπισθέντων, ξύλων ὀρθίων εἰς ἀνάρτησιν, ὀνύχων τε σιδηρῶν ἀκμαίων εἰς εἴσξεσιν, καὶ κασσίδων πεπυρακτωμένων, τηγάνων καὶ τροχῶν, καὶ ἥλων, καὶ βουνεύρων ξηρῶν, καὶ ἑτέρων χαλεπωτέρων κολαστηρίων, καὶ παρακεκλημένου τοῦ δουκὸς Λυσία, ὥπερ ἦν ἀπόκεκληρωμένη ἡ λεγεὼν πᾶσα ἡ Ἀρμενίας, συνελήφθησάν τινες, ἑαυτοὺς καταδήλους ποιήσαντες, ὅτι Χριστιανοί εἰσιν, Λεόντιος καὶ Μαυρίκιος, καὶ Δανιὴλ, ἄνδρες ἐπίσημοι

(1) Isto quondam titulo imperatores fuisse nuncupatos, colligitur ex epistola Valentiniani ad Theodosium imperatorem data, quæ est numero vicesima quinta, et habetur parte 1 concilii Chalced. a. col. 512.

τῶν ἐν τῇ πόλει γένει τε καὶ παιδεύσει λογων καὶ βίῳ κατὰ Χριστὸν διαπρέποντες, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ ἕτεροί τε μ΄ λέγοντες ἑαυτοὺς εἶναι Χριστιανούς, καὶ αὐτοπροαιρέτως προελθόντες τῷ Λυσίᾳ. Ὃς θεασάμενος τὴν τοσαύτην τῶν ἀνδρῶν προθυμίαν, ἠρώτα αὐτούς, λέγων· Πόθεν ἐστέ; καὶ τίς ἐστιν ὁ πείσας ὑμᾶς μὴ εὐσεβεῖν, μήτε θύειν τοῖς θεοῖς τοῖς οὐρανίοις; Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· Ἡμεῖς πάντες Χριστιανοί ἐσμεν. Καὶ οἱ μὲν τὴν πόλιν ταύτην οἰκοῦμεν, οἱ δὲ καὶ ἐκ τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν πόλιν ὥρμηνται. Καὶ πατρὶς μὲν ἡμῖν αὕτη ἡ ἐπίγειος, πατὴρ δὲ Χριστὸς ὁ ἐπουράνιος· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ διδάξας ἡμᾶς καὶ πείσας θεοῖς κούφοις καὶ τυφλοῖς μὴ λατρεύειν, μήτε ἔργοις χειρῶν ἀνθρώπων προσκυνεῖν.

A illustres, et una cum ipsis quadraginta alii, Christianos se dictitantes ultro ad Lysiam accesserunt. Qui talem in viris contemplatus animi celsitudinem percontatus, illos est, dicens : Cujates estis, et quis auctor vobis est, ne cultum aut sacrificium deferatis diis cœlestibus ? Cui sanctus Leontius : Omnes nos Christiani sumus, et nos quidem urbem hanc incolimus, illi vero e regione, quæ urbi subest, advenerunt. Et patria quidem terrestris nobis eadem est, Pater vero cœlestis Christus ; atque hic est, qui nos docuit, et persuasit deos mutos ac cæcos non colere, nec opera manuum hominum adorare.

Γ΄. Λυσίας εἶπεν· Καὶ ποῦ ἐστιν ὁ Χριστός; Οὐχὶ ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν; Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· Μὴ μόνον τὸ ἀπέθανεν ἀκούσεις, ἀλλ' ἐννοήθητι ὅτι καὶ ἠγέρθη καὶ ζῶν ἐστιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἐκὼν γὰρ ἀπέθανεν δι' ἡμᾶς, καὶ πάλιν ἠγέρθη, ὡς υἱὸς ὢν τοῦ Θεοῦ. Λυσίας εἶπεν· Οὐκοῦν ζῇ νῦν; Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· ὦ Λυσία, οἱ ὑμέτεροι θεοὶ ἀποθανόντες οὐ ζῶσιν· ὁ δὲ ἡμέτερος Δεσπότης καὶ Θεός, ὁ τὰ πάντα τῇ ἰδίᾳ δεξιᾷ καταρτήσας, οὐρανὸν, γῆν, θάλασσαν, καὶ πάντας ἀνθρώπους, ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν, ἵνα ἡμᾶς ἀποσπάσῃ τῆς εἰδωλολατρείας· ἐκεῖνος ζῇ, καὶ ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὑπεραποθνήσκειν αὐτοῦ, ἵνα καὶ ἡμεῖς, ἀποθανόντες, συνζήσωμεν αὐτῷ. Λυσίας εἶπεν· Οὐχὶ δώδεκά εἰσιν θεοὶ οὐράνιοι; ποῖον οὖν σὺ λέγεις ἕτερον Θεὸν, ὃς ἐποίησεν οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλασσαν; Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· Ποῖοί εἰσιν οἱ θεοὶ ὑμῶν; Λυσίας λέγει· Ζεὺς, καὶ Ἀπόλλων, καὶ Ἀσκληπιὸς, καὶ οἱ ἄλλοι, οὓς σέβει ἡ σύμπασα. Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· Ζεὺς οὖν θεός ἐστιν; Λυσίας εἶπεν· Οὐαὶ, ἐμμάνης, ἄνθρωπε βλασφημῶν· αὐτός ἐστιν ὁ κρατῶν τοὺς οὐρανοὺς, πατὴρ ἀνδρῶν τε καὶ θεῶν. Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· Εἰ οὖν θεός ἐστιν ὁ Ζεὺς πάντως, ὅτι καὶ ἰσχυρός ἐστιν, καὶ ὑμῶν τῶν ἐκδίκων οὐ χρῄζει ἀσεβούμενος· πάντως δὲ καὶ δίκαιός ἐστι, καὶ μισοπόνηρος, μισῶν μοιχείαν, μισῶν πορνείαν, μισῶν ἀῤῥητοποιίαν, μισῶν ἀδελφογαμίαν, μισῶν πολέμους, καὶ φιλῶν εἰρήνην. Ὁ γὰρ Θεὸς ὀφείλει τέλειος εἶναι, καὶ ἀπροσδεὴς, καὶ ἀναμάρτητος. Ἐὰν γὰρ ἁμάρτῃ ὁ θεὸς ὑμῶν, ἐστὶν ἁμαρτωλὸς, καὶ ἄλλου Θεοῦ χρείαν ἔχει ἀναμαρτήτου εἰς διόρθωσιν ἑαυτοῦ.

B III. Dixit Lysias : Ubinam est Christus ? Numquid cruci affixus et mortuus est ? Cui sanctus Leontius : Non solum audi mortuum esse, sed resurrexisse considera, et vivere in cœlis ; sed enim mortuus est libens propter nos, et iterum resurrexit, tanquam exsistens Filius Dei. Dixit Lysias : Nempe etiam nunc vivit ? Cui sanctus Leontius : O Lysia, dii vestri, postquam mortui sunt, non vivunt ; at vero Dominus noster ac Deus, qui dextera sua gubernat omnia, cœlum, terram, mare et homines omnes, pro nobis, mortuus est, ut nos ex idolorum cultu extraheret. Vivit is, et docuit nos pro se mori, ut mortui, cum illo vivamus. Dixit Lysias : Nonne duodecim dii cœlestes sunt ? Qualem ergo tu alium dicis Deum, qui fecit cœlum et terram et mare ? Sanctus Leontius dixit : Quinam dii vestri sunt ? Lysias dixit : Insuper et Apollo et Æsculapius, aliique, quos orbis colit universus. Sanctus Leontius dixit : Jupiter ergo Deus est ? Lysias dixit: Vah ! insanis, homo blaspheme : ipse est, qui cœlos tenet, hominumque pater et deorum. Sanctus Leontius dixit : Si igitur deus est Jupiter, quia omnino fortis est, vobis defensoribus, quando injuria læditur, non indiget ; omnino justus est et mali osor, osor fornicationis, osor adulterii, osor obscenitatis nefandæ, osor incestus, osor bellorum et amans pacis. Etenim Deus perfectus sit oportet, egestatisque ac peccati expers : nam si peccat deus vester, peccator est ; et Deo eget altero peccare nescio, ad emendationem suam.

C

D

Δ΄. Λυσίας εἶπεν· Σὺ εἶ ὁ δικάζων τὰ τῶν θεῶν, κακὴ κεφαλή; Μὰ τὴν σωτηρίαν τῶν θεῶν, καὶ τὴν ἐμὴν, κακῶς ἀπολέσω ὑμᾶς. Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· Μὴ ἀγανάκτει τὴν ἀλήθειαν ἀκούων· τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι νόμοι τέθεινται, οἱ μὲν λογικοὶ, οἱ δὲ φυσικοὶ, ὡς οὐ χρὴ ἄνθρωπον ἀλλοτρίαν ἔχειν γυναῖκα, οὔτε ἀδελφογαμεῖν, οὔτε πολέμους ἀγαπᾷν, καὶ προξενεῖν ὄλεθρον τοῖς ἀνθρώποις. Εἴπερ σωτῆρας αὐτοὺς καλεῖς, ὤφειλον μᾶλλον ἐκ τῆς εἰρήνης σώζειν, καὶ περιποιεῖσθαι τοὺς σεβομένους. Εἰ δὲ ὁ θεὸς ὑμῶν τοιαῦτα διαπράττεται, καὶ τοὺς ἀνθρώπους πεισάτω λῦσαι τοὺς νόμους· ἢ καὶ ὡς ἄνθρω-

IV. Lysias dixit : Tu causam dicis eorum quæ ad deos attinent, malum caput ? Per deorum et meam salutem, male vos perdam. Sanctus Leontius dicit : Ne indigne feras audire veritatem. Hominibus omnibus tam ratio quam natura præscripsit leges, non esse par, ut homo alienam habeat uxorem, utque committat incestum, aut bella diligat, aut hominibus perniciem inferat. Si eos vocas sospitatores, deberent potius ex pace servare et de cultoribus suis bene mereri. Si deus vester ista facit, suadeat hominibus solvere leges ; vel sicut homo, deus vester agat, et homines imitetur. Nam

si illi, qui faciunt ea quæ lex non jubet, prævaricatores dicuntur, summoque supplicio et morte ipsa digni sunt ; dii vestri prævaricatores quali tandem mortis genere sunt digni ? Homines novimus qui ab istis se spurcitiis continuerunt : et justi appellantur, libidinem aversantes. Ergo homines continentes diis incontinentibus præstantiores sunt. Si non ita res se habet, sed male dixi, testimonium mihi perhibe. Neque enim male dixi ; nam dii non sunt, qui servant, sed pessimi dæmones, animis perniciem afferentes.

A πος πραττέτω ὁ θεὸς ὑμῶν, καὶ μιμησάσθω τοὺς ἀνθρώπους· εἰ γὰρ οἱ πράττοντες ἃ μὴ ὁ νόμος κελεύει, παράνομοι λέγονται, καὶ τιμωρίας μεγίστης, καὶ θανάτου ἄξιοί εἰσιν, οἱ θεοὶ ὑμῶν παρανομοῦντες πύσων θανάτων ἄξιοί εἰσιν ! Οἴδαμεν ἀνθρώπους ἐγκρατευομένους ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τούτων, καὶ λέγονται δίκαιοι, φυλασσόμενοι ἀπὸ ἀσελγείας οὐκοῦν οἱ ἐγκρατεῖς ἄνθρωποι τῶν θεῶν ἀκρατῶν κρείττονές εἰσι. Εἰ δὲ οὐκ ἔχει οὕτως, ἀλλὰ κακῶς εἶπον, μαρτύρησόν μοι· οὐκ εἶπον γὰρ κακῶς ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ σώζοντες, ἀλλὰ δαίμονες κάκιστοι, ὀλοθρεύοντες ψυχάς.

V. Sanctus Daniel dicit sancto Leontio : Belle dixisti, Pater, et nobis omnibus animos addidisti. Dux dixit : Malum caput, et omni dementia plenum ; nonne Deus vester, tanquam maleficus cruci affixus est ; ecquis autem deorum nostrorum affixus est cruci ? Sanctus Leontius dicit : Deus noster cruci affixus est ; quin imo in cruce ejus gloriamur, contra quam dii vestri nihil quidquam valent. Christus enim volens hominem servare a tali, quæ invaluerat, impietate, voluntarie se tradidit Judæis, hæc per prophetas vaticinatus, ut antiquam primi hominis prævaricationem per crucem solveret, ad infernum descenderet, cum aperiret, animas liberaret, et resurrectionem nobis donaret. Dii autem vestri, Jupiter quidem propter luxuriam factus est cygnus, taurus ac serpens. Quidnam ergo amabilius est, Deumne, postquam homo, quem fecerat, mala sua volnutate perierat, Deumne, inquam, pro ipso mori et resurgere, atque nunc ipsum simul resurgere misericordiam consecutum ; an ob luxuriam fieri ciconiam et repere ob libidinem ? Similiter quoque Apollo, deus vester, fulmine periit, ut in fabulis vestris in scenam datur. Æsculapius vero et Hercules fulmine itidem icti et igne cœlesti consumpti fuerunt ; non enim dii erant, sed impostores.

Ε'. Ὁ ἅγιος Δανιὴλ λέγει τῷ ἁγίῳ Λεοντίῳ· Καλῶς εἶπας, Πάτερ, καὶ Πάντας ἡμᾶς παρεθάρρυνας. Ὁ δοὺξ εἶπεν : Κακὴ κεφαλὴ, καὶ πάσης ἀπονοίας πεπληρωμένη, οὐχὶ ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐσταυρώθη ὡς κακοῦργος ; τίς δὲ τῶν θεῶν ἡμῶν ἐσταυρώθη ; Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· Ὁ μὲν ἡμέτερος Θεὸς ἐσταυρώθη, καὶ ἐγκαυχώμεθα ἐν τῷ σταυρῷ αὐτοῦ, δι' οὗ οἱ θεοὶ ὑμῶν οὐκ ἔτι ἰσχύουσιν· ὁ γὰρ Χριστὸς, βουλόμενος σῶσαι τὸν ἄνθρωπον διὰ τὴν ἐπικρατήσασαν ταύτην ἀθεότητα, ἑκουσίως ἑαυτὸν παρέδωκε τοῖς Ἰουδαίοις, προκηρύξας ταῦτα διὰ τῶν προφητῶν, ἵνα διὰ τοῦ σταυροῦ παράβασιν ἀρχαίαν τοῦ πρωτοπλάστου λύσῃ, καὶ κατέλθῃ εἰς τὸν ᾅδην, καὶ ἀνοίξῃ τοῦτον, καὶ ἀπολύσῃ ψυχὰς, καὶ ἀνάστασιν ἡμῖν δωρήσηται· οἱ δὲ ὑμέτεροι θεοὶ, Ζεὺς μὲν, δι' ἀσωτίαν κύκνος, καὶ ταῦρος, καὶ ἑρπετὸν ἐγένετο· τί οὖν ἐστιν ἐραστότερον, Θεὸν τὸν ποιήσαντα ἄνθρωπον, καὶ ἀπολωλότα διὰ ἰδίαν ἑαυτοῦ κακὴν προαίρεσιν, ἀποθανεῖν τὸν Θεὸν δι' αὐτὸν, καὶ ἀναστῆναι, καὶ συναναστῆναι τοῦτον ἐλεηθέντα, ἢ δι' ἀσωτίαν γενέσθαι πελαργὸν, καὶ ἕρπειν διὰ τὴν πορνείαν ; Ὁμοίως δὲ καὶ Ἀπόλλων, ὁ Θεὸς ὑμῶν, ἐκεραυνώθη, ὡς ἐν τοῖς μύθοις ὑμῶν τραγῳδεῖται. Ἀσκληπιὸς δὲ καὶ Ἡρακλῆς ἐκεραυνώθησαν καὶ αὐτοὶ, καὶ κατεδαπανήθησαν πυρὶ οὐρανίῳ, οὐ γὰρ ἦσαν θεοὶ, ἀλλ' ἀπατηλοί.

CAPUT II.

Sancti lapidibus percussi et in carcerem conjecti, variis exemplis a sancto Leontio confirmantur.

VI. Tum dux iratus lapidibus vultus eorum cædi jussit. Et dixit : Ora eorum percutite, ex quibus blasphemia erupit contra deos. Percussi sancti dicunt tyranno : Deus te percussurus est, minister Satanæ, quia audiens veritatem, ebrius es impietate. Sanctus Leontius dicit : Fratres, ne maledicite his, qui ex se ipsis maledicti sunt, benedicite potius, quoniam ita scriptum est : « Benedicite persequentibus vos[1] ; » benedicite et non maledicite. Dux dicit : Leonti, per deos juro, si obtemperetis mihi et sacrificetis, quidquid volueritis, dabo vobis : nam hucusque vos sustinui, considerans futurum, ut mutaremini. Si itaque imperatoribus refragamini, et si non veneritis diis sacrificaturi, membra vestra corvis et canibus cibum proponam, et

ς'. Καὶ χολώσας ὁ δοὺξ ἐκέλευσε λίθοις τὰς ὄψεις αὐτῶν δέρεσθαι, καὶ λέγει· Τύπτετε τὰ στόματα αὐτῶν, ὅθεν ἐξῆλθε βλασφημία εἰς τοὺς θεούς. Οἱ δὲ ἅγιοι τυπτόμενοι λέγουσιν τῷ τυράννῳ· Τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, ὑπηρέτα τοῦ Σατανᾶ, ὅτι τὴν ἀλήθειαν ἀκούων μεθύεις τῇ ἀσεβείᾳ· Ὁ ἅγιος Λεόντιος λέγει· Ἀδελφοὶ, μὴ καταράσθε τοὺς αὐτοκαταράτους, ἀλλὰ μᾶλλον εὐλογεῖτε· ἐπειδὴ οὕτως ἐπιγέγραπται· Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς· εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε. Ὁ δοὺξ εἶπεν· Λεόντιε, μὰ τοὺς θεούς, ἐὰν πεισθῇτέ μοι, καὶ θύετε, ὃ ἐὰν βούλησθε, παρέξω ὑμῖν· ἕως γὰρ τοῦ παρόντος ἠνεσχόμην ὑμῶν, σκοπῶν τὴν μεταβολήν. Ἐὰν οὖν παρακούσητε τῶν αὐτοκρατόρων, καὶ μὴ, προσελθόντες, θύσητε τοῖς θεοῖς, τὰ μέλη ὑμῶν τοῖς

[1] Matth. v, 44.

παραξι καὶ τοῖς κυσὶ βορὰν παραθήσω, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελήσει ἡ ματαία ἔνστασις. Ὁ ἅγιος Ἀντώνιος λέγει· Ποίοις θεοῖς κελεύεις θῦσαι ἡμᾶς; Λυσίας λέγει· Θύσατε τῷ Διὶ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι. Ὁ ἅγιος Λεόντιος εἶπεν· Ὁ Θεὸς ὑμῶν ἑαυτὸν σῶσαι μὴ δυνάμενος, Ἀπόλλων λέγεται· τοῦτο ὑμεῖς μαρτυρεῖτε.

A nihil vobis proderit stulta pervicacia. Sanctus Antonius dixit: Cujusmodi diis sacrificare nos jubes Lysias dicit: Sacrificate Jovi et Apollini. Sanctus Leontius dixit: Deus vester, qui semetipsum servare non potest, Apollo dicitur. Id confitemini vos ipsi.

Ζ'. Ἀγανακτήσας οὖν ὁ Λυσίας, καὶ ἐκ τοῦ θυμοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαπύρους ποιήσας, καὶ τρίσας τοὺς ὀδόντας, ἐκέλευσεν σιδήρῳ δεθῆναι αὐτῶν τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας, καὶ κλοιοῖς βαρυτάτοις κατασφιγχθέντας ἀποτεθῆναι εἰς τὸ δεσμωτήριον εἰς τὸν πύργον τῆς πόλεως τῆς βλεπούσης κατὰ βορέαν, ἔνθα καὶ πηγὴ ὑπεκτρέχει, ῥέουσα ἔξωθεν τῆς πύλης τῆς πόλεως· παραγγείλας τοῖς φυλάσσουσιν αὐτοὺς στρατιώταις, Μεναίᾳ καὶ Βηληράδῃ, λέγων αὐτοῖς· Βλέπετε, ὦ Μεναῖα καὶ Βηληράδη, πῶς αὐτοὺς φυλάττετε· μὰ τὸν γὰρ Ἀσκληπιόν, ὅτι ἐὰν μάθω, ὅτι ἄρτος ἢ ὕδωρ ἐδόθη αὐτοῖς παρά τινος, τὴν ἐκείνων τιμωρίαν ὑμῖν ἐπιθήσω, καὶ πυρὶ σὺν ἐκείνοις ὑμᾶς ἀναλώσω. Οἱ δὲ στρατιῶται, τὰ δεσμὰ περιθέντες τοῖς ἁγίοις, ἐνέβαλον εἰς τὸν πύργον. Οἱ δὲ ἅγιοι ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ἔλεγον· Εὐλογοῦμέν σε, Κύριε, τὸν Βασιλέα τῆς δόξης, τὸν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου παραστάντα εἰς κριτήριον διὰ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας· σὺ γὰρ εἶ ἡ ἀληθινὴ ζωή, ὁ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν θυσία δοθείς, ὁ τοῦ Ἀληθινοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἀληθινός, καὶ τοῦ σοῦ Πατρὸς ἀρχιερεύς· μὴ χωρήσῃς ἡμᾶς τοῦ ἐλέου σου, μήτε ταύτης τῆς ἀδελφότητος, ἑνώσας ἡμᾶς πάντας τῇ σῇ ὁμολογίᾳ, καὶ ποιήσας ἡμᾶς ὁμοψύχους, ἕνωσον ἡμῶν καὶ τὴν τελείωσιν· καὶ μὴ ποιήσῃς ἡμᾶς ἐν μηδενὶ χωρισθῆναι ἀπ' ἀλλήλων, ὅπως ἰδόντες ἡμῶν τὴν καλὴν προθυμίαν οἱ ἀσεβεῖς ἐργάται, ἐπιθυμήσουσιν τὴν καλὴν ἡμῶν πρᾶξιν. Ἰδοὺ γὰρ ἐν σκότει κατεβλήθημεν πεινῶντες καὶ διψῶντες, καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐν δεσμοῖς ἐκτήκεται· ἀλλὰ σύ, Κύριε, χάρισαι ἡμῖν τὴν ὑπομονὴν καὶ τελείωσον ἡμῶν τὸν δρόμον, ἵνα μηδένα ἐξ ἡμῶν ὁ Σατανᾶς χειρώσηται.

VII. Indignatus ergo Lysias, oculis inflammatis præ furore ac dentibus frendens, manus eorum ac pedes catenis vinciri jussit; et catenis gravissimis excarnificatos, in carcerem compingi in turri civitatis, quæ Boream respicit. Unde etiam fons excurrit, fluens extra portam civitatis. Militibus qui eos custodiebant, Menææ et Beleradæ, id mandati dedit, dicens: Videte, Menæa et Belerade, quomodo B ipsos custodiatis. Nam per Æsculapium, si rescivero, aut panem aut aquam eis a quopiam data esse, pœna illorum vos multabo, et igne simul cum illis vos perdam. Milites autem, vincula sanctis circumponentes, in turrim conjecerunt. Sancti ex uno quasi ore dicebant: Benedicamus te, Domine, Regem gloriæ, qui propter peccata nostra coram Pontio Pilato astitisti judicandus. Tu enim vera es vita, pro nobis peccatoribus in hostiam datus, veri Dei verus Filius, Patrisque tui Pontifex: ne separa nos a misericordia tua, neque ab hac fraterna conjunctione, qui omnes nos unis tui confessione, et unius efficis voluntatis, mortem quoque nostram uni: nec permitte ut alter ab altero in aliquo separemur, ut videntes egregiam nostram alacritatem C impii ministri exemplo nostro moveantur. Ecce enim in tenebras detrusi sumus, esurientes ac sitientes, et animus noster in vinculis tabescit; sed tu, Domine, patientiam nobis da, cursumque nostrum perfice, ut nullum e nobis Satanas capiat.

Η'. Καὶ κλίναντες τὰ γόνατα προσηύξαντο, καὶ ἀναστάντες ἐκαθεσθησαν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ὀρθοὺς στῆναι· ἦσαν γὰρ ἐν τοῖς δεσμοῖς κατακαμπτόμενοι, καὶ ἕψαλλον συμφώνως λέγοντες· Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι, καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου, καὶ ἀνήγαγέν, με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος. D Καὶ πληρώσαντες τὸν ψαλμόν, ἔπεσαν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἀναστάντες πάλιν ἔψαλλον λέγοντες· Εἰσάκουσον, ὁ Θεός προσευχῆς μου, ἐν τῷ δέεσθαί με πρὸς σέ· ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου. Ἐσκέπασάς με ἀπὸ συστροφῆς πονηρευομένων, ἀπὸ πλήθους ἐργαζομένων ἀδικίαν. Καὶ πληρώσαντες τὸν ψαλμόν, καὶ ποιήσαντες τρίτην εὐχήν, ἐκαθέζοντο, ἀλλήλων τὰ δεσμὰ καταφιλοῦντες, καὶ προσέχοντες ἀλλήλοις ἠγαλλιῶντο. Ὁ δὲ ἅγιος Λεόντιος ἤρξατο παρακαλεῖν αὐτοὺς καὶ λέγειν· Ἀδελφοὶ τίμιοι καὶ θεράποντες καὶ δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ, γενναίως ἅπαντα ὑπομείνωμεν· οἴδατε γὰρ ἐκ τῶν θείων Γραφῶν, ὅσα

VIII. Et flexis genibus orabant; et postquam surrexissent, consederunt, eo quod recto corpore stare non poterant (erant quippe in vinculis incurvati) et una voce canebant, dicentes: « Exspectans exspectavi Dominum, et intendit mihi, et exaudivit orationem meam, et eduxit me de lacu miseriæ et de luto fecis[2]. » Atque expleto psalmo, ceciderunt in faciem, et surgentes rursum cecinerunt, dicentes: « Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor ad te: a timore inimici eripe animam meam. Protexisti me a conventu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem. » Atque expleto psalmo et tertia facta oratione consedere, alter alterius vincula osculantes, et se mutuo stringentes exsultabant. Sanctus vero Leontius hortari ipsos cœpit et dicere: Fratres venerandi, famulique ac servi Christi, generoso animo omnia toleremus: nostis enim e sacris Litteris, quanta sustinuerit Job (sed enim vos non latet finis Domini) memores estote,

[2] Psal. XXXIX. 2, 3. [3] Psal. LXIII, 2, 3.

quod Joannes Baptista capite truncatus sit, Stephanus autem lapidatus, Petrus apostolus Romæ crucifixus, Paulus capite minutus, Thomas spiculis confossus. Quot vero sancti temporibus Maximiani imperatoris, Decii et Adriani, aliorumque impiorum imperatorum, martyrio sint affecti, et gloriose coronas consecuti, et fortunati ab omnibus prædicentur, et nostis omnino et audistis.

IX. Quorsum autem viros pugiles commemorare attinet ? Ubi mulieres quoque, religione et virili animo præstantes, imbecillitate sexus deposita, in Christo posuerunt spem, ob repositam in cœlis gloriam. Dicit enim Dominus in Evangeliis : « Qui me confitebitur coram hominibus, confitebor et ego cum coram Patre meo, qui in cœlis est : et qui negaverit me coram hominibus, negabitur et ipse coram angelis Dei [4]. » Itaque si mulieres, quarum natura infirma est, viriliter decertarunt, quanto magis nos tales ac tantos pro Christo martyrio perfungi oportet ? Audistis de sancta Euphemia, Capitolina et Julitta, aliisque sanctis mulieribus, quarum nomina scripta sunt in libris cœlorum, quam strenue dimicarint, et diabolum debellarint. E quibus dilectioni vestræ recensebo dignum sermonem, commemorans ea quæ accepi a viro, magistro nostro, qui veniebat ex Ægypto, et audisse se aiebat a sancto Antonio asceta.

X. Temporibus Maximiani persecutoris fuit puella quædam Alexandriæ, alicujus a divitibus istic degentibus, ancilla. Nomen ipsi erat Potamiena (2). Cogebatur a suo domino ad concubitum. Illa dixit : Ancilla Christi sum, non scortor. Dominus vero ad tempus aliquod ipsi insultat. Ipsa autem non gessit morem. Is itaque simul diligens, simul miserans, non cecidit, sed præfecto eam tradidit dicens : Si proposito meo obsecundet, annuntia ; sin minus, puni illam, ut Christianam. Præfecto itaque tradita, multisque adulationibus ab ipso tentata, ut heri jussis obtemperaret, respondens dixit : Ne talis unquam fiat judex, qui jubet ancillam obedire libidini domini. Cumque præfectus timorem incuteret : In lebetem te conjiciam, ut pice comburaris, cum christiana sis ; hæc dixit illi : Per caput imperatoris (multum enim hunc revereris) ne jubeas simul et semel me projici in lebetem. sed paulatim demitti, ut noris quantum patientiæ Christus mihi donet.

XI. Ipsa itaque in lebetem injecta, simul atque pix ad collum pervenit, spiritum suum tradidit. Videtis, quod mulier, quæ erat sola et ancilla et

A ὑπέμεινεν Ἰώβ, ἀλλὰ καὶ τὸ τέλος Κυρίου ἔγνωτε. μέμνησθε πάντως ὅτι Ἰωάννης μὲν ὁ Βαπτιστὴς ἀπεκεφαλίσθη, Στέφανος δὲ ἐλιθοβολήθη, Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἐν Ῥώμῃ ἐσταυρώθη, Παῦλος ἀπεκεφαλίσθη, Θωμᾶς ἐκεντήθη· ὅσοι δὲ ἅγιοι ἐν τοῖς χρόνοις Μαξιμιανοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ Δεκίου, καὶ Ἀδριανοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀσεβῶν βασιλέων, ἐμαρτύρησαν, ἐπισδόξως καὶ τοὺς στεφάνους ἀπέλαβον, καὶ μακαρίζονται παρὰ πάντων, καὶ ἔγνωτε πάντως καὶ ἀκούετε.

Θ'. Καὶ τί δεῖ περὶ ἀνδρῶν ἀθλησάντων λέγειν ; Ὅπου γε καὶ γυναῖκες θεοσεβεῖς καὶ ἀνδρεῖαι, ἀποθέμεναι τὸ τῆς φύσεως ἄτονον καὶ ἀσθενες, ἐνίσχυσαν τὴν εἰς Χριστὸν ἐλπίδα διὰ τὴν ἀποκειμένην ἐν οὐρανοῖς δόξαν. Ὁ γὰρ Κύριος εἶπεν ἐν τοῖς Εὐαγγε- B λίοις· « Ὅς ἂν ὁμολογήσῃ με ἔμπροσθεν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· καὶ ὃς ἂν ἀπαρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρνεθήσεται καὶ αὐτὸς ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ. » Εἰ οὖν γυναῖκες, ὧν ἡ φύσις ἀσθένεια, ἀνδρικῶς ἠγωνίσαντο, πόσῳ μᾶλλον ὀφείλομεν ἡμεῖς οἱ τοιοῦτοι καὶ τοσοῦτοι ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρῆσαι ; Ἀκούετε περὶ τῆς ἁγίας Εὐφημίας, καὶ Καπιτουλίνης, καὶ Ἰουλίττης, καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων γυναικῶν, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλοις τῶν οὐρανῶν εἰσιν ἀνάγραπτα, πῶς λαμπρῶς ἠγωνίσαντο, καὶ ἐνίκησαν τὸν διάβολον· ἐν οἷς διηγησομαι τῇ ἀγάπῃ ὑμῶν λόγον ἄξιον, μνημονεύων, ἃ ἀκήκοα παρὰ ἀνδρὸς, διδασκάλου ἡμῶν, ἐλθόντος ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, καὶ αὐτὸς ἔλεγεν ἀκηκοέναι παρὰ C τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου τοῦ ἀσκητοῦ.

Ι'. Ὅτι ἐν τοῖς καιροῖς Μαξιμιανοῦ τοῦ διώκτου κόρη τις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, δούλη τινὸς ὑπάρχουσα τῶν ἐκεῖσε πλουσίων· αὕτη δὲ ἐλέγετο Ποταμιήνα. Ἠναγκάσθη παρὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου συγκαθεύδειν αὐτῷ. Ἡ δὲ εἶπεν· Ὅτι Χριστοῦ εἰμι δούλη, καὶ οὐ πορνεύω. Ὁ δὲ δεσπότης ἐφήδετο αὐτῆς ἕως τινός· ἡ δὲ οὐκ ἐπείσθη· αὐτὸς μὲν ἅμα ἀγαπῶν, ἅμα δὲ καὶ ἐλεῶν, οὐκ ἔτυπτεν, ἀλλὰ παρέδωκεν αὐτὴν τῷ ἡγεμόνι, λέγων. Ἐὰν συνθῆτε τῷ σκοπῷ μου, φῆσαι αὐτῇ, εἰ δὲ μὴ, κόλασον αὐτὴν ὡς Χριστιανήν. Παραδοθεῖσα δὲ τῷ ἡγεμόνι, καὶ πολλὰ παρ' αὐτοῦ κολακευθεῖσα τοῦ πεισθῆναι τοῖς τοῦ δεσπότου κελεύμασι, ἀποκριθεῖσα εἶπεν· Μὴ γένοιτο τοιοῦτός ποτε δικαστὴς, ὃς κελεύει ἀσωτίᾳ δεσπότου δούλην ὑποτάσσεσθαι. Τοῦ δὲ ἡγεμόνος φοβήσαντος, ὅτι ἐν τῷ λέβητί σε ἐμβάλω, συγκαίεσθαι τῇ πίσσῃ ὡς Χριστιανὴν οὖσαν· ἡ δὲ εἶπεν αὐτῷ τὴν κεφαλήν σοι τοῦ βασιλέως, ἐπειδὴ πολὺ φοβῇ αὐτόν, μὴ κελεύσεις ἀπὸ ἅπαξ ῥιφῆναί με ἐν τῷ λέβητι, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν χαλασθῆναι, ἵνα γνῷς, πόσην μοι ὑπομονὴν ὁ Χριστὸς χαρίζεται.

ΙΑ'. Καὶ βληθείσης αὐτῆς ἐν τῷ λέβητι, ὡς ἦλθεν περὶ τὸν τράχηλον ἡ πίσσα, ἀπέδωκε τὴν ψυχὴν αὐτῆς. Ὁρᾶτε, ὅτι γυνὴ μόνη καὶ δούλη ὑπάρχου-

[4] Matth. x, 32, 33.

(2) De hac S. Potamiena juniore actum tom. II. Junii pag: 6.

σα, καὶ μὴ ἔχουσα ἑαυτῆς ἐξουσίαν, οὕτως τῇ μεγάλῃ ὑπομονῇ κατήσχυνε τὸν τύραννον. Τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς; ἢ ποία ὑπέρθεσις ἔσται τοῦ μὴ ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; Μετὰ γὰρ τὴν τελείωσιν ἡμῶν αἱ μὲν ψυχαὶ ἡμῶν ὑπὸ ἁγίων ἀγγέλων δορυφορούνται, καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν στέφανοι καὶ τιμαὶ ἔσονται· τὰ δὲ λείψανα ἡμῶν μετὰ χαρᾶς καὶ δόξης κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκπέμπονται, Καὶ ταῦτα εἰπών, πάντας παρεθάρρυνεν, ὥστε καὶ αὐτοὺς εἰπεῖν. Τοῦ Κυρίου τὸ θέλημα γενέσθω. Καύσωνος δὲ ὄντος ἀφορήτου, ἡνίκα ταῦτα τοῖς ἁγίοις συνέβαινε, καὶ ἐκκαιομένων αὐτῶν τῇ δίψῃ, καὶ κωλυομένων τῶν οἰκείων ἐπιδοῦναι αὐτοῖς ἄρτον, ἢ ὕδωρ, γυνή τις θεοσεβὴς ὀνόματι Βασιανὴ, εὐσχημόνως ἐνδυσαμένη τὴν γυναικείαν στολὴν, καὶ μαφόριον πλατύτερον τῆς συνηθείας περιβαλλομένη, κώθωνας ὕδατος πλήρεις διαζωσαμένη, καὶ ὡς ἐπισκέψεως χάριν ἀνυπόπτως πρὸς αὐτοὺς εἰσπορευομένη, ἐπότιζεν αὐτοὺς λανθανόντως.

A quæ non habebat potestatem sui ipsius, tam magna patientia tyrannum confuderit. Quid ergo nos dicemus? aut qualis dilatio erit non mori pro Domino nostro Jesu Christo? Nam post mortem nostram, animæ nostræ sanctorum angelorum satellitio stipabuntur; et in regno cœlorum coronæ et honores erunt: reliquiæ autem nostræ cum gaudio et honore per universum orbem transmittentur. Hæc fatus, omnibus animos addidit, adeo ut ipsi quoque dicerent: Domini voluntas fiat. Cum autem quo tempore hæc eveniebant sanctis, æstus esset intolerabilis, et præ siti exurerentur; cumque insuper interdictum domesticis esset præbere eis panem aut aquam, mulier quædam pia, nomine Basiana, muliebri amictu decore induta, maforio (3) B latiore, quam solebat, circumdata, poculis aquæ plenis cincta et tanquam visendi gratia sine suspicione ad eos profecta, clam ipsis potum dedit.

CAPUT III.

Sancti frustra ad cultum deorum incitantur; in deos et tyrannum invehitur sanctus Leontius; clam a muliere potantur.

ΙΒ'. Διανυκτερεύσαντες δὲ ἐν τῷ σκότει ἦσαν ἀγαλλιώμενοι, ὡς ἐν ἡμέρᾳ, καὶ ἔψαλλον ὁμοῦ πάντες λέγοντες· « Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, ὁ Θεός, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ λύτρωσαί με· ῥῦσαί με ἐκ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ ἐξ ἀνδρῶν αἱμάτων σῶσόν με, » καὶ τὰ ἑξῆς. Οἱ γὰρ C πλεῖστοι αὐτῶν νεαρᾶς ἡλικίας ἦσαν ἐκμεμαθηκότες τοὺς ψαλμούς. Καὶ τελέσαντες τὴν νυκτερινὴν εὐχὴν, ἐκάθηντο ἐκδεχόμενοι τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν. Ὁ δὲ δοὺξ, ἐν φροντίδι γενόμενος, ποίᾳ τιμωρίᾳ κολάσει τοὺς ἁγίους, ἄϋπνος διετέλει τὴν νύκτα Περὶ δὲ τὸν ὄρθρον ἀφυπνώσαντος αὐτοῦ, παρέστη αὐτῷ ὁ Σατανᾶς, λέγων· Ἀνδρίζου, Λυσία· ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ Ἀσκληπιὸς, εἰς ὃν χθὲς ὠμνυες· ἀλλὰ ἀναστὰς τιμώρησον τοὺς ἀνθρώπους τούτους· ἅπαξ γὰρ βλασφημήσαντες καὶ ἐνυβρίσαντες οὐκ εἰσὶν ἄξιοι τῆς ἡμετέρας θεότητος· ξέσον οὖν αὐτούς· οἶδα γὰρ τὴν ἔνστασιν αὐτῶν, ὅτι οὔτε θύουσιν ἡμῖν, οὔτε προσκυνοῦσιν· πολλὰ γάρ εἶχον κατ' ἐμοῦ ἐν τῇ φυλακῇ. Εὐθὺς οὖν, κλάσας αὐτῶν τὰ ὀστᾶ, καῦσον αὐτὰ πυρὶ, καὶ ἐπιζήτησον D τὸν Λύκον ποταμὸν, καὶ ἐκεῖ αὐτὰ ἀπόλεσον· φοβοῦμαι γὰρ μή πως, ἐὰν εὕρωσιν αὐτὰ οἱ Χριστιανοὶ, οἰκοδομήσαντες οἴκους μεγάλους καὶ περιφανεῖς, ἐκεῖ αὐτοὺς κατορύξωσιν, κἀκείνους σέβοντες καὶ τιμῶντες, ἐμὲ ἐξουθενίσουσιν· σπουδῇ οὖν ἀπόλεσον αὐτούς.

ΙΓ'. Ἀναστὰς οὖν ὁ δοὺξ τὸ πρῲ μετὰ σπουδῆς πολλῆς καὶ φαντασίας, καὶ πλήθους στρατιωτῶν, καὶ ἐξελθὼν ἔξω τῆς πόλεως ὡς ἀπὸ βημάτων ρν', καὶ εὑρὼν τόπον ὑψηλότερον, καθίσας ἐπὶ τοῦ βή-

XII. Dum vero pernoctarent, in tenebris tam exsultabant quam in luce, cantabantque una omnes: « Eripe me de inimicis, Deus meus, et ab insurgentibus in me redime me. Libera me ab operantibus iniquitatem, et de viris sanguinum salva me[5], » etc. Quippe plurimi illorum ab ineunte ætate psalmos perdidicerant. Nocturnis precibus absolutis sedebant, exspectantes a Deo auxilium. At dux, cura confectus quonam supplicio sanctos afficeret, noctem transigebat insomnis. Sed ubi sub auroram obdormivisset, adstitit ipsis Satanas, ac dixit: Macte animis, Lysia: ego namque Æsculapius sum, per quem hesterno die jurasti, at strato te proripe, et illos homines plecte: nam semel blasphemiis et injuriis usi divinitate nostra indigni sunt. Proin cæde illos; scio quippe pervicaciam ipsorum, quod nec nobis sint sacrificaturi, nec cultum delaturi, nam multa adversum me dixerunt in carcere. Mox ergo confracta ipsorum ossa flammis combure, et fluvium Lycum inquire, et ibi hæc disperde. At enim vereor, ne, si Christiani inveniant, qui domos magnas ædificarunt et illustres, ibidem eos defodiant, illosque reverentia et honore persequentes me pessumdent: perde itaque ipsos sine mora.

XIII. Dux itaque cum mane surrexisset multa cum festinatione, visionis imagine ac militum multitudine, atque egressus esset extra civitatem quasi ad spatium passuum centum et quinquaginta

[5] Psal. LVIII, t. 2, 3.

(3) Vox ista significat operimentum capitis, maxime feminarum, de qua Cangius.

locumque sublimiorem invenisset, sedens in tribunali, sanctos accersi jussit. Nec mora : milites ejecerunt ipsos, ac vinctos stiterunt. Dux autem fixo obtutu illos pererrans, sic fatur : Scitis pepercisse me vobis heri, ne tormentis cruciaremini, et in hodiernum usque diem connivisse, ut hodie diis sacrificantes, imperatoribus fiatis amici, et nobis; et postquam vestrum quilibet sacrificaverit ad ducentos aureos accipiat, vestesque et dona alia imperatoria. Ecce enim, plerosque vestrum sacrificare velle video ; si ergo morem mihi geratis, mox tauros huc adduci mandavi, ut diis immoletis, prandium vobis paretur, et inter epulas splendida quoque accipiatis dona. Sin obedire recusatis, ad aliud tormentorum genus, procedere oportet. Proin auctor vobis sum ne dulcissimæ lucis usura privari, ne ab uxoribus et liberis et amicis separari vos patiamini ; sed sacrificium offeratis, et, cui libuerit deo, thus adoleatis.

XIV. Tunc uno quasi ex ore sancti dixerunt : Anathema tibi, tyranne, congruum furori tuo cognomentum sortite ; jubes enim nos a Deo vivente deficere, et impuris et abominandis dæmonibus sacrificare. Enimvero et indumentum, et cibus, et potus, et thesaurus, et pater, et amicus, et frater nobis est Dominus noster Jesus Christus, qui nos vocavit. Dux dicit : Etiamnum vobis parco vel injuria lacessitus, nam et amicorum ferre defectus æquum est ; relictisque omnibus, sancto Leontio dixit : Præ reliquis mysteria gentilium probe callere te video, plane a puero iisdem institutum. Quid ergo ? Quandoquidem Jupiter, Apollo et Æsculapius dii tibi esse non videntur ; Neptuno aut Dianæ hostiam litate. Sanctus Leonitus dicit : Erratis, dum eos dicitis esse deos. At enim immortales hominum mentes diis mortalibus præstant ; etenim si e cœlo et terra deorum vestrorum esse generationem dicunt, cœlumque ac terra obnoxia sunt corruptioni elementa ; prorsus, quoniam genitores suos imitantur filii, corrumpuntur ipsi, ut genitores. Jam vero si corruptioni obnoxii sunt, quomodo dii appellantur? Et si mentes hominum, vinculis corporeis solutæ, non sustinent permanere, cum corpus non exsistit, at divinum quemdam locum occupant ; diine erant hi qui quærunt ea quæ hominum mentes oderunt, et venereæ libidinis pruritu gaudent ? Itaque si quisquam audeat dicere: Deus ego sum, præter unum Dominum nostrum Jesum Christum, alium quoque mundum ille condat, dicatque : Hunc ego mundum condidi, ac tum demum Deus nuncupetur, is enim Domini ac regis nostri Jesu Christi ars et opificium est.

XV. Sanctus Leontius iratum ac perturbatum conspicatus ducem sic infit : O dux, audi æquo animo : quia me dixisti rebus gentilium initiatum, audi, quæ dicam contra tuos deos. Quemadmodum tu si Cæsar nominareris, et imperatori bilem moveres, supplicio dignus fores; sic dei quoque vestri,

A ματος, ἐκέλευσεν ἀχθῆναι τοὺς ἁγίους · καὶ οἱ στρατιῶται τὸ τάχος ἐκβαλόντες αὐτοὺς παρέστησαν δεδεμένους. Καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτοὺς ὁ δοὺξ, εἶπεν · Οἴδατε, ὅτι χθὲς, φεισάμενος ἡμῶν τοῦ μὴ προσάγειν ὑμῖν βασάνους, εἰς τὴν σήμερον ἐταμιευσάμην, ἵνα τὴν σήμερον θύσαντες τοῖς θεοῖς, φίλοι γένησθε τῶν αὐτοκρατόρων καὶ ἡμῶν, καὶ θύσας ἕκαστος ὑμῶν λάβῃ πρὸς σ΄ χρυσοὺς, καὶ ἐσθῆτας, καὶ ἄλλας δωρεὰς βασιλικάς · ἰδοὺ γὰρ, ὁρῶ τοὺς πλείστους ὑμῶν θέλοντας θῦσαι. Ἐὰν οὖν πεισθῆτέ μοι, ἐντεῦθεν ἤδη ἐκέλευσα ἀχθῆναι ταύρους, ἵνα θύσητε τοῖς θεοῖς, καὶ γένηται ὑμῖν ἄριστον, καὶ ἐν τῇ εὐωχίᾳ λήψεσθε καὶ τὰς δωρεὰς λαμπράς. Ἐὰν δὲ μὴ πεισθῆτέ μοι, ἀνάγκη ἐπὶ τὸ ἕτερον εἶδος τῶν βασάνων ἐλθεῖν. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς μὴ στε-
IV. Cum hoc intellexisset Daniel, jussisse regem omnes occidi sapientes, inter hos autem se quoque cum cognatis venire in periculum, accedit ad Arioch unum ex regis satellitibus, et rogat, ut ei dicat causam, propter quam rex tam improbe jussisset occidi omnes sapientes, Chaldæos et magos. Cum vero de somnio ex eo intellexisset, et quod jussi a rege hoc ei declarare, qui fuerat oblitus, dixerunt se non posse: et propterea rex ira motus, eos morte damnavit: rogavit Arioch, ut intraret ad regem, et peteret magis unam noctem, et in ea hanc differret interemptionem. Dicebat enim se sperare fore ut cum in ea Deum orasset, somnium cognosceret. Et ille quidem hæc regi quam primum renuntiavit. Ille autem cupiens scire, quænam esset visio, et quænam esset ejus significatio, jubet sustineri magorum interemptionem, donec sciret, quidnam dicturus esset Daniel, et quænam esset ejus virtus. Hic ergo beatus cum tota nocte cum cognatis ad se secessisset, tota nocte Deo supplicavit, ut magos servaret et Chaldæos, cum quibus ipse quoque simul erat periturus, et liberaret ab ira regis, aperiendo ei visionem, cujus rex erat oblitus. Deus autem simul et misertus eorum qui erant in periculo, et volens suum prophetam reddere gloriosum, ei significat somnium, et aperit conjecturam: et cum protinus Daniel hæc Azariæ et cæteris aperuisset, eos, qui vitæ spem abjecerant, et in mortem suam defixerant cogitationem immutat et reddit lætiores et animo alacriores.

V. Cum Deo autem cum eis egisset gratias, qui misertus fuerat eorum ætatis, et esset dies, accedit ad Arioch, et rogat, ut eum ducat ad regem. Dixit enim, se ei velle somnium significare, quod ei accidit ut nocte videret præterita. Ingressus vero, primum se excusavit, nolens aliis Chaldæis videri sapientior: et quod cum nullus illorum potuisset invenire somnium, ipse id esset dicturus. Non enim per experientiam, neque quod sit subtilioris et solertioris ingenii, hoc accidit: sed nostri, inquit, misertus Deus, qui veneramus in mortis periculum mihi pro mea anima et eorum, qui sunt ejusdem

A τῷ ἐδήλωσεν ὁ Θεός· ὁ δὲ τῆς κοίτης διαναστὰς αὐτοῦ τε τοῦ ὀνείρατος λήθην ἔσχε καὶ ἧς ἔτυχε δήπου παρὰ Θεοῦ τῆς συγκρίσεως. Τοὺς οὖν Χαλδαίους αὐτίκα μεταμεμψάμενος, ὅσοι τε τῶν μάγων ἐξαίρετοι καὶ ὅσοι τὴν μαντικὴν ἔμπειροι, ὡς εἴη τε ὄναρ ἑωρακὼς αὐτοῖς ἔλεγεν καὶ τὸ συμβεβηκὸς περὶ τὴν λήθην ὡς εἶδεν ἀπήγγελλεν· ἐκέλευέ τε λέγειν αὐτούς, ὅ τι τε ἦν τὸ ὄναρ καὶ τίς ἡ δήλωσις· τῶν δὲ ἀδύνατον εἶναι λεγόντων ἀνθρώποις, εἰ μὴ τὰ τῆς ὁράσεως αὐτοῖς ἔκθοιτο, τὴν σύγκρισιν ἀπαγγέλλειν· αὐτὸς θάνατον ἠπείλει τοῖς περὶ ταῦτα σοφοῖς, εἰ μὴ καὶ τὴν ἀνάμνησιν αὐτῷ τοῦ ὁράματος καὶ τὴν σύγκρισιν ὁμοῦ διαγγείλωσι, καὶ εὐθὺς προσέταττε πάντας αὐτοὺς ἀναιρεθῆναι πρὸς τὸ κελευσθὲν ἀδυνάτως ἔχειν ἀπαγορεύσαντας.

B Δ'. Τοῦτο μαθὼν Δανιὴλ, ὅτι προστάξειε πάντας ὁ βασιλεὺς ἀποθανεῖν τοὺς σοφούς, ἐν τούτοις δὲ καὶ αὐτὸν μετὰ τῶν συγγενῶν κινδυνεύειν, πρόσεισιν Ἀριὼχ τῷ τοῦ βασιλέως σωματοφύλακι καὶ δεῖται παρ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν μαθεῖν, δι' ἣν οὕτω κακῶς ὁ βασιλεὺς πάντας εἴη κελεύσας ἀναιρεθῆναι τοὺς σοφούς τε καὶ Χαλδαίους καὶ μάγους· καὶ μαθὼν τὰ περὶ τοῦ ἐνυπνίου καὶ ὅτι κελευσθέντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως τοῦτ' αὐτῷ δηλοῦν ἐπιλελησμένου μὴ δύνασθαι εἶπον· καὶ διὰ ταῦτα πρὸς ὀργὴν κινηθεὶς, θάνατον αὐτῶν κατακρίνοι, ἠξίου τὸν Ἀριὼχ εἰσελθόντα πρὸς τὸν βασιλέα μίαν αἰτήσασθαι νύκτα τοῖς μάγοις καὶ ταύτῃ τὴν ἀναίρεσιν ἐπισχεῖν· ἐλπίζειν γὰρ διὰ ταύτην, ἔφασκε, δεηθεὶς τοῦ Θεοῦ, γνώσεσθαι τὸ ἐνύπνιον· καὶ ὁ μὲν κατὰ τάχος ἀπήγγελλε ταῦτα C τῷ βασιλεῖ· ὁ δὲ μαθεῖν ἅρα γλιχόμενος, τίς ἡ ὄψις καὶ τίς ταύτης ἡ σύγκρισις, κελεύει τὴν ἀναίρεσιν τῶν μάγων ἐπισχεθῆναι, ἕως γνῷ, τίνες οἱ λόγοι τοῦ Δανιὴλ, καὶ τίς ἂν ἡ παρ' αὐτοῖς εἴη δύναμις. Ὁ μακάριος οὗτος τοίνυν μετὰ τῶν συγγενῶν ὑποχωρήσας πρὸς ἑαυτὸν, δι' ὅλης ἱκέτευε τῆς νυκτὸς τὸν Θεὸν, σῶσαι καὶ τοὺς μάγους καὶ τοὺς Χαλδαίους, οἷς δὴ καὶ αὐτὸς μέλλει συναπολέσθαι, καὶ ῥύσασθαι τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς ἐμφανίσαντα τὴν ὄψιν αὐτῷ καὶ ποιήσαντα δήλην, ἧς ὁ βασιλεὺς ἐπιλέληστο· ὁ δὲ Θεὸς ἅμα τούς τε κινδυνεύοντας ἐλεήσας καὶ τὸν αὐτοῦ προφήτην δοξάσαι βουλόμενος, τό τε ὄναρ αὐτῷ γνωρίζει καὶ τὰ τῆς συγκρίσεως δῆλα παρίστησι· καὶ Δανιὴλ εὐθὺς ταῦτα τοῖς περὶ Ἀζαρίαν ἐκκαλύψας, τοὺς μὲν ἀπεγνωκότας ἤδη τοῦ ζῆν καὶ πρὸς τὸ τεθνάναι τὴν διάνοιαν ἔχοντες, εἰς τὸ εὐθυμότερον μεταβάλλει.

D Ε'. Εὐχαριστήσας δὲ τῷ Θεῷ μετ' αὐτῶν ἔλεον λαβόντι τῆς ἡλικίας αὐτῶν, γενομένης ἡμέρας παραγίνεται πρὸς τὸν Ἀριὼχ καὶ ἄγειν αὐτὸν ἠξίου πρὸς βασιλέα· δηλῶσαι γὰρ αὐτῷ βούλεσθαι τὸ ἐνύπνιον ἔφη, ὅπερ ἰδεῖν τῆς παρελθούσης νυκτὸς τούτῳ συμβέβηκεν. Εἰσελθὼν δὲ παρῃτεῖτο τὰ πρῶτα, μὴ σοφώτερον αὐτὸν δόξαι τῶν ἄλλων Χαλδαίων βουλόμενος, καὶ ὅτι μηδενὸς ἐκείνων τὸ ὄναρ εὑρεῖν δυνηθέντος, αὐτὸς αὐτὸ μέλλοι λέγειν· οὐ γὰρ κατ' ἐμπειρίαν, οὐδ' ὅτι τὴν διάνοιαν αὐτῶν μᾶλλον ἐκπεπόνηται, τοῦτο γίνεται, ἀλλ' ἐλεήσας, φησὶ, ὁ Θεὸς κινδυνεύοντας ἀποθανεῖν, δεηθέντι περί τε τῆς

ἐμῆς ψυχῆς καὶ τῶν ὁμοεθνῶν, καὶ τὸ ὄναρ καὶ τὴν σύγκρισιν αὐτοῦ φανερὰν ἐποίησεν · οὐχ ἧττον γὰρ τῆς ἐφ' ἡμῖν λύπης ἡ περὶ τῆς σῆς δόξης ἐφρόντιζον, ὦ βασιλεῦ, ἀδίκως οὕτως ἄνδρας καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς ἀποθανεῖν ἐπιτρέψαντος, ἐξ ὧν οὐδὲν μὲν ἀνθρωπίνης σοφίας ἐχόμενον ἤτησας, ὃ δὲ ἦν ἔργον μόνου Θεοῦ ἐπεζήτεις. Σοὶ τοίνυν, ὦ βασιλεῦ, φροντίζοντι περὶ τοῦ τίς ἄρξει τοῦ κόσμου παντὸς μετὰ σέ, βουλόμενος δηλῶσαι Θεὸς, ὄναρ ὑποδεικνύει τοιοῦτον · Ἔδοξας ὁρᾷν ἀνδριάντα μέγαν ἑστῶτα, οὗ τὴν μὲν κεφαλὴν συνέβαινεν εἶναι χρυσῆν, τοὺς δὲ ὤμους καὶ τοὺς βραχίονας ἀργυροῦς, ἀπὸ χαλκοῦ δὲ τὴν γαστέρα καὶ τοὺς μηροὺς, κνήμας καὶ πόδας σιδηροῦς · ἔπειτα λίθον εἶδες ἐξ ὄρους ἀπορραγέντα ἐμπεσεῖν τε τῷ ἀνδριάντι καὶ τοῦτον καταβαλόντα συντρίψαι καὶ μηδὲν αὐτοῦ μέρος ὁλόκληρον ἀφεῖναι, τὸν δὲ χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον καὶ τὸν χαλκὸν καὶ τὸν σίδηρον λεπτότερον γενέσθαι καὶ κόνεως · καὶ τὸν μὲν ἀνέμου πνεύσαντος εἰς ἀέρα διασπαρῆναι, τὸν δὲ λίθον αὐξῆσαι τοσοῦτον ὡς ἅπασαν δοκεῖν τὴν γῆν ὑπ' αὐτοῦ πεπληρῶσθαι. Τὸ μὲν ὄναρ, ὅπερ αὐτὸς εἶδες, τοιόνδε · ἡ σύγκρισις δὲ αὐτοῦ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον · ἡ μὲν χρυσῆ κεφαλὴ σέ τε ἐδήλου καὶ τοὺς πρὸ σοῦ βασιλέας Βαβυλωνίους αἱ δύο δὲ χεῖρες καὶ οἱ ὦμοι ὑπὸ δύο καταλυθήσεσθαι βασιλέων τὴν ἡγεμονίαν ὑμῶν, Πέρσας εἶναι καὶ Μήδους τούτους φημί · τὴν δὲ ἐκείνων ἕτερός τις ἀπὸ τῆς δύσεως καθαιρήσει χαλκὸν ἡμφιεσμένος. Ἀλέξανδρος οὗτος ὁ Μακεδών · καὶ ταύτην ἄλλη παύσει, τὴν ἰσχὺν ὁμοία τῷ σιδήρῳ · καὶ κρατήσει μὲν εἰς ἅπαν διὰ τὴν τοῦ σιδήρου φύσιν · εἶναι γὰρ αὐτὴν στερροτέραν τῆς τοῦ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου καὶ τοῦ χαλκοῦ · ἡ τῶν Ῥωμαίων αὖτη μεγαλοδύναμος βασιλεία. Ἐδήλωσε δὲ αὐτῷ καὶ περὶ τοῦ λίθου λέγων · ὅτι Ὁ λίθος ὁ τμηθεὶς ἄνευ χειρῶν, ὁ Χριστός ἐστι · τὸ δὲ χειρῶν ἄνευ τὸ χωρὶς συνουσίας, ἐκ τῆς ἀμώμου τεχθῆναι γαστρὸς αὐτὸν προεφήτευσεν.

gentis, precanti, et somnium aperuit et ejus expositionem. Non minorem enim nostri doloris, quam tuæ gloriæ curam gerebam, o rex, qui viros tam bonos et tam honestos, inique mori jusseras, cum nihil petiisses, quod esset humanæ sapientiæ: sed hoc ab eis exegisses, quod erat solius Dei opus. Tibi ergo, o rex, cogitanti, quis post te esset mundo imperaturus, volens Deus significare, tale ostendit somnium. Visus es tibi videre magnam statuam stantem, cujus caput quidem contigit esse aureum: humeros autem et brachia, argentea: ex ære vero, ventrem et femora, tibias et pedes ferreos. Deinde lapidem vidisti abruptumo monte, incidere in statuam : et eam comprehendere ac conterere, et nullam ejus partem relinquere integram : aurum autem et argentum et æs et ferrum vel pulvere fieri subtilius : et statuam quidem vento spirante dispersam fuisse in aerem : lapidem vero adeo crevisse, ut videretur universa terra ab eo fuisse repleta. Atque somnium quidem, quod ipse vidisti, fuit tale. Ejus autem conjectura hoc modo se habet: Aureum quidem caput, te significabat, et qui ante te fuerunt, reges Babylonios. Duæ vero manus et humeri, a duobus regibus dissolvendum esse vestrum principatum, a Persis, inquam, et Medis. Illorum autem principatum destruet quidam alius ex occidente, ære indutus. Is est Alexander Macedo et eum faciet alius cessare, viribus ferro similis. Superabit autem omnino propter ferri naturam ; est enim is fortior auro, argento et ære : est vero id potentissimum Romanorum imperium. Significavit autem ei etiam de lapide, dicens : Lapis qui fuit scissus sine manibus, est Christus. Illud vero, Sine manibus, prædixit eum sine coitu esse nasciturum ex utero a labe alieno.

ς'. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ ἀκηκοὼς ταῦτα καὶ τοῦτ' αὐτὸ εἶναι τὸ φανὲν ὄναρ συνεὶς, ἐξεπλάγη τὸν Δανιὴλ τοῦ μεγαλείου τῆς φύσεως, καὶ παραχρῆμα μικρὰ πάντα καὶ βασιλείαν αὐτὴν καὶ ὄγκον τῆς ἀρχῆς θέμενος, τοῦ θρόνου τε ἐξανίσταται καὶ ἰσοθέοις ἐκεῖνον ἐτίμα τιμαῖς · ἔτι δὲ καὶ τὴν προσηγορίαν αὐτοῦ τοῦ ἰδίου Θεοῦ θέμενος, ἁπάσης αὐτὸν ἐπίτροπον τῆς βασιλείας ἐποίησεν · οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτῷ καὶ τὴν ἀρετὴν ὁμοτρόπους, τοὺς περὶ Ἀζαρίαν φημὶ, ἄρχοντας ἀναδείκνυσι Βαβυλῶνος, οὓς μετ' ὀλίγον ὑπὸ φθόνου καὶ βασκανίας εἰς κίνδυνον ἐμπεσεῖν συνέβη, τῷ βασιλεῖ προσκρούσαντας ἐξ αἰτίας τοιαύτης · ὁ Βαβυλώνιος βασιλεὺς ἐκεῖνος ταῖς κατὰ τὸν βίον εὐθηνίαις εἰς ἀπόνοιαν ἐπαρθείς, ἔτι δὲ καὶ τῷ ἀμυθήτῳ πλούτῳ καὶ τῷ πλήθει τῶν ὑποταγέντων ἐθνῶν ἐπὶ μέγα τε φυσηθεὶς καὶ μικροῦ καὶ Θεὸς εἶναι διὰ κουφότητα φαντασθεὶς, μονονουχὶ καὶ θεοὺς πλάττειν αὐθημερὸν ὥρετο καὶ τὰ οἰκεῖα τῶν αὐτοῦ χειρῶν ἔργα θεοὺς ἀποδείξαι δεῖν ἔσπευδεν · ἐντεῦθεν καὶ χρυσοῦν ἀνδριάντα κατασκευάσας, πηχῶν τὸ μὲν ὕψος ἑξήκοντα, τὸ πλάτος δὲ ἓξ, ἔστησε τοῦτον ἐν μέσῳ τοῦ

VI. Nabuchodonosor autem cum hæc audivisset, et hoc esse quod ei apparuerat, somnium intellexisset, stupuit Danielis ingenii magnitudinem : et protinus parva omnia, et ipsum regnum, et imperii magnitudinem esse ducens, surgit e throno, et Deo paribus illum afficit honoribus. Præterea vero et quoque sui dei imposita appellatione, eum totius regni esse effecit curatorem. Quin etiam ejus cognatos, qui erant ei virtute pares, Azariam, inquam, et cæteros, creat principes Babylonis : quos paulo post contigit propter invidiam incidere in periculum cum regem offendissent hac de causa : rex ille Babylonis, felici rerum successu, et infinitis divitiis, et multitudine earum quas * subjunxerat gentium, in superbiam elatus et valde inflatus, et propemodum propter levitatem se deum esse visione apprehendens, propemodum se vel deos eo ipso die putabat posse fingere, et suarum manuum opera deos contendebat efficere. Hinc factum est, ut cum auream construxisset statuam, sexaginta quidem cubitorum altitudine, sex autem latitudine, eam statuerit in medio campo Babylonis, qui vocatur

Deera. Et cum esset eam consecraturus, ex tota terra, cui imperabat, convocavit primos satrapas. Dederat vero eis quoque signum, ut non tam temere, nec absque aliqua ratione ei honorem tribuerent : sed tanquam signo dato accedentes, cum magno metu adorarent. Fuit autem tale signum : Quando, inquit, audierint tubam, hoc magna voce significantem, tunc oportet, inquit, procidentes adorare statuam : eos vero, qui hoc non fecerint, continuo injici in fornacem ignis ardentis. Ut enim esset ei majus et clarius certamen pro statua, jubet fornacem ex diametro distantem, pice, sarmentis, naphtha et stuppa accendi e regione statuæ : ut si quis convinceretur jussui regis non assentiens, in fornacem statim conjiceretur.

VII. Cum omnes ergo, ut jussi fuerant, jam resonante tuba, adorarent statuam, hi tres soli recusarunt hoc facere, ut sacra docent Eloquia : ut qui patrias leges transgredi minime sustinerent, et Deum dedecore afficere, et simulacro offerre adorationem. Hinc factum est ut apud iniquum regem accusarentur. Accedentes autem, qui eos accusabant : Rex dixerunt ii, quibus a te datum est imperium regionis, Sidrach, inquam, hic, Misac, et Abdenago, neque omnino sustinent adorare imaginem, neque tuis jussis obediunt. Hæc cum illi dixissent, ii statim producti sunt ante tribunal regium. Quid ergo deinceps est consecutum ? Ille quidem rogavit, an vera essent, et nollent auream statuam adorare cum aliis. Dicebat enim se non credere hæc esse vera. Illi vero magno et excelso animo dixerunt se nullum alium habere, nisi solum Deum in cœlis : qui nos potest, o rex, eripere ex hac fornace ardente, et ex tuis manibus. Cer o enim scias, quod nos deos tuos non colemus, et auream, quam posuisti, statuam non adorabimus. His tyrannus non minus ira accensus, quam fornax ardens, jubet iratus viros robustos, Azariam cum cæteris, vinctos cum vestibus et tibialibus, ita ut erant, in fornacem injicere. Et illi quidem statim in ignem injecti, divina providentia conservantur illæsi, et admirabiliter ac contra opinionem manifestum effugiunt periculum. Non enim eos omnino ignis attigit, neque eos ulla affecit molestia. Sed cum una cum eis descendisset et Angelus, statim quidem a circumpositis relaxantur vinculis : aura autem rore aspergens, eis evasit ignis, et tanquam in thalamo in media flamma stantes, laudabant Deum universorum : Benedictus es, dicentes, Domine, Deus patrum nostrorum et laudabile et gloriosum est nomen tuum in sæcula : et quæ deinceps sequuntur in cantico. Eos vero qui ipsos accusabant, Chaldæos, et multos alios ex Assyriis, ignis excurrens perdidit et interemit. Sic gloria et honore coronare novit Deus eos, qui revera nomen illius glorificant. Sic fide dignus est, qui promisit, quod etiamsi per ignem venias, non combureris,

A πεδίου Βαβυλῶνος Δειρὰ καλουμένου καὶ μέλλων καθιεροῦν αὐτὸν, συνεκάλεσεν ἐξ ἁπάσης ἧς ἦρχε γῆς τοὺς πρώτους τῶν σατραπῶν, ἐδώκει δὲ καὶ σημεῖον αὐτοῖς, ἵνα μὴ ἁπλῶς οὕτω μηδ' ἄνευ λόγου τινὸς τὸ σέβας αὐτῷ νέμοιεν, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ συνθήματος προσιόντας σὺν φόβῳ πολλῷ προσκυνεῖν. Καὶ τὸ σημεῖον τοιόνδε. Ἡνίκα, φησὶν, σημαινούσης ἀκούσουσι μέγα τῆς σάλπιγγος, τότε, φησὶ, πεσόντας προσκυνεῖν τὸν ἀνδριάντα · τοὺς δὲ μὴ τουτο ποιοῦντας εὐθέως τῇ τοῦ πυρὸς ἐμβληθῆναι καμίνῳ. Ἵνα γὰρ μείζων αὐτῷ καὶ περιφανέστερος ὁ ὑπὲρ τοῦ ἀνδριάντος ἀγὼν καταστῇ, καὶ κάμινον ἐκ διαμέτρου κατέναντι τῆς εἰκόνος ἐκκαῆναι προστάττει πίσσῃ καὶ κληματίδι, πρὸς δὲ καὶ νάφθῃ καὶ στυπείῳ ἰσχυρῶς τρεφομένην, ἵν' ὅστις ἐλέγχοιτο τῷ βασι-
B λικῷ δόγματι μὴ κατατιθέμενος, αὐτίκα παραδιδῶται τῇ καμίνῳ.

Ζ'· Πάντων οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἐκ συνθήματος ἠχούσης ἤδη τῆς σάλπιγγος προσκυνούντων τὸν ἀνδριάντα, οἱ τρεῖς οὗτοι μόνοι τοῦτο πρᾶξαι ἠπείθησαν, ὡς καὶ τὰ ἱερὰ διδάσκουσι Λόγια, ἅτε τοὺς πατρῴους νόμους παραβῆναι μὴ ἀνασχόμενοι καὶ τὸν ὕψιστον Θεὸν ἀτιμάσαι καὶ εἰδώλῳ προσενεγκεῖν τὴν προσκύνησιν · ταύτῃ τοι καὶ τῷ πονηρῷ διαβάλλονται βασιλεῖ · καὶ προσελθόντες οἱ διαβάλλοντες αὐτούς · Βασιλεῦ, ἔφησαν, οἱ παρὰ σοῦ τῆς χώρας ἄρχειν λαχόντες, Σεδράκ οὗτος καὶ Μισὰκ καὶ Ἀβδεναγὼ, οὔτε τῇ εἰκόνι προσκυνεῖν ὅλως ἀνέχονται, οὔτε μὴν τοῖς σοῖς διατάγμασι πειθαρχοῦσι. Ταῦτα εἶπον ἐκεῖνοι, καὶ ταχὺ τούτους εἰς παράστα-
C σιν τὸ βασιλικὸν ἐδέχετο βῆμα · τί οὖν τὸ ἐντεῦθεν ; Ὁ μὲν εἰ ἀληθῆ ταῦτα διεπυνθάνετο καὶ τῇ χρυσῇ εἰκόνι μετὰ τῶν ἄλλων οὐ προσκυνεῖν βούλοιντο · μὴ δὲ γὰρ πιστεύειν ἔλεγεν ἀληθείας ἔχεσθαι ταῦτα · οἱ δὲ μεγαλόφρονι διανοίᾳ οὐδὲν ἕτερον ἢ ἔχειν μόνον Θεὸν ἐν οὐρανοῖς ἔφασκον, ὃς ἐξελέσθαι ἡμᾶς δύναται τῆς καμίνου ταύτης τῆς καιομένης καὶ τῶν σῶν χειρῶν, ὦ βασιλεῦ. Γνωστὸν γὰρ ἀληθῶς ἐστω σοι, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ ἣ ἔστησας οὐ προσκυνοῦμεν. Τούτοις ὁ τύραννος οὐδὲν ἧττον τῆς ἀναφθείσης καμίνου διακαυθεὶς ἄνδρας ἰσχυροὺς ἐν ὀργῇ κελεύει τοὺς περὶ Ἀζαρίαν αὐταῖς στολαῖς καὶ περικνημῖσιν ὡς εἶχον πεδήσαντες, ἐμβαλεῖν εἰς τὴν κάμινον · καὶ οἱ μὲν εἰς τὸ πῦρ εὐθέως βληθέντες, ἐκ προνοίας θείας ἀβλαβεῖς
D διασώζονται καὶ παραδόξως τὸν προφανῆ κίνδυνον ὑποφεύγουσιν · οὐ γὰρ ἥψατο αὐτῶν τὸ καθόλου τὸ πῦρ οὐδὲ μὴν ἐλύπησε τὸ παράπαν, ἀλλὰ συγκαταβάντος αὐτοῖς ἀγγέλου, ἀνίενται μὲν τῶν περικειμένων αὐτίκα δεσμῶν · αὔρα δὲ δροσίζουσα τὸ πῦρ αὐτοῖς ἐγεγόνει, καὶ ὡς ἐν παστάδι τῇ φλογὶ μέσον ἑστῶτες τὸν ἐπὶ πάντων ὕμνουν Θεόν · Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, λέγοντες, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τὰ ἑξῆς τῆς ᾠδῆς · τοὺς δὲ διαβάλοντας αὐτοὺς Χαλδαίους καὶ πολλοὺς ἄλλους τῶν Ἀσσυρίων τὸ πῦρ ἐκδραμὸν διέφθειρέ τε καὶ εἰς τέλος ἀπώλεσεν. Οὕτω δόξῃ καὶ τιμῇ στεφανοῦν οἶδε Θεὸς τοὺς ἔργῳ τὸ ἐκείνου δοξάζοντας ὄνομα · οὕτω πιστὸς ὁ ἐπαγγει-

λάμενος, ὅτι Κἂν διὰ πυρὸς διέλθῃς, οὐ μὴ κατακαυθῇς οὐδὲ μὴ συμφλεγῇς. Εἶχε μὲν οὕτω ταῦτα· καὶ οἱ τρεῖς παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ διῆγον, ἔτι τὸν ἐπὶ πάντων αἰνοῦντες Θεόν.

A neque ardebis. Atque hæc quidem sic habuerunt, et tres pueri degebant in fornace laudantes Deum universorum.

Η'. Ὁ βασιλεὺς δὲ τὸ πρᾶγμα διὰ θαύματος θέμενος, τοῦ θρόνου μὲν εὐθὺς ἐξανίσταται· διαπορῶν δὲ ἦν, πῶς ἄρα τρεῖς παρ' αὐτοῦ τῇ καμίνῳ βληθέντες τέσσαρες ἄρτι καθορῶνται, μηδὲν λυπηρὸν ἢ ἀηδὲς ὅλως ἔχοντες· ἡ τοῦ τετάρτου δὲ ὄψις ὁμοία Υἱῷ Θεοῦ, καὶ αὐτίκα πρὸς τῇ θύρᾳ τοῦ καμίνου γενόμενος· Σεδρὰχ, ἔφη, καὶ Μισὰκ καὶ Ἀβδεναγὼ, οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ἐξέλθετε καὶ δεῦτε· οἱ δὲ ἐξῆτον σῶοι καὶ ἄθικτοι, μηδὲ τριχὸς αὐτῶν τοῦ πυρὸς κυριεύσαντος. Ταῦτα ὡς εἶδεν ὁ βασιλεὺς, τὴν ὑπερβολὴν τοῦ θαύματος, μᾶλλον δὲ τῶν θαυμάτων καταπλαγείς, ὅτι τε κρείττους ὤρθησαν τοιοῦδε πυρὸς, καὶ ὅτι μὴ ἁπλῶς κρείττους, ἀλλὰ μηδὲ θρὶξ αὐτῶν τὸ εὐμαραντότατον τοσαύτῃ παρεῤῥύη φλογί· πρὸς τούτοις ὅτι δεδεμένοι ὄντες εὐθὺς ἀνείθησαν, καὶ ὅτιπερ ἐν τῇ καμίνῳ παρόντες ἦτι καὶ ᾄδειν ἠκούοντο, ὃ τοῖς ἐν φλογὶ θάνατον ὀξέως οἶδεν ἐπάγειν αὐτῇ παραχρῆμα τῇ διανοίξει τοῦ στόματος, καὶ ὅτι τὸ πῦρ ἐκεῖνο ὃ τῆς οἰκείας ἐν τούτοις ἐξελάθετο φύσεως, ἐν τοῖς περὶ τὴν κάμινον οὖσι Χαλδαίοις πῦρ ἀκριδὲς ἦν καὶ οὐδὲ κατὰ χώραν μένον, ἀλλ' ἐξιὸν καὶ ἁλλόμενον καὶ τοὺς ἀξίους εὐμαρέστατα καταφλέγον· ταῦτα πάντα ἐκεῖνος ὡς εἶδεν, εἰς γῆν τε εὐθὺς ἔπιπτε καὶ, Εὐλόγητος εἶ, Κύριε, μεγάλῃ ἔκραζε τῇ φωνῇ, ὁ Θεὸς τοῦ Σεδρὰχ, Μισὰκ καὶ Ἀβδεναγὼ, ὃς ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ καὶ ἐῤῥύσατο τοὺς ὁσίους αὐτοῦ παῖδας ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ κακῶν ἀπαθεῖς διετήρησεν· εἶτα καὶ δόγμα ἐκτίθησιν, Πᾶς ὅστις, λέγων, οὐ προσκυνεῖ τὸν Θεὸν Σεδρὰχ, Μισὰκ καὶ Ἀβδεναγὼ, εἰς ἀπώλειαν· ἔσται καὶ τὰ ἐκείνου πάντα εἰς προνομήν· αὐτοὺς δὲ τοὺς μακαρίους παῖδας νῦν ἢ πρότερον μείζοσι δοξάσας τιμαῖς, ἄρχειν καὶ τῶν Ἰουδαίων αἰχμαλώτων ἐπέτρεπεν.

VIII. Rex autem rem admiratus, statim quidem surgit e throno: dubitabat autem, quomodo tres ab eo conjecti in fornacem, nunc cernantur quatuor, qui nihil omnino grave aut molestum sensere. Aspectus vero quarti est similis Filio Dei. Et statim accedens ad ostium fornacis, Sedrach, inquit, et Misac, et Abdenago, servi Dei altissimi, exite et venite. Illi autem salvi egressi sunt et intacti, cum ne in unum quidem pilum dominatum obtinuisset ignis. Hæc cum vidisset rex, miraculi vel potius miraculorum summam stupens magnitudinem, nempe quod et tali igne fuerint superiores, et quod non solum superiores, sed nec eorum quidem pilus, res, quæ facillime flaccescit et marcescit, tanta flamma effluxerit: et præterea, quod cum essent vincti, continuo fuere soluti: et quod cum adhuc essent in fornace, auditi sunt canentes: quod quidem iis, qui sunt in flamma, ipsa statim oris apertione mortem solet afferre protinus: et quod ille ignis, qui in eis propriæ est oblitus naturæ, in Chaldæis, qui erant circa fornacem, fuit verus et perfectus ignis, et nec in loco quidem manens, sed egrediens et saliens, et eos, qui digni erant, comburens facillime. Postquam ille vidit hæc omnia, statim humi cecidit, et Benedictus es, Domine, magna voce clamavit, Deus Sidrach, Misac et Abdenago qui misit angelum suum, et liberavit sanctos suos pueros ab igne, et a malis conservavit illæsos. Deinde etiam edit decretum, Quicunque, dicens, non adorabit Deum Sidrach, Misac et Abdenago, interibit, et illius bona omnia prædæ erunt. Ipsos aut embeatos pueros majori, quam prius, honore afficiens, jussit Judæis captivis præesse.

Θ'. Βραχὺ τὸ μετὰ ταῦτα, καὶ πάλιν ὅρασις ἑτέρα κατὰ τοὺς ὕπνους τῷ βασιλεῖ δείκνυται, καὶ ἡ ὅρασις τοιάδε· δένδρον ὁρᾷν ἐδόκει μέγα τε καὶ θαυμάσιον, ὃ ἐῤῥίζωτο μὲν ἐπὶ γῆς, ἐμεγαλύνθη δὲ καὶ ἴσχυσε μέγα, καὶ τὸ ὕψος αὐτοῦ κατειλήφει τὸν οὐρανὸν καὶ φύλλοις ὡραίοις ἐκόμα καὶ ἔθριθε πολλῷ τῷ καρπῷ, τὰ θηρία τε τοῦ ἀγροῦ πάντα καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐν τούτῳ κατῴκει· εἶτα καὶ φωνή τις ἄνωθεν ἀθρόα προῆει ἐκτεμεῖν τὸ δένδρον κελεύουσα, μόνην δὲ τὴν τῆς ῥίζης ἐκθῆναι φυήν· καὶ δὴ καὶ ἐτέμνετο καὶ τὰ φύλλα τοῦδε παραχρῆμα ἐξερῥυέσχετο, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα ζῶα καὶ πετεινὰ θᾶττον ἀφίστατο. Ὁ μὲν ὄνειρος οὗτος· ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦ ὕπνου διαναστὰς καὶ πάλιν τοὺς μάγους καλέσας, διεξῄει τὸ θεαθὲν καὶ ἅμα τί σημαίνοι λέγειν ἠξίου· παραυτίκα τῶν μὲν ἄλλων οὐδεὶς ἐδυνήθη τὴν τούτου δήλωσιν ἐφευρεῖν καὶ τὸ μέλλον ἐμφανίσαι τῷ βασιλεῖ, Δανιὴλ δὲ μόνος καὶ τοῦτ' ἔκρινεν καὶ καθὼς οὗτος προεῖπεν, ἀπέβη· εἴρηκε γὰρ, ὅτι Σὺ εἶ τὸ δένδρον, ὅπερ εἶδες, ὦ βασιλεῦ, καὶ οὐ μετὰ βραχὺ τῆς ἀρχῆς ἐκπεσῇ· τοῦτο γὰρ ἡ τομὴ ἐδήλου·

IX. Non multum intercessit temporis, et rursus alia visio regi apparet in somnis. Videbatur sibi videre arborem magnam et admirabilem, quæ radices quidem egerat in terra: crevit autem et valde fortis evasit, et altitudo ejus cœlum attingebat, et speciosis erat comata foliis, et plena erat multo fructu: omnes vero bestiæ agri et volucres in ea habitabant. Deinde vox quoque quædam repente ex alto exstitit, quæ jubebat arborem exscindere, solum autem dimitti germen radicis. Fuit itaque excisa, et ejus folia repente effluxerunt: et quæ erant in ea, omnes animantes et volucres, cito recesserunt. Atque fuit quidem hoc somnium. Rex autem e somno excitatus, Magis rursus vocatis narrat id, quod visum fuerat: et simul rogavit, ut dicerent, quidnam significaret. Atque aliorum quidem nullus potiut statim invenire significationem, et aperire regi quidnam esset futurum: Daniel vero solus hoc conjecit: et evenit, sicut is prædixerat. Dixit enim: Tu es arbor quam vidisti, o rex. Non multo post autem excides ab imperio,

hoc enim significabat sectio. Deinde etiam vitam ages simul cum feris, et feno pasceris sicut bos : cumque sic septem annis vixeris in solitudine, imperium rursus accipies. Hoc enim sibi vult vox illa, sed germen radicum dimittite. Propterea, o rex, tibi meum placeat consilium, et iniquitates tuas eleemosynis redime, et peccata tua in miserationibus pauperum : et fortasse in tuis delictis exercebitur lenitas et patientia.

A εἶτα καὶ θηρίοις ἔσῃ συνδιαιτώμενος καὶ χόρτον ὡς βοῦν ψωμιοῦσί σε· καὶ διαζήσας οὕτως ἐπὶ τῆς ἐρημίας χρόνους ἑπτὰ, αὖθις τὴν ἀρχὴν ἀπολήψῃ· τοῦτο γὰρ ἡ φωνή· Πλὴν τὴν φυὴν τῶν ῥίζων ἐάσατε. Διὰ τοῦτο, ὦ βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων ἴσως ἔσται μακροθυμία τοῖς παραπτώμασί σου.

X. Atque hæc quidem postea evenerunt, et finem acceperunt, sicut dixerat Daniel. Cum enim dictos septem annos versatus esset rex in solitudine, neque ullus esset ausus regnum aggredi, Deum precatus, ut suum regnum reciperet, cum successione potentiæ excelsam rursus mentem induens, in regnum revertitur: et cum regnasset quadraginta tres annos, excedit e vita: vir in rebus gerendis acer et vehemens, et eorum, qui ipsum præcesserunt, regnum longe felicissimus. Post decessum autem Nabuchodonosoris, ejus filius regnum suscipit : qui statim Jechoniam regem Hierosolymorum, quem pater Nabuchodonosor captivum duxerat Hierosolymis, solvens e vinculis, habuit inter amicos maxime necessarios : ei donans multa munera, et honore afficiens inter eos, qui erant in regno Babyloniorum. Nihil enim boni Jechoniæ omnino ostenderat pater Nabuchodonosor: sed eum in vinculis tenebat et affligebat, et si Jechonias fecerat rem humanissimam, et dignam multis laudibus, ut qui seipsum tradiderat cum uxoribus et liberis, et toto genere manibus Babyloniorum, ne urbs ab hostibus capta everteretur : ut hæc leges apud Josephum narrantem singulatim. Cum autem is quoque e vita decessisset, postquam regnasset octodecim annos, ejus filius ei succedit in imperio : quod cum tenuisset quadraginta annos, e vita excedit. Deinde Balthasar quoque ejus nepos fit hæres imperii. Non nultum intercessit temporis, et Cyrus rex Persarum, et Darius Medorum, expeditionem suscipiunt adversus Babylonem. Cæterum cum regnum accepisset Balthasar, et accidit novum quidnam et prodigiosum.

B C

Ι'. Ἐξέβη μὲν ὕστερον ταῦτα καὶ τέλος εἴληφεν, ὡς ὁ Δανιὴλ εἰρήκει· διατρίψας γὰρ ἐπὶ τῆς ἐρημίας ὁ βασιλεὺς τὸν εἰρημένον ἑπτετῆ χρόνον, οὐδενὸς τολμήσαντος ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασι, καὶ δεηθεὶς τοῦ Θεοῦ τὴν βασιλείαν αὖθις ἀπολαβεῖν, εἶτα καὶ τὸν ὑψηλόφρονα νοῦν, τῇ διαδοχῇ τοῦ κράτους συναποδὺς, πάλιν εἰς αὐτὴν ἐπανέρχεται καὶ ἔτη τρία καὶ τεσσαράκοντα βασιλεύσας, τελευτᾷ τὸν βίον, ἀνὴρ δραστήριος καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων γενόμενος εὐτυχέστατος. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Ναβουχοδονόσορ, ὁ παῖς αὐτοῦ τὴν βασιλείαν παραλαμβάνει, ὃς εὐθὺς τὸν τῶν Ἱεροσολύμων βασιλέα Ἰεχονίαν, ὃν ὁ πατὴρ Ναβουχοδονόσορ αἰχμάλωτον ἤγαγεν ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, τῶν δεσμῶν ἀνεὶς, ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις τῶν φίλων εἶχε, πολλὰς αὐτῷ δωρεὰς δοὺς καὶ ποιήσας ἔντιμον ἐπὶ τῶν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ βασιλέων· οὐκ ἦν γὰρ ὅλως ἀγαθόν τι πρὸς Ἰεχονίαν ἐνδειξάμενος ὁ τούτου πατὴρ Ναβουχοδονόσορ, ἀλλ' ἐν δεσμοῖς εἶχεν αὐτὸν καὶ τῇ ἄλλῃ κακώσει, καίτοι γε Ἰεχονίου πρᾶγμα φιλανθρωπότατον καὶ πολλῶν ἄξιον ἐπαίνων ἐργασαμένου, ὡς ἂν ἑαυτὸν παραδόντος σὺν ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις καὶ ὅλῳ τῷ γένει χερσὶ τῶν Βαβυλωνίων, ἵνα μὴ ἐκείνη κατασκαφείη ληφθεῖσα ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὡς Ἰωσήππῳ ταῦτα κατὰ μέρος ἐντεύξῃ διηγουμένῳ· Τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου μετὰ ἔτη ὀκτωκαίδεκα τῆς βασιλείας, ὁ παῖς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται καὶ κατασχὼν αὐτὴν ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτη, καταστρέφει τὸν βίον· εἶτα καὶ Βαλτάσαρ ὁ τούτου ἀπόγονος κληρονόμος τῆς ἀρχῆς γίνεται· οὐ πολὺς ἔῤῥει τὸ μεταξὺ χρόνος, καὶ Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς καὶ Δάρειος ὁ Μήδων ἐπιστρατεύουσι κατὰ Βαβυλῶνος· πλὴν ἀλλὰ Βαλτάσαρ τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, καινόν τε καὶ τεραστιον οἷον συμβέβηκε.

XI. Accumbebat ille, cœnans in magna domo, et facta ad convivia regalia, cum suis concubinis et amicis. Ipse autem, cum sic ei visum esset, præ magna arrogantia jubet e suo templo afferri vasa Dei, quæ Nabuchodonosor ejus avus cum rapuisset Hierosolymis, iis nequaquam usus fuerat, sed in suo templo pie deposuerat. Hic vero inconsiderata et a ratione aliena inductus audacia, eis utebatur; et dum biberet et maledicam linguam moveret adversus Excelsum, ex pariete videt manum procedentem, et in muro syllabas inscribentem. Conturbatus vero a visione, Magos simul et Chaldæos, et quotquot erant Babylone ejus generis, qui poterant signa et futura conjicere,

D

ΙΔ'. Κατέκειτο μὲν γὰρ ἐκεῖνος δειπνῶν, ἐν οἴκῳ μεγάλῳ καὶ πρὸς ἑστιάσεις πεποιημένῳ βασιλικὰς, μετὰ τῶν παλλακίδων αὐτοῦ καὶ τῶν φίλων· αὐτὸς δὲ οὕτω δόξαν ἐκ πολλῆς ἀπονοίας κομισθῆναι κελεύει τοῦ ἰδίου ναοῦ τὰ τοῦ Θεοῦ σκεύη, ἃ Ναβουχοδονόσορ ὁ τούτου πάππος συλήσας ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων, οὐκ ἐχρῆτο μὲν, εἰς δὲ τὸν αὐτοῦ ναὸν εὐλαβῶς κατατέθεικεν· οὗτος δὲ θράσει προαχθεὶς ἀλόγῳ ἐχρῆτο καὶ μεταξὺ πίνων καὶ βλάσφημον γλῶτταν κατὰ τοῦ Ὑψίστου κινῶν, ἐκ τοῦ τείχους ὁρᾷ χεῖρα προϊοῦσαν καὶ τῷ τοίχῳ τινὰς συλλαβὰς ἐγγράφουσαν. Ταραχθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς ὄψεως, μάγους ἅμα καὶ Χαλδαίους καὶ πᾶν τοῦτο τὸ γένος, ὅσον ἦν ἐν Βαβυλωνίοις σημεῖά τε καὶ ὀνείρατα κρίνειν εἰδὸς, εὐθὺς συνεκά-

(1) Evilmerodach nomine.

λει, μαθεῖν τὰ γεγραμμένα παρ' ἐκείνων βουλόμενος· τῶν δὲ μάγων οὐδὲν ἐν τούτοις συνεῖναι λεγόντων, ὑπὸ μεγάλης ἀγωνίας ὁ βασιλεὺς καὶ πολλῆς τῆς ἐπὶ τῷ παραδόξῳ λύπης ἐπισχεθείς, ἐκήρυξε κατὰ πᾶσαν ἐν βραχεῖ τὴν χώραν, τῷ τὰ γράμματα ταῦτα καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν δηλουμένων διάνοιαν σαφῆ καταστήσοντι δώσειν ἐπαγγελλόμενος στρεπτόν τε περιαυχένιον χρύσεον καὶ πορφυρᾶν ἐσθῆτα φορεῖν, ὥσπερ οἱ τῶν Χαλδαίων εἰώθασι βασιλεῖς, πρὸς δὲ καὶ τὸ τρίτον μέρος τῆς ἰδίας ἀρχῆς· οὕτως ἐκδηλότατα διακηρυχθὲν, ἔτι μὲν πλέον οἱ μάγοι συνέδραμόν τε καὶ πρὸς τὴν εὕρεσιν ἐφιλοτιμήσαντο τῶν γραμμάτων, οὐδὲν δὲ ἧττον ἀπορούντες ἱστήκεσαν.

ΙΒ'. Ἐν τούτῳ τὸν βασιλέα μεστὸν ἀθυμίας γενόμενον ἡ αὐτοῦ μάμμη θεασαμένη, ἀναλαμβάνειν τε ἤρξατο καὶ τὰ περὶ τοῦ προφήτου Δανιὴλ γνώριμα καθιστᾷν, ὅσα τῷ ἐκείνου πάππῳ, τῷ Ναβουχοδονόσορ φημὶ, ἐφ' οἷς ἑώρακεν ἀπορρήτοις, αὐτὸς διεσάφησεν· Ἔστι τις, λέγουσα, ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας αἰχμάλωτος ἐνταῦθα ἀχθεὶς (Δανιὴλ αὐτῷ ὄνομα), ἀνὴρ δεινὸς εὑρεῖν τὰ ἀπόρρητα καὶ Θεῷ γνώριμα μόνῳ, ὃς Ναβουχοδονόσορ τῷ βασιλεῖ, μηδενὸς ἄλλου δυνηθέντος εἰπεῖν περὶ ὧν ἐδεῖτο μαθεῖν, ἐγνώρισε πάντα καλῶς καὶ εἰς φῶς ἤγαγε τὰ ζητούμενα· μεταπεμψάμενος οὖν αὐτὸν εὑρήσεις εὐθέως ὃ γνῶναι ζητεῖς. Καὶ ὃς τάχιστα τοῦτον μετεκαλεῖτο καὶ διαλεχθεὶς ὅσα πύθοιτο περὶ αὐτοῦ καὶ ἧς ἔχει σοφίας καὶ ὡς τὸ θεῖον αὐτῷ Πνεῦμα συμπάρεστι καὶ μονος ἐξευρεῖν ἱκανώτατος, ἃ μὴ τοῖς ἄλλοις εἰς ἐπίνοιαν ἔρχεται, φράζειν αὐτῷ τὰ γεγραμμένα καὶ διαλύειν ἠξίου, κἂν σκυθρωπὸν ᾖ, φησὶν, τὸ ὑπὸ Θεοῦ σημαινόμενον· τοῦτο γὰρ ποιήσαντι πορφύραν δώσω ἐνδύσασθαι καὶ χρύσεον περὶ τὸν αὐχένα στρεπτὸν καὶ τὸ τρίτον τῆς ἀρχῆς μέρος, τιμὴν καὶ γέρας τῆς σοφίας ἐσόμενον, ὡς ἂν ἐξ αὐτῶν ἐπισημότατος ἅπασι γένοιο καὶ περίβλεπτος.

ΙΓ'. Δανιὴλ δὲ τὰς μὲν δωρεὰς αὐτὸν ἔχειν ἠξίου· τὸν γὰρ σοφὸν καὶ θεῖον δώροις οὐχ ἁλώσιμον εἶναι δεῖ προῖκα· δὲ τοὺς δεομένους ὠφελεῖν βούλεσθαι· μηνύειν δὲ αὐτῷ τὰ γεγραμμένα τοῦ βίου καταστροφὴν, ὅτι μηδὲ οἷς ὁ πρόγονος αὐτοῦ Ναβουχοδονόσορ διὰ τὰς εἰς Θεὸν ὕβρεις ἐκολάσθη, τούτοις αὐτὸς ἔμαθεν εὐσεβεῖν καὶ μηδὲν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πέρα φρονεῖν· ἀλλ' ὅτι καὶ Ναβουχοδονόσορ μεταπλασθέντος εἰς θηρίων διαγωγὴν ἐφ' οἷς ἠσέβησε, καὶ μετὰ πολλὰς ἱκεσίας καὶ δεήσεις ἐλεηθέντος, ὥστε πάλιν ἐπανελθεῖν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ τὴν βασιλείαν αὐτὴν καὶ διὰ ταῦτα τὸν Θεὸν ὡς τὴν ἅπασαν ἔχοντα δύναμιν καὶ προνοούμενον τῶν ἀνθρώπων, ἄχρι καὶ τελευτῆς ὑμνοῦντος λήθην αὐτὸς ἔλαβε τούτων καὶ πολλὰ μὲν ἐβλασφήμησεν εἰς τὸ Θεῖον, τοῖς δὲ σκεύεσιν αὐτοῦ μετὰ τῶν παλλακίδων διηκονεῖτο· ταῦτα οὖν ὁρῶντα τὸν Θεὸν, ὀργισθῆναι αὐτῷ καὶ διὰ τῶν γεγραμμένων προκαταγγέλλειν, εἰς οἷον αὐτὸν καταστρέψαι δεῖ τέλος· ἐδήλου δὲ τὰ γράμματα τάδε· μάνη, θέκελ, φαρές· τοῦτο δὲ ἔλεγεν Ἑλλάδι γλώσσῃ σημαίνειν, ὅτι Τὸν τῆς ζωῆς σου χρόνον ἠρίθμηκεν ὁ Θεὸς καὶ σταθμῷ περιέ-

A statim convocavit, ex illis volens discere ea quæ scripta fuerant, Dicentibus autem magis, se eorum nihil intelligere. Rex valde anxius, et magno animi dolore oppressus, propter hanc rem inopinatam et valde admirabilem, publico præconio brevi edixit per totam regionem, se ei, qui has litteras et quidnam significarent, esset declaraturus; pollicens esse daturum torquem aureum, et vestem gestandam purpuream, sicut solent ferre reges Chaldæorum, et præterea tertiam partem sui imperii. Cum hoc publico præconio sic fuisset promulgatum, adhuc quidem magis concurrebant magi, et contendebant invenire, quid sibi vellent litteræ. Nihilominus autem stabant dubitantes.

XII. Interea regem angore animi plenum videns
B ejus avia, cœpit repetere, et de Daniele propheta ei significare, quæ illius avo, Nabuchodonosori, inquam, propter ea quæ viderat arcana, ei exposuerat, Est quidam, dicens, qui fuit ductus huc e Judæa captivus, nomine Daniel, vir egregius ad invenienda arcana, et quæ sunt soli Deo cognita: qui regi Nabuchodonosori, cum nullus alius posset dicere de iis quæ quærebat, omnia pulchre significavit, et edidit in lucem ea quæ quærebantur. Si eum ergo accersiveris, id quod scire cupis, mox invenies. Ille vero eum celerrime accersiit: et cum dixisset, quæ de ipso et de ejus audiebat sapientia, et quid divinus sit cum eo Spiritus; et sit ad inveniendum solus vel maxime idoneus ea quæ non veniunt aliis in mentem, rogabat ut ei
C diceret et solveret ea, quæ scripta fuerant; etiamsi sit inquit, injucundum et asperum quod a Deo significatur. Hoc ergo si feceris, dabo tibi purpuram, qua te induas: et torquem aureum, quem collo tuo imponas, et tertiam partem mei imperii, futuram præmium et honorem tuæ sapientiæ: ut ex ipsis evadas longe clarissimus, et ab omnibus suspiciendus.

XIII. Daniel autem rogabat quidem, ut sibi sua haberet munera, virum enim sapientem et divinum non esse capiendum muneribus: se vero gratis velle juvare eos qui opus habeant. Declarat autem ei ea quæ scripta fuerant, nempe vitæ exitum: quod nec iis quidem, quæ avus ejus Nabuchodonosor passus erat, suppliciis propter suas in Deum contumelias, ipse didicerat esse pium, et ultra modum humanæ naturæ non sumere spiritus:
D sed quod etiam cum Nabuchodonosor mutatus esset in vitam ferinam propterea quæ impie gesserat, et post multas preces et supplicationes misericordiam esset consecutus, et rediisset ad vitam humanam et ipsum regnum: et propterea Deum, ut qui omnem haberet potentiam, et hominum curam gereret, usque ad mortem laudaret, ipse eorum est oblitus: et Deum quidem multis insectatus est maledictis, vasis autem ejus ut sibi ministraretur, effecit simul cum pellicibus. Hæc ergo videntem Deum ei esse iratum, et per ea quæ scripta sunt, ei præsignificare, qualis sit futurus vitæ exitus. Significabant autem hæ litteræ, *Mane, Thecel, Pha-*

res, hoc vero dicebat lingua. Latina significare : *Tempus vitæ tuæ numeravit Deus, et in libra appendit, et ablatum regnum tuum dividet Medis et Persis.* Cum regi sit dixisset Daniel, quænam significarent hæ in muro litteræ, Baltasar quidem angore et animi dolore fuit oppressus propter aspera illa et tristia, quæ ei significabantur. Neque tamen ei tanquam prophetæ malorum, non dat ea munera, quæ fuerat pollicitus, sed præbuit omnia quam minatus quidem erat regni eversione, definitæ esse necessitatis, sed non ejus qui prædixit, esse reputans : ea autem, quæ promissa fuerant, implere, boni esse viri judicans, justique et veri.

XIV. Præterfluxit breve spatium temporis, et captus fuit ipse et civitas, sicut prædictum fuerat a Daniele, cum Rex Persarum in ipsum duxisset exercitum. Sed Baltassar quidem sic e vita excedit : Darius vero, qui Babyloniorum dissolvit principatum, qui erat etiam filius Astyagis, regni sexagesimum secundum annum transegerat, quando cepit Babylonem. Qui etiam admirabilem hunc prophetam secum accipiens, tanquam rem aliquam magnam et pretiosissimam, duxit in Mediam, magnum suum in eum studium ostendens et observantiam. Daniel ergo cum esset in tanto honore et exsistimatione apud Darium, et ipse ejus sermones acciperet, ut qui haberent aliquid divinum, in eum quoque excitata est invidia ab iis qui primas partes ferebant in Media. Etenim invidebant satrapæ, videntes eum esse in majore exsistimatione, et esse majus in eum regis studium, et haberi in majori apud eum honore. Quærentes autem calumniæ occasionem et accusationis, minime inveniebant ; nullam enim eis præbebat causam, nam neque a pecuniis vinci poterat, et omnem quæstum despiciebat. Hinc factum est, ut cum nihil possent invenire, quod de eo dicentes apud regem, de ejus honore possent aliquid detrahere, alium modum quærerent, quo eum depellerent a regis benevolentia. Videntes ergo Danielem ter in die precantem, arbitrati sunt se invenisse occasionem, per quam sint ei allaturi exitium : et accedentes ad Darium, ei renuntiant, visum esse omnibus ejus satrapis et principibus, ut nullus ex omnibus spatio triginta dierum ullam omnino petat petitionem, neque a Deo neque ab homine, nisi ab ipso rege. Qui hanc autem legem fuerit transgressus, in lacum leonum injiciatur.

XV. Rex vero non intelligens eorum malignitatem, nec suspicans eos hæc esse machinatos adversus Danielem, cessit eorum sermonibus. Et alii quidem omnes caventes, ne transgrederentur ea quæ eis imperata fuerant, quiescebant : Daniel autem hoc minime curabat : sed, sicut ei mos erat, stans orabat. Hinc cum eum observassent satrapæ, et apparuisset ea, quan in ipsum studebant accipere, occasio, statim venerunt, ad regem, et accusarunt Danielem, ut qui solus transgrederetur ea quæ fuerantimperata. Nam cum nullus, aiebant,

στησε καὶ περιελών σου τὴν βασιλείαν Μήδοις αὐτὴν καὶ Πέρσαις διανεμεῖ. Οὕτω Δανιὴλ ταῦτα τῷ βασιλεῖ σημαίνειν φράσαντος τὰ ἐν τοίχῳ γράμματα, τὸν μὲν Βαλτάσαρ οἷον εἰκὸς ἐφ' οὕτω χαλεποῖς τοῖς δεδηλωμένοις λύπη καὶ συμφορὰ κατέλαβεν, οὐ μὴν ὡς προφήτῃ κακῶν αὐτῷ γενομένῳ τῷ προφήτῃ τὰς δωρεὰς ἃς ὑπέσχετο δώσειν, οὐ δίδωσιν, ἀλλὰ πάσας παρίσχετο, τὴν μὲν ἠπειλημένην τῆς βασιλείας καθαίρεσιν τῆς ὁρισθείσης ἀνάγκης, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ προφητεύσαντος εἶναι λογισάμενος, τὴν δὲ τῶν ἐπηγγελμένων ἐκπλήρωσιν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ κρίνων καὶ δικαίου καὶ ἀψευδοῦς.

ΙΔ'. Βραχὺ διῆλθε τὸ μεταξύ, καὶ αὐτός τε ἑλήφθη καὶ ἡ πόλις, ὡς τῷ Δανιὴλ προηγόρευται, Κύρου τῶν Περσῶν βασιλέως ἐπιστρατεύσαντος ἐπ' αὐτόν· ἀλλὰ Βαλτάσαρ μὲν οὕτω τὸν βίον ἀμείβει. Δαρείῳ δὲ τῷ καταλύσαντι τὴν Βαβυλώνιον ἡγεμονίαν, ὃς δὴ καὶ Ἀστυάγους υἱὸς ἦν, ἔτος ἑξηκοστὸν καὶ δεύτερον τῆς βασιλείας ἠνύετο, ἡνίκα τὴν Βαβυλῶνα εἷλεν· ὃς καὶ τὸν θαυμάσιον τουτονὶ προφήτην μεθ' ἑαυτοῦ λαβὼν ὡς μέγα τι χρῆμα καὶ ἀξιότιμον, ἤγαγεν εἰς τὴν Μηδικήν, πολλὴν τὴν περὶ αὐτὸν θεραπείαν ἐπιδεικνύς. Δανιὴλ τοίνυν ὢν ἐν τοιαύτῃ τιμῇ καὶ λαμπρᾷ σπουδῇ παρὰ τῷ Δαρείῳ, μόνος τε σύμβουλος αὐτῷ ἐχρημάτισε, καὶ τοὺς αὐτοῦ λόγους ὥς τι θεῖον ἔχοντας ὁ βασιλεὺς ἀποδεχόμενος· ἦν. Ἀμέλει καὶ φθόνος αὐτῷ ὑφεῖρπε παρὰ τῶν τὰ πρῶτα φερόντων ἐκ Μηδικῆ· ἐβάσκαινον γὰρ αὐτῷ οἱ σατράπαι παρευδοκιμοῦντα ὁρῶντες καὶ πλείονος ἀξιούμενον τῆς ἐκ βασιλέως θεραπείας τε καὶ τιμῆς· καὶ ζητοῦντες διαβολῆς ἀφορμὴν καὶ κατηγορίας, οὐχ εὕρισκον· παρεῖχε γὰρ αἰτίαν οὐδεμίαν αὐτοῖς, ἐπεὶ καὶ χρημάτων ἀνώτερος ἦν καὶ παντὸς λήμματος ὑπερόπτης· ἐντεῦθεν ὡς οὐδὲν εἶχον εὑρεῖν ὅ κατειπόντες αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα ζημιώσουσιν αὐτὸν εἰς τὴν παρ' αὐτοῦ τιμήν, τρόπον ἄλλον ἐζήτουν, καθ' ὃν αὐτὸν τῆς βασιλικῆς ἐκστήσουσιν εὐμενείας. Ὁρῶντες οὖν τὸν Δανιὴλ τρίς τῆς ἡμέρας προσευχόμενον τῷ Θεῷ, πρόφασιν ἔγνωσαν εὑρηκέναι, δι' ἧς αὐτῷ συσκευάσουσι τὴν ἀπώλειαν· καὶ πρὸς τὸν Δαρεῖον ἐλθόντες ἀπήγγελλον, ὡς τοῖς σατράπαις αὐτοῦ πᾶσι καὶ ἡγεμόσι δόξειεν, ἐπὶ ἡμέρας τριάκοντα μηδένα τῶν πάντων αἰτήσασθαί τι μηδὲν αἴτημα, μήτε παρὰ Θεοῦ μήτε παρὰ ἀνθρώπου, ὁτι μὴ μόνον παρὰ σοῦ, βασιλεῦ, τὸν δὲ τὸν νόμον παραβεβηκότα τοῦτον εἰς τὸν λάκκον ἐμβληθήσεσθαι τῶν λεόντων.

ΙΕ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐ συνιδὼν τὴν κακουργίαν αὐτῶν, οὐδ' ἐπὶ τὸν Δανιὴλ ταῦτα συσκευασαμένους ὑπονοήσας, εἶξε τοῖς αὐτῶν λόγοις καὶ προτίθησι πρόγραμμα δηλοῦν τῷ πλήθει τὰ δόξαντα τοῖς σατράπαις· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες φυλαττόμενοι τὰ προστεταγμένα μὴ παραβῆναι ἠρέμουν, τῷ Δανιὴλ δὲ τούτων φροντὶς οὐδεμία, ἀλλ' ὥσπερ ἔθος ἱστάμενος ηὔχετο· ἔνθεν τοι καὶ παρατηρήσαντες αὐτὸν οἱ σατράπαι, τῆς ἀφορμῆς, ἣν ἐσπούδαζον λαβεῖν ἐπ' αὐτὸν ὥσπερ παραφανείσης, εὐθὺς ἦκον πρὸς βασιλέα καὶ κατηγόρουν ὡς παραβαίνοντος μόνου τοῦ

Δανιὴλ τὰ προστεταγμένα· Μηδενὸς γὰρ, φησὶ, τῶν ἄλλων τολμῶντος προσεύχεσθαι τοῖς θεοῖς, ὁ Δανιὴλ τοῦτο πράττειν οὐ βούλεται, καὶ ἅμα ὡς παραβάτην νόμου ἠξίουν κατὰ τὸν νόμον εἰς τὸν λάκκον ἐμβληθῆναι τῶν λεόντων. Θαρρήσας δὲ ὁ Δαρεῖος, ὅτι ῥύσεται τὸ Θεῖον αὐτὸν καὶ οὐδὲν οὐ πάθοι δεινὸν ὑπὸ τῶν θηρίων, ἐκέλευσεν αὐτὸν εὐθύμως τὸ συμβὰν φέρειν· καὶ βληθέντος εἰς τὸν λάκκον τοῦ Δανιὴλ, σφραγίσας τὸν ἐπὶ τοῦ στομίου κείμενον ἀντὶ θύρας λίθον ὁ βασιλεὺς, ἀνεχώρησεν, ὅλην τὴν νύκτα διαγαγὼν ἄϋπνος, φροντίδι τῇ περὶ τὸν Δανιὴλ συνεχόμενος.

A alius auderet deos orare; Daniel hoc non vult facere: et simul tanquam legis transgressorem, volebant eum ex lege jaci in lacum leonum. Confidens autem Darius fore ut Deus eum eriperet, et a feris nihil grave pateretur, jussit eum alacri animo ferre quod acciderat: et in lacum injecto Daniele, cum obsignasset rex lapidem, qui erat litus in aditu loco ostii, recessit, totam noctem insomnis transigens, ut qui premeretur cura de Daniele.

Ις'. Μεθ' ἡμέραν δὲ ἀναστὰς, ἐπὶ τὸν λάκκον ἦλθε καὶ σωζομένην τὴν σφραγῖδα εὑρὼν, ᾗ σημηνάμενος τὸν λίθον καταλελοίπει, ἀνοίξας ὀνομαστί τε τὸν Δανιὴλ ἐκάλει καὶ διεπυνθάνετο εἴγε καὶ νῦν σώξοιτο· τοῦ δὲ κάτωθεν ὑπακούσαντος καὶ μηδὲν παθεῖν εἰπόντος ἀνιαρὸν, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀνελκυσθῆναι τοῦ λάκκου· οἱ δὲ ἐχθροὶ θεασάμενοι τὸν Δανιὴλ μηδὲν πεπονθότα δεινὸν, Οὐ μὲν οὖν, ἔλεγον, ὦ βασιλεῦ, διὰ τὸ Θεῖον καὶ τὴν τούτου πρόνοιαν οὗτος σέσωσται, ἀλλὰ τῷ τοὺς λέοντας κεκορεσμένους ὑπάρχειν τροφῆς. Τοῦτο ἐκεῖνοι μὲν ἔτι βασκανίας ἥττημένοι εἶπον. Ὁ βασιλεὺς δὲ μισήσας τῆς πονηρίας αὐτοὺς, παραβληθῆναι μὲν πολλὰ κελεύει τοῖς λέουσι κρέα, κορασθέντων δὲ αὐτῶν, εἰς τὸν λάκκον ἐμβληθῆναι τοὺς διὰ μίσους τὸν Δανιὴλ ἔχοντας, ὅπως εἰ διὰ κόρον αὐτοῖς οὐ προσέξουσιν οἱ λέοντες μᾶθοι. Σαφὲς δὲ ἐγένετο τῷ Δαρείῳ, ὅτι θεία χεὶρ ἦν ἡ τὸν Δανιὴλ σώσασα, παραβληθέντων ἤδη τοῖς θηρίοις τῶν σατραπῶν· οὐδενὸς γὰρ αὐτῶν τὸ παράπαν ἐφείσαντο ἀλλὰ πάντας αὐτοὺς ὄνυξι καὶ ὀδοῦσιν εὐθὺς διεσπάραξάν τε καὶ βορὰν ἐποιήσαντο, καθάπερ τῷ λιμῷ κάμνοντες καὶ τροφῆς ἀστοχοῦντες. Διαφθαρέντων οὖν οὕτω τῶν ἐπιβουλευσάντων τῷ Δανιὴλ, ὁ βασιλεὺς Δαρεῖος ἄνδρα φρόνιμον ἑαυτὸν δεικνὺς καὶ πειθόμενον ἀληθείᾳ, πράγμασί τε φανεροῖς καὶ ἀναντιῤῥήτοις, καθ' ὅλην ἔπεμψε τὴν χώραν ἐπαινῶν τὸν Θεὸν, ὃν ὁ Δανιὴλ προσκυνεῖ, καὶ μόνον αὐτὸν εἶναι ἔλεγεν ἀληθῆ καὶ τὸ πάντων ἔχοντα κράτος· ἔσχε δὲ καὶ τὸν Δανιὴλ διὰ τιμῆς οὐδενὶ ἄλλῳ παραπλησίας, πρῶτον αὐτὸν ἀποδείξας τῶν φίλων· συνῆσαν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ ἑταῖροι καὶ συγγενεῖς, οἱ περὶ Ἀζαρίαν φημὶ, καὶ αὐτοὶ ὁμοίως τῆς ἴσης αὐτῷ καὶ προνοίας καὶ τιμῆς ἀπολαύοντες.

B XVI. Cum autem, postquam dies esset, surrexisset, venit ad lacum: et cum salvum invenisset signaculum, quo reliquerat obsignatum lapidem aperiens nominatim vocavit Danielem, et rogavit, an adhuc esset salvus. Cum ille vero inferne audiisset, et dixisset se nihil molestum esse passum, jussit eum extrahi e lacu. Cum vidissent autem inimici Danielem nihil mali fuisse passum. Non fuit, dicebant, iste conservatus propter Deum et propter ejus providentia, sed quod leones essent cibo satiati. Hac illi quidem dicebant, victi ab invidia. Rex vero odio habens eorum improbitatem, jubet quidem multas carnes objici leonibus: cum ii autem fuissent satiati, eos in lacum injici, qui, odio habebant Danielem, ut sciret, an propter satietatem eos non tangerent leones. Planum vero factum est Dario, fuisse divinam manum, quæ servavit Danielem, cum injecti fuissent satrapæ; nulli enim eorum omnino pepercerunt: sed eos omnes unguibus et C dentibus protinus discerpserunt et devoraverunt, perinde ac si fame laborarent et alimento egerent. Cum ii ergo interiissent, qui Danieli paraverant insidias, Rex Darius seipsum ostendens virum prudentem et parentem veritati, rebusque apertis et contra quas nihil dici poterat, misit per totam regionem, laudans Deum, quem adorat Daniel: et eum solum dicebat esse verum, et qui in omnes obtinet dominatum. Habebat autem Danielem in majori honore, quam ullum alium, ostendens eum esse primum ex amicis. Simul vero cum eo erant etiam cognati: Azarias, inquam, cum cæteris, in quos et par erat studium regis, et in pari eos honore habebat.

ΙΣ'. Ὢν δὲ οὕτως ἐπίσημος καὶ λαμπρὸς, ᾠκοδόμησεν ἐν Ἐκβατάνοις τοῖς Μηδικοῖς καὶ βᾶριν ἐκπρεπέστατόν τι κατασκεύασμα καὶ θαυμασίως πεποιημένον, ἣ μέχρι δεῦρο μὲν ἔστι καὶ σώζεται· τοῖς δὲ ὁρῶσι δοκεῖ προσφάτως κατεσκευάσθαι καὶ ἐπ' αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἧς ἕκαστος αὐτὴν ἱστορεῖ· οὕτω νεαρὸν αὐτῆς τὸ κάλλος καὶ μηδαμοῦ γεγηρακὸς ὑπὸ τοῦ τοσούτου χρόνου φαίνεται. Θάπτονται δὲ ἐν τῇ βάρει ταύτῃ οἵ τε Μήδων καὶ Περσῶν βασιλεῖς, καὶ ὁ ταύτην πεπιστευμένος Ἰουδαῖός ἐστιν ἱερεύς. Ἰωσήππῳ καὶ ταῦτα πρὸς λέξιν τῷ Ἰουδαίῳ συντέτακται. Ἐπεὶ δὲ οὐ θαυμαστὸς μόνον ὑπῆρχεν ὁ Δανιὴλ ἑτέρων ἐπιλύειν ὀνείρους, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μᾶλλον θαυμασιώτερος, ἐφ' οἷς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁρῶν

D XVII. Cum is autem esset insignis et splendidus, exstruxit in Medicis Ecbatanis, turrim, pulcherrimum quoddam ædificium et factum admirabiliter, quæ in hodiernum usque diem conservatur; iis autem qui vident, videtur nuper fuisse constructa, atque adeo eo ipso die, quo illam aspicit unusquisque, tam recens ejus pulchritudo, et quæ minime consenuit tanto tempore, cernitur. Sepeliuntur vero in hac turre reges Medorum et Persarum: et is cui ea est commissa, est Judæus sacerdos. Hæc ab Joseph Judæo ad verbum conscripta sunt. Quoniam autem non solum fuit admirabilis in solvendis aliorum somniis, sed longe admirabilior in iis quæ ille ipse vidit,

operæ pretium est hic quoque eorum meminisse, et ostendere, quam esset ejus mens pura et Deo digna.

XVIII. A magno hoc propheta, cum adhuc degeret Baltasar in terra Chaldæorum, visi sunt quatuor venti cœli in mare irruere, et quatuor magnæ bestiæ ex eo ascendere, quæ significabant quator magna regna. Quarum una quidem visa fuit tanquam leæna, et ejus pennæ tanquam aquilæ. Ea significabat regnum Chaldæorum. Ursa autem secunda, quæ in ore tria habebat latera: cui vox quoque audiebatur, dicens: Surge, comede carnes multas, ea significabat regnum Medorum et Persarum. Et tertia, pardus: quæ etiam ostendebatur habens quatuor pennas volucris supra ipsam: et in ea quoque bestia cernebantur quatuor capita. Regnum Græcorum per eam significabatur. Quorum potentissimos reges vidit postea in forma arietis et hirci. Darium quidem tanquam arietem, in omnibus terræ partibus cornu petentem; Alexandrum vero tanquam hircum in eum insurgentem, et viribus ac impetu conculcantem et prosternentem. Quartam autem bestiam vidit terribilem et stupendam, et mirandum in modum fortem: cujus ferrei quidem dentes, ungues autem ænei. Ea vero superabat omnes, quæ ipsam præcesserant, viribus et audacia: excedebatque et comminuebat, et reliquas conculcabat pedibus. Per hæc docens manum Romanorum, quæ jamdiu tenet imperium. In cujus capite animadverti, inquit propheta, decem cornua et aliud quoque parvum, quod inter ea nascebatur, et tria ex prioribus evellebat radicitus. Jam enim in ipso fine Romani imperii, quod secatur in multos principatus, dicit quidem fore ut decem reges simul exsurgant. Hoc enim significabat visio decem cornuum, tria autem ex his regnis a parvo illo cornu dissolvi, quod cernebat habere oculos hominis, et os magniloquum, et superaturum esse vitium omnium vitiorum, quæ fuere a sæculo, quæ quidem aperte significant Antichristum.

XIX. Cum sic ergo in visione valde fuisset admirabilis propheta, vidit etiam quosdam thronos intelligentes positos et supramundanos: et Deum gloriæ, tanquam Antiquum dierum, præsidentem: qui eo, quod sit ante sæcula, sic videnti voluerit videri: cujus etiam indumentum erat album, sicut nix: et capillus ejus cernebatur tanquam lana pura. Nihil enim obscurum, nihil triste, nihil sordidum apud veram et magnam et primam lucem. Quin etiam thronum quoque ejus dicit apparuisse, tanquam flammam ignis, et rotas ignem emittentes, et fluvium ignis ante eum fluentem, et horrenda omnia et terribilia, et admirabilia omnia, et quæ Deum decebant. Mille enim millia, inquit, et decies mille millia ei assistentes, pie admodum ministrabant. Deinde cum nubibus tanquam Filium hominis, Filium Dei dixit se vidisse venientem, et eum ad Patrem usque euntem, et tanquam ab eo dilectum, cum eo honorifice sedentem, et ei uni-

ἐτύγχανεν, ἄξιον ἐνταῦθα καὶ περὶ αὐτῶν μνησθῆναι καὶ δεῖξαι τῆς τοῦ ἀνδρὸς διανοίας τὸ καθαρώτατόν τε καὶ ἀξιόθεον.

ΙΗ'. Ὥπται τῷ μεγάλῳ τούτῳ προφήτῃ, Βαλτάσαρ ἔτι ἐν τῇ τῶν Χαλδαίων διάγοντος, τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ προσβαλόντας τῇ θαλάσσῃ καὶ τέσσαρα θηρία μεγάλα ἀπ' αὐτῆς ἀναβαίνοντα, ἃ καὶ τὰς μεγάλας τέσσαρας βασιλείας αἰνιττόμενα ἦν, ὧν τὴν μὲν ὡσεὶ λέαιναν ὤφθαι, καὶ πτερὰ αὐτῆς ὡσεὶ ἀετοῦ· τῶν Χαλδαίων αὕτη τὴν βασιλείαν ὑπογράφουσα ἦν· ἄρκον δὲ τὴν δευτέραν, τρία πλευρὰ ἔχουσαν ἐν τῷ στόματι, πρὸς ἣν καὶ φωνὴ λέγουσα διηκούετο· Ἀνάστηθι, φάγε σάρκας πολλὰς — αὕτη τὴν Μήδων καὶ τῶν Περσῶν διηνίττετο βασιλείαν· καὶ πάρδαλιν τὴν τρίτην, ἥτις καὶ πτερὰ τέσσαρα πετεινοῦ ὑπεράνω αὐτῆς ἐδείκνυτο ἔχουσα· καὶ τέσσαρες δὲ τῶν θηρίων κεφαλαὶ καθωρῶντο· ἡ Ἑλλήνων βασιλεία δι' αὐτῆς ἐδηλοῦτο· ὧν τοὺς δυνατωτάτους βασιλέας ἐν κριοῦ καὶ τράγου μορφῇ· Δαρεῖον μὲν οἷα κριὸν κατὰ πάντα τὰ μέρη τῆς γῆς κυρίττοντα· αὐτῷ δὲ τὸν Ἀλέξανδρον οἷα τράγον ἐπανιστάμενον καὶ ὁρμῇ ἰσχύος συμπατοῦντα καὶ καταβάλλοντα· τὸ τέταρτον δὲ θηρίον φοβερὸν εἶδε καὶ ἔκθαμβον καὶ ἰσχυρὸν περιττὰ, οὗ σιδηροῖ μὲν οἱ ὀδόντες, οἱ ὄνυχες, δὲ ἀπὸ χαλκοῦ· καὶ τοῦτο ὑπερβάλλειν ἰσχύϊ τὰ πρὸ αὐτοῦ πάντα καὶ ἰταμότητι, ἐσθίον καὶ λεπτύνον καὶ τὰ ἐπίλοιπα τοῖς ποσὶ συμπατοῦν· τὴν ἄρτι κατέχουσαν χεῖρα διὰ τούτου διδασκόμενος τῶν Ῥωμαίων· οὗ πρὸς τῇ κεφαλῇ καὶ δέκα κέρατα προσενόουν, φησὶν ὁ προφήτης· καὶ μικρὸν ἄλλο μεταξὺ τούτων φυόμενον καὶ τρία τῶν προτέρων ἐκριζοῦν· ἤδη γὰρ ἐπ' αὐτῷ τῷ τέλει τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς εἰς πολυαρχίαν κατατεμνομένης, δέκα μὲν ἀναστήσεσθαι βασιλεῖς ὁμοῦ λέγει· τοῦτο γὰρ ἡ τῶν δέκα κεράτων ὄψις ἐδήλου· τρεῖς δὲ τῶν τοιούτων βασιλειῶν ὑπὸ τοῦ μικροῦ κέρατος ἐκείνου καταλυθῆναι, ὃ καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχειν ἀνθρώπου καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ τὴν κακίαν πάντων ὑπεροίσειν τῶν ἀπ' αἰῶνος κακῶν ἑώρα, τοῦ Ἀντιχρίστου ταῦτα προδήλως σημαντικά.

ΙΘ'. Ὥσθ τοιγαροῦν τῆς ὑπερφυεστάτης ὅλος ὁράσεως γεγονὼς ὁ προφήτης, ἐθεώρει καὶ θρόνους νοεροὺς τινας καὶ ὑπερκοσμίους τιθεμένους καὶ τὸν Θεὸν τῆς δοξης οἷα Παλαιὸν ἡμερῶν προκαθήμενον, τῷ προαιώνιον αὐτὸν εἶναι, οὕτως ὀφθῆναι τῷ βλέποντι βουληθέντα, οὗ καὶ τὸ ἔνδυμα λευκὸν, ὡσεὶ χιὼν καὶ τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς ὡσεὶ ἔριον καθαρὸν ὁρᾶσθαι· οὐδὲν γὰρ ἀλαμπὲς, οὐδὲν κατηφὲς οὐδὲ ῥυπῶν παρὰ τῷ μεγάλῳ καὶ ἀληθινῷ καὶ πρώτῳ φωτί· ἀλλὰ καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς πυρὸς εἶπε φαίνεσθαι φλόγα καὶ τροχοὺς πῦρ ἀφιέντας καὶ ποταμὸν πυρὸς ἔμπροσθεν ῥέοντα καὶ πάντα φοβερὰ καὶ φρικτὰ καὶ πάντα θαυμαστὰ καὶ θεοπρεπῆ· χίλιαι γὰρ χιλιάδες, φησὶ, καὶ μυρίαι μυριάδες αὐτῷ παρεστῶσαι πανευλαβῶς ἐλειτούργουν. Εἶτα μετὰ τῶν νεφελῶν ὡς Υἱὸν ἀνθρώπου τὸν Υἱὸν ἐρχόμενον τοῦ Θεοῦ εἶπεν ὁρᾷν καὶ τοῦτον ἄχρι τοῦ Πατρὸς ἰόντα καὶ ὡς ἀγαπητὸν αὐτῷ ἐστίμως συνεδριάζοντα καὶ τούτῳ τὴν ὅλην ἐξουσίαν καὶ τὴν βασιλείαν τῶν πάν-

των διδομένην καὶ τὴν τιμήν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βίβλους ἀνοιγομένας καὶ κρύφια φανερούμενα καὶ πάντα γυμνὰ τῷ κριτῇ καὶ τετραχηλισμένα παρεστῶτα καὶ τῶν μὲν ἄλλων τὴν ἐξουσίαν καταργουμένην καὶ τὴν ἀρχήν· ἐκεῖνο δὲ τὸ πονηρότατον θηρίον καὶ τὴν κακίαν ἀσύγκριτον, ὃ καὶ τὸν μετὰ τῶν ἁγίων ἐτόλμησε πόλεμον καὶ στόμα λαλοῦν εἶχε μεγάλα ἐξαναιρούμενον καὶ εἰς καῦσιν πυρὸς ἄσβεστον παραπεμπόμενον· ἐντεῦθεν δὲ τὴν μεγαλοσύνην καὶ τὴν τῶν ὅλων βασιλείαν εἰς αἰῶνας τοῖς ἁγίοις δεδωρημένην.

Κ΄. Καὶ οὐ ταῦτα μόνον (ὦ μακαρίας ὄψεως) τεθέαται Δανιὴλ, ἀλλὰ καὶ προσευχόμενος μετὰ ταῦτα καὶ ῥήμασιν ἐξομολογήσεως τὸν ὑπεράγαθον ἐξευμενιζόμενος· Ἤμην, φησὶ, τὸ ἐξῆς ἐν Σούτοις τῇ μητροπόλει Περσίδος, καὶ ὡς ἐξῆλθον εἰς τὸ πεδίον μετὰ καὶ τῶν ἑταίρων, ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο· καὶ φυγόντων τῶν σὺν ἐμοὶ, μόνος ἀπολέλειμμαι κατὰ στόμα πεσών. Καὶ ἰδού τις ἑστηκὼς ἥψατό μου καὶ ἀνέστησε καὶ τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι τοῖς πολίταις μετὰ πολλὰς ὅσας ἐμυσταγώγησε γενεάς. Ὅδε ἄρα οὗτος ἦν ὁ μέγας καὶ πρώτιστος τῶν οὐρανίων δυνάμεων Γαβριὴλ, ὃς καὶ ἀναστάντι αὐτῷ δειχθῆναι κριὸν ἐσήμαινε μέγαν, πολλὰ μὲν ἐκπεφυκότα κέρατα, τελευταῖον δὲ αὐτὸν ἓν ὑψηλότερον ἔχοντα· ἔπειτα ἀναβλέψας μὲν εἰς τὴν Δύσιν, θεάσασθαι τράγον ἔφη ἀπ' αὐτῆς δι' ἀέρος φερόμενον· συρράξαντα δὲ τῷ κριῷ καὶ τοῖς κέρασι κυρίξαντα, δὶς καταβαλεῖν αὐτὸν ἐπὶ γῆν καὶ πατῆσαι· εἶτα τὸν τράγον ἰδεῖν ἐκ τοῦ μετώπου μέγιστον ἀναφύντα κέρας, οὗ κλασθέντος, ἀναβλαστῆσαι τέσσαρα, καθ' ἕκαστον τῶν ἀνέμων ἐκτετραμμένα, ἐξ αὐτῶν δὲ ἀνασχεῖν καὶ ἄλλο βραχύτερον, ὃ καὶ αὐξῆσαι ἔλεγεν ὁ ταῦτα δεικνὺς καὶ πολεμήσειν αὐτοῦ τὸ ἔθνος καὶ τὴν πόλιν αἱρῆσαι ἀνὰ κράτος καὶ πάντα τὰ τοῦ νόμου περιελεῖν· καὶ ταῦτα ἐπὶ ἡμέρας χιλίας καὶ διακοσίας ἐνενήκοντα ἓξ. Ταῦτα μὲν ἰδεῖν ἐν τῷ πεδίῳ τῷ ἐν Σούτοις ὁ Δανιὴλ ἔγραψε· κρῖναι δὲ αὐτῷ τὴν ὄψιν τῶν ὁρασθέντων ἐδήλου τὸν Θεὸν οὕτως· τὸν μὲν γὰρ κριὸν βασιλείας τὰς Μήδων καὶ Περσῶν σημαίνειν αὐτῷ ἔφασκε, τὰ δὲ κέρατα τοὺς μέλλοντας βασιλεύειν. Αὐτὸ δὲ τὸ κέρας τὸ ἔσχατον αὐτὸν σημαίνειν τὸν ἔσχατον βασιλέα· τοῦτον γὰρ καὶ διοίσειν ἔλεγε τῶν λοιπῶν, πλούτῳ τε καὶ δόξῃ καὶ τῇ ἄλλῃ περιφανείᾳ· τὸν δὲ τράγον δηλοῦν, ὡς τῶν Ἑλλήνων τις βασιλεύων ἔσται, ὃς τῷ Περσῃ συμβαλὼν δὶς κρατήσει τῇ μάχῃ καὶ παραλήψεται τὴν ἡγεμονίαν ἅπασαν. Δηλοῦσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ μεγάλου κέρατος τοῦ ἐν τῷ μετώπῳ τοῦ τράγου τὸν πρῶτον βασιλέα. Εἶτα καὶ τὴν τῶν τεσσάρων ἀναβλάστησιν βασιλέων ἐκπεσόντος ἐκείνου· τῇ δὲ πρὸς τὰ τέσσαρα κλίματα τῆς γῆς αὐτῶν ἀποστροφῇ ἑκάστου τοὺς διαδόχους μετὰ τὸν θάνατον τοῦ πρώτου βασιλέως ἐξεικονίζεσθαι, καὶ τὸν εἰς αὐτοὺς διαμερισμὸν δηλοῦσθαι· γενέσθαι δὲ καί τινα ἕτερον ἐκ τούτων βασιλέα, ἀναιδῆ μὲν τῷ προσώπῳ, ἱκανὸν δὲ συνιέναι προβλήματα, ὃς καὶ δόλῳ διαφθερεῖ πολλοὺς καὶ ἐπὶ ἀπωλείᾳ πολλῶν στήσεται· πολεμήσει τε τὸ ἔθνος καὶ τοὺς νόμους αὐτῶν ἰσχυρῶς

versam potestatem et regnum omnium dari et honorem. Quin etiam libros ei esse apertos, et occulta ei esse manifesta, et omnia adstare nuda et detecta: et aliorum quidem aboleri potestatem et imperium: illam autem pessimam bestiam et improbitate incomparabilem, quæ movit bellum adversus sanctos, et os habuit, quod magna et superba loquebatur, deletam et transmissam ad ignis conflagrationem, qui nunquam exstinguitur. Deinde vero majestatem et universorum regnum datum sanctis in æternum.

XX. Neque vero hæc solum (o beatam visionem) vidit Daniel: sed orans quoque postea, et verbis confessionis placans eum qui est summe bonus: Eram, inquit, deinceps, Susis, quæ est metropolis Persidis, et postquam egressus sum in campum cum familiaribus, ecce factus est magnus terræ motus, et fugientibus iis qui mecum erant, relictus sum solus. Et ecce quidam stans me tetigit, et fecit surgere: et quæ civibus erant eventura post multas generationes mystice enarravit. Is autem erat magnus ille et primus cœlestium potestatum Gabriel. Qui etiam sibi, cum surrexisset, significavit fuisse magnum ostensum arietem, cui multa quidem enata erant cornua; habebat autem unum altius. Et hæc quidem cum aspexisset, ait se vidisse in Occidente hircum, qui inde ferebatur per aerem; confligentem vero cum ariete, et bis cornu petentem, ipsum humi prostravisse et conculcasse. Deinde vidisse hircum, cui magnum cornu nascebatur in fronte: quo fracto, germinasse quatuor, versa ad singulos ventos. Ex ipsis autem exortum esse aliud quoque brevius: quod is qui ostendebat, dicebat fore ut cresceret, et ejus gentem bello invaderet, et civitatem vi caperet, et quæcunque sunt legis, tolleret: idque diebus mille ducentis et nonaginta sex. Hæc quidem se vidisse in campo, qui est Susis, scripsit Daniel: Deum autem eorum, quæ adspexerat, visionem dicebat sic sibi declarasse. Nam arietem quidem dicebat significare regna Medorum et Persarum; cornua autem, eos qui erant regnaturi. Ipsum vero cornu ultimum, significat ipsum ultimum regem. Dicebat enim fore, ut is præstaret cæteris, et divitiis et gloria et alio splendore. Hircum autem, significare futurum ex Græcis regem quemdam, qui bis cum Persa confligens, eum pugna vinceret, et universum assumeret principatum: significari vero a magno cornu, quod est in fronte hirci, primum regem. Deinde etiam ortum quatuor regum, cum ille excessisset: uniuscujusque autem eorum conversione ad quatuor climata terræ describi successores post mortem primi regis, et significari factam ab eis divisionem. Futurum autem alium quoque quemdam exiis regem, vultu quidem impudentem: idoneum vero ad intelligenda problemata: qui et dolo multos interimet, et stabit ad interitum multorum: bellabit autem adversus gentem, et eorum leges fortiter dissol-

vet: quin etiam templum quoque spoliabit, et delebit rempublicam, et prohibebit tres annos fieri sacrificia. Hæc quoque sic facta sunt et ad effectum pervenerunt, Antiocho videlicet regnante, qui fuit cognominatus Epiphanes.

XXI. Prædixit autem ipsa Daniel multis ante generationibus, cum Deus ei ea ostendisset, et ut scriberet effecisset: ut et qui ea legunt, et considerant ea quæ eveniunt, et Danielem admirentur propter honorem, quo fuit dignus a Deo judicatus, et inveniant Epicureos hac in re valde errare, qui et providentiam e vita expellunt, et Deum non censent rerum humanarum curam gerere: neque a beata essentia, et in quam non cadit interitus, ad hoc ut universa permaneant gubernari omnia, carentia auriga et curatore. Mundum autem universum dicunt sua sponte ferri: sic male sentientes et dicentes aperte stolidi et nescientes, quod ne navis quidem in portu servari potuerit, defecta gubernatore et nautis. Sed quis in rebus honestis fuerit adeo socors et ignavus, aut auditores tantæ damnarit negligentiæ et somnolentiæ, ut non aliorum etiam meminerit prophetæ hujus admirabilis, quæ et possunt afficere admiratione, et magnam afferre utilitatem animis auditorum?

XXII. Erat enim tunc apud Babylonios simulacrum, quod in magno habebatur honore. Ei nomen erat Bel: cui etiam tanquam deo constructum erat templum et ara, eique suppeditati fuerant largi sumptus: et circa illum erat frequens turba sacerdotum. Sumptus vero specie quidem ac prætextu suppeditabantur idolo: revera autem ab ejus sacerdotibus latenter consumebantur. Id ipse quoque rex colebat Is erat Cyrus, qui Dario successerat. Qui etiam, similiter atque Darius, honorem conservans in Danielem, eum habebat convictorem et gloriosissimum omnium suorum amicorum. Hinc etiam factum est, ut ei suaderet ut Bel coleret tanquam deum viventem. An non vides, inquit, quod similæ quidem Artabas duodecim quotidie, oves autem non pauciores quam quadraginta comedat? vini vero sex totas ebibat metretas? Est hoc error manifestus et aperte deceptio, ait Dei propheta. Nam quod intus quidem, est lutum, æs autem extrinsecus, neque potest esse, neque bibere. Irascitur hæc, audiens Cyrus et statim vocat sacerdotes minaturque mortem, nisi Bel comedentem ostenderint. Illi vero, Mensæ cibos, aiunt, appone; nos autem egrediemur, et clavibus ac signaculis obserata janua, redi die sequenti: et nisi omnia consumpta inveneris, nos digni erimus supplicio; sin minus, Daniel, qui et de nobis, et de ipso deo est mentitus. Atque Cyrus quidem statim, sicut dixerant, cibos apposuit: Daniel autem, eis imprudentibus, cinere templi solum conspersit: et cum sic ambo clausissent et obsignassent, recesserunt. Sequenti vero die accedentes, vident vestigia mulierum et virorum et puerorum in cinere. Qui etiam capti, osten-

A καταλύσει· ἔτι γε μὴν συλήσει καὶ τὸν ναόν, ἀφανιεῖ τε τὴν πολιτείαν καὶ τὰς θυσίας ἐπὶ τρισὶν ἔτεσιν ἀπείρξει τελεῖσθαι. Γέγονε μὲν οὕτω ταῦτα καὶ εἰς ἔργον ἐξέβη, Ἀντιόχου δῆτα τοῦ Ἐπιφανοῦς βασιλεύοντος.

ΚΑ'. Προεῖπε δὲ αὐτὰ Δανιὴλ πολλαῖς ἄρα γενεαῖς πρότερον, τοῦ Θεοῦ δείξαντος αὐτῷ ταῦτα καὶ γράψαι παρασκευάσαντος, ὥστε τοὺς ἀναγιγνώσκοντας καὶ τὰ συμβαίνοντα σκοποῦντας θαυμάζειν τε τὸν Δανιὴλ τῆς τιμῆς, ἧς ἄξιος ἐκρίθη παρὰ Θεοῦ, εὑρίσκειν τε τοὺς Ἐπικουρείους ἐντεῦθεν κομιδῇ πλανωμένους, οἳ τήν τε πρόνοιαν ἐξκάλλουσι τοῦ βίου καὶ Θεὸν οὐκ ἀξιοῦσι τῶν πραγμάτων ἐπιτροπεύειν, οὐδὲ ὑπὸ τῆς μακαρίας καὶ ἀφθάρτου φύσεως πρὸς διαμονὴν τῶν ὅλων κυβερνᾶσθαι τὰ σύμπαντα, ἄμοιρον δὲ ἡνιόχου καὶ φροντιστοῦ. Τὸν κόσμον αὐτομάτως ἅπαντα φέρεσθαι λέγουσι, κακῶς οὕτω καὶ φρονοῦντες καὶ λέγοντες οἱ προφανῶς ἀνόητοι καὶ οὐκ εἰδότες, ὡς οὐδὲ ναῦς ἐν λιμένι διασωθείη κυβερνήτου καὶ ναυτῶν ἔρημος. Ἀλλὰ τίς ἂν ῥᾳθυμως οὕτω περὶ τὰ καλὰ γένοιτο ἢ τῶν ἀκροωμένων ῥᾳθυμίαν τοσαύτην καὶ ὕπνον κατεγνωκώς, ὡς μὴ καὶ τῶν ἄλλων τοῦ θαυμαστοῦ τούτου προφήτου ἐπιμνησθῆναι θαυμάσαι τε ἱκανῶν ὄντων καὶ πολλὴν ὠφέλειαν ταῖς τῶν ἀκροατῶν ψυχαῖς ἐμβαλεῖν δυναμένων;

ΚΒ'. Ἦν γὰρ τότε τοῖς Βαβυλωνίοις πάνυ σφόδρα τιμώμενον εἴδωλον· ὄνομα τούτῳ Βήλ, ᾧ καὶ οἷα θεῷ ναὸς κατεσκεύαστο καὶ βωμὸς δαπάναι τε κεχορήγηντο δαψιλεῖς· καὶ ὄχλος ἱερέων ἦσαν περὶ ἐκεῖνον συχνός· αἱ δαπάναι δὲ προφασιν μὲν τῷ εἰδώλῳ χορηγούμεναι, τὸ δὲ ἀληθὲς τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ κατὰ τὸ λεληθὸς δαπανώμεναι· τοῦτο ἐσέβετο καὶ αὐτὸς βασιλεύς. Κύρος ἦν οὗτος, ὁ τὸν Δαρεῖον διαδεξάμενος, ὃς ἄρα καὶ πρὸς τὸν Δανιὴλ τὴν ὁμοίαν Δαρείῳ διασώζων τιμὴν, συμβιώτην τε εἶχε καὶ τῶν αὐτοῦ φίλων ἐπιδοξότατον. Ἔνθεν τοι καὶ παρῄνει αὐτῷ καθάπερ θεῷ ζῶντι προσέχειν τῷ Βήλ. Ἢ οὐχ ὁρᾷς, φησὶν, ὡς Ἀρτάβας μὲν σεμιδάλεως ἑκάστης ἡμέρας δυοκαίδεκα, πρόβατα δὲ οὐ μεῖον ἢ τεσσαράκοντα ἐσθίει, οἴνου δὲ ἓξ τοὺς πάντας μετρητὰς ἐκπίνειν; Πλάνη τοῦτο σαφὴς καὶ ἀντικρὺς παραλογισμὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ ἔφη προφήτης· ὁ γὰρ ἔνδον μὲν πηλὸς, ἔξωθεν δὲ χαλκὸς ὤν, οὐτ' ἐσθίειν οὔτε πίνειν δυνατῶς ἔχει. Ὀργίζεται ὁ Κύρος ἀκούσας· καλεῖ παραυτίκα τοὺς ἱερεῖς, ἀπειλεῖ θάνατον, εἰ μὴ ἀποδείξαιεν ἐσθίοντα τὸν Βήλ· οἱ δέ· Τῇ τραπέζῃ παράθες, ἔφασαν, τὰ βρώματα, βασιλεῦ· ἔξιμεν δὲ ἡμεῖς, καὶ αὐτὸς κλεισὶ καὶ σφραγῖσι τὴν θύραν ἀσφαλισάμενος, τὴν ἑξῆς ἴθι, καὶ εἰ μὴ καταλάβοις ἀνηλωμένα πάντα, ἄξιοι τιμωρίας ἡμεῖς· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ Δανιὴλ πάντως, ὁ καὶ αὐτοῦ θεοῦ γε καταψευσάμενος καὶ ἡμῶν. Κύρος μὲν οὖν κατὰ τὸν λόγον τῶν βρωμάτων εὐθὺς πεποίηκε τὴν παράθεσιν· Δανιὴλ δὲ τούτους λαθὼν, σποδιᾷ τὸ τοῦ ναοῦ ἅπαν ἔδαφος καταπάττει· καὶ οὕτω κλείσαντες ἀμφότεροι καὶ σφραγίσαντες ᾤχοντο· τῇ ἑξῆς δὲ παριόντες, ἴχνη γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν καὶ παιδίων ὁρῶσι κατὰ τῆς σποδιᾶς, οἳ καὶ ληφθέντες τὰς κρυπτὰς ὑπ-

ἐδείκνυσαν εἰσόδους, δι' ὧν εἰσιόντες πρώην, ἀνήλουν τὰ προτιθέμενα· ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἰδών, ὀργῆς ὁμοῦ καὶ αἰσχύνης ὑπόπλεως γίνεται καὶ τῆς μέχρι τότε διαλανθανούσης αὐτὸν ἀπάτης τοὺς ἱερεῖς ἀμυνόμενος, ἅπαντας αὐτοὺς ἀναιρεῖ, τὸν ναὸν δὲ καὶ τὸν Βὴλ ἔκδοτον εἰς καταστροφὴν παρίσχε τῷ Δανιήλ.

ΚΓ'. Τοῦτο πρῶτον Βαβυλωνίοις ὁ Δανιὴλ ἐπιδείξας κατόρθωμα, οὐδενὸς τῶν ἕν τε συνίσει καὶ ἀγχινοίᾳ θαυμαζομένων ἀπολειπόμενον εἶτα καὶ δεύτερον ἐπιτίθησιν· οὐ γὰρ μόνον οἱ ἀναίσθητοι οὗτοι τὸν ἀναίσθητον ἐσέβοντο Βήλ, ἀλλὰ καὶ δράκοντά τινα μέγαν ἐμφωλεύοντα οἴκῳ τινὶ θεραπεύοντες, ὡς θεῷ προσεῖχον· ἔργον τοῦτο τὸ νοητοῦ δράκοντος, τοῦ μὲν Θεοῦ τῶν ὅλων ἀφιστᾷν, θηρίῳ δὲ πείθειν προσκεῖσθαι πονηροτάτῳ· πειρᾶται γοῦν κἀν τούτῳ Κῦρος τοῦ Δανιὴλ καὶ ὡς ἀληθῶς ἐσθίοντι καὶ πίνοντι καὶ ζῶντι θεῷ προσκυνεῖν παρηγγύα· Οὐ γὰρ ἄν, ἔφησεν, ἔχῃς εἰπεῖν, ὅτι κἂν οὗτος οὐκ ἔστι θεὸς ζῶν· ὁ δέ· Κυρίῳ τῷ Θεῷ μου προσκυνήσω· μόνος γὰρ οὗτος ἀληθῶς ζῶν, δι' οὗ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν· ὁ δὲ δράκων οὗτος ἰοβόλος ὄφις καὶ πονηρός, λυμαίνεσθαι μὲν εἰδώς, ὠφελεῖν δὲ οὐδένα δυνατὸς ὤν. Εἰ δ' ὅτι καὶ θνητός ἐστι γνῶναι θέλεις, καὶ τὴν φύσιν φθαρτὸς, ἀλλ' οὐ μὲν οὖν θεὸς οὐδαμῶς, ἐπίτρεψον, ὦ βασιλεῦ, κἀγὼ τοῦτον μαχαίρας ἄνευ καὶ ῥάβδου κατακτενῶ. Ἐπινεύσαντος οὖν ἐν τούτῳ τοῦ βασιλέως, πίσσαν ὁμοῦ καὶ στέαρ καὶ τρίχας, ὁ θαυμαστὸς οὗτος ἀνὴρ ἑστηκώς, εἶτα καὶ μάζας πεποιηκώς, εἰς τὸ στομα καθῆκε τοῦ δράκόντος. Ὁ δὲ φαγὼν ῥήγνυται παραχρῆμα. Πρὸς ταῦτα οἱ τῶν Βαβυλωνίων δεισιδαιμονίστατοι βαρέως διενέγκοντες, τῷ βασιλεῖ τε προσῆλθον καὶ τὸν Δανιὴλ ἐξητήσαντο· ἦσαν γὰρ ἀτέχνως ὑπὸ τοῦ ἀφανοῦς δράκοντος ὑποβεβλημένοι καὶ πολλὴν ὅσην κατὰ τοῦ προφήτου τὴν μανίαν ὠδίνοντες. Προσίασι τοίνυν τῷ βασιλεῖ· Παράδος ἡμῖν τὸν Δανιὴλ, λέγοντες· εἰ δ' οὔν, ἀλλά σε ἀποκτενοῦμεν. Δῆλος γὰρ ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἔργων καθίστασαι, ὅτι καὶ αὐτὸς ἦδη τὰ Ἰουδαίων φρονεῖς. Ἀμέλει καὶ παραδίδωσι τοῦτον εἰς χεῖρας αὐτῶν ὁ βασιλεὺς, οὐχ ἑκὼν ἄλλως οὐδὲ βουλόμενος, παραδίδωσι δ' οὖν ὅμως· οἱ δὲ λάβοντες εις τὸν τῶν λεόντων λάκκον εὐθὺς καθιᾶσιν· ἑπτὰ δὲ ἦσαν οὗτοι τὸν ἀριθμὸν, οἷς δύο τε σώματα καὶ πρόβατα δύο ἡμερησία τροφὴ τετύπωτο, ἐν ᾗ ἐξ δὲ ταῖς ὅλαις ἡμέραις αἷς ὁ δίκαιος αὐτοῖς συγκαθείργνυτο, ἄσιτοι τὸ παράπαν καὶ τροφῆς ἠστινοσοῦν ἄγευστοι καταλείφθησαν, ἵνα τῷ λιμῷ μὲν πιεζόμενοι, ἀπάσης δὲ ἄλλης τροφῆς ἀπορούντες, κἂν ἔχοι τινὰ δύναμιν ὁ προφήτης εἴργουσαν αὐτοῖς τὴν ὁρμὴν, ἀλλ' οὖν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ κινούμενοι βιαίτερον, τὴν γένυν αὐτῷ ταχέως ἐπιβάλωσι καὶ λαφύξωνται. Τί οὖν ὁ Κύριος: Ἆρα τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην αὐτῷ παραδίδωσιν; ἢ σώζει μὲν ἐκ στόματος λεόντων, τῷ λιμῷ δὲ πιέζεσθαι καταλείπει; ἢ τροφὴν μὲν εἰς βρῶσιν ὀρέγει διά τινος τῶν ἀλλογενῶν καὶ ἀπεριτμήτων; πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλ' ἵνα διὰ πάντων

dunt occultos aditus, per quos nuper ingredientes, consumebant ea quæ apponebantur. Hæc cum rex vidisset, ira simul repletur et pudore, et ulciscens sacerdotes propter eam quæ ad hoc usque tempus latebat, fraudem, eos omnes interimit; templum autem et Bel præbuit evertendum Danieli.

XXIII. Cum Daniel Babyloniis hoc præclarum primum ostendisset factum, quod nullo eorum, quæ propter intelligentiam et ingenii acumen in admiratione habentur, est inferius, deinde etiam secundum adjicit. Non solum enim isti nullo plane sensu præditi, nullo sensu præditum Bel colebant: sed etiam magnum quemdam draconem, qui in domo quadam delitescebat, tanquam deum colebant. Hoc opus est ejus, qui intelligentia percipitur draconis, abducere quidem a Deo universorum: persuadere autem, ut adhæreant bestiæ nequissimæ. Tentatur ergo in hoc quoque Daniel a Cyro: et jubebat ut eum adoraret tanquam vere comedentem et bibentem et viventem deum. Non potes enim, aiebat, dicere hunc non esse deum viventem. Ille autem, Dominum, inquit, meum adorabo. Is enim est solus vere vivens, per quem vivimus et movemur et sumus [1]. Hic vero serpens est draco venenatus et malus, qui scit quidem nocere, nemini autem potest prodesse. Quod si velis scire eum etiam esse mortalem, et in quem natura cadit interitus, non autem deum, permitte, o rex, et ego eum occidam sine gladio et virga. Cum vero ei rex hoc annuisset, et picem simul et adipem et pilos coxisset hic vir admirabilis, et deinde etiam offas fecisset, demisit in os draconis. Ille autem cum comedisset, confestim rumpitur. Hæc cum graviter tulissent quicunque ex Babyloniis erant superstitiosi et falsæ religioni dediti, ad regem accesserunt et petierunt Danielem. Erant enim revera instigati a dracone, qui non cadit sub aspectum, et adversus prophetam magnum furorem conceperant, et jam parturiebant. Accedunt ergo ad regem, dicentes: Trade nobis Danielem; sin minus, te occidemus. Jam enim nobis ex tuis factis evasit manifestum, te quoque ipsum eadem sentire quæ Judæi. Eum itaque tradit rex in manus eorum, non libens alioqui nec volens, tradit tamen. Illi vero cum eum accepissent, rursus demittunt in lacum leonum. Ii erant septem numero, quibus et duo corpora et duæ oves singulis diebus erant deputatæ ad eorum alimentum. Sex autem totis diebus, quibus justus fuit cum eis inclusus, relicti sunt omnino jejuni et omnis alimenti expertes: ut fame quidem oppressi, et omni alio nutrimento carentes, etiamsi propheta haberet aliquam virtutem, quæ eorum arceret impetum, at fame certo impulsi violentius, maxillas celeriter in eum immitterent ac discerperent. Quid ergo Dominus? Traditne feris animam, quæ confitetur? aut servat

[1] Act. xvii, 28.

quidem ex ore leonum? Relinquit autem eum fame moriturum; aut alimentum quidem præbet ad esum, sed per alienigenam aliquem et incircumcisum? Multum abest. Sed ut per omnia omnipotentes ejus vires et ineffabilis misericordia fieret manifesta, divina quidem manu obstruuntur ora leonum, vel protinus ipsi seipsos comprimunt ac contrahunt, angulos subeuntes, et nec sacrum corpus omnino audentes attingere: sed tanquam quidam satellites benevoli ac fideles, suum regem custodientes, et quos nec famis quidem meminisse sinebat, qui eos urgebat, metus.

A τότε παντοδύναμον αὐτοῦ τῆς ἰσχυος καὶ τὸ τῶν οἰκτιρμῶν ἀπόῤῥητον καταγανὲς γένηται, ἐμφράττεται μὲν θεία παλάμη λεόντων στόματα, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς συστέλλονται ταῖς γωνίαις παραδυομενοι καὶ μηδ' ὅλως ἱεροῦ σώματος παραψαύσαι τολμῶντες, ἀλλ' ὥσπερ δορυφόροι τινὲς εὖνοί τε καὶ πιστότατοι τὸν ἑαυτῶν φυλάττοντες βασιλέα, καὶ μηδὲ τοῦ λιμοῦ μνησθῆναι ὑπὸ τοῦ περικειμένου δέους αὐτοῖς συγχωρούμενοι.

XXIV. Erat autem alius quidam propheta in Judæa. Is erat sacer Habacuc, quem scio satis omnibus esse notum. Is ergo, cum panem in disco comminuisset et jus ei immisisset, abibat ut ferret ad messores; erat enim tempus æstatis. Angelus autem Domini ei apparuit, et jussit eum id ferre Babylonem ad Danielem. Cum is vero ignorantiam, et esse maximum quod intercedit spatium, et quam difficile esset imperatum, adduceret, protinus angelus comam capitis apprehendit, et momento temporis impetu ducentis spiritus expansus stetit super lacum: et appellavit Dei vinctum, et dixit: Accipe hanc cœnam, quam Deus ad te misit, tui magnam curam gerens. Hæc Habacuc. Magnus autem Daniel in contritione spiritus et humilitate animæ: Meminit vero mei Deus, respondit, fidelis vox est revera famuli, quomodo bonus quoque Dominus ejus curam gerit. Deinde, cum accepisset, comedit: ipse autem Habacuc, cum eadem rursus virtute illud immensum transvolasset spatium, (o celeritatem, o divinam pernicitatem) momento temporis ita suo fuit loco restitutus, ut nondum præteriisset hora prandii messoribus. Atque hoc quidem cum sit plane solius Dei opus et ejus immensæ potentiæ, majus ex se habet miraculum, quam ut id possit assequi sermo vel cogitatio. Atque sex quidem dies sic transierunt, Danielem in lacu conservantes. Cyrus autem septimo die abiit, ut amicum jam lugeret mortuum. Cum vero despexisset, et vidisset ipsum sedentem in lacu illæsum, magna voce laudavit Deum rerum admirabilium, et magis quam prius Darius; et illum quidem illinc quam primum extraxit: eos autem, qui ei temere invidebant, continuo demisit devorandos a leonibus. Sic etiam in gentibus cognoscitur Deus judicia faciens, ut in operibus manuum ipsorum comprehendantur peccatores, providens modo ineffabili. Fuit ergo postea Daniel et regis convictor, honoremque et gloriam apud ipsum est consecutus supra omnes ejus amicos.

ΚΔ'. Ἦν δέ τις ἄλλος προφήτης ἐν Ἰουδαίᾳ, ὁ ἱερὸς Ἀμβακοὺμ οὗτος, ὃν γνώριμον εἶναι πᾶσιν ἐπίσταμαι· οὗτος οὖν ἄρτους ἐν πίνακι διαθρύψας τὸ ἔψημά τε τούτοις ἐπιβαλὼν, ἀπῄει κομίζων τοῖς θερισταῖς (θέρους γὰρ ἦν ὁ καιρός), ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐπιφανεὶς, μετακομίσαι τοῦτο εἰς Βαβυλῶνα τῷ Δανιὴλ ἐπέταττε· τοῦ δὲ τὴν ἄγνοιαν καὶ τὸ πάμπολυ εἶναι τὸ μεταξὺ διάστημα τὸ ἀμήχανόν τε προβαλλομένου τοῦ ἐπιτάγματος, αὐτίκα πρὸς τοῦ ἀγγέλου τὴν κόμην ἐπιληφθῆναι τῆς κεφαλῆς ἐν ἀκαρεῖ τε τῷ ῥοίζῳ τοῦ ἄγοντος πνεύματος ἐκπεταθέντα ἐπάνω στῆναι τοῦ λάκκου καὶ προσαγορεῦσαι τὸν δέσμιον ἐκεῖ τοῦ Θεοῦ· καὶ δέξαι τουτὶ τὸ δεῖπνον, εἰπεῖν, ὁ Θεός σοι μάλα κηδόμενος ἐξαπέστειλε. Ταῦτα ὁ Ἀμβακούμ. Ὁ μέγας δὲ Δανιὴλ ἐν συντριβῇ πνεύματος καὶ ταπεινώσει ψυχῆς· Ἐμνήσθη δέ μου ὁ Θεός, ἀπεκρίνατο· πιστοῦ τῷ ὄντι θεράποντος ἡ φωνὴ, ὥσπερ ἄρα καὶ ἀγαθοῦ Δεσπότου ἡ περὶ αὐτὸν πρόνοια· εἶτα καὶ δεξάμενος ἔφαγεν· αὐτὸν δὲ παραχρῆμα τὸν Ἀμβακοὺμ αὖθις τῇ αὐτῇ δυνάμει τὸ μυρίον ἐκεῖνο διάστημα, διαπτάντα (ὦ τοῦ τάχους, ὦ τῆς θείας ὀξύτητος!) οὕτως ἐν ῥιπῇ πρὸς τὸν οἰκεῖον ἀνασωθῆναι τόπον, ὡς μὴ παρελκυσθῆναι τὴν ὥραν τοῦ ἀρίστου τοῖς θερισταῖς· τοῦτο μὲν οὖν μόνου καθαρῶς ἔργον ὂν τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς παντοδυνάμου ῥοπῆς, αὐτόθεν ἔχει τὸ θαῦμα ἡ κατὰ λόγου καὶ φρενῶν δύναμιν. Ἡ ἕκτη μὲν οὖν οὕτως ἐπεραίνετο, τὸν Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ διατροῦσα, Κύρος δὲ τῇ ἑβδόμῃ ἀπῄει ὡς τεθνηκότα ἤδη τὸν φίλον πενθήσων· ἐγκύψας δὲ καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἐν τῷ λάκκῳ καθήμενον ἀβλαβῆ, μεγάλῃ φωνῇ τὸν τῶν θαυμασίων ὕμνει Θεὸν καὶ μᾶλλον ἢ Δαρεῖος τὸ πρότερον· καὶ τὸν μὲν ἐκεῖθεν ἀνεῖλκυσεν ἐν σπουδῇ· τοὺς δὲ μάτην αὐτῷ βασκαίνοντας ἑτοίμην εὐθὺς τοῖς λέουσι καθῆκε βοράν· οὕτω δὴ κἀν τοῖς ἔθνεσι γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν ἐν τοῖς ἔργοις τε τῶν χειρῶν αὐτῶν ἀῤῥήτως οἰκονομῶν, τοὺς ἁμαρτωλοὺς συλλαμβάνεσθαι· ἦν οὖν τὸ μετὰ ταῦτα ὁ Δανιὴλ συμβιωτής τε τοῦ βασιλέως καὶ τιμῆς παρ' αὐτῷ καὶ δόξης ὑπὲρ πάντας αὐτοῦ τοὺς φίλους καταξιούμενος.

XXV. Sed et rursus admirabilis Daniel consueta faciens, et perseverans in ab initio cœpta abstinentia, rursus talibus dignus est habitus contemplationibus. Fui enim, inquit ille, tres dierum hebdomadas jejunans. Panem enim desideriorum non comedi, et caro et vinum non intravit in os meum: et unguento non fui unctus, donec impleti essent

ΚΕ'. Ἀλλὰ γὰρ καὶ πάλιν Δανιὴλ ὁ θαυμάσιος τὰ συνήθη ποιῶν καὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς ἐχόμενος ἐγκρατείας, τοιούτων αὖθις ἠξιοῦτο καὶ τῶν θεωρίων· ἦμην γὰρ, ἐκεῖνός φησι, τρεῖς ἑβδομάδας ἡμερῶν νηστεύων. Ἄρτον γὰρ ἐπιθυμιῶν οὐκ ἔφαγον καὶ κρέα καὶ οἶνος οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου, καὶ ἄλειμμα οὐκ ἠλειψάμην ἕως πληρώσεως τριῶν ἑβδομάδων

ἡμερῶν. Καὶ ἐν ἡμέρᾳ εἰκοστῇ καὶ τετάρτῃ τοῦ πρώτου μηνός, ἐγὼ ἤμην ἐχόμενα τοῦ ποταμοῦ τοῦ μεγάλου Χωμὰρ καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου καὶ εἶδον· καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἐνδεδυμένος βαδδὶν καὶ ἡ ὀσφῦς αὐτοῦ περιεζωσμένη ἐν χρυσίῳ Ὀφὰτζ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ὡσεὶ Θαρσεῖς, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ ὅρασις ἀστραπῆς, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡσεὶ λαμπάδες πυρός, καὶ οἱ βραχίονες αὐτοῦ καὶ τὰ σκέλη ὡς ὅρασις χαλκοῦ στίλβοντος, καὶ ἡ φωνὴ τῶν λόγων αὐτοῦ ὡς φωνὴ ὄχλου. Ταῦτα εἶδον καὶ ἡ ἰσχύς μου ἐξέλιπεν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἡ δόξα μου μετεστράφη εἰς διαφθοράν καὶ εὐθὺς ἐπὶ τὴν γῆν πίπτω· καὶ ἰδοὺ χεὶρ ἁπτομένη μου καὶ ἤγειρέ με ἐπὶ τὰ γόνατά μου καὶ, Σύνες !... φησὶ, πρός με, Δανιὴλ, ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν, καὶ στῆθι ἐπὶ τῇ στάσει μου, ὅτι νῦν ἀπεστάλην ἐγὼ πρός σε, ὅτι ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς πρώτης, ἧς ἔδωκας τὴν καρδίαν σου ταπεινωθῆναι ἐναντίον τοῦ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, ἠκούσθησαν οἱ λόγοι σου καὶ ἐγὼ ἦλθον πρὸς σὲ καὶ ὁ ἄρχων τῆς βασιλείας Περσῶν ἐστήκει ἐξ ἐναντίας μου εἴκοσι καὶ μίαν ἡμέραν Καὶ νῦν ἀνδρίζου καὶ ἴσχυε, ὅτι ἐγὼ μετὰ σοῦ εἰμι· ἐνταῦθα πολλὰ μὲν τῶν ἐσομένων ὁ φανεὶς ἄγγελος τῷ προφήτῃ μυσταγωγεῖ περί τε τῆς Περσῶν βασιλείας καὶ καταλύσεως καὶ εἰς οὓς ἔμελλε μεταπίπτειν· ἔπειτα δὲ καὶ περὶ τῆς βασιλίσσης Νότου, ἃ καὶ πέρας ἔλαβε μετὰ ταῦτα καὶ τοῖς καλουμένοις Μακκαβαϊκοῖς ἐνεγράφη.

A dies trium hebdomadum; et vicesimo et quarto die primi mensis, ego sedebam prope magnum fluvium Chobar; et sustuli oculos meos, et vidi. Et ecce vir indutus sacra stola, et lumbus ejus accinctus auro Hophatz: et corpus ejus tanquam Tharsis, et vultus ejus tanquam aspectus fulguris: et oculi ejus tanquam lampades ignis, et brachia ejus et tibiæ tanquam aspectus æris resplendentis, et vox verborum ejus tanquam vox tubæ. Hæc vidi, et virtus mea defecit a me, et gloria mea conversa fuit in interitum: et continuo cado in terram, et ecce manus me tangens, erexit me et super genua mea; et Attende, inquit, ad me, Daniel, vir desideriorum, et sta in statione mea: quoniam nunc ego missus sum ad te: quoniam a primo die, quo dedisti cor B tuum, ut humiliareris coram Domino Deo tuo, ego veni ad te: et princeps regni Persarum stetit contra me viginti et unum diem. Et nunc esto vir fortis et robustus, quoniam ego sum tecum. Hic multa quidem futura, qui apparuit angelus, prophetæ mystice enuntiat de regno Persarum et ejus eversione: et ad quos erat deventurum. Deinde etiam de regina Austri, quæ quidem postea finem acceperunt, et scripta sunt in libris, qui vocantur Machabæorum.

Κς'. Οὐκ ἐκ τούτων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑτέρων ὁ Δανιὴλ μέγας τε τὴν θεωρίαν καὶ θαυμάσιος τὴν σύνεσιν ἀνεφάνη· καὶ ἵνα τἄλλα παρῶμεν, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὴν κρίσιν Σωσάννης, ὃ πολλῶν πρότερόν ἐστι, νέος ὤν, εἴργαστο, τίνα ἄλλην συνέσεως ὑπερβολὴν ἀπολείπει; Ἦν πιστὴν μὲν τῷ ἀνδρὶ γενομένην, θάνατον δὲ κατακριθεῖσαν ἐκ συκοφαντίας ἀδικωτάτης τῶν ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς μᾶλλον ἐκείνην θεασαμένων παραπλήσιά τε τῷ Ἰωσὴφ κινδυνεύουσαν ὑποστῆναι, ὁ ἐκεῖνον τότε ῥυσάμενος καὶ ταύτην δὴ παραδόξως διὰ Δανιὴλ ῥύεται σοφῇ κρίσει κακοτεχνίαν τῶν πρεσβυτέρων ἐλέγξαντος καὶ αὐτοὺς μᾶλλον ἀξίους θανάτου δείξαντός τε καὶ γενέσθαι παρασκευάσαντος.

XXVI. Non ex his autem solis, sed etiam ex aliis, Daniel apparuit magnus in contemplatione et admirandus intelligentia. Et ut alia omittamus, quod C de Susanna factum est judicium, quod diu ante fecit, cum esset adhuc juvenis, quidnam reliquit intelligentiæ, quo id possit superare? Quæ quidem cum fuisset marito fidelis, morte autem esset damnata ex iniquissima calumnia eorum qui illam impudicis aspexerant oculis, et erat similia passura iis quæ Joseph passus est, qui illum tunc eripuit, is eam quoque admirabiliter servat per Danielem: qui sapiente judicio seniorum convicit malignitatem, et eos magis morte dignos ostendit, et ut mortem paterentur effecit.

Κζ'. Οὕτω συνέσεως ἔχων, οὕτω χάριτος καὶ μεγέθους θεωριῶν κατηξίωται· αὐτά τε τὰ τοῦ Θεοῦ κρύφια καὶ τῆς δίττης τοῦ λόγου παρουσίας μυστήρια τῷ πνεύματι καταθεωρήσας· καὶ ὅσα δὲ τῶν ἄλλων ἀξιολογώτατα καὶ ὅσα πρὸς τῷ τοῦ αἰῶνος τέλει συμβήσεσθαι μέλλει καὶ τὴν τότε θλῖψιν καὶ τὴν ἐκ γῆς χώματος ἐξανάστασιν τῶν ἀνθρώπων τήν τῶν ἁγίων τε δόξαν καὶ τὴν τῶν ἀσεβῶν αἰσχύνην τὴν οὐδέποτε λήγουσαν, τὰ βάθη τε τοῦ Θεοῦ, καθ' ὅσον οἷόντε τῷ σάρκα περικειμένῳ διὰ τοῦ ἐρευνῶντος αὐτὰ πνεύματος ἐγνωκώς· ἔπειτα τοῦ δεσμοῦ λυθεὶς καὶ τὴν γῆν ἡδέως τῇ γῇ παραδοὺς, πρὸς ὃν ἐπόθει Θεὸν ὁ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀνὴρ ᾤχετο, αὐτοῖς τε τοῖς τρισὶ καὶ φίλοις παισὶ καὶ προφήταις εἰς ἀεὶ συνὼν καὶ μηδὲ ἡμῶν κατά γε τὸ περιέπειν καὶ βοηθεῖν ἀφιστάμενος, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος τῆς ὑπερ-

XXVII. Cum tanta esset intelligentia, tanta gratia et tam magnis dignus est habitus contemplationibus: cumque ipsa Dei arcana, et duplicis Verbi adventus mysteria spiritu esset contemplatus: quin etiam quæcunque sunt aliis pluris facienda, et quæcunque sunt eventura in fine sæculi, et eam, quæ tunc erit, afflictionem, et hominum ex terræ aggere resurrectionem, et sanctorum gloriam, et impiorum ignominiam, quæ nunquam desinit, et Dei profunda, quantum potest is qui est carne indutus, per ipsa scrutantem spiritum cognovisset, deinde vinculo solutus, terra terræ libenter tradita, ad Deum, quem desiderabat, vir desideriorum abiit, cum his tribus et amicis pueris et prophetis perpetuo conversans, et nec a nobis quidem, quod ad defendendum et adjuvandum attinet, abscedens. Ad gloriam Patris et Filii et

Spiritus sancti, supernaturalis et divinæ Trinitatis : quam decet honor et adoratio in sæcula sæculorum. Amen (2).

φυοῦς καὶ θείας Τριάδος, ᾗ πρέπει τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(2) *Humatus est S. Daniel in angusta caverna honoribus magnis in Babylone, ubi adhuc suo tempore ejus monumentum exstare habet Epiphanius* De vita prophetarum, cap. 10, in fine. *Inde vero ejus et trium puerorum reliquiæ translatæ sunt Alexandriam et in ecclesiam SS. Joannis et Cyri positæ. Easdem Venetias translatas esse, et crus Danielis Vercellis, et magnam trium puerorum sacrorum pignorum partem Romæ in diaconia S. Adriani asservari, ait Baronius in notis ad Martyrologium hoc die.*

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

—

MARTYRIUM
SANCTI ET GLORIOSI MARTYRIS
PLATONIS.

(Latine apud Surium ad diem 22 Julii ; Græca nunc primum prodeunt ex cod. ms. Paris. n. 1539, sæc. XII EDIT.)

—

I. Non sum nova dicturus de Galatis, neque aliena ab iis qui Ancyram habitant : nec dicam incredibilia de confessore, et eo cui verbum Dei fuerat commissum. Stulte enim fecerunt Galatæ, ut consueverant : fuit autem Plato revera sanctissimus, qui sibi Dei creditam habebat sapientiam : et ea passus est a Galatis, quæ confessore pati jubet lex Christi. Eum enim captum sævi et immisericordes conjecerunt in carcerem, ut qui verbum Dei annuntiaret, et violaret leges imperatoris. Acerbe ergo et inhumane iis eum affecerunt suppliciis, quæ non fas est ipsam humanam sustinere naturam, gravem ostendentes insolentiam, et in belluinam conversi crudelitatem. Fortiter autem ferebat venerandus et purissimus Platonis animus, ut qui afflictiones omnes et calamitates propter Christum ferre esset meditatus. Nam non eamdem, quam is qui erat ejusdem nominis, Plato exercuerat philosophiam, nec erat in eadem doctrina philosophatus : sed erat quidem præstantissimus in omni verbi sapientia : fide autem antecellebat iis qui unquam fuerunt.

Α΄. Οὐ ξένα Γαλατῶν ἔστιν ἃ μέλλω λέγειν, οὐδὲ τῶν τὴν Ἄγκυραν οἰκούντων ἀλλότρια, οὐδὲ ὁμολογητοῦ καὶ Θεοῦ λόγον πεπιστευμένου ἄπιστα ἐρῶ. Ἔπραττον Γαλάται ἀνοήτως ἃ σύνηθες αὐτοῖς ἦν· ὑπῆρχεν δὲ Πλάτων ὁ ἁγιώτατος ἀληθῶς Θεοῦ σοφίαν πεπιστευμένος καὶ κεκτημένος καὶ ἔπασχεν ἃ ὑπομένειν ὁμολογητῇ νόμος Χριστοῦ προσέταττεν. Λαβόντες οὖν αὐτὸν ἔθεντο ἐν φρουρᾷ ὡς λόγον Θεοῦ καταγγέλλοντα καὶ νόμους βασιλέως καθαιροῦντα. Οὕτως οὖν αὐτὸν ἐτιμωροῦντο ἃ μὴ θέμις ὑπομεῖναι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐνδεικνύμενοι · εἰς ἀπόνοιαν χαλεπὴν καὶ ὠμοτάτην μετατραπέντες. Ἔφερεν δὲ ἡ καθαροτάτη Πλάτωνος ψυχὴ γενναίως πάσας τὰς συμφορὰς φέρειν μεμελετηκυῖα · φιλοσοφίαν γὰρ, οὐ τὴν αὐτὴν τῷ ὁμωνύμῳ φιλοσοφήσας οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λόγον ἀσκήσας, ὑπερεῖχεν ἐν πάσῃ σοφίᾳ λόγου, διέφερε δὲ πίστει τῶν πώποτε γεγενημένων.

II. Hic ergo beatus Plato multos quidem ex iis qui Ancyram habitabant affecit beneficio : multos autem verbo illuminans, fecit Christo credere : et multos ex iis, qui a potentioribus opprimebantur calumniis, liberavit ab injuriis. Pro iis vero, quibus ipsos affecerat beneficiis, pœnæ ab eo exactæ sunt ; aut potius seipsum libens tradidit, fortique et excelso animo tulit calamitates. Erat enim ejus semper ad Deum scopus, cujus etiam fuit imitator.

Β΄. Οὗτος οὖν ὁ μακάριος πολλοὺς μὲν τῶν τὴν Ἄγκυραν οἰκούντων εὐηργέτει, πολλοὺς δὲ τῷ λόγῳ φωτίζων ἐποίει πιστεῦσαι, πολλοὺς δὲ τῶν καταδυναστευομένων ἠλευθέρου καὶ ὑπὲρ ὧν εὐηργέτει τούτου χάριν δίκας ἀπῃτεῖτο · καὶ ἑκὼν ἐδίδου καὶ ὑπέμενεν τὰς συμφοράς. Ἦν γὰρ αὐτοῦ ὁ σκοπὸς πρὸς τὸν Κύριον, οὗ καὶ μιμητὴς ἐγένετο. Δι' ὃ καὶ θαῤῥῶν ἀπῄει ἐπὶ τὴν τιμωρίαν ἀγόμενος. Ὁ δὲ βικάριος Ἀγριππῖνος προκαθίσας ἐν τῷ βασι-

λικῇ ἀντικρυς τοῦ Διός, ἐκέλευσεν παραστῆναι τὸν μάρτυρα. Ὁ δὲ βοηθὸς ἔφη· Ἕστηκεν πρὸ τοῦ βήματός σου, κύριε. Ἀγριππῖνος εἶπεν· Πάσης τῆς οἰκουμένης ἐν ἡσυχίᾳ διαγούσης, ἵνα τί αὐτὸς ἐν τοσαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ καθέστηκας πλάνῃ ; Πλάτων εἶπεν· Ὑμεῖς ἐστε οἱ ἐν πλάνῃ διάγοντες τὸν Θεὸν τὸν ποιησαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτοῦ καὶ σεβόμενοι λίθους πεπελεκημένους καὶ ξύλα σαθρὰ ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. Ὁ δὲ Ἀγριππῖνος ἔφη· Τὸ νέον τῆς ἡλικίας προπετεῖν σε ποιεῖ καὶ ὕβριν οὐ τὴν τυχοῦσάν σοι προξενεῖ. Εἰπὲ οὖν μοι, ποίας θρησκείας εἶ, καὶ ποίας τύχης τυγχάνεις, ἢ τί τὸ ὄνομά σου ; Πλάτων εἶπεν· Θέλεις μαθεῖν, ποίας θρησκείας εἰμί ; Χριστιανός εἰμι. Ἀγριππῖνος ἔφη· Τὸ παρὰ ἀνθρώπων σοι κληρωθὲν ὄνομα λέγω· ὅτι γὰρ Χριστιανός εἶ, κἀγὼ οἶδα· ἀλλὰ ἐκέλευσεν ὁ αὐτοκράτωρ μηδένα ἄνθρωπον ὀνομάζεσθαι Χριστιανόν. Πλάτων εἶπεν· Εἰ μαθεῖν θέλεις, ποίας θρησκείας εἰμὶ, εἶπον ἤδη ὅτι Χριστιανός εἰμι· εἰ δὲ καὶ τὸ ὄνομα θέλεις μαθεῖν τὸ παρὰ τῶν γονέων μου κληρωθὲν, Πλάτων λέγομαι ἐκ παιδὸς· Χριστοῦ δοῦλός εἰμι ἐκ κοιλίας μητρός μου· πόλεως δὲ τῆς ἐνταῦθα τυγχάνω· ἐκρατήθην δὲ ὡς θεοσεβὴς καὶ δοῦλος Χριστοῦ· καὶ σοὶ προσκνέχθην καὶ πρόκειταί μοι διὰ Χριστὸν θάνατος, ὃν ὑποστῆναί με δεῖ παρὰ σοῦ. Ποίει οὖν ὃ θέλεις.

A Quamobrem cum abduceretur, confidens ibat ad supplicium. Vicarius autem Agrippinus cum aperte præsedisset in Jovis basilica, jussit sisti martyrem. Apparitor autem dixit : Stat ante tuum tribunal, domine. Dixit Agrippinus : Cum totus orbis terræ degat in lætitia, cur es in tali et tanto errore constitutus ? Dixit sanctus Plato : Vos estis, qui in errore degitis : et reliquistis Deum, qui fecit cœlum et terram cum toto eorum ornatu : et excisos colitis lapides et ligna putrida, opera manuum hominum. Dixit Agrippinus : Juvenilis tua ætas te facit temerarium, et efficit ut sis valde insolens. Dic ergo mihi, cujusnam es religionis, et cujus conditionis et civitatis, et quod est tibi nomen. Sanctus dixit Plato : Si velis scire cujusnam sim B religionis, sum Christianus. Dixit autem Agrippinus: Dic nomen, quod tibi fuit impositum a parentibus. Nam ipse quoque scio te esse Christianum. Jussit vero imperator nullum hominem vocari Christianum. Dixit sanctus Plato: Si velis scire cujus sim religionis, jam dixi tibi me esse Christianum. Si autem vis etiam scire nomen mihi tributum a parentibus, dicor Plato a pueritia; et sum quidem Christi servus ab utero matris meæ : sum vero civis hujus civitatis. Nunc autem sum captus et ad te adductus, tanquam pius et Christi servus. Quamobrem mors est mihi proposita propter Christum, quam oportet me a te exspectare. Fac ergo cito quod scis et statuisti.

Γ'. Ὁ δὲ Ἀγριππῖνος ἔφη. Οὐ συμφέρει σοι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ κατὰ διάνοιαν ἔχειν· τοὺς γὰρ ὁμολογοῦντας αὐτὸν θανάτῳ παραδίδοσθαι ὁ αὐτοκράτωρ ἐκέλευσεν, τοὺς δὲ ἀρνουμένους τιμαῖς καὶ δωρεαῖς ἀμείβεσθαι. Διὸ συμβουλεύω σοι πεισθῆναι τῷ τοῦ αὐτοκράτορος νόμῳ, καὶ κερδῆσαι τὸ κακοῦ θανάτου πεῖραν λαβεῖν. Ἀποκριθεὶς δὲ Πλάτων εἶπεν· Ἐγὼ τῷ ἐμῷ πείθομαι βασιλεῖ, ὦ κεκλήρωμαι· τὸν δὲ πρόσκαιρον τοῦτον αἱροῦμαι θάνατον, ἵνα τὴν αἰώνιον αὐτοῦ κληρονομήσω βασιλείαν. Ἀγριππῖνος, λέγει· Ὕπαγε σκέψαι τὸ συμφέρον σοι, ἵνα μὴ καὶ κακῶς ἀποθάνῃς. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἅγιος Πλάτων εἶπεν· Τὰ συμφέροντά μοι ὁ Κύριος μεριμνήσει. Ἀγριππῖνος λέγει· Ἔγνως τὰ προστάγματα τοῦ αὐτοκράτορος, ὡς κελεύουσιν οἱ ἄχραντοι αὐτοῦ νόμοι πανταχοῦ πάντας τοὺς Χριστιανοὺς ἢ θύειν ἢ τὸ ζῆν ἀπαλλάττεσθαι. Σὺ οὖν πῶς τολμᾷς ἀνατρέψαι τὰ προστάγματα τοῦ βασιλέως διὰ τῆς παρακοῆς καὶ τοὺς ὑπακούοντας ἀνατρέπεις ; Πλάτων γελάσας εἶπεν· Ἔγνως τὸ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ μου, ὡς κελεύουσί μοι ἄχραντοι αὐτοῦ νόμοι, ἀνατρέπειν τὰς τῶν δαιμόνων τελετὰς καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύειν, οὔτε σοι ξένον ἐστὶν ἐπινοεῖν βασάνους, οὔτε δὲ ἐμὲ αἰκιζόμενον ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀποθνησκειν. Σὺ γὰρ ἤδη πολλοὺς ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει ἀνεῖλες, οἵτινες νικήσαντες τὸν θάνατον ἀνεδήσαντο κατὰ τοῦ διαβόλου τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον.

C III. Vicarius dixit : Non expedit tibi, o Plato, Crucifixi nomen habere in mente. Nam qui eum confitentur, jubet imperator tradi morti acerbæ : eos autem, qui ipsum negant, donis maximis afficere. Quamobrem tibi consulo, ut pareas legi imperatoris, et hoc lucrifacias, ne mortis acerbæ facias periculum. Respondens autem dixit sanctus Plato : Ego pareo meo Regi, cui etiam milito ; mortem autem, quæ est ad tempus, eligo, ut sim hæres regni æterni. Dicit Agrippinus: Considera, o Plato, quidnam sit tibi conducibile, ne male pereas. Dixit sanctus Plato : Curabit Dominus ea quæ sunt mihi conducibilia. Dixit Agrippinus : Nosti Plato, jussa imperatoris, quomodo jubeant intemeratæ ejus leges omnes Christianos aut diis sacrificare, D aut vita privari? Tu ergo quomodo audes hæc jussa evertere, et per inobedientiam eos etiam qui tibi parent, evertis? Dixit sanctus Plato : Cognovi jussa Dei mei, sicut jubent ejus intemeratæ leges et vivifica præcepta, nempe dæmonum mysteria evertere, et ei soli servire. Neque enim est tibi novum et alienum, excogitare tormenta : neque rursus mihi, mori pro pietate. Tu enim jam multos sustulisti de medio propter hanc confessionem, qui, morte devicta, justitiæ acceperunt coronam adversus diabolum.

Δ'. Καὶ ὁ Ἀγριππῖνος ταῦτα ἀκούσας αἱρεσίτροπός τε ὑπάρχων καὶ κατὰ τῶν ἀθλητῶν τῆς εὐσεβείας ὑπερβαλλόντως ἠγριωμένος καθάπερ τινὰ ἐπὶ φόνῳ ἅλοντα ἢ ἐπί τινι ἑτέρῳ πλημμελήματι. Μετὰ

IV. Agrippinus autem cum hæc audiisset, ut qui esset sævus et belluinis moribus, et adversus athletas pietatis supra modum efferatus, veluti quemdam cædis reum, aut alicujus alterius magnis cri-

minis convictum, postquam ipse ab initio didicisset ejus in Dominum nostrum Jesum Christum virtutem et fidem firmam et immobilem jubet, extensum sæve cædi nervis bubulis. Quod cum quam primum factum esset, et quatuor milites sanctum verberarent multas horas, et defessi essent, alii autem duodecim milites ad id mutati essent, ne ulla quidem inventa est macula in corpore sancti Platonis : adeo ut omnes quidem obstupefacti, supra modum admirati fuerint, et a se discesserint ; ipse autem alacrius et constantius perseveraverit in confessione Christi, et per multas afflictiones contenderit ingredi in regnum Dei, in quod non cadit interitus.

A τὸ μαθεῖν αὐτὸν ἐκ προοιμίων τὴν τούτου πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρετήν τε καὶ ἀσάλευτον πίστιν, παρεκελεύσατο, τοῦτον ἐκταθέντα δέρμασιν ὠμοῖς καὶ βοϊκοῖς αἰκίζεσθαι. Καὶ τούτου γενομένου καὶ τεσσάρων στρατιωτῶν τυπτόντων τὸν ἅγιον ἐπὶ πολλαῖς ὥραις καὶ ἀτονισάντων ἑτέρων στρατιωτῶν δώδεκα ἀλλαγέντων, οὐδὲ ὁ τυχὸν σπίλος εὑρέθη ἐν τῷ σώματι τοῦ ἁγίου Πλάτωνος, ὥστε πάντας ἐκπλαγέντας θαυμάσαι, αὐτὸν δὲ προθυμότερον ἐμμεῖναι τῇ τοῦ Χριστοῦ ὁμολογίᾳ, καὶ διὰ πολλῶν θλίψεων σπεύδοντα εἰσελθεῖν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἄφθαρτον βασιλείαν.

V. Dixit Agrippinus : Ego tibi consulo ut amico ut mortem quidem declines, ad vitam autem accedas. Dixit sanctus Plato : Recte admones, o Agrippine. Fugio enim mortem æternam, et ad vitam me confero sempiternam, Dixit Agrippinus: Dic, cacodæmon, quot sunt mortes ? Dixit sanctus Plato : Duæ : una quidem ad tempus ; altera vero æterna. Ita etiam, duæ vitæ : una quidem brevis ; altera vero sempiterna. Dixit Agrippinus : Diis sacrifica, et declina cruciatus. Dixit sanctus Plato : Fac cito, o Agrippine, id quod tibi videtur. Ego enim nunquam sacrifico. Neque enim ignis, neque crux, neque ira bestiarum, neque ablatio membrorum nobis persuadent a Deo vivo deficere. Neque enim diligimus quod nunc est sæculum : sed qui pro me est mortuus et resurrexit, Christum.

Ε'. Ἀγριππῖνος εἶπεν· Ἐγώ σοι παραινῶ ἐκκλίναι τὸν θάνατον καὶ προσδραμεῖν τῇ ζωῇ. Πλάτων εἶπε· Καλῶς παραινεῖς, ὦ Ἀγριππῖνε· φεύγω γὰρ τὸν αἰώνιον θάνατον καὶ προσφεύγω τῇ ἀϊδίῳ ζωῇ. Ἀγριππῖνος εἶπεν· Εἰπὲ, κακόδαιμον, πόσοι εἰσὶ θάνατοι ; Πλάτων εἶπε· Δύο· ὁ μὲν πρόσκαιρος, ὁ δὲ αἰώνιος· οὕτως δὲ καὶ ζωαὶ δύο· ἡ μὲν ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ἀείζωος. Ἀγριππῖνος εἶπεν. Θύσον τοῖς θεοῖς, καὶ τὰς τιμωρίας ἔκκλινον. Πλάτων εἶπεν· Ποίει τὸ δοκοῦν σοι ἀπηνές· ἐγὼ γὰρ οὐ θύω· οὔτε γὰρ πυρὸς, οὔτε θηρίων, οὔτε θυμοῦ μερὶς ποιήσουσίν με ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος· οὐ γὰρ τὸν νῦν ἀγαπῶ αἰῶνα, ἀλλὰ τὸν μέλλοντα καὶ τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ ἀποθανόντα Χριστὸν καὶ ἀναστάντα.

VI. His auditis, Agrippinus jussit eum reduci in carcerem. Sequebatur autem multa turba Christianorum, propter ejus sanctam et gloriosam confessionem. Fortis autem et magnanimus Christi martyr Plato jussit sibi fieri silentium. Et postquam ipsi cessarunt a tumultu, voce sublata dixit eis : Viri qui Christum diligitis, et estis amatores veritatis, non levi de causa adeo hoc certamen : sed propter effectorem cœli et terræ et omnium quæ sunt in eis. Ne vos ergo conturbent, rogo, ea quæ fiunt. *Multæ* enim sunt *afflictiones justorum, et ex eis omnibus liberabit ipsos Dominus*[1]. Adeste de cætero, et confugiamus omnes simul ad portum, qui nullis agitatur tempestatibus, nempe Christum, et ad petram, quam magnus dixit Apostolus: *Petra autem erat Christus*[2]. Ne ergo cedamus, o dilecti, periculis, quæ suscipientur pro pietate : cum sciamus, quod passiones hujus temporis non sunt dignæ, quæ conferantur cum gloria quæ est in nobis revelanda[3]. Hæc ergo cum dixisset Christi martyr Plato, et turbis, quæ aderant, addidisset animum, et mentem eorum confirmasset. ingressus est carcerem lætus et Deum glorificans. Ingressus autem, humi fixis genibus, Dominum precatus est, sic dicens : Domine Jesu Christe, omnium creator et opifex, et qui tua providentia curam geris universorum, qui omnibus tuis fa-

Ϛ'. Καὶ ὁ Ἀγριππῖνος αὐτὰ ἀκούσας ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναληφθῆναι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ· ὄχλος δὲ πολὺς ἠκολούθει τῶν Χριστιανῶν ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ καὶ ἐνδόξῳ ὁμολογίᾳ. Ὁ δὲ μεγαλόφρων καὶ ἀνδρεῖος τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ἐκέλευσεν αὐτῷ ἡσυχίαν γενέσθαι καὶ μετὰ τοῦ παύσασθαι αὐτοὺς τοῦ θορύβου, ἐπάρας τὴν ἰδίαν φωνὴν εἶπεν· Ἄνδρες φιλόχριστοι καὶ τῆς ἀληθείας ἐρασταὶ, οὐ φαύλης ἕνεκεν αἰτίας ἐπὶ τόνδε πάρειμι ἀγῶνα, ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ Ποιητοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς· Μὴ τοίνυν ἡμᾶς θορυβεῖτω, παρακαλῶ, τὸ γενόμενον· Πολλαὶ γὰρ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος. Ἀλλὰ δεῦτε πάντες· ὁμοῦ καταφύγωμεν ἐπὶ τὸν ἀχείμαστον λιμένα Χριστοῦ καὶ τὴν πέτραν, ἣν ὁ μέγας Ἀποστολος εἶπεν· Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Κύριος. Μὴ ἐνδῶμεν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας κινδύνοις, εἰδότες ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Ταῦτα εἰπὼν καὶ παραθαρσύνας τοὺς περιεστῶτας ὄχλους, καὶ πληρώσας τὴν διδασκαλίαν εἰσῆλθεν εἰς τὸ δεσμωτήριον· καὶ εἰσελθὼν, θεὶς τὸ γόνατα αὐτοῦ, ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς στενάξας, ηὔξατο πρὸς τὸν Κύριον λέγων οὕτως· Ὁ πάντων κτίστης καὶ δημιουργὸς, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ πᾶσιν τοῖς δούλοις σου τὴν ὑπομονὴν χαριζόμενος, χάρισαι καὶ ἐμοὶ, τῷ δούλῳ σου ὑπομονὴν, καὶ ἐξαπόστειλον Μιχαὴλ, τὸν ἀρχάγγελόν σου, ἵνα

[1] Psal. xxxiii, 20. [2] I Cor. x, 4. [3] Rom. viii, 18.

ῥύσηταί με ἐκ τοῦ κακοτέχνου καὶ ἀπατηλοῦ ὄφεως Ἀγριππίνου, ἵνα γνῶσιν πάντες, ὅτι οἱ διὰ χειρῶν ἀνθρώπων γενόμενοι θεοὶ οὐδέν εἰσιν, ἀλλὰ σὺ μόνος εἶ δεδοξασμένος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A mulis tolerantiam largiris et victoriam, mihi quoque humili et abjecto largire ad finem usque tolerantiam, et emitte archangelum tuum Michaelem, ut me liberet a fallaci et malitioso serpente Agrippino, ut cognoscant omnes non esse deos, qui fiunt per manus hominum, sed te solum esse Deum, qui es patiens et multæ misericordiæ et glorificatus in sæcula. Amen.

Ζ'. Μετὰ δὲ ἡμέρας ἑπτὰ προκαθεσθεὶς ὁ βικάριος Ἀγριππῖνος ἐν τῇ βασιλικῇ ἄντικρυς τοῦ Θεοῦ, ἐκέλευσεν παραστῆναι τὸν μάρτυρα. Ὁ δὲ βοηθὸς Βικεντίνος ἔφη· Ὁ τοῖς νόμοις τῶν βασιλέων ἀπειθῶν καὶ ἀντιλέγων τοῖς ἡμετέροις προστάγμασι Πλάτων, ὁ τῆς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν ὑπέρμαχος ἕστηκεν πρὸ τοῦ βήματός σου, κύριε. Καὶ ὁ Ἀγριππῖνος προσέταξεν προτεθῆναι ποικίλα βασανιστήρια, λέβητα χαλκοῦν, καὶ τίγανα, καὶ χεῖρας σιδηρᾶς, καὶ ἀνακλάστας, καὶ καταπέλτας, ὀβέλισκους ὀξεῖς καὶ ὀγκίνους, καὶ ἕτερα πολλά, οἰόμενος διὰ τούτων καταπλήττειν τὸν μάρτυρα, ὅπως θύσει τοῖς θεοῖς, ἐξαιρέτως δὲ τῷ Ἀπόλλωνι καί φησι πρὸς αὐτόν· Ἐγὼ θεωρήσας σου τῆς ἡλικίας τὸ νέον, καὶ φειδόμενός σου τῆς τοῦ σώματος ἀκμῆς, τῆς τε τῶν πατέρων εὐγενείας ἐπιγινώσκων σε ἄξιον ὄντα, πρὶν πάλιν ἄρξασθαι τῶν βασάνων, συμβουλεύω σοι, ὥστε τῶν θυσιῶν ἀπογευσάμενον σώζεσθαι μεθ' ἡμῶν, εἰδότα τοῦτο ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀντειπόντων μοι ἔζησεν· ὥσπερ πάλιν οὐδεὶς τῶν ἀκουσάντων ἀπεστερήθη τῶν παρ' ἐμοῦ ἐπαγγελθέντων αὐτῷ· σὺ τοίνυν, εἰ θέλεις μου ἀκοῦσαι ὡς ἰδίου πατρὸς καλῶς σοι συμβουλεύοντος, μονογενῆ θυγατέρα ἀδελφοῦ μου ἔχω· ταύτην ἐκδίδωμί σοι πρὸς γάμον ἐπιδοὺς αὐτῇ προῖκα πολυτελῆ καὶ ἴδιόν σε ἀναγορεύσω τέκνον. Ὁ δὲ μακάριος ἀθλοφόρος καὶ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Πλάτων γελάσας εἶπεν· Ἄθλιε καὶ μισάνθρωπε, καὶ πάσης δικαιοσύνης ἐχθρὲ, ὑπηρέτα τοῦ διαβόλου καὶ ὑπουργὲ τοῦ Σατανᾶ, εἰ ὅλως ἐβουλόμην εἰς γάμον ἐλθεῖν καὶ ἀγαγέσθαι γυναῖκα καὶ διάγειν ἐν περισπασμῷ τοῦ βιωτικοῦ τούτου καπνοῦ, οὐ κάτηξίωκα ἂν τῷ φροντίζοντι τῶν πραγμάτων μου λαβεῖν γυναῖκα τὴν θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ βελτίονα δὲ ἄλλην ἢ αὐτὴν ἠγόμην εἰς γάμον. Τότε ὁ σύσχολος τοῦ Σατανᾶ καὶ ὑπουργὸς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ διαβόλου πάσης κακίας γέμων καὶ παντὸς ἰοῦ καὶ δόλου μεμεστωμένος, καθάπερ τις λέων φόνον ἐρευγόμενος, ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναί κράδδατον χαλκοῦν καὶ κατατεθῆναι εἰς αὐτὸν τὸν μάρτυρα καὶ ὑποκαυθῆναι πῦρ, καὶ γενέσθαι ἀνθρακιὰν μεγάλην, καὶ ῥάνεσθαι αὐτὴν ἐλαίῳ, καὶ ῥητίνῃ, καὶ ἀσφάλτῳ, καὶ κηρῷ, καὶ ῥαβδίζεσθαι αὐτὸν λεπτοτέροις ῥάβδοις, ἵνα ὑπὸ τοῦ πυρὸς καὶ τῶν πληγῶν ἡ οἰκονομία τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ γυμνωθεῖσα ἀφόρητον αὐτῷ περιποιήσῃ τὴν βάσανον.

VII. Septem autem post diebus præsidens Agrippinus vicarius in basilica ex adverso Jovis, jussit sisti martyrem. Dixit vero apparitor Vincentius: Qui non paret imperatorum legibus, et vestris jussis repugnat, Plato, qui est defensor impiæ Christianorum religionis, stat ante tuum tribunal, domine. Tunc Agrippinus jussit diversa et varia tormentorum genera ante ipsum statui: lebetem æneum, sartagines ferreas, candentes crates, manus ferreas, catapultas, acutos obeliscos, uncos, rotas, et mutta alia terribilia, existimans infelix, se per hæc esse territurum martyrem, ut diis ejus sacrificaret, præcipue autem Apollini, qui pellit ad interitum, et dicit ei: Ego quidem, charissime Plato, contemplans tuam juvenilem ætatem, et parcens flori tui corporis, et sciens parentum tuorum nobilitatem, tibi consulo priusquam rursus incipiam te torquere, ut gustatis sacrificiis serveris, et sis nobiscum: hoc quoque sciens, quod nullus unquam vixit ex iis qui mihi non paruerunt: quomodo rursus nullus ex iis qui mihi paruerunt, ei a me promissis bonis fuit privatus, Ergo tu quoque, o optime Plato, si volueris me audire, tanquam patrem proprium, bonum tibi dantem consilium, habeo unicam fratris mei filiam: eam tibi dabo in matrimonium, valde magnam ei tradens dotem, et te meum proprium vocabo filium. Beatus autem et revera fortis athleta Christi Plato ridens dixit: Miser et hominum inimice, fili diaboli, et administer Satanæ, si vellem jungi matrimonio, et ducere uxorem, et degere in deceptione, implicatus fumo hujus mundanæ vitæ, dignarerne vel in rerum mearum sollicitudine accipere uxorem fratris tni filiam, aut tales habere ancillas, qualis est filia fratris tui, aut ea etiam meliores, ut ego eam ducam uxorem? Tunc Satanæ scholasticus et administer patris ejus diaboli, plenus omni vitio et repletus omni genere improbitatis, non secus ac draco quispiam aut leo cædem eructans, grabatum jussit afferri æneum, et in ipso deponi martyrem: et sic ignem accendi, et fieri magnum acervum prunarum, eumque aspergi oleo et resina et bitumine et cera, et eum cædi virgis subtilissimis, ut a plagis et igne nudata ejus viscerum structura ei intolerabile tormentum efficiat.

Η'. Αἰκιζομένου δὲ αὐτοῦ, Σωφρόνιος κομενταρήσιος ἔφη· Πανάθλιε, πείσθητι τῷ βικαρίῳ καὶ θύσον τοῖς θεοῖς, καὶ τὸ κακῶς ἀποθανεῖν κέρδησον. Τί ἀντιλέγεις, ἄθλιε; Οὐχ ὁρᾷς τὰ προκείμενα βασανιστήρια διὰ σέ; Πλάτων εἶπεν· Ἐγὼ τὸ σῶμά μου διὰ Χριστὸν ὅλον παρέδωκα. Τί οὖν μου οὐκ ἀφίστασαι, σκρινιάριε τοῦ Σατανᾶ καὶ ἐχθρὲ τῆς ἀληθείας; Σεαυτὸν νουθέτησον τῆς πλάνης ἐκτὸς

VIII. Cum diu autem cæderetur martyr, dixit Sophronius commentariensis: Infelicissime, pare vicario, et diis sacrifica, et ne male moriaris, lucrifac. Quid contradicis? Non vides parata propter te tormenta? Dixit sanctus Plato: Ego totum meum corpus propter Christum tradidi. Cur ergo non desistis, o Satanæ scriniarie, et inimice veritatis? Teipsum admone, ut ab errore desistas. Ego enim

scio, quid mihi expediat, et nunquam avertar ab hac confessione. Dixit Agrippinus : Quis est Christus, quem dicis ? Num potest te vivum eripere e meis manibus non sacrificantem? Nunc ergo vis male mori. Scias autem, quod qui fuit crucifixus a Judæis, non potest te servare, etiamsi præstigiis tuis valde confidas. Sin autem magno deo Apollini sacrificaris, et tuo sacrificio eum tibi placaris, potest te ab hoc, qui te detinet; candentis ignis grabato et dolore eripere. Sanctus autem Plato dixit: Nunquam sacrificabo, nec Apollini, nec reliquis diis tuis. Nam qui Apollo dicitur, pellit ad interitum: et omnes, qui in eum credunt, eodem peribunt interitu. Vis autem scire, o stulte et gravi corde, delire et mente capte, quod non sunt dii, qui fiunt per manus hominum, sed aurum et argentum, et ligna, et lapides formati variis et diversis coloribus ? Qui oculos habent, et non vident: manus habent, et non palpant : pedes habent, et non ambulant, aures habent, et non audiunt : nares habent, et non odorantur [4] ; et, ut semel dicam, sunt opera fabrorum, et aurificum, et tornatorum, et lapicidarum. Isti enim, quos tu deos esse dicis : quomodo non possunt alicui benefacere, ita nec possunt unquam lædere eos qui timent Dominum. Sunt enim nullo sensu præditi, vobis similes: et non sentiunt, nec cum eis offertur sacrificium, nec cum libamen, nec cum eis ullus alius exhibetur cultus. Deus autem, qui omnia fecit, et cœlum extendit tanquam pellem, et terram fundavit super aquas [5], qui potest animam et corpus perdere in gehenna [6] : ipse in omnes dominatum obtinens, rationalia et incruenta suscipit sacrificia, quæ ex puro corde ei offeruntur: et quomodo non est absurdum, ut nos relicto effectore universorum, sacrificemus lignis et lapidibus ratione carentibus, qui creati sumus ad Dei imaginem?

IX. Dicit Agrippinus: Miserere tui de cætero, o miser; et si nolis sacrificare, dic solum: Magnus est Apollo, et jubebo te auferri ab hoc gravi ignis, quo vexaris, cruciatu, abique sospes et noster amicus. Sanctus autem dixit Plato: Absit, ut ego ita mei miserear, ut meo parcens corpori, et parva accepta, ut tu censes, relaxatione, cum anima vadam ad gehennam ignis. Dixit Agrippinus: Recte facis, infelicissime, tibi mortem afferens. te hac suavissima volens luce privare. Dixit Plato: Pro Christo mori, conciliat mihi regnum cœlorum ; non mihi autem solum, sed etiam omnibus, qui ipsum timent. Ego vero tibi dico, quod non possunt vincere, qui cum Deo conantur bellum gerere, et pietatis athletas diversis tormentis subjiciunt : quomodo rursus nec qui Christum habent opem ferentem, possunt malos homines et Deo invisos vincere propter insignem eorum malitiam. Quamobrem dico tibi, tyranne, quod neque vita, neque mors, neque gladius, neque

VIII. Ille ergo magnus Christi athleta per hanc viam ductus laboriosam, habebat supernam gratiam eum confirmantem et sustentantem : a quo etiam perficiebatur cursus celerius, quam ab illis equis, quamtumvis pernicibus. Nam perinde levis, ac si fuisset ad cursum expeditus, cum illis ferro alligatis percurrebat crepidis, psallens illa Davidis : *Exspectans exspectavi Dominum, et attendit mihi. Et eduxit me de lacu miseriæ, et de luto fœcis. Et statuit supra petram pedes meos, et direxit gressus meos*[2]. Et illud : *Dominus illuminatio mea et Salvator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo*[3]? Postquam autem B currens peregit sexaginta stadia, et pervenit ad quemdam locum, qui dicebatur Matrica, facit in eo quoddam insigne miraculum. Nam cum lictoribus, qui eum abducebant, linguæ siti torrerentur et æstu immodico (erat enim mensis Julius), et propter viæ molestiam propemodum deficerent, et nec aqua alicunde appareret, qua sitim sedarent et se exanimatos recrearent, et nec alia inveniretur ratio, qua malo afferrent remedium, omni spe abjecta, ad solum sanctum conversi sunt, ad ejus pedes provoluti, et hæc ei dicentes cum lacrymis : Ne recorderis nostrorum malorum, o sancte, nec veniant in mentem nostræ in te contumeliæ. Sed eorum omnium oblitus, fer nobis opem periclitantibus, et da aquam sitientibus animabus, et quæ C sunt vi æstus liquefactæ : consumptus enim est nobis humor naturalis. Defecit, ut vides, virtus, æstus imminet capiti. Nos omnia simul opprimunt mala, quæ tuum est solius mutare et curare.

IX. Hæc dicentibus lictoribus tenui et imbecilla voce, eorum movetur misericordia vir maxime misericors : et cum se convertisset ad preces, invocavit Deum, qui injuriarum et malorum obliviscitur, ne eos despiciatur tanta oppressos necessitate: sed misereatur, et aquam eis bibendam præbeat sicut olim populo, qui erat in solitudine, et eos consoletur qui sunt adusti siti. Simul autem cum sancti D invocatione et precibus (o miraculum !) aqua ex quadam petra effluens, et tanquam ex fonte copiose scaturiens, et lictorum torrida ora refrigeravit, repleta illo novo et copioso fluento, quod posteris est conservatum plenum et perenne. Non enim defecit fluens ab eo tempore et nunquam est consumptum. Talis fuit martyris ad Deum fiducia et virtus. Ita eos, qui glorificant ipsum, Deus glorificat. Qui enim solem suum oriri facit super justos et injustos, et nutrit omnes tam malos, quam bonos[4], quid mirum, si his etiam viris, licet sint moribus sævi, et cædes spirantes, abunde

[2] Psal. XXXIX, 2, 3. [3] Psal. XXVI, 1. [4] Matth. v, 45.

suppeditarit suam misericordiam? Qui cum etiam, A ut diximus, abunde bibissent ex illa aqua quæ affluxerat, et suos recreassent et erexissent animos, perrexerunt iter facere, sequente eos quoque martyre. Quod cum totis septuaginta stadiis confecissent, Gangram pervenerunt, sicut eis imperatum fuerat.

X. Cæterum lictores non lubentes quidem (habebant enim ante oculos martyris beneficium), sed victi metu eorum, qui obtinebant dominatum (habebant enim animos molles et flexibiles et hiantes ad ea sola quæ videbantur), festinarunt facere id, quod jussi fuerant, eos maxime incitante martyre ut abiret celerius ad eum quem cupiebat. Quocirca cum fornacem succendissent, et sanctum prope statuissent, jam lætantem et exsultantem B in eam injecerunt. Qui cum etiam ultimis verbis Deum laudasset, et in certaminis consummatione egisset gratias, in manus Domini tradidit spiritum, et ad eam quæ illic est, transiit beatitudinem, vicesimo nono mensis Julii. Sed tu quidem, o beate, martyrum decus et ornamentum, sic e vita egressus, et præmiorum stigmatibus decoratus, nunc purus sedes cum Christo sponso purissimo, in hoc te oblectans et exhilarans, et corona gloriæ ab eo coronatus. Memento autem nostri quoque deinceps, qui te colimus, et hoc sacrum tuum festum celebramus: et da nobis, ut æquabiliter et sine ulla offensione transigamus vitæ asperitatem: ut cum non obruti enataverimus ex hoc mari tentationum, in portum quietis appellamus, ipsum habentes gubernatorem C tuis intercessionibus Dominum nostrum et Salvatorem Christum: quem decet omnis honor et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

ἀφονικοῖς, τὸν αὐτοῦ ἐπεδαψιλεύσατο ἔλεον; Οἱ καὶ ἀφθονως ἐκ τοῦ καταῤῥεύσαντος ἐκείνου ὕδατος πεπωκότες, ὡς ἔφαμεν, καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἀναζωπυρήσαντες, εἶχοντο τῆς ὁδοῦ, ἑπομένου αὐτοῖς καὶ τοῦ μάρτυρος, ἣν καὶ ἑβδομήκοντα ὅλοις σταδίοις συμπεράναντες τὴν Γάγγραν ἤδη κατέλαβον, καθὰ τούτοις προσέταχτο.

Ι΄. Ἀλλ' οἱ δήμιοι εὐλαβούμενοι (εἶχον γὰρ ἤδη πρὸ ὀμμάτων τὴν εὐεργεσίαν τοῦ μάρτυρος), φόβου δὲ ὅμως τοῦ παρὰ τῶν κρατούντων ἠττώμενοι (ἄλλως τε καὶ ψυχὰς ἔχοντες ἐκλύτους καὶ μαλακὰς καὶ πρὸς μόνα κεχηνυίας τὰ ὁρώμενα) τὸν κελευσθὲν ποιῆσαι ἠπείγοντο, μάλιστα καὶ τοῦ μάρτυρος παρορμῶντος αὐτοὺς ὡς ἂν θᾶττον ἀπίῃ πρὸς τὸν ποθούμενον. Ὅθεν καὶ κάμινον ὑπανάψαντες καὶ πλησίον τὸν ἅγιον περιστήσαντες, χαίροντα ἤδη καὶ ἀγαλλιώμενον, ταύτῃ ἐνέβαλλον, ὃς καὶ ῥήμασι τελευταίοις τὸν Θεὸν ὑμνήσας, καὶ αὐτῷ ἐπὶ τῇ τοῦ ἀγῶνος τελειώσει εὐχαριστήσας ταῖς τοῦ Δεσπότου χερσὶ τὸ πνεῦμα παρέδωκε καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν ἀπέβη μακαριότητα, εἰκάδα ἐνάτην τοῦ Ἰουλίου ἄγοντες. Ἀλλὰ σὺ μέν, ὦ μαρτύρων ἐντρύφημα καὶ καλλώπισμα, οὕτω καὶ βιοὺς καὶ μεταστὰς καὶ τοῖς στίγμασι τῶν ἄθλων ὡραϊσθείς, νυν καθαρὸς τῷ καθαρωτάτῳ νυμφίῳ παρίστασαι Χριστῷ, ἐνηδόμενος τούτῳ καὶ ἐπευφραινόμενος καὶ τῷ τῆς δόξης στεφάνῳ παρ' αὐτοῦ ταινιούμενος, μέμνησο δὲ καὶ ἡμῶν λοιπὸν τῶν τιμώντων σε καὶ τὴν ἱεράν σου ταύτην ἑορταζόντων πανήγυριν, καὶ δίδου ἡμῖν ὁμαλῶς καὶ ἀπροσκόπως τὴν τοῦ βίου διανῦσαι τραχύτητα, ὡς ἂν ἄκλυστοι τὴν τῶν πειρασμῶν διανηξάμενοι θάλασσαν τοῖς τῆς ἀναπαύσεως λιμέσι καθορμισθείημεν, αὐτὸν ἔχοντες κυβερνήτην διὰ τῶν σῶν πρεσβειῶν τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα Χριστόν, ᾧ πρέπει πᾶσα τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VITA

SANCTI ET JUSTI EUDOCIMI.

(Apud Surium ad diem 29 Julii. Græcum textum non invenimus.)

I. Eudocimi, qui convenienter suo nomini ex Deo laudem est assecutus, vitam bonum est exponere. Hinc enim simul voluptas et utilitas non redit solum ad expositores, sed multo magis ad auditores; non solum quod se ostenderit vehementem amatorem virtutis, et quod est honestum, statim elegerit ab ineunte ætate; cum multis enim aliis fuit hic vitæ zelus ei communis: sed quod in illo præcipuum et pene singulare, vel omni, vel magna ex parte excelluit, ejus in mundo fuit supra mundum vita: et quod cum viveret in medio tumultuum, et harum rerum instabilium, quæ omnibus tempestatibus sordibusque plenæ sunt, puram et tranquillam, et minime inquinatam suam conservaverit animam: et ostenderit esse timidi et pusilli animi, mundi fugam persequi, et adjutrice uti solitudine, perinde ac si quis in maris tranquillitate navigans, et absque ullis fluctibus ventisque vehementibus, velit vocari peritus navigationis, et intelligens eorum quæ ad mare pertinent. Quoniam ergo illius vita est exemplar sufficiens, cum omnibus, ut semel dicam, qui virtutis studium sibi vendicant, ut iis qui in mundo vivunt, et mundo (ut cum divino Paulo dicam) uti solum

[1] I Cor. vii.

non abuti eligunt, dicantur res illius, et virorum bonorum animis apponatur mensa divina, et opsonia, quæ nunquam consumuntur.

II. Sanctus ergo Eudocimus genus quidem duxit ex Cappadocibus, piorum parentum pia soboles. Quorum alter quidem Basilius, Eudocia autem nomine, quæ genuerat, erant genere insignes, opibus abundantes, illustresque auctoritate. Patriciorum enim dignitate clarus erat Basilius. Cum tam præclaros autem generis fontes haberet filius, non tam visus est nobilis ex parentibus, neque tantam ex eis accepit gloriam, quantam ipse præclaris suis factis ex se nobilitatam suis attulit parentibus. Nam filios quidem, qui ex claris orti sunt parentibus, permultos invenies : parentes autem talium filiorum, qui in medio mundo vitam nulli reprehensioni affinem transegerunt, admodum paucos. Ille ergo doctrinæ et disciplinis jussus attendere, magnum in his posuit studium, non verberibus, non terroribus, non aliquo alio indigens ex iis quæ possunt puerilem ad res honestas excitare socordiam : sed ipse erat sibi stimulus ex propensione et animi alacritate ad ea quæ bona sunt. Multo autem magis invigilabat lectioni divinorum eloquiorum, et assidue in eis versabatur, adeo ut ipse quoque caneret cum divino Davide : *Exsultabo ego super eloquia tua, ut qui invenit spolia multa* [2]. Et : *Quam dilexi legem tuam, Domine : tota die meditatio mea est* [3]. Propterea ei reputatum est supra millia auri et argenti [4], juxta divinum Prophetam, dico Davidem. Et Dei eloquia dulcia gutturi ejus fuerunt, et supra mel ori ejus [5].

III. Vacabat autem divinis templis et assidue ad ea veniebat. Et cum ejus æquales et familiares dediti essent venationibus, et equorum cursibus, et aliis adolescentum studiis, ille ea ægre ferebat, et ab eis minime movebatur, et nulli cedebat ex iis quæ juvenilibus blandiuntur cupiditatibus. Jucunde vero et libenter versabatur Eudocimus, aut in domo orationis, aut in lectione divinorum Eloquiorum, per quæ studebat seipsum reddere templum Deo dignum ut qui nihil ostenderet injucundum, nihil turpe ex deformitate animi perturbationum, et in eas collato studio. Non res adversæ, non secundæ, non aliquid ex iis quæ animum possunt aut efferre, aut deprimere, fuit satis validum ad eum a suo instituto dimovendum : sed dexteris et sinistris armis (ut dicit Paulus [6]) dextere utebatur, et ea materiam faciebat philosophiæ. Quin etiam cum viam sæpe ingrederetur, tam quæ ferebat ad regiam, quam quæ in ullum alium locum mentem simul et linguam habebat intentam operi : hanc quidem canentem Psalmos Davidis, illam autem attendentem, et quæ dicebantur intelligentem, et jubenti ipsi Davidi parentem. Non enim id ei, quod multis, usuveniebat, qui psallunt quidem, sed non intelligunt : quique cum iis quæ dicunt, ipsi prius pugnant, et re ipsa aperte contradicunt, cum procul ab iis quæ dicuntur, aberret eorum animus. Temperantiam autem, quæ vere publica est, et pulchritudine alias excellit virtutes, sic amavit, et ab ea ita aperte est superatus, ut eam in vita sociam, et quæ secum habitaret, delegerit, et audacter cum Job diceret non hoc solum : *Oculum meum non est cor consecutum* [7], sed etiam, quod illo est majus, pactum fecisse cum oculis, nullo modo intellexisse super virginem [8] : et usque adeo vitaverit cum muliere colloqui, ut soli matri non esset prohibitum ad eum accedere, quam in magna habebat veneratione : ut qui non solum maternis, sed virtutis etiam cederet legibus. Præterea autem nulli licebat mulieri cum eo omnino loqui, aut ad eum adire.

IV. Cum temperantia vero conjunxit etiam eleemosynam, cum pulcherrima eam quæ est maxime hilaris : adeo ut illius quidem lumine illustraretur facies, hujus autem oleo cor pinguefieret, esset-que et mundus et misericors : adeo ut altitudo, quæ procedit ex puritate, ad proximum (ut par est) ex consensu se inclinans, in tuto esset. Tam splendide autem attendebat eleemosynæ, et eam ita amplectebatur, ut non solum superfluis, sed etiam necessariis se pie gereret : et non parce seminaret, sed in benedictionibus : et non solum pecuniis, sed etiam carnibus, si ex iis pauperibus dari posset auxilium minime parceret, idque admodum hilari, promptoque et alacri animo, motus dilectione in Deum et proximum. Fructus enim charitatis, est in fratrem misericordia, adeo ut ipse promptior esset ad dandum, quam ille ad accipiendum, qui opus habebat misericordia : et cum dedisset, ipse magis lætaretur, et plus se juvari crederet, quam is, qui acceperat, quomodo res vere habebat. Majores enim sunt divinæ gratiæ, quam humanæ, quas ipse larga manu emebat largius illinc scaturientes. Et, ut semel dicam, orphanorum erat pater Eudocimus, curator viduarum, indumentum nudorum, panis esurientium, animarum quæ ægritudine gravabantur solatium.

V. Is cum et ab imperatore honores, et quæ est ad tempus, gloriam assequeretur propter virtutem, nihil ex eo lædebatur, ut cujus nec calor animæ tepesceret, neque ad cursum spiritualem fieret impetus hebetior : sed potius eam quoque Deo ascribens gratiam, hinc sumebat occasionem majoris in ipsum desiderii, et eum colendi promptius et alacrius. Certe cum esset electus, ut præesset parti exercitus Cappadocum, et moraretur circa id, quod vocatur Charsianum, gerebat magnam curam populi, ut qui non solum de eis esset paterne sollicitus, sed eas etiam, quæ erant inter se invicem, ut solent, controversias solveret, nullam in partem propendente trutina justitiæ : et judicans orphanum (ut dicam cum Isaia), [9] et vi-

[2] Psal. CXVIII, 162. [3] ibid. 97. [4] ibid. 72. [5] ibid. 103. [6] II Cor. VI, 7. [7] Job. XXXI, 7. [8] ibid. 1. [9] Isa. I, 17.

ret. Cum autem consulerent, qui aderant, ut in profundum maris jaceretur sanctus (nam etiam post decessum Christianis ejus invidebant reliquias), audiens imperator est persuasus, et jubet gravissimum lapidem ejus collo alligari, et sic in mare immitti. Curæ autem fuit ministris, ut cito id, quod eis imperatum fuerat, exsequerentur ; Deo vero, ut manum præberet adjutricem ei qui propter ipsum patiebatur. Quod quidem etiam factum videre licuit. Nam illi quidem cum ad mare venissent, et ejus collo lapidem alligassent, in profundum transmittunt. Christus autem cum in priore Hermolai forma rursus apparuisset, effecit, ut lapis quidem, non secus atque folium arboris, mari supernataret : illum vero, non secus atque magnum prius Petrum, manu deducens, fecit pedibus ambulare super fluctus. Ipse enim, qui redimebat et servabat, ipse erat, cujus in mari viæ, et in multis aquis semitæ et vestigia, ut divinus ait David [7], non sunt cognita. Ingrediebatur ergo Pantoleon ille admirabilis, et jam erat in littore, laudem contexens ei qui servaverat, dignam pia illius anima, et rebus admirabilibus. Quem cum sic vidisset salvum præter spem imperator : Quid hoc est, inquit, Pantoleon, mare quoque tuis superasti præstigiis ? Ille autem : Etiam mare, inquit, fecit, quod jussum est a Domino. Ei etenim cedit mare et terra, et quæcunque sunt, ei magis cedunt, quam tibi imperatori, qui nunc ad tempus serviunt.

XIX. Ad hæc tyrannus, volens potius male persuadere, quam bene persuaderi et salutariter, jubet omne genus feras produci adversus virum egregium. Quæ cum adductæ essent, et illum prope statuisset, partim quidem ei metum incutiens, partim autem fingens se moveri misericordia, et in omnem se partem versans, ut persuaderet : Hæ, inquit, o Pantoleon (ei feras ostendens), adductæ sunt propter te et tuum interitum. Si tui ergo ulla moveris misericordia (ego enim tuæ curam gero formæ et ætatis), velis persuaderi, et videri esse prudens et cordatus, ut qui possis vitam morti præferre, lætitiam doloribus, ignominiæ gloriam et delicias. Cui sanctus : Si antequam essem expertus Dei, quam mei suscipit defensionem, a tuis verbis non potui persuaderi : nunc ex quo sum tantum consecutus auxilium, persuadebor? Cur me ferarum crudelitate perterrefacere quæris, o imperator ? Qui enim satellitum tuorum ad torquendum paratas manus inutiles effecit et imbecillas, et ignem reddidit frigidum, et plumbum in aquam transmutavit, et ipsum mare constrinxit compedibus, poterit omnino feras quoque mansuefacere, et eas nobis efficere ovibus mansuetiores.

XX. Cum ergo non parens Christi martyr, esset pugnaturus cum bestiis, ut qui levius esse reputas-

[7] Psal. LXXVII, 20.

A τοῦ ζῆν ἀπαλλάξει. Ἐπεὶ δὲ συνεβούλευον οἱ παρόντες, βυθῷ θαλάσσης παραδοθῆναι τὸν ἅγιον (ἐφθόνουν γὰρ καὶ μετὰ τέλος τῶν αὐτοῦ λειψάνων Χριστιανοῖς), ἀκούων ὁ βασιλεὺς ἐπείθετο· καὶ κελεύει λίθον ὅτι βαρύτατον τοῦ τραχήλου αὐτοῦ ἐκδεθῆναι καὶ οὕτως τῷ πελάγει ἐναφεθῆναι. Ἔμελεν οὖν τοῖς ὑπηρετοῦσι μὲν τάχιον ἐκπληρῶσαι τὸ προσταχθέν, τῷ δὲ Θεῷ βοηθῆσαι τῷ δι' αὐτὸν πάσχοντι, ὅπερ δὴ καὶ γενόμενον ἦν ὁρᾶν. Οἱ μὲν γὰρ προσωτέρω θαλάσσης ἐλθόντες, αὐτὸν ἀφιᾶσι, τὸν λίθον ἐξάψαντες τοῦ τραχήλου. Ὁ δὲ Χριστὸς τῇ προτέρᾳ μορφῇ πάλιν Ἑρμολάου ἐπιφανείς, τὸν μὲν λίθον ἴσα δὴ καὶ φύλλῳ τῇ θαλάσσῃ ἐπιπλεῖν παρεσκεύασεν, ἐκεῖνον δὲ χειραγαγών, οἷα καὶ Πέτρον τὸν μέγαν πρότερον πεζεύειν ἐποίει κατὰ κυμάτων· B αὐτὸς γὰρ ὁ λυτρούμενός τε καὶ σώζων αὐτὸς ἦν, οὗ ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ ὁδοὶ καὶ ἐν πολλοῖς ὕδασιν αἱ τρίβοι καὶ τὰ ἴχνη, κατὰ τὸν θεῖον Δαυίδ, οὐκ ἐγνώσθησαν. Ὥδευε τοιγαροῦν Παντολέων ὁ θαυμαστὸς καὶ ἤδη ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν ἦει, αἶνον τῷ σεσωκότι πλέκων, αὐτοῦ τε τῆς φιλοθέου ψυχῆς καὶ τῶν ἐκείνου θαυμασίων ἐπάξιον. Ὃν θεασάμενος οὕτω παρ' ἐλπίδα σωθέντα ὁ βασιλεύς· Τί τοῦτο, ἔλεγε, Παντόλεον ; καὶ τῆς θαλάττης ταῖς γοητείαις κατεκράτησας ; Ὁ δέ· Καὶ ἡ θάλασσα, ἔφη, τὸ κελευσθὲν ὑπὸ τοῦ δεσπόζοντος αὐτῆς εἴργασται. Εἴκει γὰρ αὐτῷ θάλασσά τε καὶ γῆ καὶ πάντα τὰ ὄντα μᾶλλον εἴκουσιν, ἢ σοί, Βασιλεῦ, οἱ νῦν προσκαίρως ὑπηρετοῦντες.

C ΙΘ'. Πρὸς ταῦτα ὁ τύραννος, πεῖσαι μᾶλλον κακῶς ἢ πεισθῆναι καλῶς τε καὶ σωτηρίως βουλόμενος, θῆρας παραχθῆναι παντοδαπούς κατὰ τοῦ γενναίου κελεύει· ὧν ἐνεχθέντων, ἐγγὺς ἐκεῖνον παραστησάμενος καὶ τοῦτο μὲν φόβον αὐτῷ ἐμποιῶν, τοῦτο δὲ καὶ ὡς οἰκτείρων φαίνεσθαι μηχανώμενος καὶ παντοίως πρὸς τὸ πείσειν γινόμενος· Οὗτοι, ἔφη, δείξας αὐτῷ τοὺς θῆρας, διὰ σὲ καὶ τὴν ἀπώλειάν γε τὴν σὴν παρήχθησαν, Παντόλεον· εἴ τι οὖν οἰκτείρεις σαυτὸν (κήδομαι γάρ σου καὶ ὥρας καὶ ἡλικίας), πεισθῆναι θέλησον καὶ ὀφθῆναι φρένας ἔχων καὶ νοῦν, ἅτε προκρίνειν δυνάμενος θανάτου ζωὴν, ὀδυνῶν εὐφροσύνας, ἀτιμίας πάσης δόξαν τε καὶ τρυφάς. Πρὸς ὃν ὁ ἅγιος· Εἰ πρὸ τοῦ πεῖραν λαβεῖν, ἔφη, τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ D ἐμὲ ἀντιλήψεως, οὐκ εἶχον πείθεσθαί σου τοῖς λόγοις, νῦν ἀφ' οὗ τοσαύτης ἀπέλαυσα τῆς ἐπικουρίας, πειθόμενος ἔσομαι ; Τί δέ με καὶ τὴν τῶν θηρίων, ὦ βασιλεῦ, ὠμότητι μορμολύττῃ ; Καὶ γὰρ ὁ τῶν σῶν δορυφόρων τὰς τιμωρητικὰς χεῖρας ἀπράκτους καὶ ἀσθενεῖς ποιησάμενος καὶ τὸ πῦρ ψυχρὸν ἀποδείξας, τὸν μόλιβδόν τε εἰς ὕδωρ μεταποιήσας καὶ αὐτὴν πεδήσας τὴν θάλασσαν, δύνατός ἐστι πάντως καὶ ταυτὶ τὰ τιθασσεῦσαι θηρία καὶ προβάτων ἡμῖν ἡμερώτερα ταῦτα παρασκευάσαι.

Κ'. Ἐπεὶ οὖν ἀπειθὴς μένων ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, ἔμελλε θηριομαχεῖν, ἅτε τοῦ μὴ δαίμοσι προσκυνῆ-

σαι καλῶς γε ποιῶν καὶ τὸ θηρίοις ἐκδοθῆναι κακὸν εἶναι κουφότερον λογισάμενος· συνέῤῥει μὲν πᾶσα ἡ πόλις ἰδεῖν τὸ γινόμενον, νεανίαν οὕτω καλὸν, εὐγενῆ τὸ σῶμα, εὐγενῆ τὴν ψυχὴν, οὐδὲν ὅ τι κακὸν δράσαντα κακῶς μέλλοντα παθεῖν καὶ θηρίοις ἐκδοθησόμενον. Ἀπήγετο καὶ ὁ δίκαιος ὡς λέων πεποιθὼς κατὰ τὸ ᾀδόμενον καὶ οὐδὲν ὑφειμένον ἢ μαλακὸν ἢ πρὸς ἔλεον ἕλκον ὁρῶν. Καὶ πῶς γὰρ ἔμελλε, τοῦ συνήθους βοηθοῦ πάλιν εἰς ὄψιν Ἑρμολάου συνόντος αὐτῷ καὶ θαῤῥεῖν ἐπιτρέποντος ; Εἶτα τῶν θηρίων ἐπαφεθέντων τῷ ἀθλητῇ, οὕτω κελεύσαντος τοῦ πολλῷ τούτων ἀγριωτέρου τυράννου, οἱ μὲν παρόντες εὐθὺς ᾠοντο τὸν ἅγιον διασπαραχθήσεσθαι, μὴ ὄντος τοῦ ῥυομένου μηδὲ σώζοντος· οὐχ οὕτω δὲ τοὺς θεοσεβεῖς παρεσκεύασεν ὁ λέγων· Τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου· οὐ προσελεύσεται πρὸς σὲ κακὰ, καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ ἐν τῷ σκηνώματί σου· καί· Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα· οὐκουν οὐδὲ διέψευσε τοῦ πιστεύσαντος τὴν ἐλπίδα. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέσχον οἱ θῆρες τοῦ κακῶς διαθέσθαι τὸν ἅγιον, ὡς μικροῦ καὶ τὸ μὴ θῆρας εἶναι ὅλως αὐτοὺς νομισθῆναι, θῆρας, ἔφην, μηδ' ἁπλῶς ἄλογα καὶ τοῦ φρονεῖν ἀπεστερημένα, ἀλλ' οἷόν τινος ἔμφρονας καὶ τῆς τῶν λογικῶν ὄντας μερίδας, μετὰ πολλῆς τῷ μάρτυρι προσιόντας εὐλαβείαις, σαίνοντας δὲ ἡδέως καὶ φιλανθρώπῳ γλώσσῃ καὶ θεραπευτικῇ τῶν ποδῶν παραψαύοντας, ἄλλως τε δὲ καὶ ἀλλήλοις διαμιλλώμενοι, τίς πρῶτος αὐτῶν προς σέλθοι, οὐ πρότερον ἀφιστάμενοι, πρὶν ἂν ὁ μάρτυς αὐτοῖς ἐπιθῇ τὴν χεῖρα καὶ εὐλογήσειεν.

ΚΑ'. Ἦν οὖν ἰδεῖν πρᾶγμα κομιδῇ καινότατον· ἐπεὶ γὰρ τοιαύτη τοὺς ἀνθρώπους ὑπῆλθε κακία, ὥστε ὁμοῦ καὶ ἀλόγων αὐτοὺς ἄνοιαν καὶ ὠμότητα θηρίων ὑπερβαλεῖν, τὴν μὲν ἐν τῷ μὴ σέβεσθαι τὸν πεποιηκότα, τὴν δὲ ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι τοὺς αὐτὸν σεβομένους, ᾠκονόμησεν ὁ πάντα μετασκευάζων Θεὸς, ἔμπαλιν τοὺς θῆρας οἷα λογικοὺς ὀφθῆναι καὶ ἀνθρώπων ἡμερότητα μιμουμένους, κήρυκας ἀψευδεῖς ὄντας τῆς ἐκείνων κακίας καὶ τῆς αὐτοῦ ἀφράστου μακαριότητος. Ὅθεν καὶ οἱ παρόντες ἐπὶ τῷ γενομένῳ· Μέγας ὁ τῶν Χριστιανῶν Θεός ἐστιν, ὁ μόνος καὶ ἀψευδὴς, ἐδόων, καί· Ἀφιέσθω ὁ δίκαιος. Τί οὖν ὁ ἀληθῶς θὴρ καὶ ὠμότατος βασιλεύς ; Ἐπάγει τὸν θυμὸν κατὰ τῶν θηρίων καὶ πάντα εὐθὺς ἀναιρεῖ, ὥσπερ διαφθονήσας αὐτοῖς τῆς συνέσεως καὶ τὸν ὑπ' ἐκείνων οὐκ ἐνεγκὼν ἔλεγχον. Τὰ δὲ καὶ οὕτως ἀναιρεθέντα ἐπὶ πολλαῖς ἔμενε ταῖς ἡμέραις, οὐδενὶ βρῶσις τῶν σαρκοβόρων γινόμενα, τιμῶντος κἀν τούτῳ ἀθλητὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πρὸς εὐσέβειαν τοὺς ἄλλους παρακαλοῦντος, ὥστε τὸν ἀσύνετον βασιλέα τοῦτο μαθόντα, προστάξαι τὰ θηρία κατορυγῆναι τῇ γῇ, πολλοῖς οὕτω τὴν πίστιν ἐπιστηρίζοντα. Διαπορηθεὶς τοίνυν ὁ Μαξιμιανὸς· Τί ποιήσαιμι, ἔλεγε, Παντολέοντι ; ἤδη γὰρ, ὡς ὁρᾶτε, τοὺς πλείους ἀπέστησεν ἀπὸ τῶν θεῶν· Οἱ δέ· Τροχὸς, φασὶ, γενέσθω, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ οὗτος

set, tradi bestiis, quam adorare dæmones, confluxit quidem universa civitas ad videndum id quod fiebat, tam pulchrum scilicet juvenem, et corpore et animo præstantem, qui nihil mali fecisset, male passurum, et feris tradendum bestiis. Abductus est autem justus confidens ut leo, sicut canitur, et nihil molle ac remissum intuens, aut quod moveret ad misericordiam. Quomodo enim id erat facturus, cum rursus in conspectum veniret Hermolaus, et juberet eum esse bono animo ? Deinde cum bestiæ jam cum athleta essent congressæ, sic jubente tyranno, qui aderant quidem, putabant fore, ut sanctus statim discerperetur, perinde ac si non esset qui servaret et eriperet : sed de viro pio non sic statuerat is, qui dicit : *Altissimum posuisti refugium tuum : non accedent ad te mala, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo*, et, *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem*[8]. Itaque nec spem fefellit ejus, qui crediderat. Tantum enim abfuit, ut feræ sancto malefacerent, ut eæ propemodum ne feræ quidem viderentur ; feræ, dixi, imo nec, ut semel dicam, animantia ratione carentia, et vi intelligendi privata : sed tanquam prudentia, et ex numero eorum quæ sunt ratione prædita, cum magna reverentia accederent ad martyrem, suaviter blandientes, benignaque et medicante lingua pedes tangentes : et alioqui inter se contenderent, quænam prima ad eum accederet, et non prius recederet, quam martyr ei manum imposuisset et ei benedixisset.

XXI. Licebat ergo videre rem maxime novam, et longe jucundissimam, homines quidem mutatos in ferarum sævitiam, rursus autem videri feras, tanquam ratione præditas, et credi humanam habere mansuetudinem. Ii certe, qui aderant, admirati id quod factum fuerat, clamabant : Magnus est Deus Christianorum, qui quidem est solus et verus ; et : Dimittatur justus. Quid igitur? Qui vere erat ferus et crudelissimus, imperator iram infert in bestias, et omnes statim tollit de medio, perinde ac eis invidens prudentiam, et non potens ferre earum reprehensionem. Illæ autem cum sic essent interfectæ, multos dies manserunt a nullo comesæ ex carnivoris, Deo in hoc quoque athletam honorante, et ad pietatem alios hortante : adeo ut cum hoc stultus rescivisset imperator, eas jusserit infodi, sic multis fidem confirmans, Sic ergo dubitansMaximianus Quid faciam, dicebat, Pantoleoni? jam enim, ut videtis, multos abduxit a deis. Illia utem : Fiat, aiunt, rota, et ea in altum locum feratur. Deinde cum ei fuerit alligatus Pantoleon, per declive mittatur : accidet enim omnino, ut cum deorsum feratur, ipse per partes et membra conteratur, et sic malus male pereat. Et hæc quidem illi prompti ad malum inveniendum, et qui nihil æque bene faciebant, aclædebant. Deus autem, qui semper protegit eos qui

[8] Psal. xc, 10-13.

illum diligunt, ne nunc quidem deserit Pantoleonem, sed eum rursus defendit, sicut charum filium. *συμβήσεται γὰρ πάντως τοῦ τροχοῦ καταφερομένου κατὰ μέρος αὐτὸν ἐπιτριβῆναι καὶ μέλος κακὸν οὕτω κακῶς ἀπολέσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ ποριμώτατοι τὴν κακίαν καὶ πρὸς τὸ βλάπτειν εὑρετικοί. Ὁ δὲ ἀεὶ τῶν ἠγαπηκότων αὐτὸν ὑπερασπίζων Θεὸς, οὐδὲ νῦν ἀφίστατο Παντολέοντος, ἀλλ' οἷα φίλου παιδὸς καὶ αὖθις προΐστατο.*

XXII. Atque interim quidem mansit in carcere, donec constructa esset rota. Cum vero ea esset jam constructa, rursus concurrente magna multitudine, utpote quod imperator ipse adesset spectator, alligatur martyr rotæ, et ipse desuper per declive dimittitur. Et illi quidem psalmus movebat labra, et preces, quæ Potentem vocabant ad auxilium. Ille autem protinus aderat, eum confirmans : et ad ostendendam præsentiam, rumpebantur vincula, martyr relaxabatur, et erat ab omni malo integer. Rota autem non tam contra illum, quam pro illo acta, occidit multos infideles ; et sic fit pœna ultrix eo modo, qui dici nequit ; *et cognoscitur Deus judicia faciens* [9], et *Deus ultionum libere agit* [10]. Propter hoc timor invasit civitatem, imperatorem admiratio. Et cum esset adhuc crassus vitio, nec posset lucem suscipere veritatis, rogavit sanctum : Quid hæc sibi volunt ? et quousque ex nostro populo alios quidem a diis abduces, alios autem morti dedes, ut horum quidem detrimentum patiamur, illos autem etiam nobis habemus adversos ? Deinde etiam rogavit, quemnam habuisset doctorem, et ex quo didicisset Christianismum.

XXIII. Christi vero martyr confidenter confitetur Hermolaum, ut qui non posset eum celare, qui non erat angulo dignus et oblivione : sed luce. Cum autem jussisset, ut ei produceretur in conspectum, minime distulit martyr, ut qui didicisset experientia, qualis esset apud eum lingua et ingenium, quæ facilius capere possent, quam capi. Abiens ergo ille justus simul cum tribus militibus, quibus credita fuerat ejus custodia, venit in domum, in qua latebat divinus Hermolaus. Quem cum ipse aspexisset : Cur huc venisti, fili, et quanam de causa ? rogavit. Ille vero : Te vocat, inquit, imperator, domine mi senex. Is vero dixit, se hoc scire, quoniam adest tempus patiendi et moriendi pro Christo, ut ipse ei significaverat illa nocte. Postquam ergo illi constiterunt ante imperatorem, ille rogavit, quisnam esset ei nomen. Is vero et nomen dixit, et non celavit se esse Christianum. Deinde cum rogasset imperator, an etiam secum alios haberet Christianos, ille cum esset verax, dixit, Hermippum et Hermocratem, quos habebat. Cum eos ergo jussisset etiam sisti cum Hermolao, ubi affuerunt : Vos estis, inquit, qui Pantoleonem a cultu deorum abduxistis ? Illi autem : Eos, inquiunt, qui ipso digni sunt, Christus scit ad lucem vocare. Imperator autem : Missis, inquit, nugis, si vultis ab hac priore culpa absolvi, et iis qui a nobis amantur, et primos honores a nobis consequuntur,

[9] Psal. IX, 17. [10] Psal. XCIII, 1.

A τοῦ τόπου ἀνενεχθήτω. Εἶτα τοῦ Παντολέοντος αὐτῷ προσδεθέντος, ἀφεθήτω κατὰ τοῦ πρανοῦς· κατὰ μέρος αὐτὸν ἐπιτριβῆναι καὶ μέλος κακὸν οὕτω κακῶς ἀπολέσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ ποριμώτατοι τὴν κακίαν καὶ πρὸς τὸ βλάπτειν εὑρετικοί. Ὁ δὲ ἀεὶ τῶν ἠγαπηκότων αὐτὸν ὑπερασπίζων Θεὸς, οὐδὲ νῦν ἀφίστατο Παντολέοντος, ἀλλ' οἷα φίλου παιδὸς καὶ

KB'. Τὸ μὲν οὖν παρὸν ἐλάμβανεν αὐτὸν ἡ εἱρκτὴ, ἕως ἡ τοῦ τροχοῦ κατασκευὴ γένοιτο. Ὡς δὲ ἤδη καὶ κατεσκεύαστο, πλήθους πάλιν συνδραμόντος πολλοῦ, ἅτε βασιλέως αὐτοῦ θεατοῦ παρόντος, δεσμεῖται ὁ μάρτυς πρὸς τῷ τροχῷ, καὶ αὐτὸς ἄνωθεν κατὰ τοῦ πρανοῦς ἀφίσται. Καὶ τῷ μὲν ψαλμὸς τὰ χείλη ἐκίνει καὶ εὐχὴ καλοῦσα τὸν Δυνατὸν εἰς ἐπικουρίαν. Ὁ δὲ τὸ τάχος παρῆν ἐνισχύων, καὶ B δεῖγμα τῆς παρουσίας ἐῤῥήγνυτο τὰ δεσμά, ὁ μάρτυς ἀνίστο καὶ κακοῦ παντὸς ἄθικτος ἦν· ὁ τροχὸς δὲ οὐ κατ' ἐκείνου μᾶλλον, ἀλλ' ὑπὲρ ἐκείνου φερόμενος, πολλοὺς ἀπόλλυσι τῶν ἀπίστων, καὶ γίνεται οὕτω τιμωρὸς ἀῤῥήτως ἡ τιμωρία, καὶ γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν καὶ Θεὸς ὁ τῶν ἐκδικήσεων ἐκδήμως παῤῥησιάζεται. Φόβος ἐπὶ τούτοις ἔσχε τὴν πόλιν, θαῦμα τὸν βασιλέα, καὶ ἔτι παχὺς ὢν τὴν κακίαν καὶ τοῦ τῆς εὐσεβείας φωτὸς ἀπαράδεκτος, ἐπυνθάνετο παρὰ τοῦ ἁγίου· Πόθεν ταῦτα ; καὶ ἄχρι τίνος, φησὶν, τοὺς μὲν ἡμετέρου λαοῦ τῶν θεῶν ἀποστήσεις, τοὺς δὲ θανάτῳ παραπέμψεις, ἵν' ἐκείνους μὲν τέλειον ζημιοίμεθα, τούτους δὲ καὶ καθ' ἡμῶν ἔχοιμεν ; Εἶτα καὶ τίνα ἔσχε τὸν παιδευτὴν ἤρετο, καὶ παρὰ τίνος μάθοι τὸν Χριστιανι- C σμόν.

KΓ'. Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς θαῤῥούντως ὁμολογεῖ καὶ φανεροῖ τὸν Ἑρμόλαον, οὐ κρύπτειν εἰδὼς τὸν μὴ γωνίας καὶ λήθης, ἀλλὰ φωτὸς ἄξιον. Ἐπεὶ δὲ ἐκέλευσεν καὶ εἰς ὄψιν αὐτῷ γενέσθαι, ὁ μάρτυς οὐκ ἀνεβάλλετο, πεῖρα μαθὼν, οἷα παρ' αὐτῷ γλῶττα καὶ φρένες θηρᾶν μᾶλλον ἢ θηρᾶσθαι δυνάμεναι. Ἀπελθὼν τοίνυν ὁ δίκαιος σὺν ἅμα τρισὶ στρατιώταις τοῖς τὴν φυλακὴν αὐτοῦ πιστευθεῖσι, προσβάλλει τῷ δωματίῳ, ἔνθα ὁ θεῖος Ἑρμόλαος κρυπτόμενος ἦν, ὃν αὐτὸς θεασάμενος· Τί ἦκες ἐνταῦθα, τέκνον, καὶ τίνος χάριν ; διεπυνθάνετο. Καὶ ὅς· Ὁ βασιλεὺς, ἔφη, καλεῖ σε, κύριέ μου πρεσβύτα. Ὁ δὲ γινώσκειν ἔλεγε τοῦτο, ἐπεὶ καὶ ὁ καιρὸς πάρεστι τοῦ ὑπὲρ Χριστοῦ παθεῖν κἀμὲ D καὶ θανεῖν, ὡς μοι τῆς νυκτὸς ταύτης αὐτὸς δεδήλωκεν. Ὡς οὖν ἀπελθόντες τῷ βασιλεῖ παρέστησαν, προσχὼν ἐκεῖνος τῷ πρεσβύτῃ τίς τε εἴη καὶ τί ὄνομα αὐτῷ ἤρετο. Ὁ δὲ καὶ τὸ ὄνομα ἔφη καὶ τὸ Χριστιανὸς εἶναι οὐκ ἀπεκρύψατο. Εἶτα ἐρομένου τοῦ βασιλέως, εἰ καὶ ἄλλους ἔχοι Χριστιανοὺς σὺν αὐτῷ, φιλαλήθης ὢν ἐκεῖνος, Ἑρμιππόν τε καὶ Ἑρμοκράτην οὓς εἶχεν, εἴρηκεν. Τούτους οὖν ἀχθῆναι καὶ σὺν Ἑρμολάῳ παραστῆναι αὐτῷ κελεύσας, ἐπεὶ παρέστησαν· Ὑμεῖς ἐστε, ἔφη, οἱ τὸν Παντολέοντα τῆς τῶν θεῶν ἀπεστήσατε θρησκείας ; Οἱ δέ· Τοὺς ἀξίους ὁ Χριστὸς οἶδε καλεῖν πρὸς τὸ φῶς. Καὶ ὁ βασιλεύς· Ἀφέντες τὸ κενολογεῖν, ἔφη, εἴπερ

βούλεσθε καὶ τῆς προτέρας ταύτης αἰτίας ἀπολυθῆναι καὶ τοῖς παρ' ἡμῶν φιλουμένοις καὶ τῶν πρώτων ἠξιωμένοις τιμῶν συνταγῆναι, πεισθῆναι τοῦτον παρασκευάσατε τοῖς θεοῖς θῦσαι. Οἱ δέ· Πῶς ἂν τοῦτο δράσειαν, εἶπον, οἱ πρώτους ἑαυτοὺς πείσαντες μὴ ἀποστῆναι Χριστοῦ μηδὲ κωφοῖς εἰδώλοις θυσίαν προσενεγκεῖν; Ταῦτά τε εἰπόντες καὶ εἰς οὐρανοὺς ὄμματα αἰσθητά τε ἅμα καὶ νοητὰ ἦραν. Οὕτω δὲ εὐχομένοις ἐπιφαίνεται ὁ Σωτὴρ, καὶ ὁ τόπος εὐθὺς ὅλος κλόνῳ καὶ σεισμῷ βάλλεται.

annumerari, efficite ut ei persuadeatur diis sacrificare. Illi vero, Quomodo, inquiunt, hoc fecerimus qui primum nobis persuaserimus Christum non deserere, nec surdis simulacris offerre sacrificium? Hæc dixerunt, et sensus et mentis oculos in cœlos sustulerunt. Sic precantibus autem apparet Salvator: et totus statim locus agitatur et movetur.

ΚΔ'. Ὁ δέ γε ταῖς ἀληθείαις διασεσεισμένος τὸν νοῦν βασιλεὺς τοὺς θεοὺς ἔφη ἀγανακτήσαντας σεῖσαι τὴν γῆν; πρὸς ὃν ὁ μάρτυς μάλα συνετῶς καὶ γενναίως· Εἰ δὲ καὶ αὐτοὺς συμβαίη τοὺς θεούς σου καταπεσεῖν· Οὔπω πέρας εἶχεν ὁ λόγος, καί τις τῶν τοῦ βασιλέως παραγενόμενος ἦν ἄγγελος ἐκείνῳ τῆς συμφορᾶς· Οἱ θεοί, ὦ βασιλεῦ, λέγων, ἔπεσόν τε καὶ συνετρίβησαν. Οὕτως οἱ φοβεροὶ καὶ τὴν γῆν σείοντες, πτῶμα ἔκειντο πονηρόν, τοῖς οὐχ ὁμοίως τυφλοῖς οὐδὲ αὐτόχρημα λίθοις πολλοῦ γέλωτος ἀληθῶς ἄξιοι. Ἕτερος μὲν οὖν καὶ βραχείας ἀπολαύων φρενὸς καὶ μὴ τῇ μορφῇ μόνῃ τοῦ μὴ κτῆνος εἶναι φανερῶς πιστευόμενος κἂν ἐπέγνω τὸν ἀψευδῆ Θεὸν καὶ ποιεῖν ταῦτα δυνάμενον· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος· ἀλλ' εἴ τι βελτίων ὑπῆρχε καὶ ὅσον ἀπώνατο ἀπὸ τῆς θεοσημίας, ἀπὸ τῶν ἔργων εὐθὺς δῆλος γίνεται. Αὐτίκα γὰρ τῶν μὲν τριῶν ἁγίων ἐκείνων μετὰ τὸ πολλὰ τούτους κολάσαι τὸν διὰ ξίφους θάνατον διακρίνει· Παντολέοντα δὲ τὸν μέγαν τῷ δεσμωτηρίῳ κατὰ τὸ παρὸν δίδωσι. Τὰ μὲν οὖν ἀναιρεθέντα τῶν μαρτύρων σώματα οὕτω κείμενα Χριστιανοῖς ἐμέλησεν ἀνελέσθαι καὶ ὡς προσῆκον ἦν αὐτὰ θάψαι.

XXIV. Emotæ autem revera mentis imperator dicebat, deos indignatos movisse terram. Cui martyres prudenter admodum et fortiter: Si contigerit ipsos quoque deos tuos, inquiunt, una cadere? Nondum finita erat oratio, et quidam ex ministris imperatoris accessit ad illum, nuntius calamitatis: Dii, dicens, o imperator, ceciderunt et contriti sunt. Sic illi terribiles et terram quatientes, jacebant in terram dejecti tristi casu, iis qui non erant æque cæci et plane lapides, ridiculi. Atque alius quidem, qui vel parum habuisset prudentiæ, et non ei sola forma obstaret, ne aperte crederetur esse pecus, Deum verum agnovisset, et qui posset hæc facere, sed non ille: qui quantum melior evasisset, et quantam utilitatem ex pietate percepisset, statim ex rebus ipsis aperit. Statim enim tres illos sanctos, postquam eos multis affecisset suppliciis, damnat capitis. Magnum autem Pantoleonem interim mittit in carcerem. Atque martyrum quidem sic interfectorum corpora curæ fuit Christianis tollere, et ea, ut par erat, sepelire.

ΚΕ'. Παντολέοντα δὲ ἀπὸ τῆς εἱρκτῆς καλέσας ὁ βασιλεύς· Δοκεῖ σοι, ἔφη, ὅτιπερ ζῶν τὰς ἐμὰς χεῖρας δυνήσῃ διαφυγεῖν, εἰ μὴ προσελθὼν πρότερον θύσῃς τοῖς θεοῖς, καὶ ταῦτα τοῦ διδασκάλου σου Ἑρμολάου, Ἑρμίππου τε καὶ Ἑρμοκράτους τὸ καλὸν ἤδη μαθόντων καὶ τοῖς θεοῖς θυσίαν προσενεγκόντων, οἳ καὶ ἀμοιβὴν τῆς εὐπειθείας, τὸ πρῶτοι εἶναι νῦν ἐν τῷ παλατίῳ παρ' ἡμῶν εἰλήφασιν; Εἴπερ οὖν καὶ σὺ τὴν καλὴν αὐτῶν ζηλώσας μεταβολὴν θύσεις, τότε ὄψει, Παντόλεον, οἷος ἐγὼ βαρὺς ὢν τῷ κολάζειν τοὺς ἀπειθοῦντας, παρὰ πολὺ τῶν πειθομένων ὑπάρχω τῷ εὐγνωμονεῖν, θεραπεύειν φιλοτιμότατος· τοῦτο δὲ κατὰ πολλὴν ἔφη τὴν κακοήθειαν, ὅσα πρὸς τὸ πεισθῆναι, φημὶ, τοὺς ἁγίους. Πῶς γὰρ, οὓς ἤδη φθάσας ἀνεῖλεν; Ἀλλ' ἵνα τῷ ὁμοίῳ δελεάσῃ τὸν ἐκ Θεοῦ φωτιζόμενον, ὅθεν οὐδὲ λαθεῖν ἴσχυσεν, ἀλλ', Ἴδω τούτους καὶ αὐτὸς, εἴρηκε, βασιλεῦ, πρὸ τοῦ σοῦ προσώπου παρισταμένους· Ὁ μέντοι Μαξιμιανὸς ἔτι τοῦ δολιοῦσθαι καὶ μηδὲν ὑγιὲς λέγειν οὐκ ἀφιστάμενος (ἔθετο γὰρ καὶ τὸ σέβας καὶ τὴν ἐλπίδα ψεῦδος, κατὰ τὸν μέγαν Ἡσαΐαν φάναι, καὶ τῷ ψεύδει ἔκρινε σκεπασθήσεσθαι), Οὐ πάρεισιν ἐνταῦθα, ἔφη, ἀλλὰ κατὰ χρείαν τινὰ καλοῦσαν εἰς ἑτέραν πόλιν παρ' ἡμῶν ἐξεπέμφθησαν. Ὁ δὲ μάρτυς· Καὶ ἄκων, ἔφη, τάληθὲς εἴρηκας ὁ τὸ ψεῦδος φιλῶν· ἐν οὐρανοῖς γάρ εἰσι νῦν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ πόλει διάγοντες.

XXV. Pantoleonem autem cum imperator vocasset e carcere: Putasne, inquit, te posse vivum meas manus effugere, si non accedens prius diis sacrificaveris? idque cum doctor tuus Hermolaus, Hermippusque et Hermocrates id, quod bonum est, mutati jam didicerint, et diis sacrificium obtulerint, qui etiam a nobis obedientiæ acceperuut remunerationem, ut sint primi in palatio? Si ergo tu sacrificaveris, eorum pulchram imitatus mutationem, tunc videbis, Pantoleon, quam ego, qui sum gravis in puniendis iis qui non parent, sim liberalis et munificus in benefaciendo iis qui parent. Hoc autem dicebat maligne et malitiose (quod attinet, inquam ad sanctos) ad illi persuadendum. Quomodo enim, quos jam ante interfecerat? sed ut inescaret eum, qui a Deo illuminabatur. Quamobrem nec latere potuit; sed: Eos ipse quoque videam, inquit, o imperator, ante tuam astantes faciem. Maximianus autem nondum cessans fraude agere (posuit enim ipse quoque spem mendacium, ut dicam cum magno Isaia [11], et statuit se mendacio tegere): Non adsunt hic, dixit, sed aliqua necessaria de causa missi sunt a nobis in aliam civitatem. Martyr autem: Vel invitus, inquit, verum dixisti, cum diligas mendacium; sunt enim nunc in cœlis, degentes in civitate Dei.

[11] Isa. XXVIII, 15.

XXVI. Cum vero nullum non movisset lapidem, lapidum adorator, videret autem eum nihil de sua remittere constantia, et neque cedere assentationibus, nec verborum suasionibus, nec donorum promissis, nec suppliciorum minis, neque aliquo alio ex iis quæ vel delinire, vel perterrere possunt, abduci a pietate, ubi eum adhuc flagellis vehementer cecidisset, non quod speraret se aliquid posse efficere sed, ut expleret suam animi libidinem, ut gladio mortem subiret, eum condemnat: et deinde post mortem pulchrum corpus igni mandari; is, inquam, condemnat, qui æterno igne vere erat dignus. Ducebatur itaque athleta ad locum consummationis, commissus manibus lictorum. Quo quidem cum venisset, et esset ejus animus plenus gaudio (sciebat enim exquibus affiictionibus quales eum essent excepturæ voluptaes), psallebat hoc Davidicum: *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea: et enim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam. Dominus justus concidet cervices peccatorum*[12]. Deinde facit hic quoque Deus miraculum non minus prioribus miraculis. Oleæ enim plantæ eum alligant, collum autem ejus quidam ense ferit, Statim autem ferri quidem conversa est acies ceræ similis, mansit autem collum sicut erat ab initio, sectionis nullum penitus habens signum.

XXVII. Ea de causa tremor invasit occisores, et accedentes ei fiunt supplices, quem prius existimabant ne dignum quidem esse apud eos vivere: cujus etiam pedes speciosos prehensantes, quid non dicebant, quid non faciebant, audaciæ petentes veniam, et in Christum fidem aperte confitentes? Ille autem non solum, quod ad se attinet, remittit, sed etiam eis a Christo perfectam petit remissionem. Quamobrem vocem quoque audiit de cœlis confirmantem, consummanda ea quæ petiverat, eumque non amplius esse vocandum Pantoleonem, sed Panteleemonem. Res autem, dicebat ea vox, nomini conveniet. Plurimi enim per te consequentur misericordiam. Hanc vocem cum ille audiisset et de iis quibus dignus erat habitus, certior factus esset, conversus, jussit lictores facere, quod eis imperatum fuerat. Illi autem renuebant, et judicabant hoc esse minime tolerandum. Cum vero instaret martyr, facerent quod a tyranno eis imperatum fuerat, aperte dubitantes, et quid facerent ignorantes, seipsos utrisque dividunt, nempe pietati, et sancti viri jussui. Et cum omnia prius membra essent deosculati, quamqne eum re vererentur et colerent, satis testati essent, beatum ejus caput deinde ense amputant vicesimo septimo Julii. Quod quidem, ut arbitror, non potuissent, si ille non annuisset, ut qui nollet a martyrii magna dignitate excidere

XXVIII. Suntque rursus miracula miraculis consequentia, eo, qui glorificabatur, glorificante eum, qui propter ipsum hæc pati delegit. Lac enim flu-

[12] Psal. CXXVIII, 1-4.

A ΚϚ'. Ἐπεὶ δὲ, τὸ τοῦ λόγου, πάντα λίθον κινήσας ὁ τῶν λίθων προσκυνητὴς ἀνένδοτον αὐτὸν ἑώρα καὶ πάσης πέτρας στερρότερον καὶ οὔτε κολακείαις, οὐ λόγων πειθοῖ, οὐ δωρεῶν ἐπαγγελίαις, οὐ τιμωριῶν ἀπειλαῖς, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἢ θέλγειν, ἢ φοβεῖν δυναμένων τῆς εὐσεβείας παρατρεπόμενον, μάστιξι καὶ ἔτι σφοδραῖς αἰκισάμενος, οὐδὲν πλέον ἐλπίζων ἀνύειν, ἀλλὰ τῷ θυμῷ χαριζόμενος, τὸν διὰ ξίφους θάνατον καὶ αὐτὸν κατακρίνει, εἶτα καὶ μετὰ τέλος πυρὶ τὸ καλὸν σῶμα παραδοθῆναι, ὁ τοῦ αἰωνίου πυρὸς ὄντως ἄξιος. Ἦγετο τοιγαροῦν εἰς τὸν τῆς τελειώσεως τόπον χερσὶ δημίων ὁ ἀθλητὴς πιστευθείς. Ἔνθα δὴ καὶ γενόμενος καὶ χαρᾶς ὅσης πλησθεὶς τὴν ψυχὴν (ἤδει γὰρ ἐξ οἵων θλίψεων οἵαι τοῦτον διαδέξονται ἡδοναὶ) τὸ Δαυϊτικὸν τοῦτο B ὑπέψαλλε λέγων· Πλεονάκις ἐπολέμησάν με ἐκ νεότητός μου· καὶ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησάν μοι· ἐπὶ τὸν νῶτόν μου ἐτέκτηναν οἱ ἁμαρτωλοί, ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν· Κύριος δίκαιος συνέκοψεν αὐχένας ἁμαρτωλῶν. Εἶτα θαυματουργεῖ κἀνταῦθα Θεὸς, οὐδὲν τῶν προλαβόντων θαυμάτων ἔλαττον. Ἐλαίας μὲν γὰρ αὐτὸν προσδεσμοῦσι φυτῷ· παίει δέ τις αὐτοῦ τὸν αὐχένα ξίφει. Εὐθὺς δὲ τὸ μὲν τοῦ σιδήρου στόμα κηρῷ ἐοικὸς ἀνεστρίφετο, ἔμεινε δὲ ὁ αὐχὴν ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἦν μηδ' ὁτιοῦν ἔχων τομῆς σύμβολον.

ΚΣ'. Τρόμος ἐπὶ τούτῳ λαμβάνει τοὺς φονευτὰς, καὶ προσελθόντες ἱκέται γίνονται τοῦ μηδὲ ζῆν παρ' αὐτοῖς ἀξίου, ἀλλὰ τὸ θανεῖν ἀτίμως κατακριθέντος, οὗ καὶ τῶν ὡραίων ποδῶν ἐχόμενοι, τί μὲν οὐκ C ἔλεγον, τί δὲ οὐκ ἐποίουν συγγνώμην τε τῆς τόλμης αἰτούμενοι καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν διαῤῥήδην ὁμολογοῦντες; Ὁ δὲ οὐκ ἀφίησι μόνον, τόγε εἰς αὐτὸν ἧκον, ἀλλὰ καὶ παρὰ Χριστοῦ τούτοις τελείαν αἰτεῖται τὴν ἄνεσιν, ὅθεν καὶ ἀκούει φωνῆς οὐρανόθεν αὐτήν τε τὴν τελείωσιν βεβαιοῦσαν τῶν αἰτηθέντων, καὶ ὡς Οὐκ ἔτι Παντολέων, ἀλλὰ Παντελεήμων ἔσῃ καλούμενος καὶ τὰ πράγματα συμφθέγξονται τῷ ὀνόματι· πλεῖστοι γὰρ ἐλέους διὰ σὲ τεύξονται. Ταύτης ἐκεῖνος τῆς φωνῆς ἀκουστὴς γενόμενος καὶ οἵων ἠξιώθη βεβαιωθεὶς, ἐπιστραφεὶς ποιῆσαι τὸ κελευσθὲν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ τυράννου ἐπέταττε· οἱ δὲ ἀνένευον καὶ ἥκιστα τοῦτο ἀνεκτὸν ἔκρινον εἶναι. Ἐπεὶ δὲ ὁ μάρτυς ἐπέκειτο ἢ μὴν γενέσθαι τὸ κελευσθὲν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ τυράννου D φανερῶς ἀποροῦντες καὶ μὴ ἔχοντες ὅ τι δράσουσιν, ἀμφοτέροις μερίζουσιν ἑαυτοὺς τῷ τε τῆς εὐσεβείας πράγματι καὶ τῷ ὑπὸ τοῦ ἁγίου κελευομένῳ· καὶ φιλήσαντες πᾶν μέλος πρότερον καὶ τὴν αἰδῶ καὶ τὸ σέβας ἱκανῶς γνωρίσαντες, εἶτα καὶ ξίφει τὴν μακαρίαν τέμνουσι κεφαλὴν, εἰκάδα ἑβδόμην ἄγοντος Ἰουλίου μηνός, οὐκ ἂν, οἶμαι, τοῦτο δυνηθέντες, εἰ μὴ ἐκεῖνος ἐπένευε, τοῦ μεγάλου τῆς μαρτυρίας ἀξιώματος ἐθέλων μὴ ἐκπεσεῖν.

ΚΗ'. Καὶ πάλιν θαύματα θαύμασιν ἀκολουθεῖ, δοξάζοντος τοῦ δεδοξασμένου τὸν δι' ἐκεῖνον ταῦτα προηρημένον παθεῖν. Γάλα γὰρ ἀντὶ αἵματος εὐθὺς

ἐῤῥύη, καὶ τὸ τῆς ἐλαίας φυτὸν ᾧ προσεδέθη ἅπαν τῷ καρπῷ βρῖθον ἐδείκνυτο. Ὅπερ εἰς γνῶσιν τῷ τυραννοῦντι ἐλθὸν, ἐκκοπῆναί τε τὸ φυτὸν προστάττει καὶ τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος παραδοθῆναι πυρὶ, ὥσπερ δὴ καὶ πρότερον ἐκελεύσθη. Οὐκ ἔτι μὲν οὖν οἱ πιστεύσαντες στρατιῶται πρὸς τὸν βασιλέα ὑπέστρεψαν, πολλὴν ὠμότητα τούτου κατεγνωκότες καὶ τὸ τῶν μάγων πρὸς Ἡρῴδην ζηλώσαντες, δοξάζοντες δὲ Θεὸν καὶ τὸν αὐτοῦ μάρτυρα διετέλουν· ἀλλὰ καὶ τῶν πιστῶν τινες συνελθόντες ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἔξω τῆς πόλεως, ἔνθα καὶ τὴν τελείωσιν ὁ μάρτυς ὑπέστη, τὸ ἱερὸν ἐκείνου σῶμα ἐν προαστείῳ σχολαστικοῦ τινος (Ἀδαμάντιος αὐτῷ ὄνομα) ὁσίως καὶ ἱερῶς κατέθεντο, εἰς δόξαν Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς θεότητος καὶ βασιλείας, ᾗ πρέπει τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A xit protinus pro sanguine, et planta oleæ, cui fuerat alligatus, conspecta est tota fructu onusta. Quod quidem cum venisset ad tyranni notitiam, jubet plantam exscindi, et corpus martyris igni tradi, sicut etiam prius jusserat. Atque milites quidem, qui crediderant, non amplius reversi sunt ad imperatorem, eum condemnantes magnæ crudelitatis, et quod Magi Herodi fecerunt, imitantes; Deum autem et ejus martyrem perpetuo glorificabant. Quin etiam cum quidam fideles convenissent in eo ipso loco extra civitatem, in quo martyr subiit consummationem, sacrum illud corpus in suburbano cujusdam scholastici (erat autem ei nomen Adamantius) sacrosancte deponunt: in gloriam Patris, et Filii, et Spiritus sancti, cui est una divinitas, et regnum: cui con- B venit honor et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

ΑΘΛΗΣΙΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.

—

CERTAMEN

SANCTI MARTYRIS CALLINICI.

(Latine apud Surium ad diem 29 Julii; Græcus textus nunc primum prodit ex cod. ms. Paris (*ancien fonds.*) n. 1475, sæc. XI Edit.).

—

Α'. Τῆς εἰδωλικῆς μανίας ἐπικρατούσης καὶ πάντα ἐπινεμομένης καὶ διαφθειρούσης, δαίμοσι μὲν πονηροῖς τὸ θεῖον σέβας ἐπεφημίζετο, Θεῷ δὲ τῷ κτίστῃ τῶν ὅλων καὶ δημιουργῷ οὔτε προσέχειν οἱ τῇ δυσσεβείᾳ προστετηκότες ἐβούλοντο, οὔτ' ἀπονέμειν τιμὴν τὴν προσήκουσαν· τὰς γὰρ ψυχὰς πεπωρωθέντες οἱ τὸ κατ' εἰκόνα λαχόντες παρὰ Θεοῦ, τὸ μὲν τῆς ἀληθείας ἀπεστράφησαν φῶς μύσαντες τὰς αἰσθήσεις πρὸς τὴν τοῦ πεποιηκότος ἐπίγνωσιν, τῷ δέ γε τῆς πλάνης προσέδραμον σκότει, μητ' αὐγασθῆναι τῇ τῆς χάριτος αἴγλῃ θελήσαντες, μήθ' ὅλως ἀντωπῆσαι καὶ κατιδεῖν πανταχοῦ ἠπλωμένην τὴν ἀκτῖνα τῆς γνώσεως· πολλὴν γάρ τινα καὶ ζοφώδη καταχέας τῶν ἀνθρώπων ὁ πονηρὸς ἄγνοιαν καὶ τούτους παντοίως ὑποποιησάμενος, τοῦ μὲν ἀληθινοῦ καὶ μόνου διέστησε Θεοῦ καὶ ἀπήγαγεν, εἰδώλοις δὲ κωφοῖς καὶ ἄλλοις αἰσχίστοις ἀφομοιώμασι λατρεύειν ἀνέπεισε καὶ τιμᾶν, ὡς ἂν ἐντεῦθεν ὁλοσχερῶς ἔλῃ καὶ παραστήσεται. Ἀλλ' οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ φυλάσσων ἡμᾶς καὶ φρουρῶν Κύριος τὴν ὅλην αὐτοῦ καὶ καθ' ἡμῶν ἐμπλῆσαι δυσμένειαν, οὐδὲ τοσοῦτον καταναισθήσασθαι, ὡς πάτημα πάντας ποιῆσαι

C I. Cum simulacrorum invalesceret insania, et omnia exederet et corrumperet, malis quidem dæmonibus divinus honor attribuebatur: Deo autem creatori et opifici universorum neque animum volebant adhibere, qui erant dediti impietati, neque ei, quem par est, honorem tribuere. Nam cum mutilatis essent animis ii quibus obtigerat ut fierent ad Dei imaginem, veritatis quidem lucem aversabantur, conniventes oculis ad ejus, qui illos fecerat, agnitionem: currebant autem ad tenebras erroris, neque volentes illustrari splendore suæ gratiæ, neque omnino contra intueri et aspicere ubique diffusum radium cognitionis. Nam cum multam et tenebricosam effudisset malignus in homines ignorationem, et eos omnino in suam redegisset potestatem, a vero quidem et solo Deo dis- D junxit et abducit: surda autem et muta simulacra turpissime persuasit colere et adorare, ut sic eos omnino expugnaret et subjugaret. Sed qui nos custodit et servat Dominus, non concessit ei, ut omnino suum in nos impleret odium: neque se adeo impudenter gereret, ut nos omnes concul-

caret. Multi enim eum vicerunt, et omnes ejus vires perdiderunt. Domini enim amore inflammatis eorum animis, et totis ejus qui est potens, charitate confirmatis, ad bellum gerendum adversus inimicum strenue et audacter processerunt, omnibus quidem membris lacerati, et carnis compagibus resoluti, recreationem autem ac delicias ea quæ magnos dolores afferunt, tormenta existimantes : quos adhuc certaminum sanguine distillantes accepit Christus agonotheta. Puræ namque ei oblati sunt hostiæ, et victimæ voluntariæ. Propter quæ communis superatus inimicus, cecidit admirabili quodam casu illis spectantibus. Cum eo congressus magnus quoque athleta, et corona redimitus Callinicus, cujus luctam et certamina in præsenti prosequitur oratio, usque adeo derisit ea quæ sunt ejus terribilia, ut tanquam infantem prima statim lucta prostraverit, et humi affixerit. Sed ejus quidem egregii viri omnia singulatim dicere et referre nec ulla posset oratio, nec quæ ab eo gesta sunt, auditione fuerunt accepta ab omnibus, ut possint omnia proferri ab omnibus. Quædam autem pauca, et quæ eorum qui audierunt, minime fugiunt memoriam (etenim interfuerunt quidem, cum decertaret martyr, et viderunt nonnulla eorum quæ fiebant), præsenti oratione tradentur memoriæ. Sic enim et nostro satisfaciemus desiderio, et athletæ afferemus brevem laudem martyrii.

II. Hic ergo divinus et magnus Callinicus, in bona et rerum omnium fertili Ciliciæ regione natus, fuit præclare educatus, Deum quidem omnium Salvatorem et effectorem ab infantia confitens et honorans, simulacra autem, nullo sensu prædita et plane surda abhorrens et habens odio. Qui cum etiam vellet pietatem ubique disseminare, usus est multis et longis peregrinationibus, vitam quidem dignam religione exercens, vitæ autem institutum exornans religione. Fidem enim in Christum non solum in sinu ferre, sed etiam publice prædicare, pium esse exstimans, cognitus fuit a multis magister veritatis : quos perinde ac quidam magnes trahebat ap seipsum, et avertebat ab errore. Ab ejus enim, tanquam alicujus sirenis, dulcissimo verborum capti sono ii qui audiebant, statim deducebantur ad fidei agnitionem, pulchra ei effecti præda.

III. Cum vero multos vicos et civitates obiens, pervenisset Ancyram Galatiæ civitatem magnam, et populo frequentissimam (erat autem verbum divinum in ea explicans et dividens), et multi ex iis qui tunc illic erant, fuissent ejus doctrinæ participes, accensa est ab aliquibus in eum invidia et odium inconsideratum. Qui enim divinas insolenter despiciebant admonitiones, et aversati quidem erant veritatem, tanquam terra autem petricosa semen verbi non admittebant, fidei præconem accusant apud eum, qui tunc erat præses civitatis, virum quidem plenum impietate, plenum item

A αὐτῷ. Πολλοὶ γὰρ οἱ τοῦτον καὶ νικήσαντες καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ ὀλέσαντες δύναμιν. Τῷ γὰρ τοῦ Δεσπότου φίλτρῳ τὰς ψυχὰς πυρωθέντες, οἷς ὁ θεῖος ἔρως ἐνέσκηψε καὶ ὅλους αὐτοὺς τῇ ἀγάπῃ τοῦ δυνατοῦ ἐπιῤῥώσαντες, εὐθαρσῶς καὶ γενναίως πρὸς τὸν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ ἐχώρησαν πόλεμον · πάντα μὲν τὰ μέλη κοπτόμενοι καὶ τὰς τῆς σαρκὸς ἁρμονίας παραλυόμενοι, ἄνεσιν δὲ μᾶλλον ἢ τρυφὴν τὰς πολυωδύνους βασάνους ἡγούμενοι, οὓς ἔτι καὶ τὰ τῶν ἀγώνων περιστάζοντας αἵματα ὁ ἀγωνοθέτης Χριστὸς προσελάβετο, θύματα ἄμωμα προσενεχθέντες αὐτῷ καὶ σφάγια ἐθελούσια, ἐφ' οἷς ὁ κοινὸς ἡττηθεὶς δυσμενὴς πτῶμα πέπτωκε τοῖς ὁρῶσιν ἐξαίσιον. Τούτῳ συμπλακεὶς καὶ ὁ μέγας ἀθλητὴς καὶ στεφανίτης Καλλίνικος, οὗ τοὺς ἄθλους καὶ τὰ παB λαίσματα ὁ νῦν λόγος διέξεισιν, ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοῦ τῶν φοβερῶν κατεγέλασεν, ὡς οἷα παῖδα νήπιον ἐκ πρώτης εὐθὺς πάλης καταβαλεῖν καὶ εἰς γῆν καταῤῥάξασθαι. Ἀλλὰ πάντα μὲν τὰ τοῦ γενναίου λέγειν τε ἀνὰ μέρος καὶ διηγεῖσθαι, οὔτε λόγος ἐστὶν ὁ πᾶσιν ἐναργῶς ἐπιέναι δυνάμενος, οὔτ' ἐν πολλῶν ἀκοαῖς τὰ τούτῳ ἐνηχήθη πεπραγμένα, ὡς ἂν καὶ πᾶσι πάντα γένοιτο ἔκφορα. Ὀλίγα δέ τινα καὶ ὅσα τὴν μνήμην τῶν ἀκουσάντων οὐ διαπέφευγεν (ἐπεὶ καὶ παρῆσάν τινες ἀγωνιζομένῳ τῷ μάρτυρι, ἕνια τῶν γινομένων θεώμενοι) διὰ τοῦ παρόντος λόγου ὑπομνήματι στήσεται. Οὕτω γὰρ τόν τε ἡμέτερον πόθον ἀφοσιωσόμεθα, καὶ τῷ ἀθλητῇ βραχὺν τὸν τοῦ μαρτυρίου εἰσοίσομεν ἔπαινον.

Β'. Οὗτος τοίνυν ὁ θεῖος καὶ μέγας Καλλίνικος ἐν τῇ Κιλίκων καὶ φὺς καὶ τραφείς, χώρας εὐφόρου καὶ τὰ πάντα χρηστῆς, ἀγωγῆς ἔλαχεν ἀστείας καὶ ὑπερφυοῦς, θεὸν μὲν τὸν πάντων Σωτῆρα καὶ ποιητὴν ἐκ πρώτης ἅμα τριχὸς ὁμολογῶν καὶ τιμῶν, εἴδωλα δὲ τὰ ἀναίσθητα καὶ κωφὰ βδελυττόμενος καὶ μισῶν, ὃς καὶ τὴν εὐσέβειαν ὑποσπείρειν βουλόμενος πανταχοῦ, ὁδοιπορίαις ἐκέχρητο συχναῖς καὶ μακραῖς, βίον μὲν ἐπάξιον ἀσκούμενος τοῦ σεβάσματος, τὴν δέ γε πολιτείαν ἐπικοσμῶν τῷ σεβάσματι · τὴν γὰρ εἰς Χριστὸν πίστιν οὐκ ἐγκόλπιον μόνον φέρειν, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ κηρύττειν ἡγούμενος εὐσεβές, πολλοῖς τῆς ἀληθείας διδάσκαλος ἐγνωρίζετο, οὓς δὴ καὶ ὡς εἴ τις μαγνῆτις εἵλκέ τε πρὸς ἑαυτὸν καὶ τῆς πλάνης ἀπέστρεφε. Τούτου γὰρ τῆς ἡδίστης τῶν λόγων ἠχοῦς οἷα Σειρῆνος ἀψευδοῦς ἁλόντες, οἱ ἀκροώμενοι πρὸς τὴν τῆς πίστεως εὐθὺς ἐζωγροῦντο D ἐπίγνωσιν, καλὸν αὐτῷ γενόμενοι θήραμα.

Γ'. Ὡς δὲ πολλὰς κώμας καὶ πόλεις περιὼν καὶ τὴν ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας κατείληφε πόλιν οὕτω μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον (ἦν δὲ τὸν θεῖον λόγον ὑφαπλῶν κἀν ταύτῃ καὶ διαμένων) πολλοί τε τῶν ἐκεῖσε τῶν αὐτοῦ διδασκαλιῶν μετειλήφεσαν, φθόνος ἀνήφθη πρός τινων καὶ μίσος ἀλόγιστον κατ' αὐτοῦ. Οἱ γὰρ ἀπειροκάλως τῶν θείων ἐχοντες παραινέσεων καὶ ἀπεστραμμένοι μὲν τὴν ἀλήθειαν, ὡς γῇ δὲ πετρώδης τὸν τοῦ λόγου σπόρον μὴ δεχόμενοι, ἐνδιαβάλλουσι τὸν τῆς πίστεως κήρυκα τῷ τηνικαῦτα τῆς πόλεως προστατεύοντι, ἀνδρὶ πλήρει μὲν ἀσεβείας ὄντι, πλήρει δὲ θυμοῦ καὶ ὠμότητος.

Σακερδὼς τούτῳ ὄνομα, ᾧ καὶ θᾶττον ὁ ἀθλητὴς προσαχθεὶς, εἰς ὄψιν τε αὐτῷ παραστάς· Τί, φησὶν ὁ θρασὺς ἄρχων καὶ ἀλαζὼν πρὸς τὸν ἅγιον, κατὰ τοσούτου κράτους μόνος τῶν ἄλλων τολμᾷς αὐθαδάζεσθαι, καὶ ταῦτα ἔπηλυς ὢν καὶ οὐχ ἡμεδαπὸς, πάντων ὑποκυπτόντων καὶ θύσιας τοῖς θεοῖς προσαγόντων καὶ αὐτοὺς εὐμενεῖς ἔχειν σπευδόντων, δι' ὧν ἡμῖν πάντα δωρεῖται τὰ κάλλιστα ; Ἀλλὰ σύ γε οὐ μόνον οὐ προσέρχῃ θύσων αὐτοῖς καὶ ἐξιλεωσόμενος, ἀλλὰ καὶ τοὺς προσιέναι βουλομένους ἀφιστᾷς καὶ λόγοις φενακίζῃ ἐπαγωγοῖς, μήτε σώματος μεγέθει θαῤῥῶν, μήτε περιβολῇ ἀξιώματος. Πρὸς ὃν ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ πράως οὕτω καὶ προσηνῶς ἀπεκρίνατο.

ira et crudelitate. Ei autem erat nomen Sacerdos Ad quem cum productus esset athleta, et venisset in ejus conspectum : Quid, inquit audax et arrogans præses sancto, adversus tantam potentiam audes solus ex aliis te insolenter gerere, idque cum sis advena, et non nostras, omnibus se submittentibus, et diis sacrificia offerentibus, et eos studentibus habere benevolos ac propitios, per quos nobis donantur, quæcunque sunt optima et pulcherrima ? Sed tu quidem non solum non accedis diis sacrificaturus, et eos placaturus : sed eos etiam ab instituto dimovens, qui volunt accedere, verbis ad inducendum accommodatis decipis, neque corporis fretus magnitudine, neque auctoritate ulla aut dignitate. Cui martyr Christi sic mansuete res spondit et placide :

Δ'. Ἐγὼ μὲν ἄνθρωπος εἶναι ὁμολογῶ εὐτελὴς τὸ φαινόμενον καὶ μικρός· περιφέρω δὲ ἐν τῷ ὀστρακίνῳ μου τούτῳ σκεύει τὸν ἐμὸν πολύτιμον ὀν καίθησαυρ μαργαρίτην Χριστὸν, τὸν Κύριόν μου καὶ Σωτῆρα Ἰησοῦν, οὗ δοῦλός εἰμι, ᾧπερ ῥίφην ἀπὸ γαστρὸς, ὃς πλοῦτος ἐμοὶ καὶ καύχημα καὶ ἰσχὺς δι' ὧν ἥδιστα ἐμοὶ καὶ τερπνὰ τὰ τοῦ βίου ἅπαντα ἀλγεινά. Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, ὦ ἡγεμὼν, εἰ τοιούτου Δεσπότου ὤν, σπεύδω καὶ ἀγωνίζομαι, ὅπως τε αὐτὸς τοῦ ἰοῦ τῆς κακίας ἐμαυτὸν ἀποξέσαιμι, καθ' ὅσον οἱόντε συντηρήσας ἀλώβητον, καὶ ὅπως τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης τοὺς ἠπατημένους ἐκσπάσαιμι καὶ τῇ ἀληθείᾳ προσάξαιμι. Ὁ γὰρ ἐξάγων ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ (ᾗ φησι τὰ θεόπνευστα λόγια) σώσει μὲν ψυχὴν ἐκ θανάτου καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. Εἴθε οὖν ἐπείθου μοι καὶ αὐτὸς τὴν μὲν παροῦσαν ἀπάτην καταλιπεῖν, τῷ δέ γε τῆς ἀληθείας φωτὶ προσδραμεῖν. Ἔγνως γὰρ ἂν τότε ὡς ἀληθῶς, τί μὲν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Δεσπότης, τί δὲ τὰ παρ' ὑμῶν εἴδωλα καὶ κωφὰ, ἃ ψυχῆς ἀτεχνῶς ὄλεθρος καὶ ἀπώλεια.

IV. Ego quidem me fateor esse hominem specie humilem et pusillum : circumfero autem in hoc meo vase fictili pretiosum meum thesaurum, et margaritam Christum Dominum meum et Salvatorem Jesum, cujus sum servus : cui projectus sum ab utero, qui est mihi divitiæ, gloriatio et virtus, per quæ sunt mihi delectabilia et longe jucundissima quæcunque sunt in vita aspera et molesta. Non est ergo mirum, o præses, si cum talis sit mihi Dominus, contendo et decerto, ut et ipse me a vitii rubigine expoliam, me integrum et sincerum, quoad ejus fieri potest, conservans, utque ab errore idolorum eos, qui sunt decepti, avellam, et adducam ad veritatem. *Qui* enim *abducit peccatorem ab errore viæ suæ* (ut dicunt divinitus inspirata Eloquia) *servabit animam amorte et operiet multitudinem peccatorum* [1]. Atque utinam tu quoque a me persuadereris præsentem quidem relinquere deceptionem, ad veritatis autem lucem accedere. Tunc enim revera cognovisses, quid sit universorum quidem Deus et Dominus : quid autem, quæ sunt apud vos simulacra, quæ revera sunt animæ exitium et interitus.

Ε'. Τούτων ἀκούσασα τῶν λόγων ἡ φαύλη ψυχὴ καὶ μισόκαλος, ἀκατασχέτου λίαν ὑπεπλήσθη θυμοῦ, καὶ τῷ ἁγίῳ βλοσυρὸν ἐνιδὼν καὶ δριμύ· Ἔοικάς μοι, φησὶ, τὸν θάνατον τῆς ἡδίστης ζωῆς προτιμᾷν καὶ διὰ τοῦτο ῥήμασιν ἀπονενοημένοις κέχρησαι κατὰ τῶν θεῶν, συνείρων ἀπνευστὶ τὰ παιδαριώδη ταῦτα καὶ μάταια· ἀλλ' ἴσθι ὡς οὐδέν σε τούτων ὀνήσει οὐδέ τίς σε τῶν ἐμῶν ἐξελεῖται χειρῶν οὐδ' ὃν ἐπαγγέλλῃ Σωτῆρα σὸν καὶ Θεόν. Πάντα γάρ σου διαψηλαφήσω τὰ μέλη, καὶ πᾶν εἴ τι πικρὸν ἐπάξω σοι κολαστήριον, ὡς ἂν αὐτῇ πείρᾳ γνῷς, ὅσον τὸ ἀπειθεῖν τοῖς κρατοῦσι κακὸν, καὶ ὅσαις ὑπεύθυνοι τιμωρίαις οἱ τοὺς θεοὺς μυκτηρίζοντες καὶ τὴν αὐτῶν λατρείαν ἀπαναινόμενοι. Πρὸς ὃν ὁ μάρτυς θαρσαλεώτερον ἀτενίσας· Μὴ μέλλε, εἶπε, μηδ' ἀναδύου, ἀλλ' ἑτοίμαζε ταχέως πάντα σου τὰ τῶν βασανιστηρίων ὄργανα· ἡκέτωσαν αἱ μάστιγες, τὸ ξίφος, τὸ πῦρ, ὁ τροχὸς, καὶ ὅσα σοι ἄλλα πρὸς τιμωρίαν ἐπινενόηται· ἐμοὶ γὰρ ἓν μόνον φοβερὸν καὶ φρίκης ἄξιον, τὸ φοβηθῆ-

V. Hæc cum mala audisset anima, et quæ, quæ sunt honesta, habet odio, ea quæ contineri non poterat ira fuit repleta, et sanctum torve intuens : Mihi, inquit, videris mortem vitæ præferre jucundissimæ, et ideo adversus deos verbis usus es insolentibus, et amentiam tuam significantibus, hæc pueriliaet inania contexens, et vano spiritu proferens : sed scias futurum, ut nihil horum tibi prosit, neque te : aliquis ex meis manibus eripiat, ne is quidem, quem tu profiteris Deum et Salvatorem. Omnia enim tua membra contrectabo, et quodcunque est acerbum, tibi inferam supplicium : ut ipsa scias experientia, quantum sit malum non parere iis qui dominatum obtinent, et quam multis sint pœnis obnoxii ii qui deos subsannant, et eorum cultum repudiant. Quem martyr audacius fixis intuens oculis : Noli, inquit, differre, nec protrahere : sed cito para omnia tormentorum instrumenta. Venina flagella, ensis, ignis, rotæ, et quæcunque alia excogiatat fuerunt

[1] Jac. v, 20.

ad supplicia. Est enim mihi unum solum terribile et formidandum, ne quid timeatur plusquam Deus, et ab ea quæ illic est, separer beatitudine. Alia autem omnia, quæ meo corpori intuleris, voluptatem mihi potius reputabo, quam cruciatum, propter meum in Deum amorem.

A ναί τι πρὸ Θεοῦ καὶ τῆς ἐκεῖθεν χωρισθῆναι μακαριότητος. Τὰ δ' ἄλλα πάντα, ὅσα ἂν τῷ ἐμῷ ἐπάξαις σώματι, ἡδονή μοι μᾶλλον ἢ τιμωρία διὰ τὸν πρὸς Θεὸν λελόγισται ἔρωτα.

VI. Tunc præses cum desperasset fore ut mutaretur, jubet ei totum corpus cædi nervis crudelissimis. Qui cum cæderetur, clamabat præco : Agnosce deos, Callinice, et eos invoca, ut te ab hoc tormento eximant. Ille autem tam leniter plagas accipiebat, ut ne videretur quidem omnino pati : tantum abest, ut concideret, aut flecteretur, ad Deum solum totam mentem dirigens, et ei constanter agens gratias, pro quo hæc pati delegerat. Et quo magis videbat corpus sanguine diffluere, eo B magis subsannabat eos qui verberabant, quod non plures et vehementiores ei plagas inferrent. Sunt eæ enim, inquit, longe minores et imbecilliores, quam ego exspectavi, et quam sim tolerare paratus. Propter quæ majori furore percitus Sacerdos, jubet eum pendere a ligno, et ferreis laniari ungulis. Quem cum etiam circumstetissent lictores agrestes et crudeles, scrutati sunt totam compagem corporis, nulli corporis parti parcentes. Dixisses eum habere naturam lapidis, aut aliquam aliam eorum, quæ sunt dura et repugnantia, cum vidisses eum nulla affici molestia, nec ullo frangi dolore. Sic eum mutavit ejus amor in Christum, ut ejus, quam habebat, oblivisceretur naturæ. Tantum enim abfuit, ut summo tormento succumberet, ut, voce libera irrideret et ludificaretur tyrannum. Qua de causa videbatur hic quidem inexpugnabilis, ille autem pudore affectus, et sola quadam inani se exsultatione jactitans.

Ϛ'. Τότε ὁ ἡγεμὼν τὴν μεταβολὴν ἀπελπίσας προστάσσει νεύροις ὠμοτάτοις κατὰ παντὸς τοῦ σώματος τύπτεσθαι, ᾧ καὶ τυπτομένῳ ἐπεβόα ὁ κήρυξ· Ἐπίγνωθι, Καλλίνικε, τοὺς θεοὺς καὶ αὐτοὺς ἐπικάλεσαι, ὅπως σε ταύτης τῆς βασάνου ἐξέλωνται. Ὁ δὲ οὕτως ἀτρέμας ἐδέχετο τὰς πληγάς. ὡς μηδὲ πάσχειν ὅλως δοκεῖν, πολλοῦ γε δεῖ καταπίπτειν ἢ ἐπικάμπτεσθαι, Θεῷ μόνῳ τὴν ὅλην τείνων διάνοιαν καὶ αὐτῷ ἐπιμόνως εὐχαριστῶν, ἀνθ' οὗ ταῦτα παθεῖν εἵλετο, καὶ B ὅσῳ μᾶλλον ἑώρα τοῖς αἵμασι τὸ σῶμα κατάῤῥυτον, τοσούτῳ τοὺς τύπτοντας ἐμυκτήριζεν, ὅτι μὴ πλείους αὐτῷ καὶ σφοδροτέρας τὰς πληγὰς ἐπιφέροιντο. Ἐλάττους γὰρ αὐταί, φησί, καὶ ἀδρανεῖς κατὰ πολὺ ὧν προσεδόκησα καὶ πρὸς ἃ παρεσκεύασμαι. Ἐφ' ᾧ καὶ πλέον ὁ Σακερδὼς ἐκμανείς, ἀναρτᾶσθαι αὐτὸν ἐπὶ ξύλου κελεύει καὶ σιδηροῖς τοῖς ὄνυξι ξαίνεσθαι, ὃν καὶ δήμιοι περιστάντες ἄγριοι καὶ ὠμοὶ τὴν ὅλην ἁρμονίαν τοῦ σώματος διηρεύνησαν, μηδενὸς τῶν τῆς σαρκὸς μορίων φεισάμενοι. Εἶπες ἂν αὐτὸν λίθου φύσιν ἢ τινα ἄλλην ἔχειν τῶν ἀντιτύπων τε καὶ στερρῶν τὸ ἀνάλγητον αὐτοῦ τεθεαμένος καὶ ἀτέραμνον, οὕτως αὐτὸν ὁ πρὸς Χριστὸν ἔρως ἠλλοίωσεν, ὡς καὶ αὐτῆς ἐπιλαθέσθαι ἧς εἴληχε φύσεως. Τοσοῦτον γὰρ ἀπεῖχε τῇ ὑπερβαλλούσῃ ταύτῃ ὑποκατακλίνεσθαι βασάνῳ, ὡς καὶ πεπαῤῥησιασμένῃ ἤδη φωνῇ ἐπιτωθάζειν τὸν τύραννον καὶ αὐτῷ ἐπιγελᾶν· ἐφ' ὧν οὗτος μὲν ὡρᾶτο ἀκαταγώνιστος, ἐκεῖνος δ' ἠσχυμμένος καὶ μόνῳ τῷ διακένῳ φρυάγματι βρενθυόμενος.

VII. Cum autem omnino desperasset stolidus, ad hoc ultimum conversus est supplicium, quod solus, vel cum admodum paucis excogitavit et invenit : quod quidem erat signum ejus furiosæ et amentis animæ. Nam cum crepidas clavis acutis confixisset, jubet alligari pedibus martyris, et imperat iis qui eum abducebant, lictoribus, ut tractus iniret viam Gangram usque. Ut autem majores et acriores ei afferrentur dolores ex perforatione clavorum, cum alios lictores collocasset in D equis pernicissimis, cogebat ante eos currere athletam clavis confixum. Omnino vel ad solum spectaculum fractus esset omnis animus, ne apertis quidem oculis hæc ferens aspicere. Sed non ille immanis, et corde plane lapideo, aut natura est ullo modo commotus, aut dolorem reputavit insuperabilem : sed tanquam iis quæ gerebantur, insultans, præsidebat superbus, impiam suam animam implens talibus spectaculis. Qui etiam jussit lictoribus, ut simul atque dictam accensent civitatem, vehementissimam fornacem accenderent, et sanctum in eam injicerent : ut etiam qui illic sunt, aiebat, viderent ejus inobedientiam

Ζ'. Ὡς δὲ τοῖς ὅλοις ἀπεγνώκει ὁ μάταιος, ἐπὶ τὴν ἐσχάτην ταύτην τιμωρίαν ἐτράπετο, ᾗ μόνος ἢ κομιδῇ σὺν ὀλίγοις καὶ διενοήσατο καὶ ἐξεῦρε σύμβολον οὖσαν τῆς ἐμπλήκτου αὐτοῦ καὶ παραφόρου ψυχῆς. Κρηπῖδας γὰρ ἥλοις ὀξέσι διαπερνήσας ὑποδεσθῆναι προστάσσει τὸν μάρτυρα καὶ τοῦτον συρόμενον τὴν μέχρι Γαγγρῶν βαδίζειν ὁδὸν τοῖς ἐπάγουσιν αὐτὸν δημίοις παρήγγειλεν· Ἵνα ἂν δὲ μείζους αὐτῷ ὀδύναι καὶ δριμύτεραι ἐκ τῶν τῆς ἥλων γένοιτο διατρήσεως, ἑτέρους δημίους ἵπποις ἐπιβιβάσας ὠκυτάτοις καὶ ταχινοῖς, θέειν ἔμπροσθεν αὐτῶν τὸν τοῖς ἥλοις διαπεπαρμένον ἀθλητὴν κατηνάγκαζε. Πάντως καὶ πρὸς μόνην τὴν θέαν ἐκλάσθη ἂν πᾶσα ψυχὴ μηδ' ἀνεῳγόσιν ὀφθαλμοῖς τοιαῦτα γέρουσα καθορᾶν· ἀλλ' οὐχ ὁ λιθοκάρδιος καὶ ἀπηνὴς ἢ τι πρὸς τὴν φύσιν ἔπαθεν ἢ τὸ τῆς ὀδύνης ἐλογίσατο ἀνυπέρβλητον, ἀλλ' ὡσανεὶ τοῖς δρωμένοις ἐπεντρυφῶν, προυκάθητο σοβαρός, τὴν ἀνοσιουργὸν αὐτοῦ ψυχὴν τοιούτων θεαμάτων κατεμπιπλῶν· ὃς γε καὶ τοῖς δημίοις παρεκελεύσατο ἅμα τῷ ἐπιβῆναι τῆς εἰρημένης πόλεως, κάμινον σφοδροτάτην ἐκκαῦσαι καὶ ταύτῃ τὸν ἅγιον ἐμβαλεῖν, ὡς ἂν καὶ οἱ ἐκεῖ, φησί, τὸ ἀπειθὲς αὐτοῦ θεάσοιντο καὶ ἀπόσκληρον, ἐπεὶ κἀν ταύτῃ τῇ πόλει

πολλοὺς, ὡς ἀνέγνωμεν, τῆς τῶν θεῶν λατρείας ἀπέστησεν.

Η'. Ὁ οὖν μεγίστου Χριστοῦ ἀθλητὴς τὴν κατάκοπον ταύτην ἀγόμενος ὁδὸν, εἶχε τὴν ἄνωθεν χάριν ἐπιῤῥωννύουσαν αὐτὸν καὶ ὑποστηρίζουσαν, ᾧ καὶ θᾶττον ὁ δρόμος ἠνύετο καὶ τῆς τῶν ἵππων ταχυτῆτος ὀξύτερον. Οἷα γὰρ κοῦφος καὶ εὔδρομος μετὰ τῶν σιδηροδέτων ἐκείνων κρηπίδων διέθεεν, ὑποψάλλων ἐκεῖνα τὰ τοῦ Δαβίδ· Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχεν μοι. Καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου, καὶ τό· Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω; Ὡς δὲ μίλια ἑξήκοντα τρέχων διήνυσε καὶ τινα τόπον Ματρίκα οὕτω λεγόμενον κατείληφε, θαυματουργεῖ τι ἐν ἐκείνῳ παράδοξον καὶ ἐξαίσιον. Τῶν γὰρ ἀπαγόντων αὐτὸν δημίων δίψει τὰς γλώσσας καταφρυσσομένων καὶ τῇ τε ὑπερβολῇ τοῦ πνίγους (ἦν γὰρ τῶν μηνῶν ὁ Ἰούλιος) τῇ τε ταλαιπωρίᾳ τῆς ὁδοῦ ἐκλείψειν μόνον οὐ μελλόντων καὶ μήτε ὕδατός ποθεν ἐπιφαινομένου, ὅθεν τὸ δίψος ἰάσαιντο καὶ ἑαυτοὺς λειποψυχοῦντας ἐπανακτήσαιντο, μήτ' ἄλλης μηχανῆς εἰς θεραπείαν τοῦ πάθους εὑρισκομένης, πάντων ἀπογνόντες πρὸς μόνον τὸν ἅγιον ἐπεστράφησαν, τοῖς αὐτοῦ ποσὶ προσπίπτοντες καὶ αὐτῷ τοιαῦτα σὺν δάκρυσι λέγοντες· Μὴ μνησθῇς τῶν ἡμετέρων κακῶν, ἅγιε, μηδὲ ἐνθυμηθῇς ὅσα ἐν σοὶ πεπαρῳνήκαμεν, ἀλλὰ τούτων πάντων ἀμνηστίαν λαβὼν, βοήθησον ἡμῖν κινδυνεύουσι καὶ δὸς ὕδωρ διψώσαις ψυχαῖς καὶ τῇ βίᾳ ἐκτετηγμέναις τοῦ καύσωνος· ἀνάλωται γὰρ ἡμῖν ἡ φυσικὴ νοτὶς, ἐξέλιπεν, ὡς ὁρᾷς, ἡ ἰσχὺς, ὁ καύσων ὑπὲρ κεφαλῆς. Πάντα ὁμοῦ συνέσχεν ἡμᾶς τὰ δεινὰ, ἃ σοῦ μόνου ἐστὶ μεταβαλεῖν καὶ ἰάσασθαι.

Θ'. Ταῦτα τῶν δημίων λεπτῷ καὶ ἀτόνῳ λεγόντων τῷ φθέγματι, ἔλεον τούτων λαμβάνει ὁ συμπαθέστατος, καὶ ἑαυτὸν εἰς ἱκεσίαν τρέψας, ἐπεκαλεῖτο τὸν ἀμνησίκακον Θεὸν καὶ ἐδέετο μὴ παριδεῖν τοὺς τοσαύτῃ πιεζομένους ἀνάγκῃ, ἀλλ' οἰκτειρῆσαι καὶ ὕδωρ πιεῖν παρασχεῖν, ὥσπερ πάλαι τὸν ἐν ἐρήμῳ λαὸν, καὶ τῇ δίψῃ κεκαυμένους παραμυθήσασθαι· καὶ, ὢ τοῦ θαύματος! ἅμα τῇ ἐπικλήσει τοῦ ἁγίου καὶ προσευχῇ, ὕδωρ ἀπό τινος πέτρας ῥυὲν καὶ τοῦτο ἀφθόνως βλύσαν, ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς, τῶν τε δημίων τὰ καταφρυγέντα ἀνέψυξε στόματα τοῦ καινοῦ ἐκείνου καὶ ποτίμου νάματος ἐμπλησθέντα, καὶ τοῖς ἐξῆς πᾶσι πλήσμιον ἐτηρήθη τὸ πόμα καὶ ἀέναον. Οὐ γὰρ ἐπέλιπεν ἐκ τότε ῥέον καὶ μηδέποτε δαπανώμενον. Τοιαύτη τοῦ μάρτυρος ἡ πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησία καὶ δύναμις· οὕτω τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν δοξάζει ὁ Κύριος. Ὁ γὰρ ἀνατέλλων τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους καὶ τρέφων ἅπαντας τῇ τροφῇ πονηροὺς τε καὶ ἀγαθοὺς, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ ἐν τοῖς ἀνδράσι τούτοις καίπερ οὖσι τὸν τρόπον

atque contumaciam: quoniam in ea quoque civitate multos, ut accepimus, abduxit a cultu deorum.

VIII. Ille ergo magnus Christi athleta per hanc viam ductus laboriosam, habebat supernam gratiam eum confirmantem et sustentantem: a quo etiam perficiebatur cursus celerius, quam ab illis equis, quamtumvis pernicibus. Nam perinde levis, ac si fuisset ad cursum expeditus, cum illis ferro alligatis percurrebat crepidis, psallens illa Davidis: *Exspectans exspectavi Dominum, et attendit mihi. Et eduxit me de lacu miseriæ, et de luto fœcis. Et statuit supra petram pedes meos, et direxit gressus meos*[2]. Et illud: *Dominus illuminatio mea et Salvator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo*[3]? Postquam autem currens peregit sexaginta stadia, et pervenit ad quemdam locum, qui dicebatur Matrica, facit in eo quoddam insigne miraculum. Nam cum lictoribus, qui eum abducebant, linguæ siti torrerentur et æstu immodico (erat enim mensis Julius), et propter viæ molestiam propemodum deficerent, et nec aqua alicunde appareret, qua sitim sedarent et se exanimatos recrearent, et nec alia inveniretur ratio, qua malo afferrent remedium, omni spe abjecta, ad solum sanctum conversi sunt, ad ejus pedes provoluti, et hæc ei dicentes cum lacrymis: Ne recorderis nostrorum malorum, o sancte, nec veniant in mentem nostræ in te contumeliæ. Sed eorum omnium oblitus, fer nobis opem periclitantibus, et da aquam sitientibus animabus, et quæ sunt vi æstus liquefactæ: consumptus enim est nobis humor naturalis. Defecit, ut vides, virtus, æstus imminet capiti. Nos omnia simul opprimunt mala, quæ tuum est solius mutare et curare.

IX. Hæc dicentibus lictoribus tenui et imbecilla voce, eorum movetur misericordia vir maxime misericors: et cum se convertisset ad preces, invocavit Deum, qui injuriarum et malorum oblivisciturne eos despiciatur tanta oppressos necessitate: sed misereatur, et aquam eis bibendam præbeat sicut olim populo, qui erat in solitudine, et eos consoletur qui sunt adusti siti. Simul autem cum sancti invocatione et precibus (o miraculum!) aqua ex quadam petra effluens, et tanquam ex fonte copiose scaturiens, et lictorum torrida ora refrigeravit, repleta illo novo et copioso fluento, quod posteris est conservatum plenum et perenne. Non enim defecit fluens ab eo tempore et nunquam est consumptum. Talis fuit martyris ad Deum fiducia et virtus. Ita eos, qui glorificant ipsum, Deus glorificat. Qui enim solem suum oriri facit super justos et injustos, et nutrit omnes tam malos, quam bonos[4], quid mirum, si his etiam viris, licet sint moribus sævi, et cædes spirantes, abunde

[2] Psal. XXXIX, 2, 3. [3] Psal. XXVI, 1. [4] Matth. V, 45.

suppeditarit suam misericordiam? Qui cum etiam, ut diximus, abunde bibissent ex illa aqua quæ affluxerat, et suos recreassent et erexissent animos, perrexerunt iter facere, sequente eos quoque martyre. Quod cum totis septuaginta stadiis confecissent, Gangram pervenerunt, sicut eis imperatum fuerat.

X. Cæterum lictores non lubentes quidem (habebant enim ante oculos martyris beneficium), sed victi metu eorum, qui obtinebant dominatum (habebant enim animos molles et flexibiles et hiantes ad ea sola quæ videbantur), festinarunt facere id, quod jussi fuerant, eos maxime incitante martyre ut abiret celerius ad eum quem cupiebat. Quocirca cum fornacem succendissent, et sanctum prope statuissent, jam lætantem et exsultantem in eam injecerunt. Qui cum etiam ultimis verbis Deum laudasset, et in certaminis consummatione egisset gratias, in manus Domini tradidit spiritum, et ad eam quæ illic est, transiit beatitudinem, vicesimo nono mensis Julii. Sed tu quidem, o beate, martyrum decus et ornamentum, sic e vita egressus, et præmiorum stigmatibus decoratus, nunc purus sedes cum Christo sponso purissimo, in hoc te oblectans et exhilarans, et corona gloriæ ab eo coronatus. Memento autem nostri quoque deinceps, qui te colimus, et hoc sacrum tuum festum celebramus: et da nobis, ut æquabiliter et sine ulla offensione transigamus vitæ asperitatem: ut cum non obruti enataverimus ex hoc mari tentationum, in portum quietis appellamus, ipsum habentes gubernatorem tuis intercessionibus Dominum nostrum et Salvatorem Christum: quem decet omnis honor et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

φονικοῖς, τὸν αὐτοῦ ἐπεδαψιλεύσατο ἔλεον; Οἱ καὶ ἀφθόνως ἐκ τοῦ καταῤῥεύσαντος ἐκείνου ὕδατος πεπωκότες, ὡς ἔφαμεν, καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἀναζωπυρήσαντες, εἶχοντο τῆς ὁδοῦ, ἑπομένου αὐτοῖς καὶ τοῦ μάρτυρος, ἣν καὶ ἑβδομήκοντα ὅλοις σταδίοις συμπεράναντες τὴν Γάγγραν ἤδη κατέλαβον, καθὰ τούτοις προσέτακτο.

Ι'. Ἀλλ' οἱ δήμιοι εὐλαβούμενοι (εἶχον γὰρ ἤδη πρὸ ὀμμάτων τὴν εὐεργεσίαν τοῦ μάρτυρος), φόβου δὲ ὅμως τοῦ παρὰ τῶν κρατούντων ἡττώμενοι (ἄλλως τε καὶ ψυχὰς ἔχοντες ἐκλύτους καὶ μαλακὰς καὶ πρὸς μόνα κεχηνυίας τὰ ὁρώμενα) τὸν κελευσθὲν ποιῆσαι ἠπείγοντο, μάλιστα καὶ τοῦ μάρτυρος παρορμῶντος αὐτοὺς ὡς ἂν θᾶττον ἀπίῃ πρὸς τὸν ποθούμενον. Ὅθεν καὶ κάμινον ὑπανάψαντες καὶ πλησίον τὸν ἅγιον περιστήσαντες, χαίροντα ἤδη καὶ ἀγαλλιώμενον, ταύτῃ ἐνέβαλλον, ὃς καὶ ῥήμασι τελευταίοις τὸν Θεὸν ὑμνήσας, καὶ αὐτῷ ἐπὶ τῇ τοῦ ἀγῶνος τελειώσει εὐχαριστήσας ταῖς τοῦ Δεσπότου χερσὶ τὸ πνεῦμα παρέδωκε καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν ἀπέβη μακαριότητα, εἰκάδα ἐνάτην τοῦ Ἰουλίου ἄγοντες. Ἀλλὰ σὺ μέν, ὦ μαρτύρων ἐντρύφημα καὶ καλλώπισμα, οὕτω καὶ βιοὺς καὶ μεταστὰς καὶ τοῖς στίγμασι τῶν ἄθλων ὡραϊσθείς, νυν καθαρὸς τῷ καθαρωτάτῳ νυμφίῳ παρίστασαι Χριστῷ, ἐνηδόμενος τούτῳ καὶ ἐπευφραινόμενος καὶ τῷ τῆς δόξης στεφάνῳ παρ' αὐτοῦ ταινιούμενος, μέμνησο δὲ καὶ ἡμῶν λοιπὸν τῶν τιμώντων σε καὶ τὴν ἱεράν σου ταύτην ἑορταζόντων πανήγυριν, καὶ δίδου ἡμῖν ὁμαλῶς καὶ ἀπροσκόπως τὴν τοῦ βίου διανῦσαι τραχύτητα, ὡς ἂν ἄκλυστοι τὴν τῶν πειρασμῶν διανηξάμενοι θάλασσαν τοῖς τῆς ἀναπαύσεως λιμέσι καθορμισθείημεν, αὐτὸν ἔχοντες κυβερνήτην διὰ τῶν σῶν πρεσβειῶν τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα Χριστόν, ᾧ πρέπει πᾶσα τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VITA

SANCTI ET JUSTI EUDOCIMI.

(Apud Surium ad diem 29 Julli. Græcum textum non invenimus.)

I. Eudocimi, qui convenienter suo nomini ex Deo laudem est assecutus, vitam bonum est exponere. Hinc enim simul voluptas et utilitas non redit solum ad expositores, sed multo magis ad auditores; non solum quod se ostenderit vehementem amatorem virtutis, et quod est honestum, statim elegerit ab ineunte ætate; cum multis enim aliis fuit hic vitæ zelus ei communis: sed quod in illo præcipuum et pene singulare, vel omni, vel magna ex parte excelluit, ejus in mundo fuit supra mundum vita: et quod cum viveret in medio tumultuum, et harum rerum instabilium, quæ omnibus tempestatibus sordibusque plenæ sunt, puram et tranquillam, et minime inquinatam suam conservaverit animam: et ostenderit esse timidi et pusilli animi, mundi fugam persequi, et adjutrice uti solitudine, perinde ac si quis in maris tranquillitate navigans, et absque ullis fluctibus ventisque vehementibus, velit vocari peritus navigationis, et intelligens eorum quæ ad mare pertinent. Quoniam ergo illius vita est exemplar sufficiens, cum omnibus, ut semel dicam, qui virtutis studium sibi vendicant, ut iis qui in mundo vivunt, et mundo (ut cum divino Paulo dicam) uti solum

[1] I Cor. vii.

non abuti eligunt, dicantur res illius, et virorum bonorum animis apponatur mensa divina, et opsonia, quæ nunquam consumuntur.

II. Sanctus ergo Eudocimus genus quidem duxit ex Cappadocibus, piorum parentum pia soboles. Quorum alter quidem Basilius, Eudocia autem nomine, quæ genuerat, erant genere insignes, opibus abundantes, illustresque auctoritate. Patriciorum enim dignitate clarus erat Basilius. Cum tam præclaros autem generis fontes haberet filius, non tam visus est nobilis ex parentibus, neque tantam ex eis accepit gloriam, quantam ipse præclaris suis factis ex se nobilitatam suis attulit parentibus. Nam filios quidem, qui ex claris orti sunt parentibus, permultos invenies : parentes autem talium filiorum, qui in medio mundo vitam nulli reprehensioni affinem transegerunt, admodum paucos. Ille ergo doctrinæ et disciplinis jussus attendere, magnum in his posuit studium, non verberibus, non terroribus, non aliquo alio indigens ex iis quæ possunt puerilem ad res honestas excitare socordiam : sed ipse erat sibi stimulus ex propensione et animi alacritate ad ea quæ bona sunt. Multo autem magis invigilabat lectioni divinorum eloquiorum, et assidue in eis versabatur, adeo ut ipse quoque caneret cum divino Davide : *Exsultabo ego super eloquia tua, ut qui invenit spolia multa* [2]. Et : *Quam dilexi legem tuam, Domine : tota die meditatio mea est* [3]. Propterea ei reputatum est supra millia auri et argenti[4], juxta divinum Prophetam, dico Davidem. Et Dei eloquia dulcia gutturi ejus fuerunt, et supra mel ori ejus [5].

III. Vacabat autem divinis templis et assidue ad ea veniebat. Et cum ejus æquales et familiares dediti essent venationibus, et equorum cursibus, et aliis adolescentum studiis, ille ea ægre ferebat, et ab eis minime movebatur, et nulli cedebat ex iis quæ juvenilibus blandiuntur cupiditatibus. Jucunde vero et libenter versabatur Eudocimus, aut in domo orationis, aut in lectione divinorum Eloquiorum, per quæ studebat seipsum reddere templum Deo dignum ut qui nihil ostenderet injucundum, nihil turpe ex deformitate animi perturbationum, et in eas collato studio. Non res adversæ, non secundæ, non aliquid ex iis quæ animum possunt aut efferre, aut deprimere, fuit satis validum ad eum a suo instituto dimovendum : sed dexteris et sinistris armis (ut dicit Paulus [6]) dextere utebatur, et ea materiam faciebat philosophiæ. Quin etiam cum viam sæpe ingrederetur, tam quæ ferebat ad regiam, quam quæ in ullum alium locum mentem simul et linguam habebat intentam operi : hanc quidem canentem Psalmos Davidis, illam autem attendentem, et quæ dicebantur intelligentem, et jubenti ipsi Davidi parentem. Non enim id ei, quod multis, usuveniebat, qui psallunt quidem, sed non intelligunt : quique cum iis A quæ dicunt, ipsi prius pugnant, et re ipsa aperte contradicunt, cum procul ab iis quæ dicuntur, aberret eorum animus. Temperantiam autem, quæ vere publica est, et pulchritudine alias excellit virtutes, sic amavit, et ab ea ita aperte est superatus, ut eam in vita sociam, et quæ secum habitaret, delegerit, et audacter cum Job diceret non hoc solum : *Oculum meum non est cor consecutum* [7], sed etiam, quod illo est majus, pactum fecisse cum oculis, nullo modo intellexisse super virginem [8] : et usque adeo vitaverit cum muliere colloqui, ut soli matri non esset prohibitum ad eum accedere, quam in magna habebat veneratione : ut qui non solum maternis, sed virtutis etiam cederet legibus. Præterea autem nulli licebat mulieri cum eo omnino B loqui, aut ad eum adire.

IV. Cum temperantia vero conjunxit etiam eleemosynam, cum pulcherrima eam quæ est maxime hilaris : adeo ut illius quidem lumine illustraretur facies, hujus autem oleo cor pinguefieret, esset-que et mundus et misericors : adeo ut altitudo, quæ procedit ex puritate, ad proximum (ut par est) ex consensu se inclinans, in tuto esset. Tam splendide autem attendebat eleemosynæ, et eam ita amplectebatur, ut non solum superfluis, sed etiam necessariis se pie gereret : et non parce seminaret, sed in benedictionibus : et non solum pecuniis, sed etiam carnibus, si ex iis pauperibus dari posset auxilium minime parceret, idque admodum hilari, promptoque et alacri animo, motus dilectione in C Deum et proximum. Fructus enim charitatis, est in fratrem misericordia, adeo ut ipse promptior esset ad dandum, quam ille ad accipiendum, qui opus habebat misericordia : et cum dedisset, ipse magis lætaretur, et plus se juvari crederet, quam is, qui acceperat, quomodo res vere habebat. Majores enim sunt divinæ gratiæ, quam humanæ, quas ipse larga manu emebat largius illinc scaturientes. Et, ut semel dicam, orphanorum erat pater Eudocimus, curator viduarum, indumentum nudorum, panis esurientium, animarum quæ ægritudine gravabantur solatium.

V. Is cum et ab imperatore honores, et quæ est ad tempus, gloriam assequeretur propter virtutem, nihil ex eo lædebatur, ut cujus nec calor animæ tepesceret, neque ad cursum spiritualem fieret D impetus hebetior : sed potius eam quoque Deo ascribens gratiam, hinc sumebat occasionem majoris in ipsum desiderii, et eum colendi promptius et alacrius. Certe cum esset electus, ut præesset parti exercitus Cappadocum, et moraretur circa id, quod vocatur Charsianum, gerebat magnam curam populi, ut qui non solum de eis esset paterne sollicitus, sed eas etiam, quæ erant inter se invicem, ut solent, controversias solveret, nullam in partem propendente trutina justitiæ : et judicans orphanum (ut dicam cum Isaia), [9] et vi-

[2] Psal. cxviii, 162. [3] ibid. 97. [4] ibid. 72. [5] ibid. 103. [6] II Cor. vi, 7. [7] Job. xxxi, 7. [8] ibid. 1. [9] Isa. i, 17.

duam justificans, et omnibus idem apparens per æqualem in omnes benevolentiam. Et quid opus est, ut dicam singula ? Erat virtute perfectus Eudocimus ; erat insignis charitate in Deum, et insignis charitate in proximum. Quamobrem ejus exitium et interitum, proximo, inquam, clanculum detrahere, adeo odio habebat, ut non solum ipse nihil tale faceret, sed etiam si alius vellet facere, minime sustineret non honestis verbis aures præbere : et quod ad se attinet, illas quoque conservaret peccatis superiores.

VI. Illum sic viventem, piumque vitæ institutum excercentem, et recte se gerentem communis in regione aliena finis occupat, cum esset triginta tres annos natus, et necdum quidem canis capillos albefecisset, multorum autem canos superaret prudentia. Male autem habebat Eudocimum, non quod absolute moreretur, ut qui per totam vitam id esset meditatus, et quam cum egisset vitam, quænam sors esset eum consecuta : et alioqui cum esset sapiens, non ignorabat omnino, qualis esset lex inter composita : nempe quod cum accepisset principium, necesse esset finem quoque consequi ; quamobrem non eum conturbabat corporis separatio, sed quod cum matrem non vidisset charissimam, longe esset peregrinatus. Quomodo autem est mortuus ? est enim hoc simul philosophiæ et utilitatis particeps. Ægrotabat quidem vir ille, et morbus eum jam eo deduxerat, ut ultimum ageret spiritum. Ipse vero cum suos accersiisset familiares, primum quidem diligenter mandavit, et eos jurejurando adegit, ut eum mandarent sepulcro, sic Indutum, et nequaquam in ipsum obsérvarent, quæ solent in mortuis. Deinde cum omnes jussisset extra fores egredi, ipse solum inclusus dat se orationi. Oratio autem erat (audita enim fuit a quodam, qui prope fores auscultabat) ut ejus ad Deum excessus esset obscurus, et nulli cognitus, quomodo etiam tota fere ejus vita nulli evasit manifesta. Cum vero alia quoque adjecisset orationi, et egisset gratias, et postremo dixisset : *In manus tuas commendo spiritum meum* [10], vere sanctam emisit animam. Quidam autem ex iis qui sepulturæ ejus inserviebant, magis rustice, quam pie, in hoc mandato exsequendo affecti, non solum cum vestimentis et calceis, quibus erat indutus, sed etiam cum stragulis, in quibus jacebat, in lignea capsa sic impositum, humi condunt eum, qui nihil habebat dignum tenebris, nube omnino solem, aut lignum modio, aut potius, si mavis, in cella penaria pretiosissimum thesaurum, et qui non potest consumi. Sed ille sic quidem fuit conditus : Deus autem non passus est eum latere, sed eum reddit manifestum causa multorum utilitatis. Sic autem facit.

VII. Vir quidam a spiritu vexabatur dæmoniaco, Elias nomine, cum post mortem sancti non multi dies præteriissent. Repente accedit ad sepulcrum, multa quidem dicens, multa autem faciens, quæ solet facere nequitia dæmonum in damnum humanæ naturæ, quæ desuper bello ab eo appetitur. Dæmone quidem moto a sancto, aut a Christi potius virtute, ut eum manifestum faceret et honoraret, movente autem et torquente, et maxima tempestate hominem conturbante, cum tanquam mortuum Eliam humi jecisset, sceleratum illud dæmonium statim abiit, ut quod fuerat homini veluti quædam disciplina, et medicamentum ad expianda peccata iis, quæ Deus novit, judiciis. Atque Elias quidem sic fuit liberatus a dæmone : Deus autem non eousque fecit consistere sui servi gloriam : imo vero cum tanquam tuba valde clamans, in multos esset dispersum miraculum, multitudinem eorum, qui laborabant variis morbis, vocavit ad sepulcrum, sepulcrum, inquam, ex quo admirabiliter multis scaturiebat vita et curatio.

VIII. Ex his vero una mulier, quæ habebat filium, cujus solutæ erant manus, quique eas ferebat non secus atque lapis ac statua, cum ardenter accessisset ad sepulcrum, non longa opus habuit mora, non negotiis, non diebus : sed cum primum venit, ei opem tulit ad liberandum a morbo filium, oleum sumptum ex lucerna beati sepulcri : quo cum illa filii manum unxisset, vidit statim eum totum illæsum, et utentem manibus simul liberis et suo fungentibus officio. Alius autem puer eodem quidem modo affectus, in hoc vero solo differens, quod priori quidem manus, ei autem pedes erant immobiles : is ergo simili fide oblatus, similem quoque consecutus fuit curationem. Nam cum is quoque unctus esset in pedibus oleo lucernæ, protinus exsilit, et fuit causa magnæ gratiarum actionis, quæ offerebatur ipsi sancto, qui curaverat, et Deo, qui præbuerat gratiam curationum.

IX. Rursus autem mulier vexata a dæmone, liberata est a maligno spiritu eam vexante, cum solum accessisset ad sepulcrum, et pulchre didicisset, quemadmodum lux persequitur tenebras, et quam sit terribilis, bonus et gratus servus malo servo et fugitivo, propter eam quæ ei cum Domino intercedit, conjunctionem et familiaritatem. Porro autem alii quoque mulieri, quæ gravi morbo laborabat, fuit mirabilis curatio solutio sepulcri pulvis sumptus cum fide, deinde aqua conspersus, aut ut melius dicam, ejus lacrymis, et impositus parti corporis, quæ male se habebat. Et ideo cum seminasset in lacrymis ferventis in Deum fidei, messuit exsultationem curationis [11]. Non paucis quoque aliis male affectis, qui longe aberant, fide autem non erant longe, hic pulvis ad eos allatus, visus est aptum in omni morbo medicamentum, et quod multis quoque aliis modis erat jucundissimum. Nam cum eo, quod curabat certissime, habebat etiam celeritatem, et cum

[10] Psal. xxx, 6. [11] Psal. cxxv, 5.

celeritate, molestiæ vacuitatem, et cum molestiæ vacuitate, quod nulla erat omnino solvenda merces, et nihil penitus damni accipiebatur. Deficiet me tempus et oratio, defectæque erunt manus scriptionis operi servientes, si voluerimus omnia comprehendere, quæ et prius ille, ubi fuit sepultus, et nunc huc quoque translatus, facit miracula.

X. Quoniam autem translationis meminit oratio, de ea quoque tractandum est, quemadmodum facta sit et quænam fuerit causa, quod illius corpus sepultum in finibus Charsiani, sit in hanc regiam translatum civitatem. Magna et velox ejus miraculorum fama in omnes partes pervadebat, et implebat aures omnium : et natura quidem sic habebat, nunc autem velocior quoque facta est propter rei novitatem. Ubi enim speraverit quispiam, hominem in mundo viventem, et qui populi susceperat administrationem, et qui singulis horis tantis agitabatur fluctibus, posse per se quiescere, et interiorem hominem habere nulla vexatum molestia, illæsosque et manifestos in se conservare typos Dei memoriæ, et ejus metu cor custodire mundum ab omnibus sordibus ? Nam pietatem quidem exercere, et amplecti honestatem, virtutisque aliquantisper et Dei meminisse mandatorum, in multis fortasse invenies ex iis etiam, qui in mundo vivunt. Non enim eos omnino virtute nudabimus, et tanquam propriam possessionem eis solis tribuemus, qui sunt a mundo separati. Sed ad tantam impatibilitatis et virtutis esse evectum altitudinem, ut consequatur quis gratiam et splendorem miraculorum, id eorum solum dixeris, qui mundo et mundanis omnibus multam salutem dixerunt, et solitudines magis quam civitates, et deserta, et longe esse remotum ab amicis propter Christum sunt amplexi, eorumque paucorum : siquidem paucorum novimus eam quæ est pro viribus, perfectionem.

XI. Cum sic ergo fama ejus mortis et miraculorum esset dispersa, ejus parentes (eis enim adhuc viventibus est mortuus) et maxime mater, quæ maximo et germanissimo amore, ut filios solent matres, eum prosequebatur, magnum ignem habebant in visceribus, simul quidem et ut filium desiderantes, et cupientes conspici parentes ejus, qui adeo clarus erat miraculis. Mater ergo non ferens cordis impetum, arbitrata, esse quid parvum et nihili faciendum, et non satis firmam piæ matri excusationem viæ longitudinem et senectutis imbecillitatem, horum omnium nullam ducens rationem, profecta Byzantio ad id, quod jam prius diximus, Charsianum incredibili pervenit celeritate. Deinde cum aspexisset eorum multitudinem, qui assidue accedebant ad sepulcrum, et donum, quod assequebantur, qui multis et variis laborabant morbis et affectionibus, et quam celerem adipiscebantur curationem, ipsorum, inquam, malignorum spirituum morborumque et affectionum, ut qui perinde ac si horribilem terrorem, et accedere non permittentem, eis incutiat sepulcrum, non possint permanere : vel potius ut hostes quidam et inimici, qui fortis imperatoris ne possint quidem ferre conspectum, sed eos quos ceperunt, statim dimittant, et in fugam se conjiciant ; hæc cum illa vidisset, et sepulcro fuisset circumfusa, jucunde et canore deflebat, partim quidem filium lugens ut mortuum, partim autem ut ex Deo viventem, et tantis dignatum miraculis admirans, et ut quæ ipsa quoque gratia et gloria frueretur, et eo nomine gloriaretur.

XII. Fili, voce dicebat altiore, fili, lux æterna meorum oculorum, fili, arcanum quoddam in ineffabile bonum parentibus : undenam tibi hæc clara et magna lux curationum? Undenam copiosa fluxit gratia Spiritus ? An sunt hæc omnino piæ vitæ remuneratio, et occultorum laborum ? An potius non solum remuneratio, sed arrha et procemium bonorum, quæ te post hæc manent ? Sum ego revera beata inter matres, quæ digna sum habita, quæ essem et vocarer mater talis filii. Non tibi amplius contexo lamentationes maternas tanquam filio, sed tanquam Dei amico hymnos cano spiritales. Non amplius te voco filium, et fructum ventris mei, sed filium Dei per gratiam, non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, sed revera natum ex Deo [12]. Quem cum ipsa genuerim carnaliter, ab ipso rursus vicissim generor spiritaliter. Nec erubesco eum vocare patrem, cujus verus pater est ille cœlestis : cognati autem, angeli et sanctorum omnium chori, bonorum operum communione, et æqualitate remunerationis. Curam gere parentum, quibus est gravius tui desiderium, quam senectus. Atqui, o charissime, pulchre carnali tuæ matri referes gratiam pro datis alimentis, si spiritali tuo Patri tuis intercessionibus eam reddas familiarem. Pulchre quoque patri tuo referes gratiam, quod te ad hoc, ut esses, produxerit, si ad ejus senectutis et imbecillitatis requiem sinus Abrahæ petieris. Hæc nunc ad te contendunt et patris canities, et matris in partu dolores, et ubera, quæ tu, qui es omni ex parte perfectus, suxisti, cum esses adhuc infans. Curam gere parentum, curam gere cognatorum. Lætabitur, sat scio, Deus, quem tu honorandum censes in parentibus, quos jubet illius præceptum honorare, utpote quod per ipsos honor ad illum feratur. Nam et primus omnium est pater, et opifex, et causa, ut ad hoc, ut sint, producantur.

XIII. Hæc dixit, et jubet tolli lapidem, et capsam trahi extra monumentum. Quod cum factum esset, ubi ea jubente, apertus est loculus, cernitur miraculum, et ad videndum divinissimum, et ad dicendum jucundissimum, et ad ea, quæ præcesserant,

[12] Joan. i, 13.

confirmanda validissimum. Decem et octo menses præterierant post mortem, et qui tot ante dies erat mortuus, nullum habuit signum, non corporis fluxionem, non compaginis solutionem, non carnis consumptionem, non nigrorem, non aliquid quod esset evanidum, aut quod emarcuisset, et esset liquefactum : sed totus videbatur recens, perinde ac si nuper eum reliquisset anima. Propemodum videbantur esse membra cum motu, genæ cum rubore, labra cum flore, os cum anhelitu. Existimasses, te eum omnino videre non mortuum, sed potius dormientem, aut seipsum colligentem, et diligentius aliquid meditantem. Porro autem ipsæ tunicæ, ipsæ vestes stragulæ adeo erant integræ et illæsæ, et nullo detrimento affectæ (quod attinet ad sepulturam) atque si fuissent positæ in arca, et diligenter custoditæ. Est mortuis corporibus ex se quid injucundum ac tetrum. Est vestibus quoque quæ longo tempore jacuerunt, et aliis ejusmodi malus quidam odor, et qui offendit odoratum. Illic autem nihil ejusmodi, sed bonus odor, et gratia, et delectatio, tanquam non aliquod supulcrum et loculus, sed hortus esset apertus. Probantur ea quæ dicta sunt, et quod corpus esset adhuc integrum et recens, ex hoc quod sequitur.

XIV. Quidam monachus, Joseph nomine, sacerdos, et qui pietati studebat, cum tunc adesset, subjectis manibus, et amplexus mortuum, conabatur erigere. Ille autem cedebat et videbatur parere, et seipsum tradere. Erectus itaque fuit vir ille admirabilis, articulis et compagibus recte inter sese habentibus. Quod cum vidisset presbyter, et metu esset repletus, rogavit ut permitteret ea auferre, quibus erat indutus. Ipse autem rursus paruit, et manus remisit presbytero et pedes, ut iis uteretur ut vellet. Exuit ergo eum sacerdos tunica, et eum altera induit. A pedibus vero amovet non solum calceos, sed ea etiam, quæ intus erant ex serico imposita pedibus. Hæc ergo omnia tam facile fecit, et citra ullum laborem, perinde ac si ille opem ferret sacerdoti, et se traderet, ut eo commode uti posset. Deinde eum rursus reclinat in ea, qua prius erat, figura : adeo ut id totum divino factum sit consilio, quod sic sepultus fuerit, ut erat antea : ut vel ex hoc esset manifestum omnibus, quod post sepulturam manserit corpus potentius interitu et dissolutione. Quod quidem visum multis dæmonibus et morbis causa fuit, ut fugerent; et merito. Si enim etiam cum esset absconsum, erat eis terribile, postquam apparuit quomodo non esset ejusmodi, ut non posset omnino sustineri ?

XV. Quid post hæc est consecutum ? Contendebat mater, sacro sublato corpore, demum reverti. Hæc enim, dicebat, stella ex meo ventre orta est. Qui autem in ea habitabant regione, contendebant non concedere, ut id aggrederetur. Nametsi, dicebant, ex te processit illa stella, cernitur tamen apud nos occidisse. Quomodo ergo eum a nobis auferes, qui miraculorum tales ostendit radios ? Ex te pulcher quidem germinavit palmes, sed apud nos produxit botros miraculorum, et ei placuit, ut nos frueremur musto gratiarum et curationum. Non erat Deo difficile, si unde processit, eum voluisset illuc rursus divertere. Ne videaris ergo repugnare judicio Dei et voluntati, neque nobis divinas gratias invideas. Ne nos fonte privaveris, qui non nobis solis, sed etiam communiter omnibus est ad fruendum propositus. Ad gloriam tibi sufficit, quod ejus mater apparueris, de cujus etiam mortuo corpore tanta est contentio. Nos prius ex ac expelles patria, quam hoc bono nobis a Deo dato nostram prives patriam. Illa postquam hæc audiisset, sciens esse sibi aliquod sapientius capiendum consilium, quivit. Deinde autem cum jussisset omnes valere, domum revertitur. Ille vero pius in primis monachus et sacerdos, de quo prius diximus, cum remansisset, et dierum multitudine omnem expulsisset suspicionem, et in eo custodiendo effecisset custodes socordiores, noctu ingressus, divinum suffuratus est thesaurum, et cum furto aufugit. Sed odor miraculorum ostendit unguentum, quod celabatur, et morborum curatio fuit furti accusatrix.

XVI. Mulier enim quædam, dum is in via ferretur, et qui eum ferebant in quodam, ut est consentaneum, vellent loco requiescere : illa, inquam, cum a maligno vexaretur spiritu, in loculum irruit, et graviter insiliit, et veluti a magno fluctu fuit exagitata. Deinde cum sanctum turpissimis esset insectata maledictis, non illa quidem omnino, sed qui eam inhabitabat, quem adversarium dixeris, fortis ille ab eo percussus recessit, abiens in loca, ad quæ a Deo fuerat condemnatus. Illa autem sana domum rursus est reversa. Non longum tempus intercesserat, et virgo quædam præfecta monasterii, quod vocabatur Mantineum, cum secreto quodam et gravi morbo laboraret, et non posset graves, quos sentiebat ex eo, ferre dolores, cum rescivisset illud mortuum vitam afferens corpus afferri, et magna fide et animi ardore ei facta obviam, tanquam viventi et audienti sancto ad loculum ei morbum dixisset, ardentis fidei mercedem, celerem invenit curationem. Ejusmodi miracula faciens, et eam a Deo gloriam adipiscens, Byzantium tandem introducitur corpus parentibus jucundissimum, mortalibusque utilissimum, malis spiritibus potentius, ægritudinibus et morbis validius, medicamentum vere inexpugnabile : neque valens solum adversus unum morbum, sed, ut semel dicam, resistens omnibus.

Mater ergo læta tali reditu filii, et simul caput in Christo tollens, splendoremque et magnificentiam in tempore ostendens, argenti magno sumptu capsam induit : non solum id faciens, tanquam in gratiam filii, sed eum studens honorare, tanquam Dei amicum : ut illud quidem esset naturæ, hæc vero pii animi, et mentis Deum amantis. Cum sic ergo capsam argento parentes optimi circumdedis-

sent, hoc vere sacrum templum deponunt in pulchro templo, quod ipsi Deiparæ construxerant, communes hominibus effecti benefactores, dato dono, quod extenditur in sempiternum : per quem dæmones fugantur, morbi solvuntur, et Deus in omnibus, et per omnia glorificatur. Quoniam eum decet omnis gloria, honor et adoratio, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

MENSIS AUGUSTUS.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ
ΣΟΦΙΑΣ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΘΥΓΑΤΕΡΩΝ ΑΥΤΗΣ
ΠΙΣΤΕΩΣ, ΕΛΠΙΔΟΣ ΚΑΙ ΑΓΑΠΗΣ.

MARTYRIUM SANCTARUM MULIERUM
SOPHIÆ
ET EJUS FILIARUM
FIDEI, SPEI ET CHARITATIS.

(Latine apud Surium ad diem 1 Augusti ; Græce ex cod. ms. Græc. Paris n. 1526, sæc. XII.)

Α'. Μετὰ τὸ διαγγελθῆναι πανταχοῦ τὸ σωτήριον κήρυγμα, πλωρηθῆναί τε τὰ πάντα τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, οἱονεὶ λείψανον κακίας Ἀδριανὸς τὴν αὐτοκράτορα Ῥημαίων διέπων ἀρχήν, πολλὴν εἴπερ τις ἄλλος τὴν πρὸς τοὺς ψευδωνύμους θεοὺς ἐπεδείκνυτο δεισιδαιμονίαν, τοὺς μὲν θωπείαις ὑπερχόμενος, τοὺς δὲ καὶ ἀπειλαῖς καταπλήττων. Κατ' ἐκεῖνο τοίνυν καιροῦ, γυνή τις εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος, τοὔνομα Σοφία, γένους τῶν ἐπιφανῶν, χώρας Ἰταλῶν, χηρείαν ὑποστᾶσα ἀνδρὸς θυγατράσι μόναις τρισὶ τὸν βίον ἐσάλευεν. Αὕτη τῇ περιωνύμῳ τῶν πόλεων Ῥώμῃ ἐπιδημήσασα ταῖς παρθένοις ὁμοῦ πολὺ τὸ χάριεν καὶ ἐπαγωγὸν ἐχούσαις κατά τε σῶμα καὶ τὴν ψυχήν, οὐχ ὑπήχθη τῇ πλάνῃ, οὐδὲ πρὸς τὴν τοῦ δυσσεβοῦς βασιλεύοντος θρησκείαν ἀπεκλινε, λίαν τὴν κλῆσιν ἐπὶ τῶν ἔργων δεικνύουσα, ἡ τῆς ἄνωθεν ὄντως σοφίας ἐπώνυμος. Ἡ γὰρ ἄνωθεν σοφία, φησὶν ὁ θεῖος Ἰάκωβος, πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνική, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν. Ἐξ ὧν γὰρ ὁ τῆς ἀρετῆς παρ' αὐτῇ καρπὸς ἐγνωρίζετο ταῖς θυγατράσι τὰς προσηγορίας ἡρμόζετο· καὶ ἐκείναι πάλιν ἀληθευούσας ταύτας παρ' ἑαυταῖς ἐδείκνυον, καὶ οὐδὲν ἀπᾷδον οὐδὲ ἀλλότριον εἶχον οἱ κλάδοι τῆς ῥίζης.

Β'. Ἐπεὶ δὲ παρὰ πᾶσι διεβεβόητο ἥ τε σύνεσις ἐκείνων καὶ ἡ ἀρετὴ καὶ τὸ πρὸς Χριστὸν σέβας, οὐκ ἐνεγκὼν ὁ τοῦ φθόνου πατὴρ, διὰ βασκάνων ὀφθαλμῶν Ἀντιόχου τινὸς ἀνδρὸς, τὴν τῆς πόλεως πρόνοιαν πεπιστευμένου τὴν εὐσέβειαν αὐτῶν τῷ

I. Postquam fuisset salutaris prædicatio ubique annuntiata, et omnia essent repleta cognitione Domini, veluti quædam sceleris reliquiæ Adrianus Romanorum administrans imperium, in falsos deos, qui nominantur, ostendebat plurimam, si ullus alius, superstitionem, alios quidem alliciens blanditiis, alios autem etiam minis territans. Illo autem tempore mulier quædam pia et religiosa, nomine Sophia, clara genere, Itala natione, cum esset viduata marito, cum tribus filiabus solis vitam agitabat. Ea cum simul cum virginibus, quæ erant valde honestæ, et elegantes animo et corpore, Romæ versata esset, non fuit errore seducta, neque ad impii imperatoris reclinavit religionem, factis ipsis pulchre suam ostendens appellationem quæ nomen vere sumpsisset a superna sapientia, et diceretur Sophia. Quæ est enim desuper Sapientia, inquit divinus Jacobus, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, obediens, plena misericordia et fructibus bonis. Eo enim, quod virtutis fructus apud eam agnoscebatur, adaptavit filiabus suis appellationes : et illæ rursus in se ostendebant esse veras, neque habebant aliquid rami, quod discreparet aut esset alienum a radice.

II. Cum autem celebraretur apud omnes et illarum prudentia et virtus, et in Christum religio, non ferens pater invidiæ, per invidos oculos cujusdam Antiochi, cujus fidei commissa fuerat præfectura urbis, significat imperatori earum pietatem, et eas defert

lingua dolosa impius et verbis odii. Protinus ergo ille ira percitus inconsiderata, eos quos solent vocare apparitores, mittit ad eas adducendas. Illæ autem cum didicissent causam eorum adventus, cumque corporibus essent inseparabiles, magis etiam conjungerentur spiritu, nihil ostendentes filiæ, quod non cum matre conveniret, ut quæ inveniebantur inter se fraterne consentire, et erant veluti corona sibi æqualis: quæ per ipsas et matrem complebatur, alacriter iverunt. Postquam autem sederunt pro tribunali præfecti urbis, cum ipsæ eum qui dixit, non esse timendos eos qui occidunt corpus [1], et pollicitus est a se dandam esse sapientiam, Dominum invocassent, et se crucis figura muniissent, omni timore deposito, steterunt cum forti et generoso animo. Judex autem, conjectis in eas oculis, cum vultum vidisset liberalem, mentemque magnam et præclaram, cui ferebat testimonium oculorum et habitus modestia, mittens fungi muliere judicis, conversus est ad admirationem.

III. Cum autem matrem prope curasset sistendam, et illas semovisset: Non parva sunt, inquit, o mulier, quæ adversus te deferuntur. Si quidem non parva res est, morum a parentibus traditorum et religionis negatio. Cur ergo Romanorum regionem implevisti tumultu et dissensione, omnino non esse deos, sed eos esse solum nomina quæ rebus ipsis careant, asserens? Dic ergo quam primum patriam, genus, nomen et religionem. Illa autem: Primum quidem, inquit, mihi est præcipuum nomen, ex Christo appellari. Sophia autem, est mihi impositum nomen a parentibus. Genus duco ex iis qui primos magistratus gesserunt in Italia, in qua etiam sum nata. Inter omnia vero, ut a me dictum est, glorior invocatione mei Christi et Domini, cui fui oblata continuo ab ortu, et cui obtuli fructum mei uteri: propter quem etiam venimus in hanc Romanorum civitatem, ut cum rectam fidem usque ad mortem conservaverimus, pulchrum viaticum afferentes, pro Christo susceptam decertationem, et transeuntes a morte in vitam, hæredes simus bonorum quæ sunt illic promissa.

IV. Horum verborum libertatem, et cum libertate sapientiam admiratus est impius. Ut qui autem jam primo facto periculo esset superatus, tunc quidem distulit virginum interrogationem; apud quamdam autem mulierem ordinis senatorii, nomine Palladiam, jubet eas cum matre servari, imperans ut eas tertio die produceret ad examinationem. Illæ autem otio quod eis datum fuerat, recte utentes animum adhibebant matri, quæ eis suabebat ea quibus erat opus. Dicebat enim eis: Ego quidem, o dilectæ filiæ, cum vos secundum carnem genuissem, omni doctrina et sacris Litteris erudii. Quoniam autem tempus vos vocat ad certamen, meorum verborum fructus qualis sit, in vobis appareat: et diu a vobis meditatam

[1] Matth, x, 28.

A βασιλεῖ δήλην ποιεῖ, καὶ τὰ κατ' αὐτὰς γλώσσῃ δολίᾳ καὶ λόγοις μίσους ὁ δυσσεβὴς φανεροῖ. Παραχρῆμα τοίνυν αὐτὸς ἀλογίστῳ θυμῷ ἐπιτρέψας οὗς ἡ τάξις προτίκτωρας οἶδε καλεῖν, ἐπὶ τὸ ἀγαγεῖν ἐκείνας ἐκπέμπει. Αἱ δὲ τῆς παρουσίας αὐτῶν μαθοῦσαι τὸ αἴτιον, ἀδιαίρετοι σωματικῶς οὖσαι καὶ κατὰ πνεῦμα μᾶλλον συνήπτοντο, οὐδέν τε ασύμφωνον, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὴν μητέρα ἐπιδεικνύμεναι, καὶ ἀλλήλαις ἀδελφὰ φρονοῦσαι ηὐρίσκοντο, καὶ οἱονεὶ στέφανος ἦσαν ἑαυτῷ ἴσος, δι' αὐτῶν τε καὶ τῆς μητρὸς συμπληρούμενος· Ὡς δὲ ἐπὶ τοῦ ἡγεμονικοῦ κατέστησαν βήματος, τὸν εἰπόντα μὴ φοβηθῆναι ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, δοθήσεσθαί τε παρ' αὐτοῦ σοφίαν ἐπαγγειλαμένου ἐπικαλεσάμεναι Κύριον, καὶ τῷ σταυρικῷ τύπῳ περιφραξάμεναι, παν-
B τὸς ἀποστᾶσαι δέους, μετὰ γενναίου τοῦ φρονήματος ἔστησαν. Ἐπεὶ δὲ ταύταις τὸ ὄμμα ἐπέβαλεν ὁ δικάζων, ἰδὼν παράστημα εὐγενὲς καὶ μέγεθος διανοίας, ἀπό τε τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῆς τοῦ σχήματος μαρτυρούμενον εὐκοσμίας, τὸ δικάζειν ἀφεὶς, πρὸς τὸ θαυμάζειν ἐτράπετο.

Γ'. Τὴν οὖν μητέρα πλησίον παραστησάμενος, κἀκείνας που μεταθείς. Οὐ μικρὰ, φησὶν, ὦ γύναι, τὰ κατὰ σὲ, εἴπερ οὐδὲ μικρὸν πατροπαραδότων ἐθῶν καὶ σεβασμάτων ἄρνησις· ἵνα τί οὖν τὴν Ῥωμαίων ταραχῆς ἐνέπλησας καὶ διχοστασίας, μηδὲ τὸ παράπαν εἶναι θεοὺς, ἀλλ' ὀνόματα μόνον αὐτοὺς τελεῖν πραγμάτων ἔρημα, διατεινομένη; Λέγε τοίνυν τὸ τάχος πατρίδα, γένος, ὄνομα καὶ τὸ σέβας. Ἡ δὲ,
C Πρῶτον μὲν ἐμοὶ, ἔφη, καὶ ἐξαίρετον ὄνομα, τὸ καλεῖσθαι ἀπὸ Χριστοῦ· Σοφία δὲ τὸ ἀπὸ τῶν γεννητόρων λέγομαι· γένους τυγχάνουσα τῶν τὰς πρώτας ἀρχὰς περιβεβλημένων ἐν Ἰταλίᾳ· ὅθεν καὶ ὥρμημαι. Ἐν πᾶσι δὲ, ὡς μοι εἴρηται, τῇ ἐπικλήσει τοῦ ἐμοῦ Δεσπότου Χριστοῦ σεμνύνομαι μᾶλλον, ᾧ καὶ προσηνέχθην εὐθὺς ἐκ γεννήσεως, καὶ τὸν τῶν ἐμῶν ὠδίνων καρπὸν προσενήνοχα· δι' ὃν καὶ εἰς τήνδε τὴν Ῥωμαίων παραγεγοναμεν, ὡς ἂν τὸ περὶ τὴν πίστιν ὑγιὲς μέχρι καὶ αὐτοῦ θανάτου διατηρήσασαι, καὶ καλὸν ἐφόδιον τὴν ὑπὲρ Χριστοῦ ἆθλησιν ἐπαγόμεναι, μεταβᾶσαί τε ἀπὸ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἐκεῖθεν κληρονομήσωμεν ἀγαθῶν.

Δ'. Τῶνδε τῶν ῥημάτων ὁ δυσσεβὴς τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὸ μετὰ παῤῥησίας εὐσύνετον διὰ θαύ-
D ματος ποιησάμενος, ὡς ἤδη διὰ τῆς πρώτης πείρας τὴν ἧτταν δεξάμενος, τοτε μὲν της πρὸς τὰς παρθένους ἐρώτησιν ὑπερέθετο, παρά τινι δὲ γυναικὶ τῶν τῆς συγκλήτου τάξεως, τοὔνομα Παλλαδίᾳ, προστάττει φυλάττεσθαι, τρίτην ἡμέραν παραγαγεῖν αὐτὰς εἰς ἐρώτησιν κελεύσας. Αἱ δὲ τὴν δεδομένην σχολὴν εὖ διαθέμεναι τῇ μητρὶ προσεῖχον τὰ δέοντα παραινούσῃ. Ἔλεγε γὰρ αὐταῖς· Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς, ὦ τέκνα ποθούμενα, τὸ κατὰ σάρκα γεννήσασα, παιδείᾳ πάσῃ καὶ ἱεροῖς λόγοις ἐξεθρεψάμην. Ἐπεὶ οὖν καιρὸς εἰς ἀγῶνα παρακαλεῖ, ὁ τῶν ἐμῶν λόγων παρὸς ὁποῖος, ἐν ὑμῖν ὀφθήτω· καὶ μὴ τὴν ἐκ

πολλοῦ διαμελετηθεῖσαν ὑμῖν ἀρετήν, ἢ δι' ὀλίγου ἐπενεχθησομένη ἐπήρεια διελέγξῃ, μηδὲ τὸ τῆς πλάνης ἀνίσχυρον τὴν παντὸς ἰσχυροτέραν κατισχύσῃ ἀλήθειαν. Ὑποπτόν μοι τῆς ἡλικίας ὑμῶν τὸ νεάζον, ἀλλὰ μὴ δειλιάτω τὸν κίνδυνον· ἔξετε γὰρ βοηθὸν τὴν ἄμαχον τοῦ Χριστοῦ συμμαχίαν. Δότε τοιγαροῦν τῷ ἐμῷ γήρᾳ, δότε τοῖς ὑμετέροις ἀγῶσιν ἐνσκιρτῆσαι νεανικώτερον, ἀνένδοτον ἄχρι τέλους τὴν εἰς Χριστὸν διατηροῦσαι ὁμολογίαν, ὃς καὶ χειρὶ στέψει τῇ ἀθανάτῳ, καὶ ἀμαράντους ὑμῖν παρέξει τοὺς στεφάνους, μεθ' οὗ καὶ εἰς αἰῶνας ἔσεσθε συγχορεύουσαι, καὶ ἄφθαρτον τρυφῶσαι τρυφὴν, πλοῦτόν τε ἄσυλον, καὶ ἡδονὴν καρπούμεναι μηδέποτε παυομένην. Φρονίμων οὖν ἐστιν ἀντικαταλλάξασθαι τῶν μικρῶν τὰ μέγιστα, τῶν ἀστάτων τὰ μένοντα, τῶν ῥεόντων τὰ μὴ κενούμενα· ἐπεὶ καὶ πασῶν πραγμάτων αὕτη τιμιωτέρα, ὀλίγου αἵματος οὐρανῶν ὠνήσασθαι τὴν βασιλείαν. Καὶ ταῦτα μὲν ἡ Σοφία.

Ε'. Αἱ δὲ μητρὶ τοιαύτῃ προσήκουσαι θυγατέρες· Σὺ μὲν, εἶπον, ὦ σεβασμία μῆτερ, εὐχαῖς ἡμᾶς ταῖς μητρικαῖς παράπεμψον. φυλακτήριον ἡμῖν ἀγαθὸν αὐτὰς παρασχοῦσα. Ὁ δὲ προειπὼν Κύριος, Μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί ἀπολογήσεσθε, ὅταν ἐπὶ βασιλεῖς ἀχθῆτε καὶ ἡγεμόνας, οὗτος πάντως, ὡς μὲν ἀληθὴς, οὐ διαψεύσεται, ὡς δὲ δυνατὸς, ἐκπληρώσει, παρέχων ἡμῖν σοφίαν, δι' ἧς δυνησόμεθα τὴν μωρὰν ὄντως καὶ καταργουμένην νικῆσαι σοφίαν, καὶ φανερῶς τροπώσασθαι τὴν ἀσέβειαν. Τῶν οὖν ὡρισμένων τριῶν ἡμερῶν ἤδη παρηκουσῶν, πρὸς τὴν ἐρώτησιν αἱ ἅγιαι ἤγοντο. Εἶτα ὁ δικάζων δεινὸς ὢν καὶ σκοπήσας τί χαλάσειεν ἂν νεανίδων ἁπαλῶν λογισμὸν, πολλῇ ταύτας ὑπήρχετο κολακείᾳ· καί· Ὁρῶν, ὑμῶν, ἔφη, τὸ κάλλος, ὦ παῖδες, καὶ τὴν ἐκ τῆς μορφῆς ταύτην ἀπορρέουσαν ἡδονὴν, οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνης ἡγοῦμαι προελθεῖν ὑμᾶς φύσεως, ἀλλά τινος θειοτέρας ἐπὶ θαύματι τῶν ὁρώντων ἀποταχθῆναι· διὰ ταῦτα καὶ πατρικὴν ἐνδεικνύμενος τὴν στοργὴν, ἀξιῶ ὑμᾶς, φίλταται, μὴ βουληθῆναι ὅλως ἀπειθῆσαι φιλοῦντι πατρὶ, ἀλλὰ πρῶτα μὲν ἐπὶ νοῦν λαβεῖν ἔνθα ἡλικίας ἡ μήτηρ ὑμῶν ἐστιν, ἧς καὶ μαστίζεσθαι δεῖ τὸ γῆρας, εἴπερ ὑμεῖς ἀπειθοῦσαι φαίνεσθε. Ἔπειτα δὲ καὶ τὸ νέον τῆς ὑμῶν ἡλικίας εἰς καρδίαν θέσθαι, τοῦ κάλλους τε τὸ ἄνθος καὶ τὴν ἀπόῤῥητον εὐμορφίαν, ἣν ὅσον ἐθαύμασα, τοσοῦτον ἔσομαι κολάζων καὶ μὴ βουλόμενος, εἴγε ὑμεῖς τῷ μὴ πείθεσθαι λυποῦσαί με πρὸς ὀργὴν ἐξαγάγητε· καὶ τότε, φεῦ! ἀπολεῖσθε κακως ὅταν ἔδει μᾶλλον ὑμᾶς χαίρειν, εὐπραγεῖν, πλούτου καὶ δόξης καὶ βασιλικῆς ἀπολαύειν εὐμενείας, αὐτῶν τε τῶν καλῶν τοῦ καιροῦ καὶ τῆς ἡλικίας κατατρυφᾶν, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ δικάζων.

ς'. Αἱ δὲ παρθένοι, τὰ τῆς Σοφίας βλαστήματα· Ἡμεῖς, εἶπον, οὔτε τῶν ἐπαγγελιῶν σου τούτων, ὡς εἴρηκας, ἐφιέμεθα, οὔτε τῶν ἀπειλῶν καὶ βασάνων ἐπιτρεφόμεθα· ἀφθάρτων γὰρ ἐρῶμεν ἀγαθῶν, καὶ ἀφθάρτου Νυμφίου, τῶν ἀνθρωπίνων πάντων καταφρονήσασαι. Ὅτι δὲ τὴν μητέρα κολάσειν ἀπειλεῖς,

virtutem, quæ vobis brevi est inferenda, non vincat injuria : neque erroris imbecillitas re qualibet fortiorem superet veritatem. Mihi est suspecta ætas vestra juvenilis et tenera ; sed non extimescat periculum. Vobis enim opem feret invictum Christi auxilium. Date ergo meæ senectuti, date, ut vestris certaminibus juveniliter exsultem, firmam et stabilem servantes usque ad finem Christi confessionem : qui et manu coronabit immortali, et quæ non possunt marcescere, vobis præbebit coronas, post quas in sæcula choros simul ducetis, et fruemini deliciis, in quas non cadit interitus, et consequemini divitias, quæ non possunt subripi, et quæ nunquam desinit, voluptate potiemini. Est ergo prudentium parvis permutare maxima, instabilibus permanentia, fluentibus ea quæ non exinaniuntur. Est enim omnium negotiorum hoc longe præstantissimum, pauco sanguine emere regnum cœlorum. Et hæc quidem Sophia.

V. Matri autem congruentes filiæ : Tu quidem, inquiunt, o veneranda mater, nos maternis precibus prosequere, eas nobis præbens bonum tutamen : Dominus autem, qui dixit : Ne solliciti sitis quomodo aut quid respondeatis, quando ducemini ad reges et præsides [3] ; is omnino, ut qui sit verax, non mentietur ; ut qui sit autem potens, promissum implebit, præbens nobis sapientiam, per quam poterimus vere stultam sapientiam et quæ exinanitur vincere, et adversus impietatem aperte tropæum erigere. Cum tres ergo præstituti dies jam præteriissent, ducuntur sanctæ ad interrogationem. Deinde judex cum esset callidus, et considerasset quidnam tenerarum adolescentularum animum maxime remittere et emollire posset, eas multis aggressus est blanditiis ; et : Cum videam, inquit, o puellæ, vestram pulchritudinem, et quæ ex hac forma effluit, voluptatem, non existimo vos ex humana processisse natura, sed e diviniore aliqua esse editos, ad eorum qui vos cernunt, admirationem. Et ideo in vos paternam ostendens benevolentiam, rogo vos, charissimæ, ne amanti patri velitis omnino esse inobedientes : sed primum quidem cogitate qua sit ætate mater vestra, cujus necesse est flagelletur senectus, si vos non parueritis. Deinde animo versate vestram teneram ætatem, florem pulchritudinis et speciem, quæ non potest verbis exprimi : quam quantum admiror, tantum puniam etiam invitus, si vos non parendo molestiam afferentes, me ad iram provocaveritis. Et tunc, proh dolor! male peribitis, quando vos maxime oporteret gaudere, felices esse, divitiis, et gloria, et imperatoria frui benevolentia, ipsisque temporis et ætatis vos explere deliciis. Sed hæc quidem judex.

VI. Dixerunt autem virgines, Sophiæ germina : Nos neque promissa, quæ tu dixisti cupimus, neque minas, nec tormenta curamus. Amamus enim bona, in quo non cadit interitus, et Sponsum, qui non perit, humana omnia contemnentes. Quod autem minaris matrem te esse flagris cæsurum,

[3] Matth. x, 19.

tanquam hoc modo nos territurus propter naturalem inter nos invicem consensionem, nescis te nobis et illi annuntiare bonorum perfectionem. Quid enim Christianis potest esse jucundius, quam pati pro Christo? Etiamsi non haberemus tales, quæ sperantur, remunerationes, quam non gloriæ præstantiam superat, pati pro eo qui nos formavit? Quando autem nobis etiam paratum est regnum cœlorum, et divitiæ, in quas non cadit interius, et perceptio bonorum æternorum, conari nos traducere a nostra sententia promissione bonorum, quæ sunt ad tempus, est aperta insania. Ne fallaris ergo, judex. Neque enim assentans trahes, neque puniens nos convertes: sed tunc majorem afferes molestiam, si parcens huic, quam tu magnificis, juventuti et pulchritudini, non sis graves illaturus cruciatus. Nos enim damno afficies majorum bonorum remunerationis. Postquam audivit judex hanc firmam et constantem defensionem statuit eas separare a se invicem, et singulatim eas adducere ad examinationem, ut sic quoque eas majore afficeret molestia, ut eis uteretur imbecillioribus. Cum autem interrogasset de ætate et nominibus uniuscujusque, et a matre accepisset, unam quidem vocari Fidem, et jam agere annum duodecim; alteram autem duobus annis esse priore ininorem, quæ vocater Spes; tertiam autem nominari quidem Charitatem, uno autem anno esse secunda minorem: primam jussit primum produci, et: Sacrifica, dixit, Dianæ, o adolescentula: non hoc tibi novum imperamus, sed quod a nobis quoque fit jamdiu.

VII. Illa autem tanquam eo ipso vellet ostendere eos frustra ipsas separasse, volentes ex tribus contextam comminuere catenam, ut qui ignorarent esse ei ex alto audaciam et doctrinam, quonam scilicet modo oporteat respondere: O vestram, dicebat, quæ in profundum usque penetrat, cæcitatem, qui tam misere cæcutientes, aliis etiam vultis esse viæ duces: et cogere vultis, ut procedamus vobiscum ad eamdem viam interitus! Quisnam autem homo, si sapiat, persuadebitur a vero quidem Deo recedere, cujus manuum opera sunt cœli et terra, et omnia quæ sunt in eis: ad opera autem manuum hominum, tanquam ad deos accedere, et iis quæ sunt mentis expertia, et surda, eliget cultum offerre? Fuerit hoc summus stupor, et tam eorum qui jubent, quam qui parent, amentia. Fac ergo quod vis, et quibus vis nos trade malis. Melius est enim prius pati omnia, dum sapimus, quam persuaderi ut talia faciamus. Quæ dicta fuerant, replent ira judicem; et cum non posset persuadere. ad vim faciendam se contulit• Jubet ergo ei adimi vestem, et manibus pone vinctis, eam virgis verberari gravissimis. Cum autem experientia majorem ostenderet constantiam et vehementiores spiritus, et martyr, non ut quæ virgis cæderetur, sed ut quæ rosis spargeretur, potius esset affecta, ne vibicibus quidem in corpore

A ὡς τῷ τρόπῳ τούτῳ φοβήσων ἡμᾶς διὰ τὴν φυσικὴν πρὸς ἀλλήλας συπμάθειαν, λέληθας ἡμῖν τε κἀκείνῃ τὴν τελειότητα τῶν ἀγαθῶν εὐαγγελιζόμενος. Τί γὰρ ἡδύτερον Χριστιανοῖς τοῦ ὑπὲρ Χριστοῦ παθεῖν; Καὶ εἰ μὴ τοιαύτας ἐλπιζομένας εἴχομεν ἀντιδόσεις, ἀλλ' αὐτό γε τὸ πάσχειν ὑπὲρ τοῦ πλάσαντος τίνα δόξης ὑπερβολὴν καταλείπει; Ὅταν δὲ καὶ οὐρανῶν ἡμῖν ἑτοιμάζηται βασιλεία, καὶ πλοῦτος ἄφθαρτος, καὶ αἰωνίων ἀπόλαυσις ἀγαθῶν, τὸ μεταπείσειν ὅλως ἐπιχειρεῖν ἀγαθῶν προσκαίρων ἐπαγγελίαις, μωρία σαφής. Μὴ τοίνυν ἀπατῶ, δικαστά· οὔτε γὰρ κολακεύων ἐλκύσεις, οὔτε κολάζων μετατρέψεις ἡμᾶς· ἀλλὰ τότε μᾶλλον ἀνιάσεις, εἴγε φειδόμενος ἡμῶν τῆς μέγα παρὰ σοὶ ταύτης νομιζομένης νεότητος καὶ τῆς ὥρας, οὐ χαλεπὰς ἐπάξεις τὰς κολάσεις·

B ζημιώσεις γὰρ πάντως τῶν μειζόνων ἀγαθῶν τὴν ἀντίδοσιν. Ταύτην ὡς ἤκουσε τὴν ἀτενῆ καὶ ἀπότονον ὁ δικάζων ἀπολογίαν, ἔγνω διελεῖν αὐτὰς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ κατὰ μίαν εἰσάγειν πρὸς τὴν ἐρώτησιν, ἵνα καὶ μᾶλλον οὕτω λυπήσῃ, καὶ ὡς ἀσθενεστέραις χρήσαιτο. Ἐρωτήσας δὲ καὶ περὶ τῆς ἡλικίας ἑκάστης καὶ περὶ τῶν ὀνομάτων, καὶ ὑπὸ τῆς γεννησαμένης μαθών, τὴν μὲν Πίστιν τε καλεῖσθαι καὶ ἤδη δωδέκατον ἔτος ἀνύειν· τὴν δὲ δυσὶ χρόνοις λείπεσθαι τῆς προτέρας ἧς ἡ κλῆσις Ἐλπίς, τὴν δὲ τρίτην Ἀγάπην μὲν ὀνομάζεσθαι, ἑνὶ δὲ τῆς δευτέρας ὑστερεῖν ἔτει τὴν πρώτην παραντησάμενος· Θῦσον, ὦ νεανίς, ἔλεγε, τῇ Ἀρτέμιδι· οὐ καινόν σοι τοῦτο προστάττομεν τὸ ἐπίταγμα, ἀλλ' ὅπερ

C ἐκ πολλοῦ ἤδη καὶ παρ' ἡμῶν γίνεται.

Ζ'. Ἡ δὲ ὥσπερ αὐτόθεν ἐπιδείξασθαι βουλομένη ὅτι ἐπὶ ματαίῳ τὴν διαίρεσιν αὐτῶν ἐποιήσαντο τὴν ἐκ τριῶν σειρὰν λεπτῦναι βούλόμενοι, ἀγνοοῦντες ὅτι ἄνωθεν τὸ θάρσος αὐταῖς, καὶ ἡ τοῦ πῶς δεῖ ἀπολογεῖσθαι διδασκαλία· Ὦ τῆς εἰς βάθος ὑμῶν διεκνουμένης πωρώσεως, ἔλεγεν· οἱ ἀθλίως οὕτω τυφλώττοντες, καὶ ἑτέροις εἶναι ὁδηγοὶ βούλεσθε, καὶ πρὸς τὴν αὐτὴν ὑμῖν χωρῆσαι τῆς ἀπωλείας ὁδὸν ἀναγκάζετε. Τίς δ' ἂν εὐφρονῶν ἄνθρωπος πεισθείη ἀποστῆναι μὲν τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ, οὗ ἔργα χειρῶν οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἅπαντα, ἔργοις δὲ χειρῶν ἀνθρωπίνων ὡς θεοῖς προσελθεῖν, καὶ αὐτοῖς ὁ νοῦν ἔχων ἀνοήτοις οὖσι

D καὶ κωφοῖς προσαγαγεῖν λατρείαν; δεινὴ τοῦτο παραπληξία, δεινὴ, καὶ τῶν κελευούντων καὶ τῶν πειθομένων ἄνοια. Πρᾶττε τοιγαροῦν ὃ βούλει, καὶ οἷς ἂν βούλει παραδίδου κακοῖς· βέλτιον γὰρ πάντα παθεῖν πρότερον, ἕως τὸ φρονεῖν ἔχομεν, ἢ τοιαῦτα δρᾶσαι πεισθῆναι. Θυμοῦ τὰ ῥηθέντα πληροῦσι τὸν δικαστὴν καὶ τοῦ πείθειν ἀπορήσας ἐχώρει πρὸς τὸ βιάζεσθαι. Κελεύει ταύτης ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἐσθῆτα, καὶ χεῖρας ὀπίσω δεθεῖσαν ῥάβδοις βαρυτάτοις τύπτεσθαι. Ἐπεὶ δὲ πλέον ἡ πεῖρα τὸ στερρὸν ἐδείκνυ τοῦ φρονήματος, καὶ ἡ μάρτυς ὡς οὐ ῥαβδιζομένη, ἀλλὰ ῥόδοις μᾶλλον βαλλομένη διέκειτο, μηδὲ μωλώπων τῷ σώματι αὐτῆς ἐπιφαινομένων, πρὸς ὠμότητα μᾶλλον ὁ δικαστὴς, ἠρεθίζετο, καὶ ἀμφο-

ιέρους αὐτῆς ἐκκοπῆναι τοὺς μαστοὺς προστάττει. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἐν τούτῳ τεράστιόν τι πρᾶγμα καινοτομούμενον. Ἀντὶ γὰρ αἵματος κρουνοὶ κατέῤῥεον γάλακτος· ὅπερ καὶ ἔτι πλείονα τῷ δικάζοντι τὸν θυμὸν ἀνῆπτε, καὶ πρὸς ἐσχάρᾳ πυρακτωθείσῃ ἐπιτεθῆναι ταύτην διεκελεύετο. Ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνος πονηρὸς ὢν ἐπινοίας οὐκ ἠπόρει πρὸς τὸ κολάζειν, οὕτως ὁ Ἀγαθὸς πάλιν διὰ τῶν ἐπαγομένων δοξάζειν τὴν ἁγίαν οὐ διελίμπανεν· ὅπερ οὖν κἀνταῦθα γίνεται. Τὸ πῦρ γὰρ αὐτὴν παραλαβὸν ἀπαθῆ διετήρει τὴν ἰδίαν ἀποβαλὸν ἐνέργειαν· εἶτα καὶ αὖθις ἀρθεῖσαν ἐκεῖθεν, εἰς τήγανον βληθῆναι κελεύει πίσσῃ διακαυθὲν καὶ ἀσφάλτῳ. Ἐφ' οὗ στᾶσα μέσου ἀτρέπτῳ καὶ ἀπαθεῖ τῷ προσώπῳ τὴν ἄνωθεν ἐκάλει ἐπικουρίαν· καὶ εὐθὺς τὸ πῦρ οὐκέτι ἦν πῦρ, καὶ τὸ φλέγον εἰς ψυχρότητα μετεβάλλετο, ὡς δοκεῖν παρὰ λειμῶνι δροσώδει καὶ ἐν πόᾳ τινὶ μαλακῇ τὴν ἁγίαν διαναπαύσεσθαι.

Η'. Οὕτως οὖν πάντων τῶν ἐπαγομένων κολαστηρίων οὐδὲν μὲν τὴν μάρτυρα τοῦ Χριστοῦ βλαπτόντων, τοὺς ὁρῶντας δὲ μᾶλλον εἰς θαῦμα κινούντων, οὐκ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειεν ὁ τοῦ πονηροῦ γνήσιος ὑπηρέτης, τὸν διὰ ξίφους θάνατον ἀποφθέγγεται κατ' αὐτῆς. Οὗ διαγγελθέντος, φανερὰ ἦν ἡ μάρτυς πλήρης οὖσα χαρᾶς· τῇ μητρί τε προσῆγε δέησιν ὑπὲρ θυγατρὸς εὔχεσθαι, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς παρῄνει μηδὲν τῆς πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως καθυφεῖναι σπουδῆς· Οἶδατε, λέγουσα, τίνι συνεταξάμεθα, καὶ οὗ τῇ σφραγῖδι ἐνεσημάνθημεν. Τούτου εἰς ἔσχατον ἐμμεῖναι τῇ ὁμολογίᾳ μὴ ἐκκακήσωμεν· μία μήτηρ ἡμᾶς ἐγείνατο, ἡ αὐτὴ τὰς τρεῖς ἀνεθρέψατο, ὑπὸ μιᾶς ἐτράφημεν τὴν σωματικὴν τροφήν τε καὶ τὴν πνευματικήν· ἓν τὸ τέλος καὶ ταῖς τρισὶν ἔστω, ταῖς ἀδελφαῖς ἀδελφὰ φανήτω καὶ τὰ φρονήματα· οἰκεῖον ὑπόδειγμα ταῖς μετ' αὐτὴν, ἡ πρώτη γενέσθω. Τούτοις αἱ ἀδελφαὶ τοῖς λόγοις ἐπιῤῥωσθεῖσαι, καὶ τὴν μάρτυρα προσειποῦσαι τὰ τελευταῖα καὶ ἀσπασάμεναι, ἠξίουν ὑπὲρ αὐτῶν τοῦ κοινοῦ δεηθῆναι Δεσπότου, τὸν ἴσον αὐτῇ δρόμον διελθεῖν ἀπροσκόπως, ἵνα καὶ τῶν ἴσων ἀξιωθῶσι στεφάνων.

Θ'. Ἡ δὲ γενναία μήτηρ οὐδὲν ἀγεννὲς οὐδὲ μικρόψυχόν τι καὶ γυναικεῖον πάσχουσα, ἀλλ' ὥσπερ αἰδουμένη ταπεινὸν καὶ ἀνάξιον θυγατρὸς τοιαύτης καὶ παθεῖν καὶ εἰπεῖν, ὅλως ἦν ὑψηλὴ, ὅλως μεγαλόφρων, τοῦτο λυπουμένη μόνον, μὴ τὰς ἄλλας ἴδοι μικρόν τι τοῦ παραδείγματος τῆς πρώτης ἀπολειφθεῖσαι, καὶ κινδυνεύσῃ μιᾶς ὀφθῆναι μόνης καὶ οὐ τριῶν τοιούτων εἶναι μήτηρ γνησία. Διὸ καὶ ἀξίοις τὴν παῖδα προέπεμπε λόγοις· Ἐγὼ μέν σε, θύγατερ, ἐγέννησα, λέγουσα, καὶ πόνους ὠδίνων ἐκαρτέρησα ἐπὶ σοὶ, καὶ εἰς τοῦνό σε ἡλικίας τρέφουσα ἤγαγον· πλὴν ἀλλὰ ἀπέχω τὰ τροφαῖα νῦν, ἀπέχω τῶν πόνων τὰς ἀντιδόσεις πολλῷ τῷ μείζονι Εἰ γὰρ καὶ μηδεὶς δύναται γονεῦσιν ἀντιδοῦναι χάριτας ἴσας (πῶς γὰρ παρ' ὧν αὐτὸ τὸ εἶναι εἴληφεν ;) ἀλλὰ σύ μοι πάντα μεγαλοπρεπῶς ἀποδέδωκας, τοιαύτης ἐμὲ θυγατρὸς μητέρα δείξασα, οὕτως ὑπὲρ Χριστοῦ μεγαλοψύχως ἀθλήσασα. Πρὸς ὃν ἄπιθι,

ejus apparentibus, incitabatur magis judex ad crudelitatem, et jubet ei mamillas exscindi. Tum licebat in ea videre rem novam et prodigiosam. Ei enim pro sanguine fluebant rivi lactis. Quod quidem judici majorem adhuc iram accendebat, et supra candentem focum eam jussit imponi. Sed quomodo ille cum esset malus, facile excogitabat supplicia : ita etiam bonus Deus per ea quæ intentabantur, sanctam non cessabat glorificare. Quod hic quoque usuvenit. Nam cum ignis eam apprehendisset, conservabat illæsam, amissa propria operatione. Deinde rursus quoque illinc sublatam, jubet injici in sartaginem pice accensam et bitumine. In cujus stans medio, constanti et minime turbato vultu supernum invocavit auxilium. Et continuo ignis non erat ignis, et ardor mutatus fuit in frigiditatem : adeo ut videretur in roscido prato et in molli herba sancta requiescere.

VIII. Sic ergo omnibus, quæ inferebantur, suppliciis martyrem quidem Christi nihil lædentibus, eos autem qui aspiciebant, moventibus ad admirationem, nesciens quidnam ageret maligni minister germanus, in eam mortis gladio inferendæ pronuntiat sententiam. Quod cum esset ei renuntiatum, apertum erat, gaudio plenam esse martyrem. Quæ matrem est precata, ut oraret pro filia, et sorores est exhortata, ut non dubitarent mori pro consequendo bravio æternæ vocationis : Scitis, dicens, cui nomen dedimus et cujus sumus signatæ signaculo. In ejus ad finem usque persistere confessione, ne ignavia adductæ dubitemus. Una mater nos genuit, eadem tres aluit, ab una sumus educatæ tam corporali alimento quam spiritali : sit unus finis etiam tribus, sororibus sint sororiæ et germanæ voluntates. Sit prima domesticum exemplar, iis quæ eam consequentur. His verbis confirmatæ sorores, cum martyrem alloquentes, extremum ei vale dixissent, rogarunt ut pro se communem precaretur Dominum, ut sine offensione cursum ei parem peragerent, ut pares quoque consequerentur coronas.

IX. Generosa autem mater, non illiberaliter, neque pusillo et effeminato animo se gerens, sed perinde ac erubescens aliquid facere, aut dicere, quod esset abjectum et indignum tali filia, erat omnino magni et excelsi animi, hanc solum animo accipiens molestiam, ne videret alias primæ exemplum non assequi, et veniret in periculum, ne unius solius et non trium videretur esse mater germana. Quocirca filiam dignis verbis prosequebatur : Ego quidem, o filia, te genui, dicens, et propter te tuli partus dolores, et te nutriens deduxi ad hanc usque ætatem : sed nunc accipio mercedem alimentorum, accipio laborum remunerationes, easque mutiplicatas. Nam etsi nullus possit parem gratiam referre parentibus (quomodo enim cum ab iis ipsum, quod sumus, acceperimus?) tu tamen mihi omnia abundanter reddidisti, cum me talis filiæ matrem esse ostenderis, et tam

magnifice pro Christo decertaveris. Ad quem vade, filia, vade, tuo sanguine pro eo effecta purpurea, quo tuo sponso conspicieris, quo coram ipso sisteris quovis colore et flore colorata speciosius. Hæc cum illa a sororibus et matre audivisset, porrecta continuo cervice, ei caput amputatur: et sustollitur ad Christum, qui est caput omnium.

X. Impius autem judex non ferens ignominiam, ex se partæ victoriæ damnum cogitabat ex aliis reparare: multo autem magis per eas quoque victus apparuit. Continuo ergo accersita ea, quæ erat secunda: Crede mihi, inquit, filia, et cum maximam deam Dianam adoraveris, læta discede. Illa autem, Spes revera, quæ pudore affici non potest: Quomodo, inquit, credidisti me esse sororem præcedentis, cujus jam fecisti periculum: ita tuo sit etiam animo persuasum, fore ut constantia conspiciar ejus soror: et nihil esse omnino nec lætum, nec molestum, quod me ab hac traducat constantia. Hæc cum ille audisset, convertitur continuo ad puniendum, producere iuterrogationem, inane esse judicans et supervacaneum. Veste ergo nudatam, jubet ipsam quoque, sicut primam, crudis boum nervis flagellari. Cum autem par supplicium sustinens, ei quoque parem ostenderet fortitudinem, major ira judici est excitata: et jubet fornacem valde accensam, venerandam excipere martyrem. Sed Deus sororis ejus quoque curam gerebat similiter. Idipsum autem nunc quoque accidit, quod in flamma Babylonica; nam ingressam martyrem flamma nequaquam tangebat. Propterea ergo Spes emittebat voces, quibus simul et gratias ageret, et supplicaret. Agebat enim gratias Deo, quod in malis illæsa fuisset conservata: supplicabat autem propterea quæ erant futura, ut in omnibus illus nomen glorificaretur, et pudore afficerentur impii.

XI. Eam ergo non reveritus impius, quam ipse quoque ignis visus est revereri, jubet eam ligno suspendi, et ferreis laniari ungulis. Illa autem tunc quoque eamdem præ se ferebat animi magnitudinem, quam in malis præcedentibus ostenderat. Quamobrem liberalis quidem gratia illustrabat oculos, membris vero dilaceratis quidam odor suavis aderat. Leniter autem summis labris subridens: Tu quidem, inquit, o sanguinarie, putas robur meum enervare suppliciis. Ego autem a meo Christo confirmata, confido fore, ut te infirmum reddam et imbecillum, et irritos efficiam tuos conatus, qui cum femina bellum gerere sis agressus, idque cum sim juvencula, et ad opem mihi ferendam nihil habeam paratum, nisi quod in Deo vero confido. His ad furorem incitatus, jubet lebetem pice et resina plenum, et vehementer accensum sanctæ subjici, Deo autem de more operante, lebes quidem dissolvebatur tanquam cera a facie ignis: quod vero in se habebat incensum, repente diffusum, non paucos perdidit ex iis qui circumsistabant, infidelibus. Sed ne sic quidem

A τέκνον, ἄπιθι τοῖς αἵμασι τοῖς ὑπὲρ τούτου πεφοινιγμένη, οἷς καὶ ὀφθήσῃ τῷ σῷ νυμφίῳ, οἷς αὐτῷ παραστήσῃ παντὸς φυκίου καὶ ἄνθους ὡραιότερον κεχρωσμένη. Τοιαῦτα πρὸς τῶν ἀδελφῶν ἐκείνη, τοιαῦτα πρὸς τῆς μητρὸς ἀκούσασα, τὸν αὐχένα εὐθὺς ὑποσχοῦσα τὴν κεφαλὴν τέμνεται, καὶ πρὸς Χριστὸν τὴν πάντων ἀναφέρεται κεφαλήν.

Ι΄. Ὁ δυσσεβὴς μέντοι δικαστὴς τὴν αἰσχύνην οὐ φέρων ἐκ τῶν λοιπῶν ὑπενόει τὴν ἧτταν ἀνακαλέσασθαι· πολλῷ δὲ μᾶλλον καὶ δι' αὐτῶν ἐφάνη νικώμενος. Εὐθὺς οὖν τὴν ἐλάττονα τοῖς ἔτεσι καὶ δευτέραν καλέσας· Πείσθητί μοι, θύγατερ, ἔφη, καὶ τῇ μεγίστῃ θεῷ Ἀρτέμιδι προσκυνήσασα, πολλὰ χαίρουσα ἄπιθι. Ἡ δὲ ἀκαταίσχυντος τῷ ὄντι Ἐλπίς· Ὃν τρόπον ἐπίστευσας, ἔφη, ἀδελφήν με εἶναι B τῆς προλαβούσης, ἧς ἤδη καὶ πεῖραν εἴληφας, οὕτω πείσθητι καὶ τῇ γνώμῃ καὶ τῇ ἐνστάσει ἀδελφὴν με ταύτης ὀφθήσεσθαι, καὶ μηδὲν εἶναι μηδόλως οὐ τῶν εὐφραινόντων, οὐ τῶν λυπούντων, ὃ με τῆς τοιαύτης μεταπείσει ἐνστάσεως. Τούτων ἐκεῖνος ἀκούσας ἐπὶ τὸ κολάζειν εὐθὺς τρέπεται, τὸ τὴν ἐρώτησιν παρατείνειν ὡς τι μάταιον κρίνας καὶ περιττόν. Τῆς ἐσθῆτος οὖν γυμνωθεῖσαν κελεύει καὶ αὐτὴν ὁμοίως τῇ πρωτῃ βουνεύροις ὡμοῖς μαστίξεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἴσην τὴν κόλασιν ὑπομένουσα, καὶ τὴν καρτερίαν ἴσην αὐτῇ ἐπεδείκνυτο· καὶ ὁ θυμὸς μείζων τῷ δικαστῇ διανίστατο, κάμινον αὖθις κελεύει πρὸς μέγα διακαυθεῖσαν τὴν σεμνὴν ὑποδέξασθαι. Ἀλλ' ὁ τῆς ἀδελφῆς Θεὸς πάντως καὶ ταύτης ἦν ὁμοίως αὐτῆς κηδόμενος. Γίνεται οὖν καὶ νῦν τῇ C Βαβυλωνίᾳ φλογὶ παραπλήσιον, καὶ τῆς μάρτυρος ἐπιβάσης οὐδαμῶς ἥπτετο· διὰ ταῦτα γοῦν εὐχαριστηρίους ἡ Ἐλπὶς ἅμα καὶ ἱκετηρίους ἠφίει φωνάς· ἐφ' οἷς μὲν ἤδη κακοῖς ἀπαθὴς τετήρητο εὐχαριστηρίους, ἐφ' οἷς δὲ ἔμελλεν ὡσίκετηρίους, ὥστε ἐν πᾶσι τὸ ἐκείνου ὄνομα δοξασθῆναι, καὶ καταισχυνθῆναι τοὺς ἀσεβεῖς.

ΙΑ΄. Οὐκ αἰδεσθεὶς οὖν ὁ ἄνομος ἣν καὶ αὐτὸ τὸ πῦρ αἰδεσθὲν ἐφάνη, ἀναρτᾶσθαι ξύλῳ προστάττει, ὄνυξί τε σιδηροῖς ξέεσθαι. Ἡ δὲ τὴν ἴσην εὐψύχιαν ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι δεινοῖς, καὶ νῦν φέρουσα ἦν. Διὸ καὶ χάρις μὲν τὰς ὄψεις ὑπηυγάζεν ἐλευθέριος, μέλεσι δὲ τοῖς ἀποξεομένοις πολὺ τὸ εὐῶδες προσῆν. Ἄκρῳ δὲ μειδιάματι καὶ ὅσον ἦν τοῖς χείλεσιν ὑπο τρέχειν· Σὺ μέν, ὦ μιαιφόνε, φησὶν, οἷσι μου ταῖς τιμωρίαις τὸν τόνον ἐκλύειν· ἐγὼ δὲ τῷ ἐμῷ Χριστῷ D ῥωννυμένη πέποιθα μᾶλλον ἀτονόν σε καὶ ἀπρακτον ἀποδεῖξαι, γυναικὶ προσβαλόντα πόλεμον, καὶ ταῦτα νεαρᾷ οὔσῃ καὶ μηδὲν ἐχούσῃ πρὸς ἀρωγήν, πλὴν ἐπὶ Θεῷ μόνῳ ἀψευδεῖ θαῤῥούσῃ. Τούτοις ἔτι πρὸς μανίαν παροξυνθεὶς, λέβητα κελεύει πίσσης τε καὶ ῥητίνης ὑποπλησθέντα καὶ λάβρως ἐκκαέντα τὴν ἁγίαν ὑπολαβεῖν. Θεοῦ δὲ κατὰ τὸ σύνηθες ἐνεργοῦντος, ὁ μὲν λέβης καθάπερ κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς διελύετο· ὅπερ δὲ καιόμενον εἶχεν ἐν ἑαυτῷ ἐξαπίνης διαχεθὲν, οὐκ ὀλίγους τῶν περιεστώτων ἀπίστων διελυμήνατο. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτω συνιέναι εἶχεν ὁ τυφλώττων ἀκριβῶς τὴν διάνοιαν, τίς ἡ θαυματουργοῦσα ταῦτα δύναμις ἦν. Ὅθεν καὶ πᾶσιν

οἷς ἔδρασε τὴν ἧτταν ἀπενεγκάμενος, καὶ ἀπόρως ἔχων ὥσπερ τὸ κατὰ γνώμην αὐτῇ ποιῶν, τὸν διὰ ξίφους θάνατον ἐπίσης τῇ ἀδελφῇ, καὶ κατ' αὐτῆς ἀποφαίνεται. Πάλιν δὲ καὶ αὐτὴ τὴν μητρικὴν μὲν ἐξιτήριον ἐπεκαλεῖτο εὐχήν· τὴν τελευταίαν δὲ καὶ μετ' αὐτὴν ἀδελφὴν διανίστη πρὸς τοὺς ἀγῶνας ὑποδείγμα ἑαυτὴν ἀσφαλὲς διδοῦσα, καὶ πιστοὺς ἀπὸ τοῦ παθεῖν τοὺς λόγους παρέχουσα. Εἶτα τῷ κειμένῳ προσφῦσα λειψάνῳ τῆς ἀδελφῆς περιείχετο, κατεφίλει, περιεπτύσσετο· τοῦτο μὲν ὡς ἁγίας τιμῶσα, τοῦτο δὲ καὶ θαῤῥοῦσα ὡς ἀδελφῆς δακρῦσαι παρὰ τῆς συγγενείας ἐφέλκετο, καὶ πρὸς ἡδονὴν ἀνθείλκετο πάλιν, τῷ συνειδέναι μάρτυρα τὴν κειμένην εἶναι. Πῶς γὰρ ἂν καὶ ἐδάκρυσε πρὸς ἣν ἤδη ἐχώρει διὰ τοῦ ἴσου τρόπου τῆς τελευτῆς; δέχεται τοιγαροῦν καὶ αὐτὴ τὸν διὰ ξίφους θάνατον, καὶ ἅπεισι τὴν καλὴν πορείαν, τὴν μακαρίαν ὄντως ὁδόν, καὶ πᾶσι μὲν Χριστιανοῖς ἐπιθυμητήν, ὀλίγοις δὲ βάσιμον.

A potuit ille mente cæcus intelligere, quænam esset hæc virtus, quæ faciebat miracula. Unde etsi in omnibus, quæ fecit, superatus fuisset, nesciens tamen quid ageret, in eam mortis per gladium inferendæ, æque atque in ejus sororem, pronuntiat sententiam. Rursus autem ea quoque in decessu prece implorabat maternas : postremam autem post ipsam sororem excitabat ad certamina, seipsam pulchrum et certum exemplar præbens, et ex uno quod passa sit, orationem faciens fide dignam. Deinde adjacentes sororis accedens reliquias, eas amplectebatur : et partim quidem ex eo commota, quod esset soror, ad lacrymandum attrahebat a cognatione : partim autem intelligens martyrem eam esse, quæ jacebat, reliquias honorabat, tanquam sanctas, et ad gaudium retrahebatur. Quomodo enim propter sanctam lacrymaretur, ad quam libenter pari modo mortis jam tendebat. Suscipit ergo ipsa quoque mortem gladio, et pulchram viam ingreditur, viam vere beatam, et quæ est expetenda quidem omnibus Christianis, sed quam pauci ineunt.

ΙΒ'. Ὁ τοίνυν ἄνομος δικαστὴς εἰς ἔσχατον ἀπορίας ἐλθὼν καὶ τὸ τῆς αἰσχύνης περιφανὲς ὑπενεγκεῖν οὐ δυνάμενος, ὅμως ἐπὶ τῇ ἐσχάτῃ τῶν ἀδελφῶν ἐσάλευε τὰς ἐλπίδας. Ἔδακνε γὰρ αὐτὸν τὸ κομιδῇ νέον τῆς μάρτυρος, ὡς εὐεπιχείρητον αὐτῷ γενήσεσθαι προσδοκώμενον. Ἐπεὶ δὲ καὶ προσῆγε τὰς ἐρωτήσεις, καὶ λόγους ἐκίνει πείθειν δυναμένους· Μὴ ἀπατάτω σε, φησὶν ἡ Ἀγάπη, τὸ νεαρόν μου τῆς ἡλικίας, ὡς εὐεξαπάτητον ἔσται, καὶ λόγοις τοῖς σοῖς εὐκόλως δολώμενον· διδάξει γάρ σε μετ' ὀλίγον ἡ πεῖρα ὅτι τῆς αὐτῆς ῥίζης ὁρπηξ ἐγώ, καὶ μίας ἐκείνης γαστρὸς γέννημα, ὧν ἤδη δύο βλαστῶν καὶ τέκνων εἰς πεῖραν ἐλήλυθας. Οὐ γὰρ ἐπ' ἐμοὶ τὰ τῶν προλαβουσῶν αἰσχυνθήσεται, οὐδὲ τὴν αὐτῶν εὐγένειαν ἐγὼ ψεύσομαι, ἀλλὰ τοσούτῳ μᾶλλον ὑπερβαλῶ καὶ τῇ καρτερίᾳ, ὅσῳ καὶ τῇ πείρᾳ πλεονεκτῶ, τὴν ἰοῦ Χριστοῦ βοήθειαν ἐπὶ ταύταις δεδιδαγμένη. Οὐκ ἤνεγκε τὴν παῤῥησίαν ταύτην ὁ μιαρὸς, ἀλλ' ἰκρίῳ τὴν Ἀγάπην ἀναρτᾶσθαι κελεύει, καὶ ἱμᾶσι τείνεσθαι πανταχόθεν, ὡς τὰς τῶν μελῶν ἁρμονίας τῷ σφοδρῷ τῆς ἐνστάσεως τῆς κατὰ φύσιν συνθέσεως διασπᾶσθαι. Ἀλλὰ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις ἡ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν προστᾶσα, καὶ μετ' αὐτῆς ἦν, ἀπαθῆ κακῶν συντηροῦσα. Ἀνάπτεται τοιγαροῦν καὶ αὐτῇ κάμινος ἐκ παντοδαπῆς ὕλης, πρότερον τοῦ προστάξαντος ἰσχυρῶς ὀργῇ διακαυθέντος· Ὁρᾷς οὖν, ἐκεῖνός φησι τῇ μάρτυρι, τὸ κατὰ σου καιόμενον πῦρ; Ἑτέρως οὖν οὐκ ἂν δύναιο τὴν ἀπειλὴν αὐτοῦ ἐκφυγεῖν, εἰ μὴ τὸ προσταττόμενον οὐδὲν ὑπερτιθεμένη τελέσαι σπουδάσῃς· ἐγὼ δέ σοι καὶ φιλανθρωπότερον χρήσομαι· εἰπὲ γὰρ κατὰ πρόσχημα ῥήματι μόνῳ, Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις, καὶ εὐθὺς ἀπολύῃ πάσης αἰτίας. Ἡ δὲ, Μὴ γένοιτό μοι, φησὶ, μηδὲ ῥήματι μόνῳ ἀνόσιόν τι δρᾶσαι καὶ ἀπρεπὲς, καὶ γλῶσσαν πεποιηκότα θεοσεβείας.

XII. Iniquus autem judex cum ad extremam venisset dubitationem, et non posset apertam ferre ignominiam, in extrema tamen sorore adhuc spe tenebatur. Eum enim movebat valde tenera illius ætas, quæ ei existimabatur fore expugnatu facilis. Postquam autem adhibuit interrogationes, et movit verba, quæ poterant persuadere : Ne te decipiat, inquit Charitas, ætas mea tenera, ut quæ facile possit decipi, et a tuis verbis allici. Te docebit mox experientia, me esse ramum ejusdem radicis, et fetum illius unius uteri, cujus jam duorum germinum et filiarum fecisti periculum. Non enim quantum in me erit, priores pudore afficiam neque degenerabo ab eadem nobilitate : sed tantum superabo fortitudine, quanto majorem habeo experientiam, ut quæ Christi auxilium in eis didicerim! Hanc libertatem non tulit sceleratus, sed jubet suspendi Charitatem, et omni ex parte extendi loris adeo ut membrorum compages vehementi illa contentione divellerentur a naturali sua compositione; sed Dei virtus, quæ aliarum sororum curam gesserat, cum ipsa quoque erat, illam illæsam servans a malis. Accenditur ergo ei quoque fornax ex omnis generis materia, cum is qui jusserat, prius vehementi ira fuisset incensus ; Vides, dicit ille martyri, ignem qui contra te movetur. Non poteris aliter minas ejus effugere, nisi quod imperatur minime tergiversans, effectum reddere studueris. Ergo autem te utar etiam benignius. Dic enim solum : Magna Diana, et statim ab omni criminatione liberaberis. Illa autem : Absit, inquit, ut vel solo verbo faciam alquid impium et indecorum, et linguam tali polluam locutione, quæ est aliena a pietate in eum, qui creavit.

ΙΓ'. Τί τὸ ἀπὸ τοῦδε; Τοὺς λόγους ἀφεὶς, τὸ ὑπὸ τοῦ θυμοῦ κελευσθὲν ἐποίει, καὶ ἀκοντίζεσθαι ταύτην τῷ πυρὶ προσέταττεν. Ἦν δὲ οὐ τοὺς συλληψομένους ῥυπῶσαι τοιούτῳ φθέγματι, ἀλλοτρίῳ ὄντι τῆς πρὸς τὸν

XIII. Quid deinde? Verbis relictis fecit, quod et jubebat ira, et jussit eam jaci in ignem. Illa autem non solum eos qui ipsam erant comprehensura,

sed propemodum ipsum etiam jussum præveniens, A in mediam flammam insiluit, tanquam in aquas calidas et lavacra suavissima. Protinus ergo flamma quidem diffundebatur, et apprehendebat eos qui circumstabant. Tetigit autem ignis ipsum quoque judicem, tum ut ulcisceretur impietatem, tum ut ipse minime dubitaret, sed uteretur seipso teste divinæ potentiæ. Sic ergo res quidem impiorum afficiebantur dedecore; glorificabatur autem Deus per suam martyrem. Judici autem male se habebat ea pars corporis, quam flamma tetigerat, et mittit quosdam, qui sanctam adducerent. Qui autem missi fuerant, vident quosdam candidis indutos vestibus, eleganti et honesta specie, qui vel sola forma poterant adducere in admirationem; qui etiam sæpe visi fuerant cum beata versari in fornace, et simul cum ea preces fundere. Cum autem eis sanctam conantibus capere solutæ essent dexteræ, non valentes aliquid amplius facere: Egredere, clamabant, ancilla Dei: vocat te judex. Quæ etsi ex igne egressa esset illæsa, cum ei omnino non nocuisset ignis, et impius corpus haberet adhuc semiustulatum, et ex ipso posset intelligere: crassam tamen nubem ferens in oculis, erat plane insipiens. Propterea in eam rursus alia induxit supplicia, et jubet ejus membra transfigi terebris. Cum autem martyr habens omnino mentem ad Deum sublatam, parum aut nihil curaret tormenta, eam morte condemnat. Quod quidem cum audiisset adolescentula, cujus non erant pusilli et muliebres spiritus, et reputasset hoc esse veluti signaculum et firmitatem suæ in Deum confessionis, magnas Deo egit gratia: Ago tibi gratias, dicens, divina Trinitas, una divinitas, una gloria, una potentia, quod te et tuis martyribus meis sororibus dignam me, quæ sum minima, reddidisti. Concede autem, ut mater mea post meum decessum tandiu sit in hac misera vita superstes, ut tuis ancillis justa faciat.

μόνον, ἀλλὰ μικροῦ καὶ αὐτὸ τὸ πρόσταγμα φθάνουσα, ἐπὶ μέσης ἤλατο τῆς φλογὸς, ὥσπερ ἐπὶ θερμῶν ὑδάτων καὶ λουτρῶν ἡδίστα. Παραυτίκα γοῦν ἡ μὲν φλὸξ διεχεῖτο, καὶ τῶν περιεστώτων ἐπελαμβάνετο· ἥπτετο δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ δικάζοντος, ἅμα μὲν τὴν ἀσέβειαν ἀμυνόμενον, καὶ πρὸς τὸ μηδὲν αὐτὸν ἀμφίβολον ἔχειν, ἀλλ' ἑαυτῷ μάρτυρι χρῆσθαι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. Οὕτως οὖν τὰ μὲν τῶν ἀσεβῶν κατησχύνετο, Θεὸς δὲ διὰ τῆς αὐτοῦ μάρτυρος ἐδοξάζετο· εἶχε δὲ καὶ τῷ δικαστῇ πονήρως τὸ παραπολαῦσαν τῆς φλογὸς μέρος ταῦ σώματος, καὶ πέμπει τινὰς ἄξοντας τὴν ἁγίαν. Οἱ δὲ πεμφθέντες λευκημονοῦντας ἑώρων τινὰς εὐπροσώπους ὅτι μάλιστα καὶ χαρίεντας ἔκπληξιν ἀπὸ τῆς μορφῆς ἐμποιεῖν δυναμένους· οἳ καὶ πολλάκις ἐν τῇ καμίνῳ συνόντες τῇ μακαρίᾳ καὶ συναναφέροντες αὐτῇ τὰς εὐχὰς ἐθεάθησαν. Ἐπεὶ οὖν ἐπιχειροῦσι τούτοις τὴν ἁγίαν λαβεῖν παρεῖντο αἱ δεξιαὶ, οὐ δυνάμενοί τι δρᾶσαι πλέον· Ἔξιθι, ἐδόων, ἡ τοῦ Θεοῦ δούλη, ὁ δικάζων καλεῖ. Ὡς οὖν ἄθικτος ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐξῆλθεν οὐδὲν αὐτὴν τὸ παράπαν βλάψαντος, ὁ δυσσεβὴς καίτοι ἡμίφλεκτον ἔτι τὸ σῶμα ἔχων, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ συνεῖναι δυνάμενος, ὅμως παχὺ φέρων τὸ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς νέφος, ἀσύνετος ἦν. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὖθις τιμωρίας ἐπῆγεν ἑτέρας, καὶ τρυπάνοις αὐτὴν κελεύει διαπερονᾶσθαι τὰ μέλη. Ἐπεὶ δὲ τὴν διάνοιαν διὰ παντὸς πρὸς Θεὸν ἔχουσα τῶν ἐπαγομένων ὀλίγα ἐφρόντιζεν ἡ οὐδὲν, τὸν διὰ ξίφους θάνατον καὶ αὐτῆς κατακρίνει, ὅπερ ἡ μηδὲν ἀγεννὲς μηδὲ θῆλυ φρονοῦσα νεᾶνις ἀκούσασα, καὶ ὥσπερ σφραγῖδα τοῦτο καὶ ἀσφάλειαν τῆς πρὸς Θεὸν ὁμολογίας λογισαμένη, πολλὰς ὡμολόγει τῷ Θεῷ χάριτας· Εὐχαριστῶ σοι, λέγουσα, θεία Τριὰς, μία θεότης, μία δόξα, μία δύναμις, ὅτι καί με τοῦ νυμφῶνος τοῦ σοῦ καὶ τῶν σῶν μαρτύρων τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν ἀξίαν τὴν ἐλαχίστην ἔδειξας. Δὸς δὲ καὶ τὴν ἐμὴν μητέρα μετὰ τὴν ἐμὴν τελευτὴν τῷ ταλαιπώρῳ τούτῳ ἐπιζῆσαι βίῳ, ὅσον τὰ νενομισμένα ταῖς σαῖς θεραπαινίσιν ἀφοσιώσασθαι.

C

XIV. Cum sic precata esset beata Charitas admirandæ filiæ mater admirabilis pro ea est precata, non ut eam videret vivam, et longo tempore viveret, mortem effugiens, et eam solam haberet consolationem et spem senectutis, cum ab aliis esset deserta filiabus; nihil horum est precata, aut voluit; hæc enim judicabat esse matrum illiberalis et pusilli animi, et quæ intuentur solum ad id quod adest, et quod videtur: sed ut convenienter ejus proposito acciperet consummationem et bona facta bonus sequeretur exitus. Quamobrem ad mortem ei addens animum, et ad finem, cursus confirmans: Euge, dicebat, o filia; o mei uteri revera felix planta! o quæ honoravisti parentes! o quæ Deum in tuis glorificasti membris. Quis non tuam laudabit fortitudinem? Quis non animi robur et constantiam? Vade ad communem Dominum, ad thalamum, in quem non cadit interitus, ad quietem revera beatam, laborum

ΙΔ'. Οὕτω τῆς μακαρίας δεηθείσης Ἀγάπης, ἡ τῆς θαυμασίας θυγατρὸς θαυμασία μήτηρ τινὰ ὑπὲρ αὐτῆς δέησιν ἐποιεῖτο, οὐχ ἵνα ζῶσαν αὐτὴν ὁρᾷ, οὐδ' ἵνα μακρὸν χρόνον βιώῃ τὸν θάνατον ἐκφυγοῦσα, καὶ παραμυθίαν αὐτὴν μόνην ἔχοι καὶ γηροκόμον ἐλπίδα τῶν ἄλλων θυγατέρων ἔρημος οὖσα· οὐδὲν τοιοῦτον ἠξίωσε ἢ ἠθέλησε. Ταῦτα γὰρ ἀγεννῶν ἔκρινε μητέρων καὶ πρὸς τὸ παρὸν μόνον βλεπουσῶν, ἀλλ' ὥστε κατὰ τὴν αὐτῆς πρόθεσιν καὶ τὴν τελείωσιν δέξασθαι καὶ καλαῖς πράξεσι καλὸν ἀκολουθῆσαι καὶ τέλος. Διὸ καὶ πρὸς τὸν θάνατον ἐπαλείφουσα ταύτην, καὶ πρὸς τὸ τοῦ δρόμου τέλος ἐπιῤῥωννῦσα· Εὖγε, ὦ θύγατερ, ἔλεγε, ὦ γαστρὸς ἐμῆς μακάριον ὄντως φυτὸν, ὦ γονεῖς τιμήσασα, ὦ Θεὸν ἐν τοῖς σοῖς δοξάσασα μέλεσι· τίς σε τῆς ἀνδρίας οὐκ ἐπαινέσει; τίς τῆς καρτερίας, τίς τῆς ἐνστάσεως; Ἄπιθι πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην, πρὸς τὸν νυμφῶνα τὸν ἄφθαρτον, πρὸς τὴν μακαρίαν ὄντως ἀνάπαυσιν, ἀπολειψαμένη

D

τῶν ἄθλων τὰς ἀμοιβάς. Ὡς σου τὸν στέφανον φαντάζομαι δεξιᾷ Δεσποτικῇ προτεινόμενον! Ὡς τοὺς ἀγγέλους ὁρῶ χαίροντας, καὶ τὴν σὴν τελείωσιν ἀναμένοντας! Ὦ οἷαις ἐγὼ τρίσι θυγατράσι τὴν Τριάδα τετίμηκα! Οἷα δῶρα, οἷα θύματα προσήνεγκα ταύτῃ! Τοιαύτας εὐχὰς, τοιούτους λόγους ἡ καλὴ μήτηρ ἐφόδιον τῇ θυγατρὶ παρασχουσα, πρὸς τὴν ποθουμένην ὁδὸν παρέπεμψε· τὸν αὐχένα οὖν ἡ μακαρία προτείνασα τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ὑπέστη προθύμως, ἧς τὸ σῶμα ἡ μήτηρ περιπαθῶς ἅμα καὶ εὐλαβῶς κατησπάζετο, τό τε τῆς φύσεως καὶ τὸ τῆς γνώμης ποιοῦσα, εὐωδιάσασά τε καὶ περιστείλασα, ὅπως ἔδει τὴν καὶ μητέρα καὶ φιλομάρτυρα, μεγαλοπρεπῶς τε καὶ φιλοτίμως, καὶ ὅσα νόμος ἐπὶ τοιούτοις γίνεσθαι λειψάνοις τελέσασα, τοῖς τῶν ἀδελφῶν καὶ τοῦτο συνάπτει, καὶ τῷ ναῷ κατατίθησι ταῦτα, ὃν ἔτυχε πρότερον ἀναστήσασα φιλοκάλως, μέγα τι χρῆμα καὶ θησαυρὸν ἀδαπάνητον ἡ φιλόχριστος ὄντως δωρησαμένη Χριστιανοῖς, ἴασιν ψυχῆς, ἴασιν σώματος, ἀπρόσκοπον βίου διαγωγὴν, πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν, μεγάλων ἀγαθῶν παροχὴν δωρεῖσθαι δυνάμενον. Εἶτα μετὰ τὴν ἐκείνης τελείωσιν, τριῶν ὅλων ἡμερῶν διαγενομένων, ἡ καλλίπαις αὕτη μήτηρ ἐξελθοῦσα τὴν ὑπὲρ τῶν ἱερῶν παίδων τελέσουσα μνήμην, προσφῦσα τῇ τῶν λειψάνων σορῷ· Τίμια παρὰ Θεῷ θύματα, ἔφη, τετελειωμένα καλλιερήματα, δέξασθε τὴν ὑμῶν μητέρα σύσκηνον τοῖς ὑμετέροις οἷς κατοικεῖτε σκηνώμασιν. Ταῦτα ἔφη, καὶ συναπῆχθη τοῖς ῥήμασιν ἡ γενναία, καὶ ὕπνον ὕπνωσε τὸν δικαίοις ἁρμόζοντα, ἡ μήτηρ προστεθεῖσα ταῖς θυγατράσι, καὶ κοινῇ πάλιν τῷ τῶν ἁγίων χορῷ. Αἱ γοῦν συνελθοῦσαι φιλευσεβεῖς τὰ νενομισμένα καὶ ἐπ' αὐυῇ τελέσασαι, τῇ κοινῇ τῶν θυγατέρων σορῷ κατέθεντο. Ἔδει γὰρ ὥσπερ τῶν ψυχῶν, οὕτω δὴ καὶ τῶν σωμάτων μίαν αὐτῶν εἶναι τὴν κατοικίαν, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· τῆς μιᾶς θεότητος, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A acceptura remunerationes. Ut visione apprehendo coronam, quæ dextera Domini porrigitur. Ut video angelos lætantes, et exspectantes tuam consummationem. O quibus ego tribus filiabus honoravi Trinitatem : qualia dona, quales ei obtuli suffitus? Tales preces, talia verba cum egregia mater filiæ præbuisset viaticum, prosecuta est ad viam desideratam. Collum itaque porrigens beata, prompto et alacri animo subiit mortem pro Christo. Cujus corpus mater simul cum magna affectione et pietate est amplexa : faciensque quod volebat ratio et natura, cum ipsum suffiisset, et ut decebat matrem et martyrum amantem, splendide et magnifice composuisset, et ea fecisset, quæ de more fiunt in rebus hujusmodi, id quoque in templo deponit B simul cum sororibus, quod illa prius præclare excitaverat, rem magnam et thesaurum, qui consumi non potest, vere amans Christi femina largita Christianis medelam animæ, medelam corporis, inoffensam vitæ transactionem, Deo conjunctionem, et qui potest magna bona præbere. Deinde cum tres integri dies intercessissent post ilius consummationem, egressa hæc egregiarum filiarum mater pro sacrosanctis filiabus peractura commemorationem, accedens ad loculum reliquiarum : Pretiosæ, dixit, apud Deum hostiæ, consummata et pulchre litata sacrificia, accipite vestram matrem contubernalem in vestris, quæ habitatis, tabernaculis. Hæc dixit, et simul cum his verbis abscessit mulier egregia, et somno, qui justis con- C gruit, obdormiit mater addita filiabus, et communi rursus choro sanctorum. Cum autem piæ convenissent feminæ, ei quoque justis factis deposuerunt in communi loculo filiarum. Oportebat enim, quomodo animarum, ita etiam corporum esse unam habitationem : ad gloriam Patris et Filii, et Spiritus sancti, unius divinitatis, quam decet omnis gloria, honor et adoratio, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

VITA
SANCTI STEPHANI

PAPÆ ET MARTYRIS.

(Latine apud Surium ad diem 2 Augusti. Græce non exstat.)

Quo tempore Valerianus et Gallienus impietatis D sectatores imperabant, Christianorum quamplurimi acerbissimos tyrannos declinantes, latitabant. Non deerant tamen qui fidei certamen subeuntes, martyrii palmam assequerentur. Erat enim lex proposita ut quicunque Christianum hominem latitantem detulisset, omnes ejus facultates ipse haberet et quoscunque honores in exercitu petiisset, obtinere posset. Illo igitur tempore B. Romanæ urbis episcopus Stephanus, cum totum clerum congregasset, sic eum affatus est : Audistis, fratres et commilitones mei, crudelissimum edictum diaboli, ut si quis

Christianum deprehenderit, omnes ejus facultates ipse possideat. Moneo igitur vos, fratres, ut terrenas divitias contemnatis, quo cœlestis regni hæreditatem percipere possitis : Nolite hujusmundi principes extimescere : sed Deum cæli et terræ Dominum, ejusque unigenitum Filium Jesum Christum adorate illum colite, ad illum confugite, qui potest nos omnes eripere de manibus inimicorum nostrorum et de diaboli malitia liberatos sua gratia corroborare.

II. Tunc presbyter quidam, nomine Bonus : Nos, inquit, terrenas nostras facultates relinquere in animo habemus, quinimo sanguinem ipsum propter Dominum nostrum Jesum Christum, et ejus nominis confessionem effundere parati sumus, ut illum assequi digni efficiamur. His dictis, omnes clerici ad beatissimi pontificis pedes prostrati, significarut, quod quisque gentiles domi suæ haberet, qui baptizari optarent. Itaque a pontifice quærebant num alio, an ad eum illos ducturi essent, quo baptizari possent. Jussit igitur beatissimus episcopus, ut postero die ad cryptam, quæ appellatur Nepotiana, omnes convenirent. Cum igitur ad eam cryptam convenissent, inventi sunt illic tam mares, quam feminæ, centum et octo ; quos illo ipso die Pontifex in nomine Domini nostri Jesu Christi sanctissimo baptismate et aliis divinis mysteriis consecravit, et ut illis placatum ac propitium Deum redderet, sacrificium obtulit, sicque omnes sacramentorum participes facti sunt.

III. Eo autem die, qui deinceps secutus est, beatus Stephanus ordinavit tres presbyteros, et septem diaconos, ac sexdecim clericos et sedens omnes illos docebat de regno Dei, ac de sempiterna illa vita, quæ futura est. Mox cœperunt populi ex Græcis et reliquis gentibus ad eum venire, qui divinos sermones audientes, a Stephano pontifice baptizabantur. Interea venit quidam tribunus militum, Nemesius nomine, cui erat filia unica quæ ab incunabulis : apertos quidem oculos habuerat, sed nihil omnino aspiciebat. Ille se ad beati pontificis pedes prostravit, ac dixit : Oro te, pontifex, ut me et filiam meam baptizas, quo et ipsa illuminetur, et animas nostras ab æternis tenebris eripias, quoniam ad hanc usque diem semper in ærumnis et doloribus propter hujus filiæ meæ cæcitatem versatus fui. Tunc beatus episcopus : Si credis, inquit, ex toto corde, omnia tibi credenti concessa fuerint. Ad hæc Nemesius tribunus : Ego ad hanc usque diem toto animo credidi, et nunc credo Dominum Jesum Christum Deum esse qui aperuit oculos cæci nati : neque enim humanis consiliis impulsus, sed ejus ipsius vocatione, ad sanctitatem tuam veni.

IV. His auditis, statim beatus pontifex hominem illum adduxit ad locum quemdam, qui vocatur Titulus pastoris; cumque et ipsum, et ejus filiam catechismo instruxisset, quemadmodum Christianæ fidei canones et ordo postulat, jussit eos jejunare usque ad vesperam. Cum autem venisset hora vespertina, benedixit aquæ in eo loco, quem pastoris Titulum vocatum fuisse diximus, itaque Nemesium in aquam demisit, et baptizavit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Cum vero ex piscina exiisset, cœpit ipsius filia clamare : En hominem video, qui tetigit oculos meos, in cujus circuitu magnæ lucis splendor apparet. Tunc Stephanus et ipsam Nemesii filiam baptizavit, quæ Lucilla vocata est. Ex hoc tempore multi cœperunt ad pedes beati pontificis Stephani se prosternere ; et cum lacrymis baptismum ab eo petere. Illo itaque die, quo Lucilla baptizata est, mares et feminæ sexaginta duo baptizati sunt. Sic igitur, divina gratia et ope adjuvante, multi viri Deum metuentes ex gentibus, beatum pontificem Stephanum adierunt, ut ab illo Christi baptismum acciperent. Mox ille sanctissimus pontifex, Spiritus sancti gratia refertus, cœpit Christianorum multitudinem in unum locum convocare divinaque officia celebrabat in martyrum latibulis, quæ cryptæ appellantur : quo tempore Nemesium patrem Lucillæ ordinavit diaconum.

V. Impietatis vero sectatores quidam cum hæc audivissent, insuper et Nemesium tribunum cum tota familia Christi fidem sectari, baptismoque et fidei lumine adjutum, cæcitatem pristinam abjecisse, rem detulerunt ad Glabrionem et Maximum consules, homines scilicet impietatis valde studiosos. Tunc illi de ea re consultantes, præceperunt, ut quocunque in loco Nemesius diaconus inveniri posset, omnino gravissimis suppliciis affigeretur. Cum autem Nemesius ipse quodam die per viam Appiam iter faceret, et esset prope Martis templum, et Valerianum ac Maximum impios homines videret, qui ut antea consueverant fœdissima dæmonibus sacrificia offerebant, ita Deum ipsum flexis genibus oravit : Domine Deus creator cœli et terræ, dissipa consilia et machinas, quibus diabolus humanas mentes pervertit; dissipa eas, quæso, per nomen Domini nostri Jesu Christi Filii tui, quem misisti in hunc mundum. Contere Satanam, ut miseri et infelices isti ab ejus laqueis quibus irretiti sunt eripiantur, ac humanis manibus fabricata simulacra derelinquentes, agnoscant te omnium rerum creatorem, Deum et Patrem omnipotentem, et unicum Filium tuum Dominum Jesum Christum. Illa ipsa hora impius Maximus a dæmone correptus, voce magna cœpit clamare : Nemesius nunc factus Christianus me incendit. Ecce illius oratio me cruciat. Ex illa igitur hora egressi e templo, jusserunt Nemesium detineri. Cum vero qui eum tenuerant, verberibus pulsarent, repente Maximus consul efflavit animam.

VI. Itaque Nemesius statim ductus est ad Valerianum in palatium, quod Claudii nomine appellatur. Quem sic affatus est Valerianus : Et ubinam est, o Nemesi, prudentia illa tua, quam semper in te cognovimus, tum in consiliis ineundis, tum in rebus gerendis firmissimam ? An ignoramus nos, quid optimum, quidve pessimum sit, quippe qui non aliud te adhortamur ut facias, nisi quod utilitatem tibi affare possit, ut scilicet quæ vera sunt ample-

ctens, deos ipsos non deseras, quos omni tempore a pueritia coluisti et veneratus es ? Ad hæc Nemesius diaconus : Ego, inquit, scelestissimus veritatem ipsam dereliqueram, et sanguinem innocentem effuderam, et ad hoc usque tempus peccatis oneratus fueram ; sed Christi Domini et Dei misericordia modo adjutus, tandem Creatorem meum cognovi, cujus baptismo illuminatus sum, qui et cordis mei oculos aperuit, et corporeis filiæ meæ pupillis lumen restituit. Hunc adoro, hunc timeo, huic cultum et preces supplex offero, cujus auxilium semper implorabo, et simulcra omnia, quæ dæmones esse cognovi, et ipsa, et eorum cultores aversor et exsecror. Tunc ait Valerianus : Nota mihi sunt veneficia tua, quibus humanas cædes patrare ausus es, quippe quiet Maximum consulem tuis præstigiis de medio sustulisti : quin etiam adhuc contra nostram et reipublicæ salutem temere christianorum causa talia veneficia exercere non desistis.

VII. His dictis, Valerianus ira percitus, jussit illum in privato carcere detineri, quem, cum opus fuisset, sistendum præcepit. Jussit etiam Sempronium Nemesii famulum, domino suo fidelissimum, illic præsto esse, a quo ejusdem Nemesii tum facta, tum bona omnia inquirerentur : cujus etiam filiam Lucillam custodiri præcepit apud sceleratam quamdam mulierem, nomine Maximam. Postero autem die jussit iniquissimus Valerianus Sempronium tradi cuidam tribuno, qui vocabatur Olympius, ut torqueretur, et de domino ipsius per eum inquireretur. Illum igitur Olympius his verbis aggressus est : Novistine qua de causa hic ante nos constitutus es ? Hæc ille ait. Ad quæ Sempronius nihil respondit. Sed nihilominus Olympius : Ausculta, inquit, Semproni, et fac quod jubent imperatores nostri : sin minus, multis et variis tormentis cruciaberis. Ostendas igitur nobis Nemesii domini tui facultates, deinde vero propitiis deorum nostrorum numinibus sacrifices. Ad hæc Sempronius : Si facultates domini mei Nemesii requiris, scito illas a me Christo fuisse oblatas ; non enim nostra, sed illius erant bona. Quod vero dicis et me hortaris, ut diis tuis sacrificem, nullo modo faciam : Christo enim sacrifico Dei viventis Filio sacrificium laudis et confessionis, cui et dominus meus Nemesius seipsum obtulit. Cum hæc dixisset Sempronius, furore accensus est Olympius, et satellitibus dixit : Prosternite hominem istum, et virgis percutite. Afferte ante illum deum Martem ac tripodem, ut vel diis ipsis thura offerat, vel sine intermissione aliqua virgis percutiatur. Allatum igitur aureum [æreum] Martis idolum una cum tripode, in conspectu Sempronii locatum fuit. Quod cum Sempronius vidisset : Conterat, inquit, te Dominus Jesus Christus Filius Dei vivi. Hoc dixit Sempronius, ac repente idolum illud sic liquefactum est, quasi cera igne admoto. Quod cum vidisset Olympius, stupore perculsus obmutuit : mox vero domi suæ illum custodiri jussit, dicens : Hac nocte omnia tormenta tibi afferam, et miseris modis te consumam. Hæc dixit, et Sempronium custodiendum tradidit Tertullo cuidam, domus suæ gubernatori. Exuperiæ autem conjugi Olympius ipse narravit, quemadmodum Sempronius Jesu Christi Dei sui nomine invocato, Martis idolum comminuerit.

VIII. Tunc Exuperia uxor : Si tanta, inquit, est Christi potentia, quantam dicis, satius nobis est dehinc illos ipsos deos relinquere, qui neque sibi neque nobis opem ferre possunt. Quæramus igitur Deum illum, qui Nemesii tribuni filiæ lumen restituit. Tunc Olympius Tertullo præcepit, ut mitius se gereret cum Sempronio, siquidem Nemesii pecuniis inquirendis ipse operam dare vellet. Hoc mandatum exsecutus est Tertullus. Olympius vero cum conjuge Exuperia, et unico filio Theodulo, illa ipsa nocte venerunt, et ad pedes Sempronii prostrati, dixerunt : Nos paulo ante Christi potentiam cognovimus, verum scilicet Deum illum esse, qui Nemesii tribuni filiæ oculorum lumen dedit. Quamobrem te precamur, ut cures nobis dari salutare baptisma in nomine Jesu Christi, quem tu prædicas. Respondit Sempronius : Si pœnitentiam agitis ex toto corde vestro, benignus est Deus meus, et accipiet vos pœnitentiam agentes. Tunc Olympius : Jamjam, inquit, faciam, ut credas me toto corde Christi Dei fidem sequi. Hæc dixit, et statim cubiculum patefecit, in quo habebat multa et varia idola. Quibus ostensis : En, inquit, Semproni, hæc omnia simulacra in potestate tua sunt : fac illis quidquid libet. Cui Sempronius : Age, simulacra ista omnia manibus propriis contere, auroque et argento, ex quibus confecta sunt, igne conflatis, pauperes congrega, et illis hæc distribue. Fecit omnia, quæ Sempronius dixerat, Olympius, nihil prorsus dubitans. Repente vero audita est vox e cœlo, dicens : In te, Semproni, requievit spiritus meus. Audierunt vocem illam Olympius et ejus uxor, et in fide ipsa facti sunt firmiores, ob idque ad salutare baptisma promptiores. Itaque Sempronium precabantur, petentes ut sigillum Christi acciperent, et per aquam ac Spiritum denuo nascerentur.

IX. Omnia hæc Sempronius Nemesio domino suo retulit. Quæ cum Nemesius accepisset, celeriter adiit ad beatissimum pontificem Stephanum, eique rem omnem exposuit. Ille vero Christo Deo nostro gloriam dedit, et proxima nocte Olympii domum adiit. Quo viso, statim Olympius prostravit se ad pontificis pedes una cum uxore Exuperia, et filio Theodulo. Erexit autem illos sanctissimus pontifex, atque interrogavit, an crederent in Dominum nostrum Jesum Christum. Cui omnes concordi animo responderunt : Credimus, Pater sanctissime, in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Tunc pontifex eos baptizavit in nomine sanctæ, consubstantialis et individuæ atque vivificantis Trinitatis. Ostenderunt autem illi et idola, quæ propriis manibus comminuerant. Quade re sanctissimus pontifex gratias egit Deo, et pro illis sacri-

ficium obtulit benigno et salutis nostræ auctori Domino Jesu Christo ; eosque sanctæ oblationis participes fecit. Itaque tota illa domus gaudio magno et hilaritate repleta est.

X. Tertius dies præterierat, cum Valerianus et Gallienus imperatores valde impii hæc audierunt, qui furore accensi, jusserunt Nemesium et ejus filiam Lucillam, indicta causa, torqueri. Sed cum nullis tormentis de sententia moveri possent, illos obtruncari jusserunt. Et quia cupiebant Lucillæ patri persuadere, ut sententiam mutaret, præceperunt Lucillam prius obtruncari. Cum vero et Nemesii propositum stabile atque immobile cognovissent, illum etiam securi percuti jusserunt in loco illo, qui est inter duas vias, Appiam et Latinam, non longe ab urbe Roma. Postera die nefarius Valerianus jussit Sempronium, publice audiendum, sisti. Cui dixit : Quare non consulis tibi ipsi, et diis te subjicis, per quos universa natura regitur et gubernatur? Christus me regit et gubernat, inquit Sempronius, qui et hanc sententiam mihi confirmavit. Tunc jussit Valerianus Sempronium in ignem conjici. Milites igitur cum ignem multum accendissent, sanctum illum virum Sempronium, vinctis post terga manibus, in mediam flammam conjecerunt. Itaque beatissimus martyr Sempronius in media flamma positus ; spiritum Jesu Christo commendavit. Pretiosæ autem ipsius reliquiæ intactæ permanserunt. Venit autem beatus pontifex Stephanus cum clericis et viris religiosis, sanctique Sempronii reliquias collegit, et illas cum Olympii et sociorum, qui prius propter Christum interfecti fuerant, sanctissimis reliquiis collocavit.

XI. Post multos dies Valerianus et Gallienus cœperunt beatum episcopum Stephanum et ejus clerum inquirere : quin etiam edicto proposito jusserunt, ut ubicunque inventi fuissent, post multa et varia tormenta, morte acerbissima necarentur. Itaque detenti sunt clerici duodecim, quorum nomina hæc sunt : Faustus, Maurus Primitivus, Columnius [*Calumniosus*], Joannes, Exuperantius, Cyrillus, Honoratus, Theodosius [Theodorus], Basilius, Castulus, Donatus. Qui cum multis cruciatibus torquerentur, neque adduci possent ut facerent quod jussi erant, postremo imperatores jusserunt illos obtruncari in via quæ appellatur Aquæductus. Quorum veneranda corpora curavit Tertullinus, qui fuerat Olympii servus quamvis adhuc esset gentilis, et eorum reliquias reposuit prope corpora sanctorum Juvini et Basilei, in via Latina. Cal. Aug.

XII. Hæc cum audivisset beatus Stephanus pontifex, jussit ad se accersiri Tertullinum, quem multis hortationibus ad Christianam fidem conversum docuit de regno Dei, et sempiternæ, vitæ mysteriis initiavit, sanctissimoque baptismate purgavit, atque illum adhuc alba veste indutum, ordinavit presbyterum. Quem cum docuisset de salute ac cœlesti regno sanctus pontifex : Esto, inquit, tibi, frater, hoc onus impositum, ut multorum martyrum reliquias diligenter inquiras. Cum hoc mandatum accepisset Tertullinus, post duos dies quam presbyter ordinatus est, a Marco tribuno comprehensus, ad Valerianum ducitur. Cui Valerianus : Age, inquit, domini tui pecunias huc affer ; secus, interficieris. Ad hæc Tertullinus respondit : Si pecunias domini mei et tu habere cupis, æternam vitam assequi poteris ; nam ille pro Christo moriens, Deo ipsi facultates suas obtulit, in futuro illo ævo eas recepturus. Si ergo et tu vere in Deum credideris, mutaque ac sensus expertia idola exsecratus fueris, misericors et clemens Deus te pœnitentiam agentem amplectetur. Tunc dixit Valerianus : Ergo domini tui pecuniæ æternam vitam illi afferunt? Maxime, inquit Tertullinus, et non solum æternam vitam, sed perpetuum etiam regnum conciliant.

XIII. His auditis, Valerianus ad eos sermonem dirigens, qui aderant : Delirat, inquit, Tertullinus iste. Prosternatur igitur in terram, et multis virgis percutiatur. Itaque cum B. Tertullinus sine misericordia verberaretur, voce magna dicebat : Gratias ago tibi, Domine Jesu Christe, quod non disjunxisti me a domino meo et servo tuo Olympio, qui et me antecessit martyrio functus. Cum itaque inter verbera et plagas hoc diceret, jussit imperator ejus lateribus ignem subjici. Cui nefarii atque impii homines hoc sæpe inculcabant : Tertulline sacrilege, redde pecunias domini tui. Beatus vero Tertullinus constanti animo atque hilari vultu dicebat Valeriano : Age, miser, fac celerrime quidquid vis, ut per incendium et flammas istas me sacrificium Deo gratum offerre possim. Tunc jussit Valerianus Tertullinum non amplius verberari, sed tradi Sapritio urbis præsidi, cui dixit : Age, require ab isto pecunias Olympii domini sui ; deinde coge illum diis libare : quod nisi fecerit, variis tormentis crucietur.

XIV. Cum hoc mandatum accepisset Sapritius, statim tribunal sibi parari jussit in eo loco, qui Mamertini domus appellatur, præcepitque adduci ad se martyrem, præcone sic indicente : Adducatur huc sacrilegus Tertullinus : Adductus itaque fuit Tertullinus, quem præses interrogavit, quo nomine vocaretur. Cui Tertullinus : Peccator, inquit, sum ego, servus servorum Jesu Christi. Tunc Sapritius præses sic eum affatus est : Considera quæ nunc tibi præcipiuntur, et sine mora facias, quod dico, ut vivas. Eia igitur diis sacrifica, et redde, quæ jubemus, bona Olympii domini tui ; sin minus, tormentorum suppliciis consumptus fueris. Ad hæc respondit Tertullinus : Si nosses æternæ vitæ felicitatem, non esses de præsenti sæculo anxius ac sollicitus, ea curans quæ a dæmonibus, quos vos colitis, suggeruntur, et tibi et tui similibus æternos cruciatus afferent. His auditis, Sapritius præses jussit Tertullini faciem lapidibus collidi. Sanctus vero Tertullinus, Deo gratias agens, dixit præsidi : Tu meum os confringi jussisti, et Domi-

nus meus Jesus Christus, quem ego colo, te ac diabolum idololatriæ auctorem conteret. Tunc præses dixit his qui præsentes erant : Curnam iste moratur Olympii pecunias reddere ? Et ad eum conversus : Age, inquit, affer pecunias quas debes, et diis sacrifica, ne capite obtruncatus, vitam amittas. Respondit Tertullinus : Ego in Domino meo Jesu Christo, cui credidi, confirmatus ita sum, et ita illum habere cupio, ut præsentem hanc vitam pro nihilo ducam, cujus nullos certos fines constitutos video.

XV. Hæc audiens Sapritius, furore accensus, jussit Tertullinum in ligno extendi, et nervis diu verberari. Cum igitur nervis cæderetur Tertullinus, clamabat : Domine Jesu Christe, ne deseras servum tuum, qui fidem et spem suam in te collocavit : sed da vires, ut in sancta et recta confessione tua perseverem, quoniam tu es spes mea, Fili Dei vivi. Mox jussit Sapritius Tertullinum in rota suspendi. Dum igitur in rota penderet beatus ille, Spiritus sancti auxilium invocabat. Cum autem ipsius animum ac propositum ita firmum et stabile vidisset Sapritius, ut moveri non posset, retulit Valeriano tyranno, Tertullinum nullis minis, nullis adhortationibus, nullis denique cruciatibus aut machinis adduci posse, ut vel diis immolet, vel domini sui facultates ac pecunias in medium afferat. Tunc Valerianus sententiam ferens, jussit Tertullinum obtruncari. E rota igitur depositus, ductus est per viam Latinam ad secundum urbis lapidem, quo in loco fuit capite obtruncatus. Ejus autem reliquias B Stephanus collegit, et sepelivit in crypta, quæ arenosa dicitur, pridie Kalendas August. [Cod. Kal. Augusti].

XVI. Postero autem die Valerianus misit cohortem, quæ beatum pontificem Stephanum cum multis clericis, presbyteris ac diaconis comprehenderet. Cum igitur pontifex et ejus clerici cum eo comprehensi essent, plurimi Christiani lugentes a longe illos sequebantur. Postea vero quam B. Stephanus jussu Valeriani ante ipsius tribunal stetit : Tune, inquit scelestissimus imperator, es ille Stephanus, qui rempublicam nostram pertubare ac dissolvere aggressus es, quique consiliis et præstigiis tuis suades populo, ut a deorum cultu desciscat ? Adhæc sanctus episcopus Stephanus respondit : Ego rempublicam non perturbo, sed admoneo et hortor omnes homines, ut derelictis dæmonibus, qui adorantur in istis vestris idolis, ad verum Deum se convertant. Ergo, inquit Valerianus, tu statim interficiendus es, ut alii exemplo tuo perterrefacti, resipiscant et vivant. His dictis, jussit in templum Martis Stephanum pontificem duci, atque illic sententiam de illo pronuntiari. Ductus est igitur A beatissimus pontifex a satellitibus extra mœnta et portam Appiam ad templum Martis. Quo in loco episcopus ipse, omnibus spectantibus, oculos in cœlum erexit, ac dixit : Domine Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui evertisti turrim confusionis apud Babylonem, destrue, quæso, nunc et locum hunc, in quo diaboli superstitio per idolorum cultum exercetur. Cum hæc dixisset pontifex, repente facto tonitruo et fulgure maximo, templum Martis magna ex parte corruit. Quod videntes milites, perterrefacti aufugerunt, ac reliquerunt beatissimum Stephanum cum omnibus Christianis, qui eum secuti fuerant. Itaque illa ipsa hora B Stephanus abiit cum omnibus Christianis, quos secum habebat, ad cœmeterium B. Lucillæ [*al.* Lucinæ], ubi multis adhortationibus Christianos consolabatur, ipsos hortans et corroborans, ne tyrannorum minas et tormenta formidarent, cum Dominus ipse dicat : *Nolite timere eos qui possunt occidere corpus, animam vero non possunt occidere : timete illum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam* [1]. His adhortationibus bonus ille pastor proprias oves confirmans, obtulit Christo Deo omnipotenti oblationem.

XVII. At impius Valerianus, cum et Martis templum eversum fuisse, et Christianorum multitudinem cum pontifice Stephano esse audivisset, misit milites longe plures his quos antea miserat. Qui cum venissent, invenerunt beatum pontificem Stephanum Deo sacrificium offerentem. Illorum autem adventu sanctus episcopus nihil perturbatus est, sed tranquillo et quieto animo Christo Deo sacrificium obtulit, atque ibidem capite obtruncatus est, quarto Nonas Augusti. Christiani vero, qui erant illic, cum se tali pastore orbatos vidissent, multas lacrymas effuderunt. Ejus autem venerandum corpus in illa eadem crypta deposuerunt, ubi et ejus sanguis effusus fuerat, in via Appia, in qua martyr ille multa cum pace requievit (1).

XVIII. Eodem die milites idolorum cultores diaconum (2) quemdam invenerunt, Tharsitium nomine, qui purissimum Christi corpus ferebat. Comprehenderunt igitur illum milites : cumque curiosius ab eo inquirerent, quidnam secum ferret, et ipse indignum judicaret ante porcos margaritas projicere, nulla ratione adduci potuit, ut sanctissimum ac purissimum sacramentum impuris hominibus revelaret. Virgis igitur et lapidibus eousque Tharsitium contuderunt, quoad spiritum efflavit. Cum vero ejus corpus exanime per terram volutaretur, curiosi et sacrilegi milites neque sub ulnis intra manicas, neque sub vestibus aliquid invenire potuerunt. Relicto igitur sic, ut erat venerando

[1] Matth. x, 28.

(1) Lat. cod. « *Sepelierunt corpus ejus cum ipsa sede sanguine ejus aspersa in eadem crypta, in loco qui dicitur Cœmeterium Calisti.* »

(2) Lat. cod. *acoluthum*. Nam non acoluthis tantum, sed et laicis olim persecutione urgente concessum erat acceptam in Ecclesia Eucharistiam domum ferre.

illo Tharsitii corpore, multo cum stupore aufugerunt, et ad Appiæ viæ portam venientes, Christianos multos invenerunt. Mox Valeriano rem omnem exposuere. Illo autem ipso die Christiani venerandum gloriosi martyris Tharsitii corpus in cœmeterio Calisti in via Appia deposuerunt. Post hæc Christianorum Ecclesia in unum collecta, in sanctissimi Stephani pontificis et martyris locum, Xistum Romanæ urbis episcopum constituerunt nono Kalendas Septemb. tertio anno Valeriani, et Gallieni secundo (3): in nobis autem regnante Domino nostro Jesu Christo : cui sit gloria et imperium nunc et semper, et in secula sæculorum. Amen.

(3) Mendum hic irrepsisse vult Baronius anno 260 ponendumque annum Valeriani quartum et Gallieni tertium.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΝΕΝΔΟΞΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΕΥΠΛΟΥ.

—

MARTYRIUM
SANCTI GLORIOSISSIMIQUE MARTYRIS
EUPLI

(12 Augusti. — Ex monumentis Eccl. Græcæ Joan Bapt. Cotelerii, tom. I, p. 194).

—

II. Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum, tantus idololatris fervor insederat per omnes regiones et insulas, ut idola cuncta erigerent. Miserunt autem imperatores quemdam nomine Pentagurum in fines provinciæ Siciliæ, qui omnia idola erigeret, Christianos vero impune disperderet gravibusque torqueret suppliciis. Ut ergo pervenit ad Catanam civitatem, Calvisianus de more plebi urbis præcepit obviam prodire ei qui ab imperatoribus missus fuerat. Ea quippe gentilium consuetudo est. Et ingressus est Pentagurus in urbem. Tunc jussit Calvisianus tribunal suum constitui in loco qui Achillius appellatur ; ad hæc præcones mitti per plateas civitatis, quo universi convenirent.

Α'. Κατὰ τοὺς καιροὺς Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῶν βασιλέων, τοιοῦτος θυμὸς τῇ εἰδωλολατρείᾳ ἐγένετο καθ' ἑκάστην χώραν καὶ νῆσον, ὥστε πάντα τὰ εἴδωλα ἐξεγεῖραι. Ἀπέστειλαν δὲ οἱ βασιλεῖς τινα ὀνόματι Πεντάγουρον ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς ἐπαρχίας Σικελίας, πάντα τὰ εἴδωλα ἐξεγεῖραι, καὶ τοὺς Χριστιανοὺς ἀθῴως ἀναλωθῆναι καὶ δειναῖς τιμωρίαις βασανισθῆναι. Ὡς δὲ ἔφθασεν ἐν τῇ Κατανaίων πόλει, κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐκέλευσεν ὁ Καλβισιανὸς τοῖς ὄχλοις τῆς πόλεως ἀπάντησιν ποιήσασθαι τοῦ ἀποσταλέντος ὑπὸ τῶν βασιλέων, ὡς ἔθος ἦν τῶν Ἑλλήνων. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Πεντάγουρος ἐν τῇ πόλει. Τότε ἐκέλευσεν ὁ Καλβισιανὸς τὸ τριβωνάλιόν αὐτοῦ τεθῆναι ἐν τῷ τοπῳ τῷ λεγομένῳ Ἀχιλλίῳ. Καὶ ἐκέλευσεν κήρυνας ἀποσταλῆναι κατὰ τὰς πλατείας τῆς πόλεως, ὥστε πάντας συναθροισθῆναι.

Il. igitur cum Pentagurus in diabolico suo solio sederet una cum Calvisiano, universus populus congregatus est ante tribunal eorum. Tunc Pentagurus postulavit, his ad Calvisianum verbis usus : Istine omnes deorum nostrorum religionem observant ? Respondit Calvisianus sic : Cuncti hi quos pietas tua conspicit, deorum nostrorum cultui dediti sunt. Quæ postquam audivit a Calvisiano, turbas jussit dimitti. Deinde Pentagurus edictum

Β'. Τότε ὁ Πεντάγουρος καθεσθεὶς ἐν τῷ διαβολικῷ αὐτοῦ θρόνῳ σὺν τῷ Καλβισιανῷ, συνηθροίσθη πᾶς ὁ λαὸς ἔμπροσθεν τοῦ βήματος αὐτῶν. Τότε ἐκέλευσεν ὁ Πεντάγουρος, λέγων πρὸς Καλβισιανόν· Οὗτοι πάντες τὴν τῶν θεῶν ἡμῶν λατρείαν ἐπιτελοῦσιν ; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Καλβισιανὸς εἶπεν· Τούτους πάντας οὓς καθορᾷ ἡ σὴ εὐσέβεια τὴν τῶν θεῶν ἡμῶν λατρείαν ἐπιτελοῦσιν. Ταῦτα δὲ ἀκούσας ὑπὸ Καλβισιανοῦ, ἐκέλευσε τοὺς ὄχλους ἀπολύθῆναι. Τότε ὁ Πεν-

τάγουρος ἐνεφάνισεν Καλβισιανῷ τὸ πρόσταγμα τῶν βασιλέων· καὶ ζώννυσιν αὐτὸν ἔπαρχον τῆς πόλεως (1), καὶ ἀποδίδωσιν αὐτῷ τὸ πρόσταγμα τὸ βασιλικόν, ὥστε πειράσαι τοὺς Χριστιανούς. Παρευθὺ οὖν ὁ Πενταγουρος ὁδοιπορίαν ἐποιεῖτο ἐπὶ τὰς ἑτέρας πόλεις· σπουδὴν δὲ ἐποιεῖτο ζητῶν τὴν τῶν· Ἀκραγαντίνων πόλιν. Τότε ὑψωθεὶς ὁ Καλβισιανὸς ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἐνδυσάμενός τε τὸ πρόσταγμα τῶν ἀσεβεστάτων βασιλέων, θυμοῦ πλησθεὶς ἐκέλευσε τοῖς ὑπηρέταις αὐτοῦ λέγων· Ἀκριβῶς ἐρευνῶντες ἐξέλθετε ἐπὶ τὰς πλατείας τὰς πόλεως, καὶ ἐν τοῖς περιχώροις τοῖς ἐπικειμένοις ἡμῖν, καὶ ἐὰν εὕρητέ τινα τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντα, δέσμιον προσενέγκατέ μοι αὐτόν, ὅπως ἀνωνας προσθήσω αὐτῷ, καὶ τιμὴν πλείονα ἕξει.

A imperatorum patefecit Calvisiano, cumque præsidem urbis declaravit, necnon tradidit ei imperiale edictum, ut Christianos inquireret. Confestim itaque Pentagurus ad alias urbes iter suum dirigebat; festinabat porro ut Agrigentinorum civitatem peteret. Tunc Calvisianus elatus a diabolo, et impiissimorum imperatorum edicto munitus, plenus furoris, edixit ministris suis in hæc verba: Exite ad urbis plateas et finitimas nostræ regiones indagate, ac si quem inveneritis qui Christum confiteatur vinctum ad me adducite, ut adductori annonam adjiciam, doneturque majori honore.

Γ. Τινὲς οὖν τῶν παρεστώτων εἶπον αὐτῷ· Δέσποτα, ἔστιν ἐνθάδε τις ξένος ὀνόματι Εὔπλος ἔχων βιβλαρίδιον μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ ἐν τούτῳ ἀπατᾷ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ, λέγων ὅτι μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν ἐστιν. Τότε ἀκούσας ὁ Καλβισιανὸς καὶ ταραχθεὶς εἶπεν· Σπουδαίως δέσμιον προσαγάγετέ μοι αὐτόν. Ἀπελθόντες δὲ οἱ ὑπηρέται, καὶ διαδραμόντες τὰς πλατείας τῆς πόλεως, εὗρον αὐτὸν ἐν κελλίῳ διάγοντα καὶ διδάσκοντα τοὺς λαοὺς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἰσελθόντες, ἐπέδραμον πρὸς αὐτόν· καὶ δήσαντες αὐτὸν, ἤνεγκαν ἔμπροσθεν τοῦ βήματος. Καλβισιανοῦ τοῦ ἐπάρχου. Τότε ὁ ἀσεβέστατος καὶ διάβολος Καλβισιανὸς ἐπιπλέξας τοὺς πόδας, καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐνδεσμήσας ἐπὶ τὰ γόνατα, εἶπεν· Σὺ εἶ ὁ ἀπατηλὸς, τῶν θεῶν καὶ τῶν αὐτοκρατόρων καταφρονητής; Ὁ δὲ ἅγιος Εὔπλος εἶπεν· Τίνες εἰσὶν οἱ θεοὶ ὑμῶν, ἵνα προσκυνήσω αὐτούς; Ὁ δὲ Καλβισιανὸς εἶπεν· Διὶ καὶ Ἀσκληπιῷ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Γαληνῷ. Ὁ δὲ μακάριος Εὔπλος εἶπεν· Ἐν τούτοις εἶ τυφλὸς, ὅτι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν οὐκ ἐπιγνώσκεις, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκ γῆς διαπλάσαντα, τὸν ἐνδύσαντα ἡμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς ἔνδυμα ἀφθαρσίας, τὸ τίμιον καὶ ὑπερένδοξον καὶ πανάγιον, φοβερὸν καὶ φωταγωγὸν βάπτισμα. Πρὸς ταῦτα Καλβισιανὸς ὑπομειδιῶν, ἔφη· Εἰς βασάνους μὴ εἰσελθὼν, τυραννικῶς ταῦτα λέγεις. Ὁ δὲ ἅγιος Εὔπλος εἶπεν· Οἱ βάσανοί σοι ἐμοὶ στέφανός εἰσιν· σοὶ δὲ εἰσὶν σκότος.

B III Quidam ergo ex adstantibus dixerunt illi: Domine, est hic aliquis peregrinus, nomine Euplus, qui secum libellum habet, in quo plebis multitudinem decipit, dicens quod magnus sit Deus Christianorum. Quo audito Calvisianus perturbatus ait: Festine vinctum ad me adducite hominem. Proinde abierunt satellites: et percursis urbis plateis, invenerunt eum in cellula morantem, Deique Evangelium populo exponentem. Unde ingressi, impetum adversus illum fecerunt, ligatumque duxerunt ad tribunal Calvisiani præsidis. Tunc impiissimus ac diabolus Calvisianus, cum pedes suos innexuisset, manusque ad genua colligasset: Tunc, inquit, es seductor, deorum atque imperatorum contemptor? At sanctus Euplus dixit: Quinam sunt C dii vestri, ut adorem eos? Excepit Calvisianus: Adorandi dii sunt Jupiter, Æsculapius, Diana, Galenus. At beatus Euplus ait: In his cæcus es, quod Dominum nostrum Jesum non cognoscis, conditorem cœli et terræ, quique hominem e terra formavit, ac nos Christianos induit veste immortalitatis, pretioso videlicet, gloriosissimo, sanctissimo, terribili atque illuminatorio baptismate. Ad hæc Calvisianus subridens infit: Quia tormenta nondum subiisti, adeo tyrannice ac superbe loqueris. Responsum dedit sanctus Euplus: Tormenta illa tua, mihi corona sunt, tibi vero sunt tenebræ.

Δ'. Τότε ὁ ἀσεβέστατος Καλβισιανὸς ἀκούσας ταῦτα ἐταράχθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ διαβόλου· καὶ ἐκέλευσεν παγῆναι ξύλον, καὶ χρεμασθῆναι ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ χεῖρας σιδηρᾶς γενέσθαι, καὶ καταξέεσθαι τὰς σάρκας αὐτοῦ ἐπιμελῶς. Ὁ δὲ μακάριος Εὔπλος εἶπεν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, εἰ οὗτοι τὰς σάρκα,

IV. Quæ postquam audivit impiissimus Calvi- D sianus, a patre suo diabolo conturbatus est; ac jussit lignum in terra defigi, illumque in eo suspendi, necnon manus ferreas confici, et carnes ejus dilacerari. Porro beatus Euplus hæc verba protulit: Domine Jesu Christe, si isti carnes meas

(1) Ζώννυσιν αὐτὸν ἔπαρχον τῆς πόλεως. Martyrium S. Eustathii, ζώννυται κατὰ τὸ πρότερον στρατηλάτης. Ubi a Niceta Paphlagone, περιζώννυται αὖθις ζώνην στρατηγικήν. Hinc *cincti, præcincti, honore* aut *cinguli honore præcingi*, etc. Contra in *Chronico Alexandrino*, p. 744, Ἀποζωσθεὶς τῆς ἀξίας αὐτῶν. Juris Græco-Romani P. I, p. 73: Τὴν ζώνην τῆς ἰδίας ἀρχῆς ἀφαιρούμενος. Latini dicunt *Cingulum amittere, cingulo honoris exui, cinguli dignitate nudari.* Nam juxta Suidam ζώνη significat τὸ ἀξίωμα. Et quod legimus apud Sozomenum, lib. I, cap. 6: Ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν ἀξίας; lib. VII cap. 13: Προὐτρέπετο μείζονος τιμῆς ἐπαγγελίαις δελεάζουσα vertitur in historia Tripartita: *In suo cingulo permanerent. Majoribus eum cingulis invitabat.* Ut in Novellis *cingulum* Græce ἀρχή. Ad hæc ἀποθέσθαι τὴν ζώνην vel ῥίπτειν, cingulum deponere, balteum ponere, projicere, est abdicare se potestate. Denique ex Homilia de uno legislatore utriusque. Testamenti, tom. VI S. Chrysostomi, Ἔστιν ἡ ζώνη βασιλέως γνώρισμα καὶ κριτοῦ. Quid enim multa de re triviali?

dilaniant, nudumque me volunt astare ante diabolicum suum tribunal, indue me carne incorruptionis, neque istorum tormenta adversus me prævaleant. Tum vox e cœlo audita est, hujusmodi ad eum : Confide, Euple ; forti sis animo. Nam vera vestis tibi præparata est. Post quod Calvisianus præses dixit : Vel nunc non destitisti ab istis tuis nugis ? Ingredere, diis sacrifica, ut multa bona ab invictis imperatoribus accipias, nosterque evades amicus, et ingentia præmia per nos consequeris. Sanctus Euplus ita locutus est : In hoc cognosce, perditionis fili, operarie diaboli, quod auro argentoque hos omnes adducas ad cultum idolorum. Ad hæc ira accensus tyrannus Calvisianus, imperavit malleos fabricari, et verberari crura illius. Sed beatus Euplus istum habuit sermonem : Insane, insipiens, corde cæce, cur mihi infers tormenta tua ? Si potes, aliis suppliciis propera me afficere.

V. Tunc ad iram concitatus tyrannus Calvisianus, jussit beatum Euplum devinciri, et magnum immaculatumque Evangelium alligari collo ejus, sicque quasi per ludibrium abduci in carcerem. In quem ingresso beato Euplo, præcepit Calvisianus, fores carceris signari annulo ejus, utque milites eumdem carcerem sedulo custodirent. Cum autem beatus Euplus in carcere septem dies ac septem noctes transegisset, siti cœpit laborare. Quorcirca extensis manibus oravit : Here Domine Jesu Christe, verus Deus noster, qui das escam omni carni [1], qui per Moysem servum tuum filiis Israelis aquæ abundantiam largitus es [2], qui Sampsonem per aquam ex maxillam eductam irrorasti [3], qui lætificasti nos pretioso maximeque glorioso baptismate, qui Jordanico fluento et lavacro vitæ immortalis etiam super terram contrivisti inimicum ; tu ipse nunc, Domine Jesu Christe, impera fontem aquæ vivæ scaturire ex carcere hoc, de qua exsatier ; ut agnoscant cuncti, non esse Deum alium præter te, Domine. Hanc precem cum ille complevisset, repente aquæ copia intra carcerem manavit ; isque gratiis actiis bibit, et glorificans sanctam, consubstantialem, vivificam Trinitatem, cœpit psallere, ac ineffabilem Dei erga homines amorem laudibus celebrare.

VI. Cæterum post septem illos dies, iterum mandavit impiissimus Calvisianus, beatum Euplum vinctum duci ad tribunal. Cumque profecti fuissent lictores, et aperuissent carcerem, confestim viderunt aquarum affluentiam. Verum beatus Euplus aquam increpuit manu, illaque evanuit. Quam rem in carcere gestam intuiti satellites, dixerunt inter se : Magnus est Deus hominis istius. Et eductum Beatum e carcere, adduxerunt ad Calvisiani tribunal. Qui in faciem beati Eupli oculos conji-

μου καταξίουσιν, καὶ γυμνόν με βούλονται παραστῆσαι ἐπὶ τὸ διαβολικὸν αὐτῶν βῆμα, ἔνδυσόν με σάρκα ἀφθαρσίας, καὶ μὴ τὰ τούτων βάσανα ἐνισχύσωσιν ἐπ' ἐμέ. Καὶ φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ ἠκούσθη λέγουσα πρὸς αὐτόν · Θάρσει, Εὔπλε, καὶ ἴσχυε · τὸ γὰρ ἔνδυμα τὸ ἀληθινὸν ἡτοιμάσθη σοι. Τότε Καλβισιανὸς ὁ ἔπαρχος εἶπεν · Κἂν νῦν οὐκ ἀπέστης ἐκ τῆς φλυαρίας σου ; Εἴσελθε, καὶ θύσον τοῖς θεοῖς · ὅπως πολλὰ ἀγαθὰ παρὰ τῶν ἀηττήτων βασιλέων ἀπολήψῃ, καὶ ἡμῶν φίλος ἔσῃ, καὶ πολλὰς ἀντιλήψεις παρ' ἡμῶν ἀποτεύξῃ. Ὁ ἅγιος Εὔπλος εἶπεν · Ἐν τούτῳ γνῶθι, υἱὲ τῆς ἀπωλείας, ἐργάτα τοῦ διαβόλου, ὅτι ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ τούτους πάντας πείθεις προσκυνεῖν τὰ εἴδωλα. Πρὸς ταῦτα θυμωθεὶς ὁ τύραννος Καλβισιανός, ἐκέλευσε σφύρας γενέσθαι, καὶ ταῖς κνήμαις τύπτεσθαι. Ὁ δὲ μακάριος Εὔπλος εἶπεν · Ἄφρων καὶ ἀσύνετε καὶ τυφλὲ τῇ καρδίᾳ, τί μοι ἐπιφέρεις τὰς βασάνους σου ; Εἰ δυνατόν σοί ἐστιν, ἑτέρας βασάνους ἐπενέγκαι μοι σπεῦσον.

Ε'. Τότε θυμωθεὶς ὁ τύραννος Καλβισιανός, ἐκέλευσεν δεθῆναι τὸν μακάριον Εὔπλον, καὶ τὸ μέγα ἄρχαντον Εὐαγγέλιον δεθῆναι ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐπὶ ἐμπαίγματος ἀπάγεσθαι αὐτὸν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Εἰσελθόντος δὲ τοῦ μακαρίου Εὔπλου ἐν τῇ φυλακῇ, ἐκέλευσεν ὁ Καλβισιανὸς σφραγισθῆναι τὴν θύραν τοῦ δεσμωτηρίου τῷ δακτυλιδίῳ αὐτοῦ, καὶ στρατιώτας ἀσφαλῶς φυλάττειν τὴν φυλακήν. Καὶ ποιήσας ὁ μακάριος Εὔπλος ἐν τῇ φυλακῇ ἑπτὰ ἡμέρας καὶ ἑπτὰ νύκτας, ἐδίψησεν. Ἐκτείνας δὲ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ὁ μακάριος Εὔπλος εἶπεν · Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί, ὁ διὰ Μωϋσέως τοῦ θεράποντός σου δώσας πλησμονὴν ὑδάτων τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, ὁ δροσίσας τὸν Σαμψὼν ὕδατι ἐκ σιαγόνος, ὁ εὐφράνας ἡμᾶς τῷ τιμίῳ καὶ ὑπερενδόξῳ βαπτίσματι, ὁ τῷ Ἰορδανείῳ ῥείθρῳ καὶ λουτρῷ τῆς ἀθανάτου ζωῆς καὶ ἐπὶ γῆς τὸς ἀλλότριον συντρίψας · καὶ νῦν αὐτός, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, κέλευσον ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τούτου, ὕδατος πηγὴν ζῶντος ἐκβλύσαι, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐμπλησθῆναί με, ἵνα γνῶσι πάντες ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς ἄλλος πλὴν σοῦ, Κύριε. Καὶ πληρώσαντος αὐτοῦ τὴν εὐχὴν ταύτην, ἄφνω ἀνῆλθεν πλησμονὴ ὕδατος ἔνδοθεν τῆς φυλακῆς. Καὶ εὐχαριστήσας ἔπιεν · καὶ δοξάσας τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον καὶ ζωοποιὸν Τριάδα, ἤρξατο ψάλλειν καὶ αἰνεῖν τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν.

Ϛ'. Καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, ἐκέλευσε πάλιν ὁ ἀσεβέστατος Καλβισιανός, δέσμιον τὸν μακάριον Εὔπλον ἀχθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος αὐτοῦ. Ἀπελθόντων δὲ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ ἀνοιξάντων τὴν φυλακήν, ἄφνω εἶδον τὴν πλησμονὴν τοῦ ὕδατος. Ἐπιτιμήσας δὲ τὸ ὕδωρ ὁ μακάριος Εὔπλος τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἀφανὲς ἐγένετο. Ἰδόντες δὲ τὸ γεγονὸς ἐν τῇ φυλακῇ οἱ ὑπηρέται, εἰς ἀλλήλους ἔλεγον · Μέγας ἐστὶν ὁ Θεὸς τοῦ ἀνθρώπου τούτου. Καὶ παραλαβόντες τὸν μακάριον ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, ἤνεγκαν αὐτὸν

[1] Psal. cxxxv, 25. [2] Exod. xvii, 6. [3] Judic. xv, 19.

ἔμπροσθεν τοῦ βήματος Καλβισιανοῦ. Καὶ ἐμβλέψας εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ μακαρίου Εὔπλου εἶπεν· Κἂν νῦν θῦσον τοῖς θεοῖς ἡμῶν, πρὸ τοῦ τῷ ξίφει σε ἀναλωθῆναι. Ὁ δὲ ἅγιος Εὔπλος εἶπεν. Παράνομε καὶ τυφλὲ τῇ καρδίᾳ, ἐργάτα τοῦ διαβόλου, καὶ σύνθρονε αὐτοῦ, τίς παρεῖκε τὸ φῶς τῆς ἡμέρας, καὶ πορεύεται ἐν τῇ σκοτίᾳ ; Ταῦτα οὖν ἀκούσας Καλβισιανὸς ὁ τύραννος, ἐταράχθη, καὶ ἐκέλευσε τοῖς ὑπηρέταις αὐτοῦ δεθῆναι τὸν μακάριον Εὔπλον, καὶ σιδηραῖς ὀγκίνοις τὰς ἀκοὰς πιέζεσθαι. Καὶ ἄγουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα· καὶ συνήχθη πᾶς ὁ λαὸς τῶν τε πιστῶν καὶ ἀπίστων, ὡς ἐπὶ μεγίστῳ θεάματι. Ὁ δὲ ἀσεβέστατος Καλβισιανὸς ἐκέλευσε τεθῆναι τὸν θρόνον αὐτοῦ πλησίον τῆς φυλακῆς ἔμπροσθεν τοῦ λουτροῦ τοῦ ὄντος πλησίον αὐτῆς κατὰ μεσημβρίαν. Καὶ καθεσθέντος αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ἀσεβοῦς B αὐτοῦ θρόνου, ἐκέλευσεν ἀποκεφαλισθῆναι τὸν μακάριον Εὔπλον. Ὁ δὲ μακάριος Εὔπλος παρεκάλεσε τὸν ἀσεβέστατον Καλβισιανόν, λαβεῖν αὐτὸν διορίαν τοῦ προσεύξασθαι. Καὶ ἀνοίξας τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἤρξατο ἀναγγέλλειν τὰς θαυματουργίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ πολλοὶ ἐκ τοῦ ὄχλου ἐφωτίσθησαν δι' αὐτοῦ. Καὶ μετὰ ταῦτα προσευξάμενος, ἤκουσε φωνῆς ἐξ οὐρανοῦ λεγούσης· Θάρσει, Εὔπλε· καὶ μακάριος εἶ σύ· δεῦρό, ἐπαναπαύου μετὰ τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων μοι. Καὶ λαβὼν τὴν ἀπόφασιν, ἐτελειώθη διὰ τοῦ ξίφους.

A ciens : Saltem nunc, inquit, sacrifica diis nostris, antequam gladio perimaris. Respondit sanctus Euplus : Improbe, cæce corde, minister diaboli ejusque socie in solio, quis diei lumen relinquit, ut in tenebris ambulet ? His auditis Calvisianus tyrannus, commotus est, ac indixit ministris suis, beatum Euplum ligari, atque ferreis uncinis aures ejus contundi. Ducunt ergo illum ad tribunal : convenit vero universus populus tam fidelium quam infidelium, quasi ad maximum spectaculum. At impiissimus Calvisianus voluit solium suum poni juxta carcerem, coram lavacro quod carceri adjacet versus meridiem. Cumque sedisset super impium solium suum, jussit beatum Euplum capite truncari. Hic vero impium maxime præsidem rogavit, ut temporis intervallum ipsi ad precandum concederetur. Quare, aperto sancto Dei Evangelio, prædicare cœpit Domini nostri Jesu Christi miracula, adeo ut e plebe multi per eum illuminati fuerint. Postea cum orasset, audivit vocem e cœlo dicentem : Bono sis animo, Euple ; beatus es tu ; veni, requiesce cum iis qui ab initio hucusque mihi placuerunt. Tandem accepta sententia, per gladium martyrio consummatus est.

Ζ'. Τινὲς δὲ τῶν φιλοχρίστων μοναχῶν λαβόντες τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον, κατέθεντο αὐτὸ ἐν ἐπισήμῳ τόπῳ, ἐν ᾧ ἰάματα ἐπιτελοῦνται. Ἐτελειώθη δὲ αὐτοῦ ἡ μαρτυρία ἐν καλῇ ὁμολογίᾳ μηνὶ Αὐγούστῳ δωδεκάτῃ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VII. Quidam vero e Christi amatoribus monachis, C pretiosas ejus reliquias collectas, deposuerunt in loco insigni : ubi morborum curationes peraguntur. Porro ejus martyrium in præclara confessione completum fuit duodecimo die mensis Augusti ; in nomine Domini nostri Jesu Christi, cui gloria ac imperium, cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO

Quæ tractat a venerando ortu et educatione sanctissimæ Dominæ Nostræ Deiparæ, Et ortu Christi Dei nostri, Et quæcunque contigerunt ad vivificum ejus decessum. Et præterea quomodo in apertum prolata sit pretiosa ejus vestis. Et quemadmodum hæ magnæ opes fuere Christianis reconditæ.

Auctore Symeone Metaphraste, qui gravissimorum Patrum utitur testimoniis

(Apud Surium ad diem 15 Augusti. — Fragmenta Græca nonnulla subjecimus quæ exstant in Catena ad Lucæ Evangelium quam edidit card. Ang. Mai in VET. SCRIPT. tom. IX.)

I. Oportebat revera Virginem, sicut ipsa Dei ad homines venturi inventa est dignum et Deo conveniens habitaculum, ita nunc illam ad encomii argumentum nobis propositum, dignam linguam esse consecutam, quæ res ejus eleganter narraret, et convenientem ei laudem afferret. Sed quoniam quo hoc est majus, eo difficilius explicari potest, pro viribus saltem alacri animo danda est opera, ut texamus ejus laudationem. Scit enim ipsa quo- D que, Filii cedens legibus, gratum habere id, quod fit pro viribus. Dicendum est ergo, et diligenter narrandum, et unde orta sit, quos parentes habuerit, deque educatione ejus, et fine vitæ : quin etiam quæcunque illi contigerunt ex divina Providentia et arcanis rationibus. Quod si oratio alia quoque comprehendit, et necessario persequitur, non est a ratione alienum, quod factum est ; omnia enim ad eam referuntur, ejusque sunt gloria

et encomia. Quorum narratio non erit nobis absque fide dignis testibus, nec sumetur ex personis quibuslibet : sed quam viri, quibus jure credendum est et qui simul cum doctrina egregiam quoque vitam attulerunt, diligenter composuerunt ; Gregorius, inquam, Nyssenus, Athanasius Alexandrinus, Dionysius Areopagita, et multi alii, qui nec sunt vulgaris, ut diximus, eruditionis, et sunt vita admirabiles : et, quod majus est, quam ipsum quoque divinum refert Evangelium.

II. Jam enim divinus Gregorius in oratione quæ de ortu Christi ab ipso est composita (*a*), hæc de ea tractat : Audivi, dicens, arcanam quamdam et occultam historiam, de ea hæc narrantem : Erat insignis in accurata vitæ, quæ est ex lege, institutione, et inter optimos apprime notus, pater Virginis. Consenuerat autem sine liberis, quod non erat ejus conjux apta ad procreandos filios. Erat vero ex lege quidam honor matribus, quem non adipiscebantur, quæ carebant filiis. Imitatur ergo ea quoque illa, quæ narratur de matre Samuelis [1]. Et cum fuisset intra templa sanctorum, fit supplex Deo, rogans ne excideret ab ea, quæ est ex lege, benedictione, cum in legem nihil peccaret : fieret autem mater, et Deo consecraret id quod pareret. Cum nutu autem divino confirmata esset ad gratiam, quam petierat, postquam peperit puellam, eam quidem nominavit Mariam : ut vel ipsum nomen significaret, a Deo datam esse gratiam. Cum vero jam crevisset puella, ut non amplius opus haberet sugere mamillam, eam Deo tradidit, et promissum implevit, et ad templum adduxit. Sacerdotes autem interim quidem, ad similitudinem Samuelis, inter sanctos educabant puellam.

III. Cum vero crevisset, consilium ceperunt, quidnam sacro illi corpori facientes, in Deum non peccarent. Eam enim legi naturæ subjungere et eam dare in servitutem ei qui illam duceret, videbatur absurdissimum. Existimatum est plane sacrilegium, si divini donarii homo fieret dominus : quandoquidem a lege est constitutum, ut maritus esset dominus conjugis [2]. Ut autem in templis versarentur mulieres eum sacerdotibus, et inter sanctos viderentur, neque lege permittebatur, nec res erat honesta. Eis vero de his consultantibus, a Deo datur consilium, ut eam quidem dent viro nomine desponsationis ; is autem talis esset, qui ad virginitatis aptus esset, custodiam. Inventus est itaque Joseph, qualem quærebat ratio, ex eadem tribu qua erat virgo : et ex consilio sacerdotum sibi despondet Virginem. Conjunctio autem processerat usque ad desponsationem. Tunc virgini a Gabriele aperitur mysterium. Erant autem verba mysterii benedictio. *Ave, gratia plena*, inquit, *Dominus tecum*. Contraria illi primæ voci, quæ facta est mulieri, nunc verba fiunt Virgini. Illa doloribus in partu condemnata fuit propter peccatum : in hac autem per lætitiam expellitur tristitia. In illa partum præcesserunt dolores : hic vero lætitia est obstetrix partus. *Ne timeas*, inquit. Quoniam enim omni mulieri metum affert partus exspectatio, metum expellit dulcis partus promissio : *In utero concipies, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum* [3].

IV. Quid autem Maria ? Audi puram vocem Virginis. Angelus partum annuntiat, et illa adhæret virginitati, non corrumpi, judicans esse præstantius, quam apparitionem angeli. Et neque potest angelo non credere, neque discedit ab iis quæ statuerat. Est, inquit, mihi prohibita cum viro consuetudo. Quomodo erit mihi hoc, quoniam virum non cognosco ? Hæc vox Mariæ, est demonstratio eorum quæ arcane et occulte narrantur. Si enim eam Joseph acceperat in matrimonium, quemadmodum ei visum est alienam, quod partum ante significaret, si ipsa omnino exspectabat fieri ei mater lege naturæ ? Quando quidem carnem, quæ Deo fuerat consecrata, veluti quoddam sanctum donarium, intactum conservari oportebat ; propterea : Etsi sis angelus, inquit, et si de cœlo venias, etiamsi sit super hominem id quod apparet, non potest tamen fieri, ut virum cognoscam. Quomodo ergo ero mater absque viro ? Nam Joseph quidem novi sponsum, virum autem non cognosco. Quid ergo paranymphus Gabriel, qualem thalamum parat puro et impolluto matrimonio ? *Spiritus*, inquit, *sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [4]. O beatam illam carnem, quæ propter insignem puritatem, animæ bona ad se attraxit. In aliis enim omnibus vix anima pura sancti Spiritus adventum acceperit ; hic autem fit caro Spiritus receptaculum. Quin etiam virtus Domini obumbrabit tibi. Quid hæc perarcana significat oratio ? *Christus Dei virtus, et Dei sapientia*, inquit Apostolus [5]. Altissimi ergo Dei virtus, quæ est Christus per adventum sancti Spiritus formatur in virginitate. Quomodo enim umbra corporum conformatur figuræ eorum quæ præcedunt, ita etiam character et signa, quibus Filii Dei cognoscitur divinitas, apparebunt in ejus, qui paritur, virtute, ut qui imago et signaculum et adumbratio, et splendor primi exemplaris, per admirabiles ostendatur operationes. Et hæc quidem divinus Gregorius. Alia autem et sacrum Evangelium, et alii viri pii, ac Dei amantes, quos nominavimus, et quorum nominatim non meminimus, vere docent.

V. (1) Hæc ergo postquam Virgo audivit, statim

[1] I Reg. I, 1 seqq. [2] Gen. III, 16. [3] Luc. I, 28-31. [4] ibid. 35. [5] I Cor. I, 24.

(1) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Ὡς γὰρ ἤκουσε τούτων, εὐθὺς ὑπὸ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτῇ Πνεύματος διαγασθεῖσα τὸν νοῦν, ἀσμένως τε διετέθη τῷ ἐπαγγέλματι· καὶ Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, φησὶ πρὸς τὸν

(*a*) Opp. Gregorii Nysseni, *Patrologiæ* tom. XLVI, col. 1138 D, inter dubia EDIT.

mente illustrata a Spiritu, qui ei inhabitabat, libenter accepit promissum : et *Ecce ancilla Domini*, ait angelo, *Fiat mihi secundum verbum tuum* [6]; simul et ad angeli vocem ea utens, qua par est, cautione, et postquam fide digna visa essent ea quæ dicta fuerant, noluit amplius esse incredula : sed illo quidem evasit primæ matris deceptionem, hoc autem vitavit Zachariæ incredulitatem, quæ ultra, quam deceret, processit.

VI. (2) Atque angelus quidem ab ea recessit. Consecuta est autem paulo post et Mariæ cum studio ad montana adventus, et ejus in domum Zachariæ ingressus. Magno enim studio contendit gratulari Elisabethæ, ut quæ ab angelo didicisset novam ejus conceptionem. Accedit ergo, et benigne salutat. Fit autem salutatio dulcis exsultatio infantis, qui erat in utero Elisabethæ. Jam enim ex ventre sciebat servus Dominum, qui erat in utero : et cum sensisset ejus in mendum adventum, mirandum in modum lætabatur. Hoc enim aperte significabat illa exsultatio. Non te autem lateat Elisabethæ reverentia et submissio, cum prædi-

A tione admirabili. Virginis enim adventum admiratur, quippe qui ejus superaret conditionem, *Unde hoc mihi*, dicens : sicut etiam illius filius de Domini adventu in tempore baptismi. Jam vero hanc quoque matrem et dominam suam nominat : sed etiam benedictam dicit in mulieribus, et eum, qui in utero gestabatur, fructum ventris vocat admirabiliter, ut qui cum viri semine nihil habuisset commune.

VII. Cujusmodi vero est illa quoque rursus admirabilis Mariæ prædictio, fore ut celebraretur ab omnibus generationibus. Non enim (3) se beatam prædicat vana mota arrogantia, neque lingua communi hæc loquitur : sed divino Spiritu serviens, et id quod fit in æternum, divinans. Magnificat autem Deum Maria, se et credere ostendens propter vocem Elisabethæ : *Beata* enim, inquit, *quæ credidit fore, ut ea perficiantur, quæ si dicta sunt a Domino* [6*]; et se ei tam magnæ rei inservire. Sed hæc quidem sic habent. In domo autem Elisabethæ (4) circa tres menses habitavit Maria. Deinde sic, inquit, *reversa est in domum suam*. Sic enim me docet Evangelium [7]. Quid

[6] Luc. I, 38. [6*] ibid. 45. [7] ibid. 56.

ἀγγελον. Γένοιτο μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου· ἅμα τὴν τε ἀκρίβειαν εἰς ὅσον ἔδει πρὸς τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν φυλάξασα, καὶ μὴ πλέον μετὰ τὴν ἀξιοπιστίαν τῶν εἰρημένων ἑλομένη διαπιστεῖν· ἀλλὰ τῷ μὲν, τῆς προμήτορος τὴν ἀπάτην διαφυγοῦσα· τῷ δὲ τὸ δυσπειθὲς ἐκκλίνασα Ζαχαρίου καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος.

(2) Οὐ φθάνει γοῦν ἀσπασαμένη τὴν Ἐλισάβετ ἡ πολυύμνητος Δέσποινα· καὶ ὁ ἀσπασμὸς, σκίρτημα τοῦ ἐν γαστρὶ αὐτῆς βρέφους ἡδὺ γίνεται. Καὶ γὰρ ἀπὸ γαστρὸς ἐμάνθασεν ἤδη τὸν ἐν γαστρὶ Δεσπότην ὁ δοῦλος, καὶ τὴν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ πάροδον ἡσθημένος, ὑπερφυῶς ἤδετο. Τοῦτο γὰρ τὸ ἐν ἀγαλλιάσει σκίρτημα φανερῶς ἐδήλου. Μὴ λάθοι δέ σε μηδὲ τὸ λίαν μέτριόν τε καὶ ὑποχωρητικὸν Ἐλισάβετ μετὰ καὶ θαυμαστῆς τῆς προῤῥήσεως· ᾔδειτο γὰρ τὴν τῆς Παρθένου ἐπιστασίαν, ὡς ὑπὲρ ἀξίαν οὖσαν αὐτῆς· καὶ διὰ ταῦτα διαποροῦσα, Πόθεν μοι τοῦτο, λέγει ; καθάπερ καὶ ὁ παῖς ἐκείνης πρὸς ἐτην Δεσποτικὴν ἐποίει προσέλευσιν, Καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με, λέγων, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ βαπτίσματος. Ὅρα δὲ πῶς καὶ προαγορεύει, καὶ μητέρα ταύτην ἤδη καὶ κυρίαν ἑαυτῆς ὀνομάζει· ἀλλὰ καὶ εὐλογημένην ἐν γυναιξὶ λέγει· καὶ τὸν κυοφορούμενον ἐν αὐτῇ καρπὸν κοιλίας παραδόξως ἀποκαλεῖ. Τί τοῦτο σημαίνουσα ; ὅτι σπέρματος ἀνδρὸς οὐδαμῶς ἐκοινώνει.

(3) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Οὐ μακαρίζει δὲ ἑαυτὴν, τύφῳ κενῷ κινηθεῖσα, οὐδὲ γλώσσῃ κοινῇ φθέγγεται ταῦτα, ἀλλὰ θείῳ Πνεύματι λειτουργοῦσα, αὐτὸ τὸ εἰσαεὶ τελούμενον προθεσπίζει, καὶ οὐ τὰ ἴδια μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κοινά. Ποῦ γὰρ τὸ ἀλαζονεύεσθαι παρ' αὐτῇ, ἥτις καὶ δούλην ἑαυτὴν καλεῖ, καὶ τὴν ταπείνωσιν ὁμολογεῖ, καὶ ἀπορεῖ τὴν ἐπ' αὐτῇ θείαν ἐπίβλεψιν ; Πνεύματι τοίνυν θείῳ κινουμένη, οὐ κενά τινα καὶ ὑπέρκομπα, ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα προσαγορεύει τὰ ἐσόμενα. Μεγαλύνει δὲ τὸν Θεὸν ἡ Μάρια, ὅτι τε πιστεύει δεικνῦσα διὰ τὴν τῆς Ἐλισάβετ φωνήν· Μακαρία γὰρ, φησὶ, ἡ πιστεύσασα τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου· καὶ ὡς μεγάλῳ τοιούτῳ ὑπηρετεῖ πράγματι· ἀλλὰ Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ·

(4) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Εἶχε μὲν ἡ τῆς Ἐλισάβετ οἰκία τὴν Παρθένον ἔνοικον περὶ μῆνας τρεῖς· ἐβούλετο δὲ αὐτῇ ἡ παραμονὴ, τυχὸν μὲν καὶ τοῦ παραδόξου κατανοῆσαι τὴν ἔκβασιν· ἠπορεῖτο γὰρ, ὡς εἰκὸς, τοῖς καθ' ἑαυτήν· καὶ ἔκπληξις εἶχε ταύτην οὐχὶ μετρία· τυχὸν δὲ καὶ συνησθῆναι τῇ Ἐλισάβετ τὰ τοιαῦτα μεγαλεῖα καὶ εὐαγγέλια· ὅτου δὲ χάριν ἐπὶ τρεῖς μῆνας καὶ μὴ πλέον ἡ συνοικία, ἢ πάντως ὡς τίκτειν μελλούσης τότε τῆς Ἐλισάβετ ; Εἰ γὰρ περὶ τὸν ἕκτον μῆνα τοῦ ταύτην δὴ συλλαβεῖν ἡ τοῦ ἀγγέλου γέγονε πρὸς τὴν Παρθένον ἀποστολὴ, αὐτὴ δὲ γενομένη πρὸς Ἐλισάβετ μῆνας τρεῖς παρ' αὐτῇ διαμένῃ, εὔδηλον ὅτι τοῦ χρόνου τῆς συλλήψεως. ὃν ὁ ἔνατος περιγράφει μὴν, πέρας ἔχοντος, εἰς τὸν αὐτῆς οἶκον ἐπάνεισιν ἡ Παρθένος· καὶ τούτου τυχὸν, διὰ τὸ μέλλον ἀπαντᾷν πλῆθος εἰς τὸν Ζαχαρίου οἶκον, τόκου μὲν ὥραν τῆς Ἐλισάβετ ἐχούσης· τῆς δὲ παρθενικῆς ταῦτα αἰδοῦς οὐκ ἀνεχομένης· ἔθιμον δὴ ὂν ὑποχωρεῖν τὰς παρθένους, ἐπειδὰν μέλλῃ τίκτειν ἐν γαστρὶ ἔχουσα· δεῖ γὰρ καὶ τοῦτο σκοπεῖν· ἤδη καὶ τῆς Ἐλισάβετ τόκου ὥραν ἐχούσης, ἡ Μαρία καίτοι ἀτεχνῶς οὖσα ἔγκυος, ἀλλ' οὖν, ὡς παρθένος ἐξίσταται. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸν οἶκον τὸν ἑαυτῆς ἐπανῆλθεν, ἀλλαχοῦ μὲν, οὐδαμοῦ· ἐκεῖ δὲ τὸ μετὰ τοῦτο διάγουσα ἦν, ἕως ἐγγίζειν ἤδη τὸν τῆς κυοφορίας καιρὸν ἔγνωκεν. Ἀλλὰ τῷ Ἰωσὴφ ἡ τῆς Παρθένου γαστὴρ εἰς ὄγκον ἀρθεῖσα (ἠγνόει γὰρ ὅτι Πνεύματος ἦν ἁγίου) λογισμοὺς ἐνῆκεν οὐκ εὐπρεπεῖς

autem sibi voluit Mariæ hæc mensio ? Fortasse quidem, ut ejus rei admirabilis videret exitum, de qua non mediocri tenebatur admiratione. Est autem in more positum, ut virgines secedant, cum, quæ fert uterum, est paritura. Oportet enim hoc quoque considerare. Ea de causa cum jam instaret tempus ut pareret Elisabeth, et si revera esset prægnans, recedit, tamen, tanquam virgo, et in domum suam revertitur. Postquam autem reversa est, nusquam quidem alibi, sed domi deinceps degebat, donec cognovit jam tempus adesse partus.

VIII. Cæterum Josephum tumens Virginis uterus (nesciebat enim id esse opus sancti Spiritus) in dubias induxit cogitationes, et ideo eam clanculum dimittere habebat in animo : *Ut qui esset justus*, inquit, *et eam nollet traducere*[8]; adeo justus, ut non solum nollet punire, etiam si hoc lex juberet[9]: sed neque rem vellet propalare, et in publicum proterre. Hoc enim sibi vult illud, *Traducere*. Cum hæc autem, inquit, cogitasset, venit angelus, prompte solvens dubitationem. Nihil enim probri nec contumeliæ eam subire oportebat, quæ ab omni probro et dedecore erat longe purissima. Qualis autem fuit vox angeli ad Josephum? *Joseph fili David, ne timeas accipere Mariam uxorem tuam*[10]. Filium David illum vocans, quidnam vult aliud, quam ei revocare in memoriam, undenam sit Christus processurus ? Dicendo autem, *Ne timeas*, ostendit eum timuisse ne Deum offenderet, si adulteram domi suæ haberet. Ea de causa, *Uxorem tuam*, pure nominat, tollens suspicionem. Neque enim si ei omnino fuisset allatum vitium, uxor illius diceretur. Quod autem uxorem hic dicat sponsam, tibi persuadeat Scriptura, quæ ante matrimonium generos vocat sponsos. Quomodo vero præcipit accipere eam, quæ jam erat accepta, et quæ intus manebat ? Clarum est, quod in animo suo jam dimissa fuerat et erat extra fores. Visus est ergo ille eam angeli voce Jesepho modo tradere, qui etiam eam postea in cruce tradidit discipulo. *Quod enim*, (ait), *in ea est genitum ex Spiritu sancto est*. Ex redundanti quadam copia solvit ejus angorem. Non solum inquit, virgo est intacta a coitu illegitimo, sed etiam natura est præstantior, et hominem superat conceptio. Quamobrem non est solum solvendus metus, sed etiam oportet esse plænum lætitia. Tua sunt hæc magnalia, o virgo ; et te glorificans, qui potens est, fecit dispensationem rerum admirabilium et supernaturalium.

IX. Verum enimvero (5) quomodo exitum habuit

[8] Matth. I, 19. [9] Levit. XX, 10. [10] Matth. I, 20.

Ταύτῃ τοι καὶ λαθραίαν αὐτῇ τὴν ἀπόλυσιν ᾠκονόμει· ἅτε οὕτω δίκαιος ὤν, ὡς μὴ μόνον μὴ κολάσαι βούλεσθαι, καίτοι γε τοῦ νόμου τοῦτο κελεύοντος, ἀλλὰ μηδὲ παραδειγματίσαι, τουτέστι φανερὸν τὸ πρᾶγμα θέσθαι καὶ ἐκπομπεῦσαι. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἀφικνεῖται ὁ ἄγγελος, λύων ἑτοίμως τὴν ἀπορίαν· ἔδει γὰρ μηδὲν ὅλως ὑβριστικὸν ἐπίμωμον ὑποστῆναι, τὴν παντὸς μώμου καθαρωτάτην· οὐ γὰρ μόνον φησὶν ἄθικτος παρανόμου μίξεως ἡ Παρθένος, ἀλλὰ καὶ φύσεως κρειττων, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ κυοφορία, ὥστε οὐ φόβου μόνον ἀπηλλάχθαι δεῖ, ἀλλὰ καὶ εὐφροσύνης ὑποπεπλῆσθαι. Σὰ ταῦτα μεγαλεῖα, Παρθένε· καὶ σὲ δόξαζων ὁ Δυνατὸς, ὑπερφυῶν πραγμάτων οἰκονομίας πεποίηκεν.

(5) Τοῦ Μεταφραστοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου μοναχοῦ. Ἐνταῦθα ὁ λόγος διασαφεῖν ὥρμηται περὶ τῆς προφητείας, ὅπως εἴληφε πέρας, τῆς μὴ ἐκλείψειν ἄρχοντα ἐξ Ἰούδα θεσπιζούσης, μηδὲ ἡγούμενον ἐκ τῶν μηρῶν ἐκείνου, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, αὐτὸν δὲ εἶναι προσδοκίαν ἐθνῶν· περὶ τοῦ Χριστοῦ δηλαδὴ καὶ τοῦτο λεγούσης. Τότε γὰρ ἐκεῖνος ἐπιφοιτᾷ, ὅτε λοιπὸν ἐπιλελοιποτες ἦσαν οἱ Ἰουδαϊκοὶ ἄρχοντες καὶ ὑπὸ τὰ σκῆπτρα ἤδη τὰ τῶν Ῥωμαίων τοῦ νοι. Ὁμοῦ τε γὰρ ὁ Χριστὸς γίνεται, καὶ ἀπογραφὴ πρώτη ἐκείνη γίνεται, κρατησάντων Ῥωμαίων γενόμε- Ἰουδαίων ἐθνους, καὶ ὑπὸ ζυγὸν τῆς οἰκείας βασιλείας αὐτοὺς ἐνεγκόντων· Ἀντίπατρος γὰρ ὁ Ἡρώδου πατὴρ, τοῦ Ἰουδαίων ἄρξαντος ὕστερον, ἐξ Ἀραβίας ἄγεται γυναῖκα, Κύπριν ὄνομα, ἥτις παίδων αὐτὸν τεσσάρων πατέρα ποιεῖ, ὧν εἷς οὗτος ὁ Ἡρώδης ἦν. Μᾶλλον δὲ τρανότερον, ὡς οἷόν τε, τὰ τοῦ πράγματος ἄνωθεν δηλωτέον. Ὑρκανοῦ γὰρ, τοῦ ἀδελφοῦ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀρχιερέως, ὃς καὶ διάδημα μὲν βασιλικὸν περιέθετο, δέσμιος δὲ ὑπὸ Πομπηίου στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων σὺν ἅμα παισὶν εἰς Ῥώμην αἰσχρῶς παρεπέμφθη, ἡνίκα καὶ τελεῖν φόρους ἐτάχθη τοῖς Ἰουδαίοις. Τούτου δὴ τοῦ Ὑρκανοῦ ἀρχιερέως ὑπὸ Πομπηίου ἀναδειχθέντος, ἔπειτά δὲ καὶ ὑπὸ Πάρθων ἁλωκότος, Ἀντιπάτρου τε πρὸς δόλων ἀνακιρεθέντος, ὃν ἐπίτροπον αὐτὸς τῆς χώρας κατέστησεν, ὃς καὶ Ἡρώδου τοῦ μετὰ ταῦτα βεβασιλευκότος τῆς Ἰουδαίας πατὴρ ἦν, καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ πραγμάτων ἀντεχομένου, Ἡρώδης οὗτος ὁ τοῦ Ἀντιπάτρου υἱὸς πέμπει πολλά τινα χρήματα δοὺς τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ὑποσπονδος αὐτοῖς γεγονὼς, ἐγκρατὴς γίνεται τῆς ἀρχῆς. Ὅθεν δὲ τοῦ πράγματος ἔσχε τὰς ἀφορμὰς, ὁ λόγος ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων ἐρεῖ. Αὐγούστου γὰρ Καίσαρος εἰς εἰς Αἴγυπτον ἀπιόντος μετὰ χειρὸς ὡς μάλιστα πλείστης, πρός τε τὸν Κλεοπάτρας φημὶ πόλεμον, εἰς ἣν περιέστη τὰ τῆς ἀρχῆς Αἰγύπτου, ἐκ τῶν Πτολεμαίων ἔλκουσαν τὸ γένος, ὥσπερ ἄρα καὶ Ἰωσήπῳ δοκεῖ, πρόσεισιν αὐτῷ Ἡρώδης οὗτος, λειτουργίαν οὔτι μετρίαν ἐν στρατεύμασί τε καὶ ἀναλώμασι χορηγῶν. Ἐπεὶ δὲ καὶ Κλεοπάτρα καὶ Αἴγυπτος ἐν χερσὶν ἦν Αὐγούστῳ, δωδέκατον ἔτος ἤδη τῆς ἀρχῆς ἔχοντι, ἐπανιὼν αὐτὸς εἰς Ῥώμην, Ἡρώδου τῆς θεραπείας ὥσπερ εἰκὸς ἀπομνημονεύων, βουλῇ τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου, βασιλέα τοῦτον τῆς Ἰουδαίας χειροτονεῖ, περιθεὶς διάδημα. Ὅσπερ ἐπιβὰς Ἱεροσολύμων, ἐπεὶ τοὺς Ἰουδαίους ἔγνω μὴ κατὰ γνώμην αὐτῷ διακειμένους, ἀλλὰ τῷ ἀλλόφυλον

prophetia, quæ non defecturum principem ex Juda neque ducem ex femoribus illius, donec venerit, cui est repositum: ipsum autem esse exspectationem gentium [11] (de Christo videlicet hoc dicit), explicare aggredimur. Tunc enim ille advenit, quando deinceps defecerant Judaici principes, et Romanis erant sceptris subjecti. Simul enim et Christus nascitur, et fit illa prima descriptio : cum Romani scilicet dominatum obtinerent in gentem Judæorum, et eos suo subjunxissent imperio. Antipater enim pater Herodis, qui postea princeps fuit in Judæa, uxorem duxit ex Arabia, Cyprim nomine : quæ eum patrem effecit quatuor filiorum, quorum erat hic unus Herodes. Satius est autem, ut quam apertissime possumus, rem declaremus. Cum enim Hyrcanus frater Aristobuli, post interemptum Aristobulum pontificem, qui etiam diadema regium sibi imposuerat, vinctus a Pompeio duce Romanorum cum filiis Romam turpiter esset transmissus (quo tempore constitutum quoque est ut Judæi tributa penderent) cumque postea Hyrcanus ipse creatus pontifex ab eodem Pompeio, a Parthis fuisset postremo captus, et Antipater dolo fuisset interemptus, qui erat pater Herodis, qui fuit postea rex Judææ, et nemo esset, qui res Judæorum obtineret, hic Herodes Antipatri filius, cum dedisset plurimas Romanis pecunias, et fœdus cum eis inivisset, obtinet imperium. Quænam autem hujus rei data sit ei occasio, dicemus quam fieri potest brevissime.

X. Cum Augustus Cæsar in Ægyptum cum maximis copiis iret, ad bellum, inquam, Cleopatræ (erant enim in ejus potestate res Ægypti, ut quæ genus traheret ex Ptolemæis, sicut etiam videtur Josepho) accedit ad eum hic Herodes, et exercitus et impensas ei suppeditando, non mediocri fungens apud eum munere. Cum autem et Cleopatra et Ægyptus essent in manibus Augusti, qui jam duodecim annos imperaverat, ipse Romam revertens, memor, ut est consentaneum, officii, quo in eum usus fuerat Herodes, senatusconsulto Judææ eum regem elegit, ei quoque imposito diademate. Qui cum venisset Hierosolymam, quoniam sciebat Judæos non esse bene in eum affectos, sed quod esset alienigena, et alioqui asper et difficilis, ejus ægre ferre imperium, eorum quidem nonnullos occidit, plurimis autem malefecit, civitatemque et Dei templum stolide et improbe rejegit in servitutem. Ille ergo male utens potestate, quiddam insigniter sceleratum adjicit, et quod erat sui vitii apertum indicium. Tribuum enim et familiarum, quæ erant in Judæa, publicas scripturas a tempore Esdræ, rem faciens invidia plenam et insania, igni tradit. Scopus autem erat improbissimus : nempe, ne notum esset Judæis, ex quanam ii sunt tribu, et quinam ex eis sunt indigenæ, et quinam ex iis quos ipse solebat appellare γειώρας, id est, advenas. Præter alia autem, cum sacerdotalem vestem in quodam vase reposuisset, viris indignis, pecuniis (proh dolor!) emptum mandabat pontificatum. Et hæc quidem iste.

XI. Cum autem Cæsar Augustus quadragesimum secundum sui imperii ageret annum, exit ab eo edictum, ut fiat descriptio universi orbis terræ [12]. Abiit itaque unusquisque in suam civitatem, ut ibi describeretur. Oportebat enim in descensu ejus, qui regnat in cœlis, terræ quoque principes con-

[11] Gen. II, 10. [12] Luc. II, 1.

εἶναι καὶ ἄλλως δύσχρηστον, βαρυνομένους αὐτοῦ τὴν ἀρχήν, ἐνίους μὲν αὐτῶν καὶ ἀπέκτεινε, τοὺς πλείστους δὲ κακῶς ἔδρασεν· ἠνδραποδίσατό τε τὴν πόλιν, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ἱερὸν ἀνοήτως καὶ μοχθηρῶς. Κακῶς οὖν ἐκεῖνος τῇ ἐξουσίᾳ χρώμενος, εἶτα καὶ παράσημόν τι προστίθησι, καὶ δεῖγμα σαφὲς τῆς σφετέρας κακίας. Πάσας γὰρ τὰς τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ φυλῶν καὶ γενῶν δημοσίους ἀναγραφὰς, αἳ ἀπὸ τοῦ Ἔσδρα ἐτύγχανον οὖσαι, φθόνου καὶ μανίας ἔργον ποιῶν, πυρὶ δίδωσι. Καὶ ὁ σκοπὸς, ὡς κομιδῇ πονηρός· ἵνα μηκέτι τοῖς Ἰουδαίοις γνώριμον ᾖ ἐκ ποίας οὗτοι τυγχάνουσι πατριᾶς, καὶ τίνες μὲν αὐτῶν οἱ ἡμεδαποὶ καὶ αὐτόχθονες, τίνες δὲ οὓς γειώρας εἴθιστο καλεῖν. Πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐν σκεύει δή τινι ἀποθέμενος, καὶ σφραγίδας ἐπιβαλὼν, ἀσήμοις ἀνδράσι φεῦ χρημάτων ὠνίοις τὴν ἀρχιερωσύνην ἐτίθει. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Ἤδη δὲ Καίσαρος Αὐγούστου, δεύτερον ἔτος καὶ τεσσαρακοστὸν βασιλεύοντος, ἔξεισι παρ' αὐτοῦ δόγμα, ἀπογραφὴν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ ἐγκελευόμενον, ἦγουν φοριλογίαν· καὶ ταύτην Κυρηνίῳ τινὶ, ὡς εὐνουστάτῳ καὶ πρώτῳ τῆς συγκλήτου βουλῆς, ὁ Καῖσαρ ἐνεχείρισεν, ὃν καὶ κατέστησεν ἡγούμενον Συρίας ἤτοι τῆς Ἰουδαίας. Ἀπῄει τοιγαροῦν ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν ἀπογράψασθαι πόλιν. Ἔδει γὰρ τῇ πρὸς γῆν καθόδῳ τοῦ ἐν οὐρανοῖς βασιλεύοντος καὶ τοὺς τῆς γῆς ἄρχοντας λειτουργίας εἰστενεγκεῖν. Καὶ ἐπεὶ τὸ δόγμα δηλαδὴ τῆς ἀπογραφῆς πρὸς τὴν σφετέραν ἕκαστον συνώθει πατρίδα· τούτῳ καὶ Ἰωσὴφ πειθόμενος, ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεώς φημι Ναζαρὲτ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀφικνεῖται πρὸς Βηθλεὲμ πόλιν, ἣ πόλις ἐστὶ Δαβίδ. Καὶ ἡ αἰτία, τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου φησὶ καὶ πατριᾶς, ὅ ἐστι συγγενείας Δαβίδ. Ἀφικνεῖται δὲ πρὸς ἀπογραφὴν, σὺν τῇ θαυμασιωτάτῃ γυναικῶν Μαρίᾳ, οὔσῃ ἐγκύῳ. Καὶ γὰρ ἡ μὲν Γαλιλαία, χώρα τίς ἐστι Παλαιστίνης· ἡ δὲ Ναζαρὲτ πόλις τῆς Γαλιλαίας. Πόλιν ἡ Ἰουδαία, χώρα τῆς οὕτω προσαγορευομένη· Βηθλεὲμ δὲ πόλις τῆς Ἰουδαίας. Τὸν μέν τοι Χριστὸν οἱ προφῆται πάντες οὐκ ἀπὸ τῆς Ναζαρὲτ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς Βηθλεὲμ ἔφασκον ἥξειν, κἀκεῖ τεχθήσεσθαι. Ἐπεὶ οὖν φανερὸν ἅπασιν ἦν, ἀπὸ τῆς Βηθλεὲμ τὸν Κύριον ἔρχεσθαι, γέγραπται γάρ, ὡς ἔφημεν. Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθὰ, ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα, ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ.

ferre munera. Quoniam autem edictum, scilicet descriptionis, unumquemque in suam compellebat patriam, Joseph quoque ei parens, ex Galilæa, ex civitate, inquam, Nazareth, venit in Judæam, in Bethleem civitatem, quæ est civitas David. Causa vero erat, eo quod esset (inquit) de domo et familia David, hoc est cognatione. Venit autem ad descriptionem cum hac ex mulieribus maxime admirabili Maria, quæ erat gravida. Etenim Galilæa quidem est quædam regio Palæstinæ : Nazareth autem est civitas Galilææ. Rursus autem Judæa est quædam, quæ sic dicitur, regio ; Bethleem vero civitas Judææ. Atque Christum quidem omnes prophetæ, non ex Nazareth venturum dicebant, sed ex Bethleem, et fore ut illic pareretur. Ecce enim tibi evestigio proposita est prophetia : *Et tu Bethleem terra Juda, nequaquam es minima in principibus Juda* [13]. Et quæ sequuntur deinceps, tibi declaret Evangelium [14]. Quoniam ergo manifestum erat omnibus Christum venturum ex Bethleem, idcirco Josephum et Mariam, qui et si cives essent Bethleemitæ, ea terra dimissa (quod multis sæpe accidit, ut dimissis iis quæ ipsos tulerunt, malint in aliena habitare civitate), ipsi quoque habitabant in Nazareth, compellebat, ut dictum est, eos vel invitos, in Bethleem edictum, Deo admirabiliter et præter opinionem hæc dispensante et versante.

XII. Cum illic ergo fuissent propter descriptionem *Impleti sunt*, inquit [15], *dies ut Virgo pareret ; et parit* (6) *filium suum primogenitum et fasciis involvit eum*, qui nullis potest terminis circumscribi ; et *propterea quod non esset eis locus in diversorio*, o tuam ineffabilem, Christe, propter me paupertatem, *in præsepi reclinat eum*, qui omne alimentum suppeditat ; eum qui nequaquam capi potest, ea quæ ipsum arcana ratione ceperat. Cum enim multi ex multis locis ad descriptionem confluerent (ut est consentaneum) et loca scilicet præoccuparent, et ex eo eos qui postremi veniebant, in magnas abducerent angustias, illum, sic cum aliis loco egentem, præsepe suscipit : illum, inquam, qui paupertatem elegit ab initio, et eam honoravit in seipso. Sed pastores quoque, inquit, erant in hac regione, agentes in nocte custodias. Ad quos Dei quoque advenit angelus et eos Domini gloria circumfulsit. Cum autem ex territi fuissent spectaculo : *Timuerunt* enim, inquit, *timore magno*, angelus timorem, ut qui non decenter eos invasisset, expellit : *Nolite timere*, dicens ; *ecce enim annuntio vobis gaudium magnum quod erit universo populo*, non Judæis solis, sed omnibus. Adjice adhuc apertiorem gaudii significationem : *Quoniam*, inquit, *natus est vobis hodie Salvator qui est Christus Dominus, in civitate David*. Ut autem Deo profecta et vera vox judicaretur, ejus statim sequitur confirmatio. Repente enim cum angelo laus quoque auditur a multitudine angelici exercitus dicentis : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis* [16].

XIII. Quænam vero (7) erant ea quæ tu admirabilis conservabas, Maria, et in tuo corde conferebas [17] ? Num omnino et id quod tibi dixerat angelus, et quæcunque rursus dixerunt pastores ? Hæc ipsa in tuo corde componens, et cum illo ipso conferens, videbas omnia ad unum convenire quod Deus revera sit is qui est ex te natus, et te fecit miraculum, quod cœlo et terra non capitur. Qui etiam suscipit circumcisionem confirmans suam cum Judæis cognationem, ne illis ocasionem præberet eum negandi. Circumciditur autem octavo die seu die Dominico, quo fuit etiam resurrectio ; et Jesus nominatur. Significat vero hoc

[13] Mich. v, 2. [14] Matth. II, 6. [15] Luc. II, 6, 7. [16] ibid. 8-15. [17] ibid. 19.

(6) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Τίκτει τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, ἡ ἀμίαντος κόρη, καὶ σπαργανοῖ τὸν ἀόριστον, καὶ παρὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον αὐτοῖς ἐν τῷ καταλύματι, ὦ τῆς ἀφάτου σου, Χριστὲ, δι' ἐμὲ πτωχείας ! ἐν τῇ φάτνῃ τὸν τῆς τροφῆς ἁπάσης χορηγὸν ἀνακλίνει, τὸν μηδαμοῦ χωρούμενον ἡ ἀχωρήτως χωρήσασα. Πολλῶν γὰρ πολλαχόθεν πρὸς τὴν γραφὴν ὥσπερ εἰκὸς συῤῥεόντων, καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν τοῖς ἔσχατον ἐπιγενομένοις περιποιούντων τὴν στένωσιν, ὦ τῆς δι' ἐμὲ στενοχωρίας καὶ ξενιτείας τοῦ διὰ πάντων χωροῦντος καὶ πᾶσαν κτίσιν ἐμπεριέχοντος ! ἐκεῖνον μετὰ τῶν ἄλλων οὕτω καὶ τόπου διαπορούμενον, οὐχ' εὑρίσκει γὰρ τόπον οὐδὲ κατάλυμα, ἡ φάτνη δέχεται τὴν πτωχείαν ἑλόμενον ἐξ ἀρχῆς, καὶ ταύτην ἐν ἑαυτῷ τιμήσαντα. Ἐντεῦθεν ὁ ἀπερίγραπτος ἐν σπηλαίῳ, ὁ Λόγος ἐν φάτνῃ, ὁ τοῦ κόσμου δημιουργὸς, αὐτουργὸς καὶ τοῦ τόκου, καὶ ὁδηγὸς τοῦτό που γίνεται αὐτὸς μὲν μαιεύων, αὐτὸς δὲ μαιευόμενος καὶ τῇ μητρὶ τὸν θάλαμον χαριζόμενος. Ἐντεῦθεν ὁ πάντων συνοχεὺς, ἐν σπαργάνοις · ὁ πάντων τροφεὺς, ἐν τοῖς γαλακτοτροφουμένοις ὁ πάντων ἀπογραφεὺς, ἐν τοῖς ἀπογραφομένοις.

Ποιμένες δὲ, φησὶν, ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ, φυλακὰς περὶ νύκτα ποιούμενοι, οἷς καὶ ἄγγελος Θεοῦ ἐπέστη, καὶ δόξα Κυρίου αὐτοὺς περιέλαμψεν. Ἐπεὶ δὲ κατάφοβοι γεγόνασι τῷ θεάματι, ὁ ἄγγελος, ὡς μὴ καθ' ὥραν ἐπελθόντα τὸν φόβον ἔξω ποιεῖ, Μὴ φοβεῖσθε, λέγων, ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν, ἥτις ἔσται, οὐκ Ἰουδαίοις μόνοις, ἀλλ' ἅπασι. Καὶ προστίθησι τρανώτερον τὴν τῆς χάριτος δήλωσιν · Ὅτι φησὶν, ἐτέχθη ὑμῖν Σωτήρ.

(7) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Ποῖα γὰρ ἦν ἕτερα, ἅπερ ἡ θαυμαστὴ συνετήρεις Μαρία, καὶ εἰς καρδίαν συνέβαλλες, ἢ πάντως ὅσα τε εἰρήκει πρὸς σὲ ὁ ἄγγελος, καὶ ὅσα δὴ πάλιν οἱ ποιμένες εἶπον ; Ταῦτα εἰς καρδίαν αὐτὴ συντιθεῖσα, καὶ τοῦτο ἐκείνῳ συγκρίνουσα, πρὸς ἓν ἑώρας συνᾴδοντα πάντα, καὶ μίαν εὕρισκες, ὦ μῆτερ σοφίας, τὴν συμφωνίαν · ὅτι Θεὸς πρὸς ἀλήθειαν ὁ ἐκ σοῦ γεννηθεὶς, καὶ σὲ θαῦμα δείξας παρὰ ταῦτα πάντα, καὶ παρὰ πάντων τούτων

salutem populi. Quod etiam Virgini prædicit angelus ante conceptionem, *Et vocabis*, inquiens, *nomen ejus Jesum*[18], idemque Josepho postea, atque subjungit: *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*[19]. Deinde etiam rursus exspectat tempus purificationis. *Postquam* enim *impleti sunt*, inquit, *dies purgationis ejus secundum legem Moysi* (complementum autem dierum erat quadragesimus), *tulerunt* infantem Jesum in Jerusalem, ut *sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini : Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur : et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum*[20].

XIV. Sed satius fortasse (8) fuerit id solvere, quo videtur repugnare inter evangelistas. Matthæus[21] namque dicit Jesum, postquam natus esset, profectum in Ægyptum; hic autem, divinus scilicet, Lucas, ipsum post quadraginta dies venisse Hierosolymam. Sed nihil dicunt, quod inter se discrepet neque quod rei obstet consequentiæ. Cum enim, postquam natus esset, secundus annus præterisset, Christus abducitur in Ægyptum. Lucas ergo ea quæ interim facta sunt, et quæ prætermisit Matthæus, circumcisionem scilicet tractat et purificationem : *Et ecce*, dicens, *homo erat in Jerusalem cui nomen Simeon, et homo erat justus, et Spiritus Domini erat in ipso*. Quin etiam *venit*, inquit, *in Spiritu in templum*, et ei ulnas præbuit ad eum suscipiendum[22], Quodnam est autem salutare quod senex suis vidit oculis ? Ipse, qui desiderabatur, Jesus. Hoc enim nomen quoque significat. Paratum vero fuerat ejus mysterium omnino ad salutem, non solis Judæis, sed mundo etiam universo. Hoc enim sibi vult illud : *Omnium populorum* ; sicut etiam illud : *Lumen ad revelationem gentium, et gloriam populi tui Israel*. Vide vero (9), quam accurate loquitur evangelista: *Erant* autem, inquit, *Joseph et mater ejus admirantes propter ea quæ de ipso dicebantur*.[23] Matrem quidem dicens, ut quæ vere esset, et ab ipsa vocans habitudine ; illum autem nudo nomine, ut qui videretur quidem pater non esset autem revera. Ea quoque ratione ambolus quidem benedixit Simeon ; relicto autem Joseph, alloquitur Mariam solam, ut quæ fuisset ministra divini consilii : *Ecce* enim, inquit, *hic positus est in ruinam et resurrectionem multorum, et in signum, cui contradicetur*[24]. Quomodo autem (10) a re, studiose auditor, accipitur illud : *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius*[25] ? Quid-

[18] Luc. I, 31. [19] Matth. I, 21. [20] Luc. II, 21-14. [21] Matth. II, 13, 14. [22] Luc. II, 25, 27. [23] ibid. 33. [24] ibid. 34. [25] Matth. II, 1 seqq.

συντεθειμένων, οὐρανῷ καὶ γῇ χωρουμένου, ἀλλὰ μηδὲ ἀξίως ὑμνολογουμένου.

(8) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Ἐνταῦθα, οὐκ ἄχαρι, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον τὸ δοκοῦν ἐναντιολογεῖσθαι τοῖς εὐαγγελισταῖς, ἐπιλῦσαι. Πῶς γάρ φησι Ματθαῖος μὲν, Μετὰ τὴν γέννησιν εἰς Αἴγυπτον ἀπάγει τὸν Ἰησοῦν · οὗτος δὲ, ὁ θεῖος δηλονότι Λουκᾶς, Μετὰ τεσσαράκοντα διελευσιν ἡμερῶν, εἰς Ἱεροσόλυμα ; οὐδὲν ἀπᾷδον λέγοντες ἀλλήλοις, οὔτε μὴν τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ πράγματος προσιστάμενον. Δεύτερον γὰρ ἔτος ἤδη μετὰ τὴν γέννησιν παρελθὸν εἰς Αἴγυπτον ὁ Χριστὸς ἀπάγεται, Λουκᾶς δὲ τὰ ἐντὸς τούτου γενόμενα, καὶ ἃ παρῆκε Ματθαῖος, τὰ τῆς περιτομῆς λαμβάνει καὶ τοῦ καθαρισμοῦ. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο τοῖς εὐαγγελισταῖς σύνηθες, ἵνα μηδεὶς ᾖ περιττὸς, ὡς μηδὲν ἔχων εἰπεῖν πλέον · καὶ οὕτω τὰ πᾶσι παρειμένα, πᾶσι καὶ πεπλήρωνται. Πῶς δὲ κἀκεῖνο ἐπιλυτέον ἡμῖν ἀμφιλογούμενον ; κατὰ μὲν γὰρ τὸν θεῖον Ματθαῖον χρηματισθεὶς ὁ Ἰωσὴφ, εἰς Ναζαρὲτ ἔρχεται · ὁμοῦ τε τὸν κίνδυνον φεύγων, καὶ τῇ πατρίδι ἐμφιλοχωρεῖν βουλόμενος · ὁ δὲ Λουκᾶς οὔ φησι κατὰ χρησμὸν αὐτῷ τὴν ἄφιξιν ἐκεῖσε γενέσθαι, ἀλλ' ὅτι τὸν καθαρμὸν πληρώσαντες πάντα, πρὸς Ναζαρὲτ αὖθις ἐπανελθεῖν ἔγνωσαν, ἣν καὶ πατρίδα ἐπεγράφοντο, ὡς ἐκεῖ τὴν οἴκησιν πηξάμενοι. Ἰστέον οὖν ὅτι τὸν πρὸ τῆς εἰς Αἴγυπτον καθόδου χρόνον ἱστορῶν ὁ Λουκᾶς, οὐδὲ γὰρ πρὸ τοῦ καθαρμοῦ κατήγαγεν ἂν αὐτοὺς ἐκεῖσε, ἵνα μηδὲ παρὰ τὸν νόμον · μηδ' ὅτι οὖν γένηται, ταῦτά φησιν · ἔμενον γὰρ καθαρθῆναι πάντως, εἶτα εἰς Ναζαρὲτ ἐλθεῖν, καὶ τότε δὴ καταβῆναι εἰς Αἴγυπτον · εἶθ' οὕτως ἐκεῖθεν ἀνελθόντες, εἰς Ναζαρὲτ αὖθις ἐλθεῖν ἐγκελεύονται. Πρὸ τούτου δὲ οὐδαμῶς ἦσαν χρηματισθέντες ἐκεῖσε φοιτᾶν, ἀλλ' ἐμφιλοχωροῦντες ὡς ἔφημεν τῇ πατρίδι, αὐθαιρέτως τοῦτ' ἔπραττον. Ἐπεὶ γὰρ παρ' οὐδὲν ἕτερον ἡ εἰς Βηθλεὲμ ἀνάβασις γέγονεν, ἢ διὰ τὴν ἀπογραφὴν, καὶ οὐδὲ στῆναι οὐδαμοῦ εἶχον, πληρώσαντες ἤδη ἅ' ὅπερ ἀνῆλθον, εἰς τὴν Ναζαρὲτ κατῆεσαν. Οὐ τοίνυν ἀντιλογία παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς, ἀλλὰ διάφορος ἀπαγγελία · ἄλλο δὲ ἐστι διαφόρως εἰπεῖν, καὶ ἄλλο ἐναντίως.

(9) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Ὅρα δέ μοι καὶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ τὴν ἀκρίβειαν ' τὴν μὲν γὰρ μητέρα εἶπεν, ἅτε δὴ καὶ ἀληθῶς οὖσαν, ἀπ' αὐτῆς καλέσας τῆς σχέσεως· τὸν δὲ ἀπὸ ψιλοῦ τοῦ ὀνόματος, ὡς πατέρα δοκοῦντα μὲν, μὴ ὄντα δὲ πρὸς ἀλήθειαν.

(10) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Πῶς σοι τῷ φιλολόγῳ ἀκροατῇ ταῦτα ληφθήσεται ; καὶ τί ποτε ἄρα τὴν ῥομφαίαν ταύτην ὑπολητέον ; ἢ τὴν ἀμφιβολίαν, τὸν σκανδαλισμὸν, τὸ πειρατήριον, ἅπερ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ, τὴν τῆς ἁγίας Παρθένου διῆλθε ψυχήν ; Καὶ σοῦ οὖν αὐτῆς, εἰ καὶ καλῶς τὰ τοῦ Κυρίου ἄνωθεν ἐδιδάχθης, ἅψεταί τις σάλος, καὶ διακρίνουσα καθ' ἑαυτὴν ἔσῃ · εἰκὸς δὲ καὶ τὴν λύπην αἰνίξασθαι διὰ τῆς ῥομφαίας · ἢ γε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους συνίσχεν αὐτὴν, ἀγνοοῦσαν ὡς καὶ αὐτοῦ θανάτου ἔσται περικρατής. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο δηλοῦν βούλεται τὸ, Ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί · ὅτι μετὰ τὰ σκάνδαλα δηλαδὴ ταῦτα, ἃ τὴν καρδίαν τῶν μαθητῶν διέσεισε καὶ Μαρίας, βραχὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ταχεῖα τίς ἐπέλαμψε παρὰ

nam ergo existimare oportet hunc esse gladium ? Num dubitationem, ostensionem, tentationem, quæ in tempore crucis tuam, o Virgo, pervaserunt animam ? Te ergo ipsam quoque etiamsi desuper Domini pulchre res didicisti, attinget aliquid ? Convenientius est autem, quod dolorem ipsum gladii nomine significaverit, qui quidem tempore Passionis eam invasit. Nam id quod dicitur : *Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes*, ad discipulos magis, quam ad eam pertinere videtur : nempe quod post tentationes et dubitationes, quæ cor eorum concusserunt, non multum temporis intercessit, et velox quædam illuxit a Deo curatio, eorum animos replens tranquillitate, et ad fidem suam confirmans magnitudine resurrectionis.

XV. Sed id quod cœpit, persequatur oratio, et rursus accipiat ea quæ prætermisit. *Cum* enim, inquit, *natus esset Jesus in Bethleem Judæ, in diebus Herodis regis* [25*]. Vides ? Et tempus nobis evangelista, et locum, et auctoritatem similiter significat : auctoritatem quidem, ut eum ab altero Herode discernat ac distinguat, qui Joannem interfecerat [26] ; ille enim erat tetrarcha, hic autem rex ; locum vero et tempus, nos transmittens ad prophetias. Quarum alteram quidem prædixit Michæas : *Et tu Bethleem*, dicens, *terra Juda, nequaquam es minima in principibus Juda* [27], Alteram vero Jacob patriarcha : *Non deficiet* enim, inquit, *princeps ex Juda, et dux de femoribus ejus* [28]. Quomodo autem Magis venit in mentem, ut tantum iter conficerent, et venirent ad adorandum infantem, qui erat adhuc in fasciis ; idque cum esset ejus mater pauper et nullius nominis, et quæ nihil habebat præter solum tugurium ? Numquid planum est, Deum eorum animos ad hoc movisse ? Vide enim eorum quoque claram fuisse virtutem, non solum eo quod venerint, sed etiam quod audacter et libere loquantur. Ne enim existimarentur fuisse suppositi, et viæ ducem ostendunt : *Vidimus* enim, dicentes, *ejus stellam* ; et viæ magnitudinem : *in Oriente*, scilicet. Deinde etiam addunt insignem fiduciam, cum dicunt : *Et venimus ad eum adorandum*. Neque iræ populi, neque regis tyrannidis ullam ducunt rationem. Quæ cum audiisset Herodes, *conturbatus est*, inquit. De imperio enim eum metus ceperat. Et ideo ad se quoque congregat pontifices et scribas populi, et eos diligenter interrogat, ubinam Christus nasceretur.

XVI. Considera autem admirabilem rerum dispensationem, et quemadmodum veritas etiam suorum inimicorum utitur auxilio. Cum enim interrogarentur Judæi, ubinam Christus nasceretur, ii, *In Bethleem Judæ*, ut res se habebat, dixerunt : et statim testem adduxerunt prophetam, qui et Bethleem magnifacit, et ex ea ducem exiturum, et populum Israeliticum ab eo esse pascendum prædicit. Sic ii qui erant revera inimici, necesse habebant vel inviti aperire prophetiam, etsi non omnem. Quod enim deinceps sequitur, reticuerunt, quod est : *Egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis*. Cur sic fecerunt ? Quod regi loquerentur *ad gratiam*. Ille autem quid facit ? Clanculum vocat Magos, diligenter perscrutatur stultus tempus stellæ, quæ apparuit eis, jam aggrediens de medio tollere id quo natum fuerat. Quod quidem non solum erat amentiæ, sed etiam insaniæ. Cujus modi enim erant ea quæ clam Magis vocatis loquitur ? *Ite, et diligenter inquirite de puero : postquam autem inveneritis, renuntiate mihi, ut ego quoque veniens, eum adorem*. Evidens et aperta insania. Si enim vera quidem sunt verba, et non insidiosa, cur cum eis latenter congrederis ? Sin autem vis aliquid sinistrum celare et dolosum, quomodo ne hoc quidem potuisti perspicere, quod sic a Magis deprehenderis maligne et scelerate gerere, quod quæras latere ? Hinc cum stella eis rursus apparuisset, eis dux efficitur, sicut ab initio. Absconsa enim erat, postquam apparuerat ad Orientem, ut cum illi ducem perdidissent, necessario Judæos interrogarent, et sic res evaderet manifesta omnibus. Postquam vero vel ipsos inimicos habuere magistros, eis rursus apparet.

XVII. Vide autem, a quam multis fit ejus rei fides. Nam nunc quidem stella, nunc populus Judæorum, deinde etiam insidiæ, et præterea, prophetia docent id quod quærebatur. Deinde cum eos rursus stella accepisset ex Hierosolymis, postquam cum rege collocuti essent, deducit in Bethleem, non simpliciter vadens, sed eos trahens, et ducens meridie : ut vel ex eo notum esset omnibus, eam non esse stellam unam e multis, neque omnino similis cum aliis ordinis. Ideo enim vadens ex Jerusalem, non prius consistit, donec ad ipsum venerit præsepe. Postquam autem stetit supra puerum, statim constitit. Et propterea quod nunc quidem absconderetur, nunc autem appareret, et deinde cum apparuisset, rursus staret, ostendebat se esse majoris virtutis, quam quæ in stellam caderet, et eis faciebat accessionem fidei. Certe longe maxima afficientur lætitia, quod et invenissent id quod quærebatur, et iter non frustra confecissent, ei quod fetus esset divinus, et quod fuissent nuntii veritatis. Quæ quidem omnia sunt illius admirabilis puellæ encomia propter Deum, qui ex ipsa natus est : et eorum magnitudine illam, ut præcipuam, eximunt a mulieribus. Postquam autem fuerunt intra domum, *viderunt*,

[25*] Matth. II, 1. [26] Matth. XIV, seqq. [27] Mich. V, 2. [28] Gen. XLIX, 10.

Θεοῦ θεραπεία, τὰς ψυχὰς αὐτῶν γαλήνης πληροῦσα, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ βεβαιοῦσα πίστιν τῷ μεγαλείῳ τῆς ἀναστάσεως.

inquit, *infantem cum Maria matre ejus*[28]. Quid autem magnum viderunt, quod eum adorarunt, cum omnia essent ejusmodi, ut nihil posset esse vilius ? Speluncamne, præsepe, fascias : an matrem, quæ tanta erat simplicitate ? Quid ergo eos tanta affecit admiratione, ut non solum adorarent, sed etiam dona offerrent, eaque hujusmodi, quæ ipsum esse Deum et Regem significarent ? Hoc enim sibi volunt, nempe Regem quidem aurum, thus vero Deum, myrrha autem præsignificabat mortem, quam pro me erat subiturus, Quidnam ergo eos movit ? illud, quod etiam effecit, ut domo excitarentur, et tantum iter conficerent : stella omnino, et quæ eorum animis inerat a Deo iliuminatio.

XVIII. Sed qui consentaneum erat animo versare matrem, hæc cernentem ? Cujusnam filii esset mater, ad quem viri tam insignes sic accesserant, stella duce utentes : qui eum adorabant in fasciis et dona offerebant, tanquam ei se conciliare studentes, et sibi aliquid magnum quod hinc erat secuturum, procurantes ? Vel quantum eam gaudere par erat ac quantum illustrari, quantæque spei fructum jam percipere non ex his solum, sed ex illis etiam, quæ præcesserant, admirabilia colligente ? Hæc puer ille dat ei præmia : sic opponit humilibus ea quæ sunt illustria ; ne solam videns speluncam, et tugurium, et præsepe, et viles fascias, parva, ut consequens videbatur, opinaretur, et distraheretur cogitationibus : sed ut hæc magna considerans, rursus in altum extolleretur, et propter hunc novum partum se posset beatam ducere. Quod enim ab initio consuevit Dominus facere, ut quæ sunt vilia et humilia, extollat præter opinionem, sicut econtra, ut ea quæ sunt superba, deprimat : hoc quidem certe videret etiam facere in seipso.

XIX. Sed cur Magis est imperatum, ne rursus redirent ad Herodem ? Et quorsum illa abjecta et minus decora in Ægyptum fuga Christi, perinde ac si non posset aliter esse salvus ? *Futurum est enim*, inquit, *ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum*[29]. Num ut per hæc parva et humana, et cerneretur ipse carnem sumpsisse, et dispensationis illius crederetur magnitudo ? Maxime : propterea nec primo statuit in omnibus facere miracula. Quæ enim ab initio facta sunt, propter Matrem omnino facta sunt, propter Joseph, propter pastores, propter Magos. Qua de causa Magis quoque datum est responsum ne reverterentur ad Herodem, ut et doctores cito mitterentur in Persarum regionem, et tyranni furor interrumperetur sciretque se ea aggredi quæ effici non possent. Quod si non evasit melior, non in eum, qui hæc providit, et qui hæc eo fecit consilio, sed in summam illius insania culpa est conferendam ; præterea ut tu quoque, qui ex Christo vivere elegisti, non parvas ad philosophiam ex eo invenias occasiones : nempe ut et statim ab initio exspectes tentationes, et sis paratus adversus insidias. Jubetur autem assumere puerum et matrem ejus et fugere in Ægyptum, non sicut prius. Nam tunc quidem dicit, *Uxorem tuam* ; nunc vero hanc vocat *matrem*, cum esset egressus partus, et mota suspicio, Fugæ autem causa, est metus insidiarum. Vide ergo rursus cum magnis et suspiciendis conjungi humilia, et cum jucundis ea quæ sunt molesta. Post illam per stellam deductionem, post illorum tanquam Regi, vel potius tanquam Deo exhibitam adorationem, et donorum oblationem, in eo fuit metus mortis, et fuga occulta. Et de quo prius renuntiatum fuerat fore ut salvum faceret populum, ne se quidem videtur posse salvum facere. Quæ quidem quomodo rursus animum Virginis affecerunt ? Et quid consentaneum est eam interea cogitasse ? Sic etiam in omnibus sanctis consequenter invenies, cum iis quæ sunt ex animi sententia, misceri quoque molesta. Verum enimvero sic quidem Christus venit in Ægyptum.

XX. Herodes autem cum a scopo aberrasset, in infantes, qui nullam fecerant injuriam, tota ira erumpit, eo modo eos ulciscens, qui illum illuserant : vel potius propter suam in Christum insaniam, quam concepit ob metum regni, communiter adversum omnem irruit naturam, et interficit omnes infantes qui erant in Bethleem, in hac universa cæde infantium existimans se et unum illum omnino assecuturum, et ut ille solutus esset a metu, omnes lugere procurans immisericorditer : quod vel in rebus inanimatis abstinuisset facere alius, et teneras plantas aspiciens, misericordia ductus, eas noluisset exscindere. Sed videte vos, qui imperium amatis, et estis a vana superati gloria, in quantam ea insaniam adigat amatores, et quonam eos ferri persuadet, et quænam cos cogit facere. Hanc autem infantium cædem Jeremias quoque multis ante annis prænuntiat, et prædicit tragœdiam, et introducit Rachelem flentem suos filios, et consolationem minime admittentem[31]. Quorcirca non ignorante scilicet Deo hæc fiebant, sed et sciente, et volente quidem arcere, permittentem autem arcanis quibusdam rationibus. Sed Herodes quidem percipiens eorum, quæ fecit, fructus convenientes, divinitus immissa plaga, toto corpore sauciatur, et vere malus male perit, ejus regno in quator partes diviso : Archelao quidem imperium obtinente in Judæa, Herode autem, et Philippo, et Lysania, illo quidem Galilææ, hoc vero Iturææ et Trachonitidis, postremo autem, tetrarchatum sortito Abilinæ[32,33].

XXI. Postquam autem excessit Herodes ex humanis, angelus rursus in somnis Josepho apparet in Ægypto, et jubet infantem accipere, et proficisci in terram Israel. Quam multæ, o Christi Mater, fuerunt tibi casuum inæqualitates ? quam multæ rerum mutationes ? Ecce enim rursus quidem fuisti soluta ab exsilio, et ad propriam reverteris regio-

[28] Matth. II, 11. [29] Matth. II, 13. [31] Jerem. II, 15. [32,33] Luc. III, 1 ; Matth. 20, 21.

nem, et eum, qui tibi male facere aggressus fuerat, ipsa potius eum vidisti male periisse. Cum domum autem venisses, rursus invenis malorum successionem et vides filium tyranni, qui fuit tui Filii (pro dolor !) insidiator, pro eo regnantem. Sed rogaverit quispiam ex studiosis, quomodo Archelaus Judææ imperabat, Pontio Pilato tunc præsidente ? Num quod nuper decessisset Herodes, et nondum in multa regnum esset divisum, illius filius interea habebat imperium ? Non est autem evangelistæ supervacanea patris quoque adjectio. *Pro Herode* enim, inquit, *patre ejus* [34], ut scilicet eum a fratre distingueret, ut qui ipse quoque Herodes vocaretur similiter.

XXII. Venit ergo Joseph Nazareth, ut qui in somnis responsum accepisset (ita enim divinus ait Matthæus) simul et periculum fugiens, et volens habitare in patria. Ut autem posset magis confidere, responsum accipit ab angelo. Atqui non dicit Lucas illum venisse ex responso : sed cum omnem implessent purificationem, statuisse rursus reverti Nazareth. Quomodo ergo est a nobis solvenda controversia? Quod tempus, quod fuit ante descensum in Ægyptum, narrans Lucas (neque enim ante purificationem eos illuc duxisset, ut nihil omnino fieret contra legem) hæc dicit. Erat enim omnino purificandus, deinde venturus Nazareth, et tunc descensurus in Ægyptum. Deinde cum sic ex Ægypto rediissent, jubetur rursus in Nazareth venire. Antea enim, nullo accepto responso, ut illuc venirent, sed cum libenter habitarent, ut diximus, in patria sua, sponte hoc faciebant. Cum enim ascensus non fuisset propter aliam causam, quam propter descriptionem, et nusquam stare possent, eo impleto, propter quod venerant, descenderunt in Nazareth. Angelus certe, qui postea eos reddebat quieti, domi restituit. Nec hoc ab re, sed cum prophetia hoc ipsum multis ante annis significasset. *Ut* enim, inquit, *impleretur, quod dictum fuerat a prophetis, Nazarenus vocabitur* [35]. *Puer autem* ut ait Lucas, *crescebat et invalescebat, spiritu repletus sapientiæ, et gratia Dei in ipso* [36]. Hæc accipienda sunt, ut dicta sint, quod attinet ad humanitatem.

XXIII. Cum autem (11) esset natus annos duodecim, ascendit quidem simul cum parentibus Jeru-

[34] Matth. II, 22. [35] Luc. II, 23. [36] ibid. 40.

(11) Τοῦ Μεταφραστοῦ καὶ τοῦ Γεωμέτρου· Ὅμως, ὅτε δώδεκα ἐτῶν γεγονὼς ἦν, ἀνεισι μὲν ἅμα τοῖς γονεῦσιν, εἰς Ἱερουσαλὴμ, τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα τελεσόμενος· ὡς δὲ ἐκείνη πέρας εἶχεν ἐν ἡμέραις ἑπτὰ τελουμένη, αὐτοὶ μὲν ὑπέστρεφον, Ἰησους δὲ ὑπομένει, τούτους λαθών. Καὶ οἱ μὲν ἐζητοῦν, ὁ δὲ τριῶν ἡμερῶν ἀδηλος ἦν. Εἶτα φανερὸς αὐτοῖς γίνεται ἐν τῷ ἱερῷ μὲν καθεζόμενος, ὁμοῦ τε ἀκούων τῶν διδασκάλων, καὶ πρὸς ἐκείνους διαλεγόμενος, ἐκπλήπτων τε τοὺς ἀκροατὰς ἐν ταῖς ἀποκρίσεσι· κατὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸ κραταιοῦσθαν αὐτὸν πνεύματι, καὶ σοφίᾳ προκόπτειν καὶ χάριτι, ὡς πολλοῖς τοιοῦτον ἀναφαινόμενον. Λανθάνει δὲ τοὺς γυνεῖς ὥστε μὴ παρ' αὐτῶν κωλυθῆναι τὴν πρὸς τοὺς νομομαθεῖς ἐκείνους διάλεξιν· εἰδότων ὥσπερ αὐτοῦ τὸ ἀγράμματον, καὶ τοῦ μὴ προσπταίειν τοῖς λόγοις εὐλαβουμένων· ἢ ταῦτα τάχα καὶ διαφεύγων, μὴ δόξῃ τοὺς γονεῖς ἀτιμάζειν, τῷ ἀπειθεῖν ἐγκελευομένοις τὰ ἀνθρώποις ἀκόλουθα. Διὰ ταῦτα ὑπομένει λάθρα, καὶ οὐδὲ τοῖς γονεῦσιν αὐτοῖς γινώσκεται· ἵνα μηδέτερον, ἢ φανερὸς γενόμενος κωλυθῇ, ἢ καὶ ἀπειθῇ κωλυόμενος. Ὅρα δὲ ὅπως καὶ ἃ προσήκει παιδίῳ ποιεῖ. Οὐ γὰρ προπετῶς διδάσκει τοὺς νομομαθεῖς διδασκάλους καὶ ἱερεῖς, καίτοι μόνος αὐτὸς αὐτόχρημα σοφία καὶ λόγος ὢν καὶ χορηγὸς τῆς σοφίας· ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο, μέτρα καὶ ἡλικίας καὶ ἀξίας αὐτός τε καλῶς εἰδὼς καὶ τοῖς ἄλλοις ὁρίζων, τοῖς ἱερεῦσι καὶ διδασκάλοις τοῦ διδάσκειν παραχωρεῖ. Αὐτὸς δὲ ἀκούει τε καὶ ἐπερωτᾷ μετὰ πολλῆς ἀμφότερον τῆς συνέσεως· λογικῶς τε γὰρ ἐρωτᾷ· καὶ ἀκροᾶται συνετῶς, καὶ ἀποκρίνεται συνετώτερον, ὅ καὶ τὸ θαῦμα πολλῷ μεῖζον ἐποίει τῆς ἀκροάσεως.

Τοῦ αὐτοῦ. Ἡ μὲν θαυμασία μήτηρ, σπλάγχνων μητρικῶν ἡττωμένη, καὶ τέκνον αὐτὸν περιπαθῶς καλεῖ, καὶ ὡς ἐγκαλοῦσα, προτείνει τὴν μετ' ὀδύνης ζήτησιν, καὶ πάντα ὁμοῦ ὡς μήτηρ, καὶ παῤῥησιαστικώτερον, καὶ ἀνθρωπινώτερον, καὶ περιπαθέστερον, διαλέγεται· Τί τοῦτο, τέκνον, ἐποιήσας ἡμῖν ; καὶ ὅτι Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ σου ὀδυνώμενοι, ἐζητοῦμέν σε. Αὐτὸς δὲ λύει πάντα διὰ τοῦτο, καὶ περὶ πατρὸς ἐκείνης τοῦ δοκοῦντος εἰπούσης, ὁ Χριστὸς ὥσπερ τὸ ῥηθὲν διορθούμενος, περὶ τοῦ ὄντως λέγει Πατρὸς, εἰς ἔννοιαν αὐτὴν ἐμβάλλων τῆς ἀληθείας· καὶ μὴ χαμαὶ βαίνειν, ἀλλ' εἰς ὕψος αἴρεσθαι παρασκευάζων· Οὐκ ᾔδειτε, λέγων, ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρος μου δεῖ εἶναί με ; Οὕτω δείκνυσιν ἑαυτὸν ὄντα φύσει Θεὸν, εἴγε τῆς αὐτῆς φύσεως ὁ παῖς τῷ τεκόντι. Ἐπεὶ δὲ τοῦ Πατρὸς ὁ ναος, ἐν τοῖς τοῦ Πατρὸς ἦν ἐκεῖνος, κἂν αὐτοῖς τὸ ῥῆμα συνετὸν οὔπω γέγονεν. Ἐνταῦθα πρώτως ἀνδρικώτερον ἢ μᾶλλον εἰπεῖν θειότερον, πρὸς τοὺς οἰκείους διαλέγεται, καὶ δείκνυσιν ὅτι καὶ ἕτερος ὁ Πατὴρ αὐτῷ, καὶ ὅτι οὐχ' ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ, ἀλλὰ καὶ ὡς Θεῷ, καὶ τὴν μητέρα αὐτῷ προσεκτέον, καὶ ὅτι ὁ τοῦ Πατρός οἶκος, ὁ ναὸς δηλαδὴ, καὶ αὐτοῦ οἰκός ἐστι, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοῦ Πατρός· καὶ ὅτι αὐτοὺς ἐγκλητέον μᾶλλον ἀγνοοῦσι ταῦτα, καὶ μηδὲν μήτε λαλοῦσι μήτε φρονοῦσι τῶν πρὸς ἀλήθειαν. Ἐνταῦθα πρώτος τοῦ ἀληθῶς Πατρὸς φανερώτερον μνημονεύει, καὶ παραγυμνοῖ αὐτοῦ τὴν θεότητα. Κάτεισι μετὰ τῶν γονέων ἐξ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ναζαρὲτ ὁ Κύριος· καὶ διατελεῖ τούτοις ὑποταττόμενος, γονεῖς τιμᾷν παιδεύων ἐκ τοῦ οἰκείου· καὶ ὅπερ αὐτὸς ἐντειλάμενος ἦν, τοῦτο πρῶτος πληρῶν, καὶ τιμᾷν οὕτω διδάσκων γονεῖς, τιμᾷν δὲ πάντως μετὰ Θεόν· ἐκείνων γὰρ προτιμοτέραν εἶναι τὴν θεοσέβειαν. Διὰ τουτο καί παραλιπὼν αὐτούς, τῷ ναῷ προσμένει, καὶ τὸν αὐτοῦ πόθον, ἰσχυρότερον εἶναι δεῖν τοῦ φυσικοῦ κελεύει καὶ πατρικοῦ.

salem, festum Paschæ celebraturus. Cum vero illud finem accepisset, ipsi quidem reversi sunt : Jesus autem manet eos latens. Et illi quidem quærebant, hic vero tres dies latuit. Deinde eis fit manifestus, in templo quidem sedens, simul autem audiens doctores, et cum illis disserens, et in responsis auditores afficiens admiratione. In hoc enim implebatur, quod de illo scriptum est, quod *puer confortabatur spiritu, et proficiebat sapientia et gratia apud Deum et homines*, eo quod multis talis esse declaretur. Latet autem parentes, ne ab eis prohiberetur disserere cum jurisperitis, ut qui scirent eum non didicisse litteras, et caverent, ne laberetur in sermone : aut fortasse cavens, ne videretur parentes habere contemptui, eo quod non parentibus pareret jubentibus ea quæ sunt hominibus consequentia. Vide autem, quemadmodum ea facit, quæ puero conveniunt. Non enim docet legisperitos, etiamsi esset suppeditator sapientiæ, sed audit et interrogat : utrumque cum magna sapientia. Sed cur non primo, nec secundo, sed tertio invenitur, qui quæritur a parentibus? Hinc fortasse sepulturam, et quæ post tres dies futura erat, resurrectionem præsignificans, Tunc enim, cum sepulcro contectus esset, apparet.

XXIV. Sed quomodo rursus Mater admirabilis, a maternis victa visceribus, et cum magna affectione vocat Filium, et tanquam reprehendens, adducit eam, quæ cum dolore fiebat, inquisitionem? *Ecce*, dicens, *pater tuus et ego dolentes quærebamus te* [37]. Et ideo cum illa dixisset de patre, tanquam de eo qui videbatur, Christus veluti corrigens id quod dictum fuerat, dicit de eo, qui est vere pater, ei veritatem revocans in memoriam, et providens, ut non humi serpat, sed in altum extollatur : *Nescitis*, dicens, *quod me oportet esse in iis quæ sunt Patris mei* [38]? Sic se ostendit Deum esse natura, siquidem Filius ejusdem est naturæ cum Patre. Quoniam autem illud templum Patris erat, in iis quæ sunt Patris ille versabatur. Quod verbum nondum manifestum illis erat. Ille autem descendit cum eis in Nazareth, et mansit eis subjectus, ex se docens honorare parentes, et quod ipse jusserat, hoc primus implens; honorare autem omnino post Deum, illique esse præferendum Dei cultum. Ideo enim eis relictis, in templo remanserat, ostendens Dei amorem naturali et paterno validiorem esse debere.

XXV. Sed mihi rursus (12) vide mulierum sapientissimam Mariam, Matrem ejus, qui vere est sapientia et arcana cognitio. *Conservabat* enim, inquit, *omnia verba hæc in corde suo* [39] : sicut etiam prius in adventu pastorum, et iis quæ illi visa et audita narrabant. Et tunc Lucas similiter hæc omnia dixit Mariam conservare. Non enim ei, tanquam alicui infanti attendebat, sed quæ dicebantur, plurimi faciebat : et nihil erat ex iis quæ ab ipso dicebantur et fiebant, quod non ea magno studio dignum duceret, et corde diligenter celaret, divinarum quarumdam rerum et arcanarum ea esse semina, easque illis præmonstrari recte judicans.

XXVI. Post hæc baptisma, post quod miracula quoque; sed (ut divinus dicit Joannes [40]) id quod primum fecit (in nuptiis, inquam, aquæ in vinum mutationem) fecit Matre Præsente. Illa quidem certe prima admonet vinum deesse, Filio præbens occasionem et materiam faciendi miraculum. Is autem quamvis ægre ferre videbatur, et ideo recusare : facit tamen ea quæ a Matre suggerebantur, honorans omnino ut Matrem, et veluti ei reddens mercedem, quod ipsum in alvo gestaverit. Vide autem hic quoque Dei Matris insignem moderationem et prudentiam. Nec enim jubet audacter, tanquam Mater Filio, ut faciat miraculum, sed eum solummodo admonet, idque cum quadam magna reverentia et submissione, et quantum sufficeret ad suam declarandam voluntatem. Quid enim est, quod dicit Filio? *Vinum non habent*. Nam etsi ea illum esse suum cognoscebat Filium, non ignorabat tamen eum esse suum quoque effectorem. Et ideo simul quidem volens ostendere, cujusnam esset Mater, et simul etiam referre gratiam iis qui invitaverant, prudenter ei suggerit miraculi effectionem. Deinde etiam ministris : *Quodcumque dixerit*, inquit, *vobis facite*, hoc dicens de Filio; jam enim veniebat ad notitiam virtutis Filii, ut quæ vidisset multa admirabilia, quæ etiam paulatim in corde conferebat, ut recte cognovimus ex iis quæ præcesserunt.

XXVII. Quoniam autem non alio spectat argumentum propositum, quam solum ad ostendenda Virginis magnalia, erit hoc quoque unum ex iis quæ illius sunt bona et præclara, si ostenderimus eam fuisse perpetuo versatam cum Filio, et ei semper assedisse, et nec in tempore quidem rerum adversarum, nec in Passione fuisse ab eo separatam, quando et discipuli, et amici, et omnes noti, alii quidem ipso omnino relicto, se in pedes conjecerunt: alii vero, cum paululum exspectassent, nega-

[37] Luc II, 48. [38] ibid. 49. [39] ibid. 51. [40] Joan. II, 1 seqq.

(12) Τοῦ Μεταφραστοῦ. Ὅρα μοι καὶ αὖθις τὴν σοφωτάτην γυναικῶν Μαρίαν · τὴν μητέρα τῆς ὄντως σοφίας καὶ ἀπορρήτου γνώσεως. Διετήρει γὰρ, φησὶ, πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, ὥσπερ δὴ καὶ πρότερον ἐπὶ τῇ τῶν ποιμένων ἐπιστασίᾳ, καὶ οἷς ἐκεῖνοι ἑωρακότες καὶ ἀκούσαντες ἐξηγόρευον. Καὶ τότε γὰρ ταῦτα πάντα ἡ Μαρία συνετήρει · οὐ γὰρ ὡς παιδίῳ τινὶ προσεῖχεν · ἀλλὰ περὶ πλείστου τὰ λεγόμενα ἐποιεῖτο, καὶ οὐδὲν ἦν τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, ὃ μὴ ἄξιον αὐτὴ σπουδῆς ἐποιεῖτο, καὶ εἰς καρδίαν ἐκρυπτεν ἐμμελῶς, σπέρματα εἶναι ταυτὶ καὶ μηνύματα θείων τινῶν καὶ ἀπορρήτων πραγμάτων, καλῶς κρίνουσα *.

* Huc usque Metaphrastes in Catena Græca textum Latinum partim repræsentat; in sequentibus omnino abludit.

verunt. Itaque quoniam hæc ita se habent, aliis relictis, nos ea dicamus. Cum enim tempus jam adesset Passionis, et ille seipsum traderet, et staret in medio eorum qui in eum cædem spirabant, et jam abduceretur ad Pilatum, et ante Caipham sisteretur, et ad Herodem mitteretur examinandus, et tandem in eum ferretur sententia, et cruce condemnaretur, Mater, sicut in aliis superabat mulierem, ita etiam hic quoque videtur plusquam mulier, quæ ab illo minime recedit, sed propius sequebatur, nihil timens quod esset formidabile : non quod tantum maternis vinceretur visceribus, quam quod potius divino induceretur judicio, adeo ut alias quoque duas mulieres, duas, inquam, Marias, ut docet Evangelium [41], ad hoc adhortata sit, et ut secum versaretur, persuaserit : ut quæ essent forti et generoso animo, et vellent adhærere huic sponso, qui non videtur, et tamen cum non cernatur, appropinquat. Erant enim, inquit, mulieres quoque, quæ consequebantur a Galilæa, et ministrabant ei. Ea ratione videntur ne abfuisse quidem a tempore mysteriorum, sed cum duodecim quidem minime accubuisse, fuisse tamen ejus domus consequenter participes. Nam discipulos quidem, cum mysteria et humilitatis summæ traderet doctrinam, una habuit accumbentes; Matrem autem jussit curam gerere mulierum, quæ ministrabant, tanquam per eam ipsam ipsas benigne accipiens, et adimplens officium humanitatis, et simul cum eis vescens, et sic pro ministerio eis referens gratiam.

XXVIII. Sic autem una quoque ingressa est in atrium Annæ et Caiphæ, cernens unumquodque eorum quæ gerebantur, et apud eum quidem manens, dum judicaretur : una autem proficiens, dum adduceretur ad mortem, eorumque qui ibant, egressus et ingressus considerans, et omnium ora attendens, ut sciret, quænam in eum ferretur sententia : quinam vero erant ii qui ei assentiebantur, aut qui reprehendebant. Nulli enim obscurum est, eam hæc vidisse omnia, quandoquidem in cruce quoque una aderat, quando ab ipso crucifixo Filio fuit commendata discipulo. Et ideo licet considerare, cujusmodi illa esset, quæ hæc difficilia cernebat et molesta, illusiones, flagella, alapas, purpuræ amictum, coronæ impositionem, contumeliosam traductionem. Oportet quoque considerare, quemnam haberet animum, sive ex Filio eam simpliciter judices, naturalem ferentem vim passionis : sive quod eum cognosceret homine superiorem, admirans summam ejus tolerantiam : aut potius utrumque, adeo ut et naturali flecteretur affectione, et miraculo afficeretur

XXIX. Postquam autem scelerati venerunt in locum Calvariæ, et fixa quidem fuit crux, in ea vero pendebat ejus Filius, quomodo erat animo affecta, eum videns sic patientem? Quomodo videbat eum nudatum vestibus, qui cœlum tegit nubibus? Quomodo habentem puras carnes clavis confixas? Quo modo non in ejus potius carnis tela immittebantur? ut etiam hinc finem acciperet, quod dixerat admirabilis Simeon : *Tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius* [42]. Quomodo sanguinis guttis effluentibus non acerbiores lacrymarum aquæductus fluebant ex illius oculis? Quomodo illum tulit videre in cruce distentum, ipsam, et eos qui aderant, aspicientem aspectu benignissimo? Quid vero irrisiones, quid impia transeuntium scommata, ingratorum subsannationes, probra eorum quid circumstabant? Quæ quidem omnia eam transverberabant profundius, quam ulli clavi. Et innumerabilibus quidem plagis sauciabatur : stimulis autem confodiebatur innumerabilibus. Hoc vero erat ei omnium molestissimum, quod ad illum quidem accedere, et eum alloqui sitiebat, repellebatur autem a multitudine canum eam circumstantium. Sic enim divinus ille Pater eos prius nominavit [43].

XXX. Postquam autem quæcunque volebant, impleta fuerunt a Dei parricidis, et non expectabant amplius, fore ut ab eis evaderet : cum proximi quidem amici effugissent, aut potius (ut dicam cum propheta [44]) a longe starent, ipse autem esset clavis confixus, custodia ab eis omnino negligebatur, tunc verisimile est, Deiparam, sibi data facultate, ad eum accessisse, et intemeratos quidem ejus pedes, et impressas eis plagas libenter esse deosculatam, et sanguine miscentem lacrymas, oculos et genas attrivisse, cum maximo autem animi motu eum aspicientem dixisse : Quid hæc sunt, o Domine et Deus? suntne hæ remunerationes tuæ inexplicabilis in homines clementiæ? Estne hæc retributio tuæ benignitatis? Iine, quos tu affecisti beneficio, tales tibi gratias retulere? Te purpura induunt irrisionis, quos tanquam filios Pater ornasti stola gloriæ, et tanquam aquila nidum regens, alis expansis suscepisti [45], et in dorso tuo portasti. Contumeliæ coronam tibi imposuerunt, quos bonæ voluntatis armis ipse coronasti, et ut adversus inimicos caput tollerent, confirmasti. Clavis tibi dolores afferunt, qui a laboribus Ægyptiacæ servitutis, et ab innumerabilibus afflictionibus sunt liberati. Arundine tuum caput feriunt, quibus mare virga percussum cessit fugientibus. Sed loquere aliquid modicum ad tuam Matrem recreandam : non fero enim dolores, quæ te peperi sine dolore. Ubi te videbo postea? Quod erit mihi solatium? Quis mei curam geret ac defendet?

XXXI. Cum eam vidisset tam acerbe affectam, et stantem prope dilectum discipulum, illud (sicut erat consentaneum) est omnino elocutus, quod divinum narrat Evangelium. Eam enim Primum aspiciens : *Mulier*, inquit, *ecce filius tuus* [46], ostendens discipulum. Sic vel cruci affixus, curam gerebat matris, et eam commendavit dilecto discipulo, nos docens non negligere parentes usque ad extremum spiritum,

[41] Marc. xv, 40. [42] Luc. II, 35. [43] Psal. xxi, 17. [44] Psal. xxxvii, 31. [45] Deut, xxxii. 11. [46] Joan. ix, 26.

quanquam prius videbatur etiam repellere, ut quæ non in tempore ei esset molesta. *Quid enim mihi et tibi* (in nuptiis inquit), *mulier*[47] ? et postea : *Quæ est mater mea* ? Hic autem apertam ostendit dilectionem, et discipulo quidem eam commendat, sic consolans, illum autem magis honorans commendatione, et quod valde eum diligeret, hoc utens testimonio (quid enim aliud faciens, aut dicens, illum tali honore est dignatus ?), simul quoque quod permansisset, ei referens gratias. Deinde cum etiam aspexisset discipulum, *Ecce* inquit, *mater tua*[49]. Hoc autem erat conjungentis ad dilectionem, et simul etiam ostendentis amborum auctoritatem. *Ab eo* ergo *tempore*, inquit, *discipulus eam accepit in propria*[50], intelligens quorsum tenderet oratio, et Domini voluntati sincere inserviens.

XXXII. Postquam autem finem acceperunt omnia, *Sitio*, inquit Salvator[51]. Qui vero erant veloces ad malum, et ingratorum ingratissimi, ei acetum felle commistum, qui aqua (proh dolor !) in sitis æstu in terra arida sunt potati ; et qui melle saturati fuerunt[52], fel porrigunt ; quorum uva, uva fellis, et ira, draconum domus[53]. Sed quomodo rursus illam hæc videntem, oportebat cruciari animo ? Quando autem mortuum quoque vidit, quomodo tulit ? quomodo non etiam ipsam una abrupit animam ? Quomodo sustinuit videns inimicos, qui ne post mortem quidem adhuc erant reconciliati Filio, sed cædem adhuc in eum spirabant, et gladio ejus latus confodiebant ? Sed hæc quidem divinum narrat Evangelium. Dicuntur autem hæc quoque a linguis, quæ plurimi faciunt veritatem, quod cum hæc nova et admirabilia percepta essent oculis Deiparæ, et post mortem Filii, perinde ac si viveret, ex ejus latere aqua et sanguis scaturiret, illa tum quidem haurit reverenter et diligenter.

XXXIII. Deinde ea sic se totam dedit parandæ sepulturæ, et quemadmodum divinum illud corpus e ligno deponeretur, et aptum monumentum consequeretur. Cum autem non posset hæc per se efficere, ejus mentem movet omnino ejus Filius, ut scrutaretur in loco Calvariæ. Quod cum factum esset, concedit ut ejus scopus facile succederet. Invenitur enim quoddam monumentum recentissimum et pulcherrimum, et elegans locus in quo erat situs, illo quidem nequaquam dignus : Quid enim omnino ex rebus terrenis ? sed non indignus ejus quæ quærebat, desiderio. Atque erat quidem sepulcrum plane, ut dixi, novum et omnino intactum, ut in quo nullum adhuc esset sepultum : ne, si alia posita fuissent corpora, dubitaretur quodnam resurrexisset : et locus in optimo aere positus, et in horti speciem ornatus. Postquam autem sciscitata intellexit, non solum esse amicum horti dominum, sed etiam discipulum, verum occultum (hoc enim docet Evangelium[54]), ut qui Dei timeret parricidas, venit ad eum Virgo, et verbis ei suadet accommodatis, ut in suo monumento, tanquam in aliquo armario, magnam vim opum reponat, et sic domum custodientem apud se vitam habeat. Finem enim, inquit, acceperunt res adversariorum, et maxime probrosam hi mortem Magistro attulerunt, nulla quantumvis magna, injuria et ignominia in eum prius prætermissa. Cæterum nunc quoque in ligno jacet mortuus et nudus, mihi et creatæ naturæ horrendum spectaculum, ut quem potius irrideant, quam ejus misereantur. Da ergo mihi gratiam, et communi, inquam, huic Magistro. Audacter pete illius corpus, ut deponatur, et mandetur sepulturæ, si non etiam post mortem sit illis Jesus invisus. Sic nobis omnibus magnam afferes consolationem, qui in omnem redacti sumus egestatem, et quorum nemo movetur misericordia : *Amici* enim *mei et propinqui mei ex adverso appropinquaverunt et steterunt, et proximi mei a longe steterunt*[55]. Ex me non possum quidquam facere, ut vides, cum sim sola et hospita, et cum uno solo ex discipulis attenta sim crucifixo. Sic mihi sistes dolorem, sic reprimes lacrymas.

XXXIV. Cum Josephum Deipara talibus verbis inflexisset et incitasset, emittit ad Pilatum. Ille autem, expulsa omni timiditate, et ab illo, qui mortuis vitam inspirat, mortua audacia inspiratus, audacter (inquit Marcus[56]) ingreditur ad Pilatum, et iis usus, quibus opus erat, verbis petitum accipit divinum illud corpus, et cui nihil potest exæquari, ostendens animum, Judæ tanquam ex diametro contrarium. Nam ille quidem cum haberet, tradidit iis qui erant interfecturi ; hic autem ab iis qui interfecerant, petiit et accepit. Verum enim vero rursus persequatur oratio, quomodo Mater se haberet. Dicunt enim ii qui de his rebus tractarunt, eam ab initio usque ad finem se fortiter et constanter gessisse, honeste quidem, et non indecore utentem motu animi : factis tamen ostendentem se esse Matrem, sed omnino Matrem illius qui amico mortuo et ostendit amorem, et motum animi certis finibus continuit. Mortuum itaque videns Filium, ea motu animi usa est ut oportuit. Quin etiam in eo a cruce deponendo maternis manibus inserviit, et clavos, qui extrahebantur, suo sinu accepit, et membra illius amplexa est, partim quidem ulnis stringens, partim autem suis quoque lacrymis plagas emundans deinde etiam tota toti corpori circumfusa. Ecce tibi ab omni sæculo præfinitium mysterium ad finem usque venit, o Domine, placida voce dicit. Et Josepho in manu tradens sindonem : Tibi autem, inquit, deinceps erit curæ, ut in hac eum,

[47] Joan. II, 4. [48] Matth. XII, 48. [49] Joan. XIX, 27. [50] Ibid. [51] Ibid. 28. [52] Exod. XVI, 31. [53] Deut XXXII, 32, 33. [54] Joan. XIX, 38-42. [55] Psal. XXXVII, 12, 13. [56] Marc. XV 43.

honeste componas, myrrhaque pulchre condias, et ei justa facias.

XXXV. Cum sic ergo novo monumento divinum corpus tradidissent, Joseph, et qui cum eo erat Nicodemus, et alii qui cum eis aderant, ipsi quidem statim receduut a sepulcro; Mater autem sola remansit sepulcro adhærens,minime dormientibus oculis perseverans.Nam etsi Mariam Magdalenam Matthæus ex adverso cum altera significavit assedisse, solum tamen ad videndum venisse innuit, neque ausas esse accedere eo tempore, quo mandabatur sepulturæ. Certe namque eis succurit, ut recederent propter metum Judæorum, et adventum custodiæ[57]. Inquit enim ipse Matthæus: *Vespere antem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulcrum*[58]. Non dixisset autem venisse, quæ remansissent, nisi eæ quoque similiter ut cæteri, recessissent, a monumento. Atque alii quidem alteram, quæ dicitur, Mariam, quam ipse dixit, qui præcessit, et Marcus clare aperit, dicens: *Maria autem Magdalene, et Maria Joseph, aspiciebant ubi ponerent*[59]; alii vero Mariam *quæ* appellata est Jacobi, existimarunt esse Deiparam, non recte, neque accurate veritatem conjectantes, Ubique enim in Evangeliis ipsa post arcanum illum ortum aperte et proprie nominatur Mater, et hanc omnino maxime notam habet appellationem. *Accepit*, inquit, *infantem, et Matrem ejus*[60]. Et rursus: *Erat Mater Jesu illic*[61]. Et *Dicit Mater ejus ministris*[62].Et: *Descendit in Capharnaum ipse, et Mater ejus*[63]. Et: *Mater tua et fratres tui steterunt foris*[64]. Quin etiam: *Steterunt ad crucem Jesu Mater ejus et soror Matris ejus*[65]. Labes, si vis, etiam Lucam in Actibus suffragantem iis quæ sunt proposita; *Hi omnes erant perseverantes in oratione cum mulieribus, et Maria Matre Jesu*[66]. Et in summa difficillime inveniri potest, eam esse aliter nominatam, aut ex patre, aut ex aliqua alia cognationis habitudine, ut diximus. Quocirca nulla ex his illa est.

XXXVI. Nam aliæ quidem tota nocte ad sepulcrum ingressæ sunt et egressæ, et ea quæ fiebant, apostolis nuntiarunt. Quamobrem nec eis contigit videre plura miracula resurrectionis. Illa autem quæ indivulsa assidebat sepulcro, omnia vidit aperte, et non statim, sed postea protulit in lucem, et renuntiavit. Nam quomodo simul terræmotum, et angeli in momento temporis descensum, et lapidis revolutionem, et custodum profundum soporem, et expergefactionem, et quorumdam in urbem reversionem, potuissent abeuntes mulieres, et rursus revertentes, integre perspicere? Sed clarum est, hæc fuisse materni et ardentis amoris, quæ perpetuo assidens et acrio- A re spiritu vigilans, omnia perfecte vidit ut se habebant, quod ne tantillum quidem, ut diximus, a sepulcro recesserit, donec ipsam vivificam vidit resurrectionem. Nam lapis quidem revolutus, et angelus ei insidens, ab aliis quoque visus est mulieribus. Quando autem, et quemadmodum hæc facta sunt, illæ quidem omnino nesciebant: ipsa vero sola, ut quæ assideret, omnia accurate perspexit. Videntur ergo ei primæ esse dati boni nuntii resurrectionis, et quoad ejus fieri potuit, ab ea conspectus fuisse splendor Filii. Sed sic quidem Dei Mater et ipsa clarius aspicit Filii resurrectionem, et ejus prædicatores de ea magis confirmat, quam eæ quæ unguenta attulerunt: etiamsi, dum loquerentur de Domini resurrectione, nullam B ejus mentionem fecerint, caventes fortasse maternum afferre testimonium, ne videretur suspectum, et propter conjunctionem fides ei minus haberetur. Sed Deipara, cum Filii resurrectionem et visu, et internis oculis sic accepisset, postea habitavit cum dilecto discipulo, exspectans tempus Christi assumptionis.

XXXVII. Postquam autem finem accipere oportebat, quæcumque ad carnis susceptæ pertinebant œconomiam, et ita in cælum extolli, quod assumptum fuerat, amicis apparens Salvator (non enim sæpe post resurrectionem spectabilem se illis præbebat), et multa alia cum eis disserit, et boni Spiritus adventum annuntiat. Deinde etiam cum eduxisset parum extra civitatem, et illos, ut C eum decebat, impertiisset benedictione, videntibus ipsis in cælum extollitur[67]. Sed ne ea res ipsis afferret molestiam, et dolorem eis procrearet Magistri privatio, ejus quoque curam gessit bonus pastor. Ad eos mittit angelos, qui et illius ascensum explicarent, et eos ineffabili et admirabili implerent consolatione[68]. Cum autem adorassent, rursus domum læti sunt reversi, simul quidem agentes in superiore cænaculo, sicut constitutum fuerat, et Paracleti exspectantes adventum. Erant autem in oratione unanimiter perseverantes, sicut etiam Lucas Evangelista narrat. Cum enim nominatim Christi enumerasset discipulos, deinde subjungit: *Et hi omnes perseverabant unanimiter in oratione et precatione, cum mulieribus et* D *Maria matre Jesu, et cum fratribus ejus*[69]. Semper enim ipsa quoque cum eis conversabatur, a rebus pulcherrimis et honestissimis nunquam omnino desistens.

XXXVIII. Postquam autem in tempore Pentecostes apstoli, impleti divina gratia Paracleti, ad Evangelii doctrinam alius alio mittebantur, et jam prædicatio fidei annuntiabatur, Virginem, utpote dilecto discipulo et virgini commendatam, quæ erat in Sion ejus domus, eam habebat illic degen-

[57] Matth. xxvii,65,66. [58] Matth.xxviii,1. [59] Marc. xv, 1. [60] Matth. ii,14. [61] Joan.ii,1. [62] Ibid. 5. [63] Ibid. xii, [64] Matth.xii,47. [65] Joan. xix, 25. [66] Act. i, 14. [67] Luc. xxiv, 51. [68] Act.i, 10, [69] Ibid.14.

tem : cui tanquam Matri Deo honor ab omnibus exhibebatur. Cum vero et mortis eam participem fieri necesse foret, (cur enim hoc passura non esset, quamvis Dei Filius ex ea genitus revera esset homo ?) cum, inquam, ætate provecta ad multam senectutem pervenisset, et peregrinationis tempus præsens esset, per angelum, se migraturam esse, a Filio edocta est, sicut et antea, quo tempore in ejus ventrem ingressurus erat, nuntiatum illi fuerat. Cum igitur excessus sui mysterium didicisset, eam rem lætitiæ tantæ, quanta verbis explicari non potest, materiam judicans (quid enim illi suavius evenire poterat, quam cum Filio suo esse et una regnare ?) statim jussit plurima lumina domum afferri ; idque factum est. Tota vero domus mundata est. Lectus item, et thalamus ornabatur : et convocabantur quotquot erant cognati et vicini, ut cum ea lætitiæ fierent participes. Deinde parata erant omnia ad excessum. Significat itaque iis qui convenerant, id quod ei Filius per angelum nuntiaverat. Ostendit autem bravium, quod sibi ab eo datum fuerat. Id vero erat ramus palmæ, ut linguæ assuefactæ vera loqui de eo dixerant : signum victoriæ mortis, et vitæ imago immortalis : sicut etiam Hebræorum pueri id ejus faciebant Filio, inspirati divinitus. Illi enim appropinquanti ad passionem, ii ramos palmarum offerebant, eum futurum victorem mortis ante significantes[70]. Cum autem jam adesset tempus excessus, illa quidem veræ vitæ mater jacebat in grabato : aderat vero is, qui eam domo exceperat, Joannes. Aderant etiam, quicunque erant electi in Jerusalem, amicæque et cognatæ simul astabant. Virgo ergo ad Joannem aspiciens virginem, cum pauca cum eo esset locuta, deinde : Duas, inquit, tunicas quas toto vitæ tempore habui tegumentum mei corporis, eas dari jubeo hisce duabus mulieribus. Hæc illa quidem dixit. Qui aderant vero, videntes signa decessus, ex oculis multas fundebant lacrymas. Quis enim tali privari muliere tulisset sine dolore ? Deinde e cœlo quidem descendit ejus Filius, illius divinam assumpturus animam, per nubem autem suos congregat discipulos, ut venerandum ejus corpus mandarent sepulturæ.

XXXIX. Postquam vero vidit eos Deipara, cognovit autem causam, propter quam omnes statim accersiti fuerant, et uniuscujusque audiit petitiones, eos quidem, ut par erat, impertiit benedictionibus. Cum vero omnibus dixisset verba quæ in decessu dici solent : Vos, inquit, valete, filii ; meum autem hinc decessum ne luctu, sed lætitia potius prosequamini ; quandoquidem vobis est persuasum, nos transire ad gaudium : et videte, ut corpus meum mandetis sepulturæ in hac figura, in qua ergo me composuero. Hæc est enim, inquit, mea voluntas. Accersit autem Petrum, deinde alios : et cum lucernas ipsi accendissent, illa in spiritu exsultans, diductis labris, Benedico tibi, inquit, datori omnis benedictionis, causæ luminis; qui meum ventrem inhabitasti. Benedico tuæ charitati, qua nos dilexisti. Domine : et magnifico verba tua, quæ nobis data sunt in veritate et credo mihi affutura, quæ dixisti. Cum sic dixisset, se reclinat in lecto, et manibus in alium sublatis, cum nulli reprehensioni affine suum corpus in honestam et decoram figuram composuisset, et eos venerandum apperuisset (etenim videbat jam Dominum ad ipsam venientem cum multitudine angelorum), tota impletur gaudio et voluptate, et cum rursus dixisset : *Fiat mihi, Domine, secundum verbum tuum,* emittit tanquam in somno spiritum, et eum in amicis deponit Filii manibus. Ne autem videatur esse inane, quod dictum est de congregatione apostolorum, quæ facta est in dormitione Virginis ; satius fuerit ea summatim addere, quæ a Dionysio Areopagita dicuntur in tertio libro (1), et capitis quidem. *Quæ sit vis orationis et de beato Hierotheo, de pietate et de theologica* inscriptum est *conscriptione.* Dicuntur autem ea quidem Timotheo Ephesi episcopo. Ea vero sunt in hoc capite sic ad verbum posita :

XL. « Quandoquidem apud ipsos quoque nostros Deo afflatos sacrorum principes, quando nos quoque, ut ipse nosti, et multi, ex nostris sacris fratribus ad videndum corpus, quod vitæ principium dedit, et Deum suscepit, convenimus (aderat autem Dei quoque frater Jacobus, et Petrus, qui erat theologorum suprema et antiquissima summitas), visumque est, ut post illud spectaculum, omnes sacrorum principes hymnum canerent, et laudarent, prout poterat unusquisque, infinitam bonitatem divinarum virium : post theologus ille, ut scis, vicit omnes alios mystas sacrorum, ut qui plane excederet, et a se omnino abduceretur, et in ea quam hymnis celebrabat, afficeretur societate et communicatione, et ab omnibus, a quibus audiebatur et videbatur, et cognoscebatur, et non cognoscebatur, judicaretur esse a Deo afflatus et divinus scriptor hymnorum. Et quid tibi amplius dixerim de iis quæ illic de Deo divine dicta sunt ? Etenim nisi sum mei quoque oblitus, scio multos a te audisse quasdam partes illorum Deo afflantium hymnorum. » Sed hæc et quidem sacer Dionysius. Nobis autem pergat oratio ad ea quæ deinceps sequuntur.

XLI. Cum autem in orbem sanctum Virginis corpus circumdedissent apostolorum chorus, et quidquid erat electum ex viris et mulieribus, et hymnis honorabant qui illud deducebant, et omnia membra reverenter simul et amanter amplectebantur, non solum suum ostendentes desiderium, sed vel

(1) *De divinis nominibus*, cap. 3.

[70] Joan. XII, 13.

ex tactu credentes percipere utilitatem. Fidem autem consecuta quoque est operum demonstratio. Cæcis oculi illuminabantur, surdis aures aperiebantur, claudis bases pedum confirmabantur, et quodlibet morborum et ægritudinum genus facile dissolvebatur. Cur non dico quæ sunt perfectiora? Aer quidem et cœlum ascensu spiritu sanctificabatur : terra autem similiter depositione sacri corporis. Cæterum nec aquæ quidem natura erat expers benedictionis : sed ipsa quoque lavacro purissimi corporis fuit particeps sanctificationis. Neque enim illud habebat opus purgationibus (quis enim hoc diceret, nisi emotæ mentis) sed suo contactu potius sanctificabat id quod attingebatur, Deinde quid ? Mundis sindonibus mundum corpus involutum, rursus in lecto ponitur. Deinde cum lucernis et unguentis, intelligentibus quidem desuper laudantibus virtutibus, apostolicis autem et divinis Patribus Deo digna cantica canentibus divina arca ex Sion vecta apostolicis manibus et humeris, ad Gethsemane sacrum prædium exportatur, angelis, ut est consentaneum, præcurrentibus, circumcursantibus, sequentibus, angelicis pennis adumbrantibus, longe, inquam, splendidiore et venerabiliore facta deductione, quam propter translationem veteris illius arcæ testamenti Domini, ut sacra narrant Eloquia [71].

XLII. Accidit huic pulchræ et divinæ rei grave quidem quid et odiosum, non tamen silentio, sed memoriæ mandatum et ad gloriam quidem et laudem piorum, dedecus autem improborum, qui infidelitatis malum semper sectantur. Cum hoc sacrum et impollutum corpus in Gethsemane efferetur, ubi sepulcro tradi Deipara ipsa præceperat, Judæis, qui semper fuerunt repleti invidia, ne in hoc quidem succurrit tacere, sed ad ejus, quod fiebat, splendorem claudere oculos, et ad eis innatum motum animi erumpere qui, erat ergo aliis insanior et impudentior, is cum venerandum portaretur grabatum, in id irruit plenus inconsiderato impetu et furore. Ejus autem scopus erat, hunc sacrum lectum in terram allidere, et tali afficere injuria, ut qui esset vir insigni audacia. Non neglexit autem divina justitia : sed manus quæ grabatum, apprehenderant, ex ulnis protinus fuerunt abscissæ. Verum quæ in partu gaudio totum orbem terrarum repleverat, non erat ulli omnino in morte futura causa molestiæ. Cumque qui passus fuerat, esset quidem improbus, non amen omnino ejus improbitas videretur insanabilis, ex his quæ erat passus, justam eorum quæ male senserat, petiit pœnitentiam. Et quoniam carebat manibus, nec eas poterat ad preces extendere, emittit lacrymas ex oculis, et sic petit curationem. Disciplinam autem, vide, simul et medicationem. Statim enim ii quidem, qui lectum ferebant, constituerunt , accedit vero is qui passus fuerat sectionem, et quæ amputatæ fuerant, partibus ulnis applicatis (hoc autem jusserat Petrus), statim consecuta est manu umcuratio.

XLIII. Hinc ad sacratissimam abducitur Gethsemane, et illic sanctissimum quidem corpus mandatur sepulturæ. Quidni enim, cum etiam qui erat Deus, ejus Filius, more hominum sepelitur ? Per ipsum autem ad cœlestia et divina transmittitur tabernacula. Quod dicimus confirmat Juvenalis divinus Hierosolymarum episcopus. Fuit autem hic vir sanctus, et a Deo inspiratus, qui ab antiqua et vera traditione narrationem dicens ad se sic fuisse deductam, ait : Quod tres totos dies ad sepulcrum sancti permanserunt apostoli, divinas hymnodias ex alto audientes. Deinde post tertium diem, cum unus ex apostolis tardius venisset ad exsequias, vel quod ita contigisset, vel quod divinum ita providisset consilium, ut nota esset omnibus translatio admirabilis, tunc et ipse quidem accessit, et, ut est consentaneum, magnum ex eo cepit dolorem, quod tanti boni mansisset expers, idque omnino tolerare non poterat. Sacer itaque ordo apostolorum non justum esse judicans ut ipse quoque vivificum illud corpus non videret et amplecteretur, jubet statim aperiri sepulcrum. Et illud quidem fuit apertum ; thesaurus autem nequaquam erat in eo : sed solæ erant vestes, in quibus fuerat conditus, quomodo etiam in ejus Filii resurrectione. Quas cum ipse esset amplexus, et qui cum eo aderant, et repleti essent inexplicabili odore et gratia, rursus quidem claudunt sepulcrum, Miraculum autem posteris filius a patre accipiens deinceps tradit ; atque vivifici quidem corporis divinæ sepulturæ ita se habet narratio. Siquidem quod ex ea natum erat, totam eam Verbum ad se transtulit, et voluit eam apud se et esse, et perpetuo simul vivere. Verum enim vero pro ejus impolluto corpore suam vestem, boni nostri magnam semper ducens rationem, veluti quamdam dat huic civitati hæreditatem. Quemadmodum autem hoc factum sit, et quomodo beatum illud donum ad nos venerit, et sacrosancto hoc thesauro ditata sit Constantinopolis, jam declarabit oratio.

XLIV. Leo ille magnus, qui illo tempore optime Romanorum administrabat imperium, duos sub se habebat, qui curam gerebant exercitus : quorum uni quidem erat nomen Galbius, alteri autem Candidus, fratres genere, fratres virtute, et ut semel dicam, in cæteris quidem valde insignes et paucis similes : sed unum eis deerat, idque maximum. Siquidem non rectam habere fidem, est laborare in rebus maximis et præcipuis; Arianæ enim pestis erant participes, cum ex paterna forte traditione malum hoc, tanquam quædam hæreditas ad eos venisset. Dicebantur enim fuisse proximi genere Ardaburio et Aspari, qui

[71] II Reg. vi, 1 seqq ; III Reg viii, 1 seqq.

illis temporibus in regia obtinuere tyrannidem: quos cum Ario sensisse, aperte arguit veritas. Verum enim vero Galbium et Candidum, qui alioqui se recte gerebant, et Deo placebant, non sivit divina gratia non esse illuminatos in eo quod est præcipuum salutis : sed eos ab errore traducit ad veritatem, adeo constanter et stabiliter, ut non solum recte se haberent, et tuti essent, quod attinet ad pietatem : sed etiam alios, quos nossent non recto pede ingredi ad veritatem, studerent pro viribus efficere, ut ejusdem essent secum sententiæ. Ii cum pie essent affecti, magno quoque et excelso animo se dedunt misericordiæ exercendæ in pauperes, ut qui pro agnitione veritatis satagerent Christo reddere gratias. Castissima ergo Mater illius magni Dei et Salvatoris nostri, sacrosanctum thesaurum, nempe suam vestem, volens suæ largiri civitati, ut hoc fiat, per dilectos illos viros providet quodam modo diviniore. Modus autem ita habet :

XLV. Immittit eis desiderium odorandi sancta loca quæ sunt Hierosolymis. Quod plane et ab illis factum est. Cumque Leoni et Verinæ rem aperuissent, comitatum non exiguum eorum familiarium et amicorum secum adduxerunt. Cum autem iter ingressi essent, et jam venissent Palæstinam, viam, quæ ducit in Galilæam, præferunt maritimæ, pluris facientes contemplari Nazareth et Capernaum, quam maritimis frui delectationibus. Ex quibus illa quidem fuit sacrum Deiparæ habitaculum, et in ea multo tempore vidit Deum Verbum ex se genitum ; hæc autem ejus filii charum et consuetum diversorium. Cum hic ergo fuissent, ut diximus, quoniam non permittebat tempus ut ulterius progrederentur (jam enim erat vespera, et nox obscura ; provisum autem omnino hoc quoque fuerat divinitus), vicus quidem eos excipiebat, isque parvus. In eo autem habitabant et alii non pauci, et muliercula quoque quædam insignis castitate, et plane honestissima et moderatissima : quæ propter profundum quidem senium et canos honorata, sed propter magnum virtutum ornamentum longe honoratior erat. Apud eam autem vestis, divinus fuerat hic thesaurus reconditus. Quomodo vero fuisset illa tantæ rei custos, nisi et virtutum fuisset ornata pulchritudine, et animi puritate? Quanquam enim Hebræa quidem erat illa mulier (est namque amica veritas), illius tamen animam locum dixisses, qui est in præsentia quidem obscurus, aptus est autem ad lumen excipiendum, et valde accommodatus. Divinum vero erat in hoc quoque aperte consilium, ut res apud eam mulierem recondita, quæ sic affecta erat, ut eam totis viribus celare studeret, postea in lucem prolata, majorem fidem haberet.

XLVI. Vide ergo, quam eleganter processerit divinum consilium. Nam apud eam venientes, excipiuntur hospitio Galbius et Candidus sapientes, eos sic divina deducente gratia. Erat vero propter id solum, quod in ea latebat, domus admirabilis : alioqui autem nihil habebat magni, sed erat plane vilis et abjecta. Cum eos autem tempus vocaret ad cœnam, ubi accubuissent, vident interius aliam domunculam : quæ multo quidem lucernarum lumine illustrabatur, multis vero suffitibus et unguentis suave spirabat : in ea autem sitam magnam ægrotorum multitudinem. Ex quo divinum quidem quippiam suspicabantur esse et venerabile, rei tamen veritatem omnino excogitare non poterant. Invitant itaque ad convivium egregiam illam aniculam, cupientes ex ea aliquid scire ejus, quod desiderabant ; illa autem hoc recusabat, causans religionem, et quod non fas sit ei, cum sit Hebræa, vesci cum Christianis. Illi vero, cum propter magnam sitim cognitionis ejus, quod erat propositum, nihil de propenso suo studio remitterent, eam adhuc invitant ardentius, et illius non parendi pertinaciæ objiciunt aliud validius : Quid, dicentes, obstat, si cum tu acceperis cibos, quibus pro more vesceris, nobiscum quidem colloquaris, sola autem tuis alimentis utaris ? His itaque paret mulier, et congreditur.

XLVII. Postquam autem comedissent, apud eam viri illi precibus egerunt, ut eis id significare non recusaret, quænam essent ea quæ fiebant in domo interiori. Existimabant enim esse aliquid legale, et ex umbratilibus illis et veteribus. Illa autem ea quidem dicit, quæ, fiebant : causam vero, quamobrem ea fierent, minime persuadetur ut aperiat. Videtis enim, inquit, o viri dignissimi, ægrorum multitudinem. Etenim cum Deo ita videatur, in hoc quidem loco dæmones expelluntur : cæcis autem ut libere videant, claudis ut ambulent, surdis ut audiant, et mutis ut loquantur, efficitur mirabiliter ; et alii morbi, et corporum mutilationes, quæ medicorum artibus nullo sint modo medicabiles, curantur facile. Illi autem (non enim erant imprudentibus hominibus similes, neque quod interrogare oportebat, ipsi præ simplicitate prætermittebant). Undenam vero, rogabant, principium cepit locus talia operandi? Illa vero : Apud nos, inquit, Hebræos a patribus tradita habetur narratio, quod Deus in hoc loco visus sit cuidam ex patribus : ex quo factum est, ut loco hæc servaretur gratia. Hæc cum ea diceret, illi ei corde minime assentiebantur : sed videbatur eis muliercula, sicut res erat, probabilium verborum pulchra specie celare veritatem. Ipsi ergo eam quidem adhuc rogabant vehementius, ut eis rem, ut se habebant, aperiret, respiciens, si nihil aliud, laborem saltem tanti itineris, qui nulla alia de causa erat susceptus, nisi ut viderent sancta loca, et audirent ea quæ a piis et sanctis dicuntur hominibus. Illa autem ne sic quidem cedebat, sed manebat, ut statuerat, apertum religionis existimans esse dedecus, si aperiretur veritas, et dicens se nihil scire amplius quam quod locus sit plenus divina gratia.

ex tactu credentes percipere utilitatem. Fidem autem consecuta quoque estoperum demonstratio. Cæcis oculi illuminabantur, surdis aures aperiebantur, claudis bases pedum confirmabantur, et quodlibet morborum et ægritudinum genus facile dissolvebatur. Cur non dico quæ sunt perfectiora? Aer quidem et cœlum ascensu spiritu sanctificabatur : terra autem similiter depositione sacri corporis. Cæterum nec aquæ quidem natura erat expers benedictionis : sed ipsa quoque lavacro purissimi corporis fuit particeps sanctificationis. Neque enim illud habebat opus purgationibus (quis enim hoc diceret, nisi emotæ mentis) sed suo contactu potius sanctificabat id quod attingebatur, Deinde quid ? Mundis sindonibus mundum corpus involutum, rursus in lecto ponitur. Deinde cum lucernis et unguentis, intelligentibus quidem desuper laudantibus virtutibus, apostolicis autem et divinis Patribus Deo digna cantica canentibus divina arca ex Sion vecta apostolicis manibus et humeris, ad Gethsemane sacrum prædium exportatur, angelis, ut est consentaneum, præcurrentibus, circumcursantibus, sequentibus, angelicis pennis adumbrantibus, longe, inquam, splendidiore et venerabiliore facta deductione, quam propter translationem veteris illius arcæ testamenti Domini, ut sacra narrant Eloquia [71].

XLII. Accidit huic pulchræ et divinæ rei grave quidem quid et odiosum, non tamen silentio, sed memoriæ mandatum et ad gloriam quidem et laudem piorum, dedecus autem improborum, qui infidelitatis malum semper sectantur. Cum hoc sacrum et impollutum corpus in Gethsemane efferetur, ubi sepulcro tradi Deipara ipsa præceperat, Judæis, qui semper fuerunt repleti invidia, ne in hoc quidem succurrit tacere, sed ad ejus, quod fiebat, splendorem claudere oculos, et ad eis innatum motum animi erumpere qui, erat ergo aliis insanior et impudentior, is cum venerandum portaretur grabatum, in id irruit plenus inconsiderato impetu et furore. Ejus autem scopus erat, hunc sacrum lectum in terram allidere, et tali afficere injuria, ut qui esset vir insigni audacia. Non neglexit autem divina justitia : sed manus quæ grabatum, apprehenderant, ex ulnis protinus fuerunt abscissæ. Verum quæ in partu gaudio totum orbem terrarum repleverat, non erat ulli omnino in morte futura causa molestiæ. Cumque qui passus fuerat, esset quidem improbus, non amen omnino ejus improbitas videretur insanabilis, ex his quæ erat passus, justam eorum quæ male senserat, petiit pœnitentiam. Et quoniam carebat manibus, nec eas poterat ad preces extendere, emittit lacrymas ex oculis, et sic petit curationem. Disciplinam autem, vide, simul et medicationem. Statim enim ii quidem,qui lectum ferebant, constituerunt , accedit vero is qui passus fuerat sectionem, et quæ amputatæ fuerant, partibus ulnis applicatis (hoc autem jusserat Petrus), statim consecuta est manu umcuratio.

XLIII. Hinc ad sacratissimam abducitur Gethsemane, et illic sanctissimum quidem corpus mandatur sepulturæ. Quidni enim, cum etiam qui erat Deus, ejus Filius, more hominum sepelitur ? Per ipsum autem ad cœlestia et divina transmittitur tabernacula. Quod dicimus confirmat Juvenalis divinus Hierosolymarum episcopus. Fuit autem hic vir sanctus, et a Deo inspiratus, qui ab antiqua et vera traditione narrationem dicens ad se sic fuisse deductam, ait : Quod tres totos dies ad sepulcrum sancti permanserunt apostoli, divinas hymnodias ex alto audientes. Deinde post tertium diem, cum unus ex apostolis tardius venisset ad exsequias, vel quod ita contigisset, vel quod divinum ita providisset consilium, ut nota esset omnibus translatio admirabilis, tunc et ipse quidem accessit, et, ut est consentaneum, magnum ex eo cepit dolorem, quod tanti boni mansisset expers, idque omnino tolerare non poterat. Sacer itaque ordo apostolorum non justum esse judicans ut ipse quoque vivificum illud corpus non videret et amplecteretur, jubet statim aperiri sepulcrum. Et illud quidem fuit apertum ; thesaurus autem nequaquam erat in eo : sed solæ erant vestes, in quibus fuerat conditus,quomodo etiam in ejus Filii resurrectione. Quas cum ipse esset amplexus, et qui cum eo aderant, et repleti essent inexplicabili odore et gratia, rursus quidem claudunt sepulcrum, Miraculum autem posteris filius a patre accipiens deinceps tradit ; atque vivifici quidem corporis divinæ sepulturæ ita se habet narratio. Siquidem quod ex ea natum erat, totam eam Verbum ad se transtulit, et voluit eam apud se et esse, et perpetuo simul vivere. Verum enim vero pro ejus impolluto corpore suam vestem, boni nostri magnam semper ducens rationem, veluti quamdam dat huic civitati hæreditatem. Quemadmodum autem hoc factum sit, et quomodo beatum illud donum ad nos venerit, et sacrosancto hoc thesauro ditata sit Constantinopolis,jam declarabit oratio.

XLIV. Leo ille magnus, qui illo tempore optime Romanorum administrabat imperium, duos sub se habebat, qui curam gerebant exercitus : quorum uni quidem erat nomen Galbius, alteri autem Candidus, fratres genere, fratres virtute, et ut semel dicam, in cæteris quidem valde insignes et paucis similes : sed unum eis deerat, idque maximum. Siquidem non rectam habere fidem, est laborare in rebus maximis et præcipuis; Arianæ enim pestis erant participes, cum ex paterna forte traditione malum hoc, tanquam quædam hæreditas ad eos venisset. Dicebantur enim fuisse proximi genere Ardaburio et Aspari, qui

[71] II Reg. vi, 1 seqq ; III Reg viii, 1 seqq.

illis temporibus in regia obtinuere tyrannidem: quos cum Ario sensisse, aperte arguit veritas. Verum enim vero Galbium et Candidum, qui alioqui se recte gerebant, et Deo placebant, non sivit divina gratia non esse illuminatos in eo quod est præcipuum salutis : sed eos ab errore traducit ad veritatem, adeo constanter et stabiliter, ut non solum recte se haberent, et tuti essent, quod attinet ad pietatem : sed etiam alios, quos nossent non recto pede ingredi ad veritatem, studerent pro viribus efficere, ut ejusdem essent secum sententiæ. Ii cum pie essent affecti, magno quoque et excelso animo se dedunt misericordiæ exercendæ in pauperes, ut qui pro agnitione veritatis satagerent Christo reddere gratias. Castissima ergo Mater illius magni Dei et Salvatoris nostri, sacrosanctum thesaurum, nempe suam vestem, volens suæ largiri civitati, ut hoc fiat, per dilectos illos viros providet quodam modo diviniore. Modus autem ita habet :

XLV. Immittit eis desiderium odorandi sancta loca quæ sunt Hierosolymis. Quod plane et ab illis factum est. Cumque Leoni et Verinæ rem aperuissent, comitatum non exiguum eorum familiarium et amicorum secum adduxerunt. Cum autem iter ingressi essent, et jam venissent Palæstinam, viam, quæ ducit in Galilæam, præferunt maritimæ, pluris facientes contemplari Nazareth et Capernaum, quam maritimis frui delectationibus. Ex quibus illa quidem fuit sacrum Deiparæ habitaculum, et in ea multo tempore vidit Deum Verbum ex se genitum ; hæc autem ejus filii charum et consuetum diversorium. Cum hic ergo fuissent, ut diximus, quoniam non permittebat tempus ut ulterius progrederentur (jam enim erat vespera, et nox obscura ; provisum autem omnino hoc quoque fuerat divinitus), vicus quidem eos excipiebat, isque parvus. In eo autem habitabant et alii non pauci, et muliercula quoque quædam insignis castitate, et plane honestissima et moderatissima : quæ propter profundum quidem senium et canos honorata, sed propter magnum virtutum ornamentum longe honoratior erat. Apud eam autem vestis, divinus fuerat hic thesaurus reconditus. Quomodo vero fuisset illa tantæ rei custos, nisi et virtutum fuisset ornata pulchritudine, et animi puritate? Quanquam enim Hebræa quidem erat illa mulier (est namque amica veritas), illius tamen animam locum dixisses, qui est in præsentia quidem obscurus, aptus est autem ad lumen excipiendum, et valde accommodatus. Divinum vero erat in hoc quoque aperte consilium, ut res apud eam mulierem recondita, quæ sic affecta erat, ut eam totis viribus celare studeret, postea in lucem prolata, majorem fidem haberet.

XLVI. Vide ergo, quam eleganter processerit divinum consilium. Nam apud eam venientes, excipiuntur hospitio Galbius et Candidus sapientes, eos sic divina deducente gratia. Erat vero propter id solum, quod in ea latebat, domus admirabilis : alioqui autem nihil habebat magni, sed erat plane vilis et abjecta. Cum eos autem tempus vocaret ad cœnam, ubi accubuissent, vident interius aliam domunculam : quæ multo quidem lucernarum lumine illustrabatur, multis vero suffitibus et unguentis suave spirabat : in ea autem sitam magnam ægrotorum multitudinem. Ex quo divinum quidem quippiam suspicabantur esse et venerabile, rei tamen veritatem omnino excogitare non poterant. Invitant itaque ad convivium egregiam illam aniculam, cupientes ex ea aliquid scire ejus, quod desiderabant ; illa autem hoc recusabat, causans religionem, et quod non fas sit ei, cum sit Hebræa, vesci cum Christianis. Illi vero, cum propter magnam sitim cognitionis ejus, quod erat propositum, nihil de propenso suo studio remitterent, eam adhuc invitant ardentius, et illius non parendi pertinaciæ objiciunt aliud validius : Quid, dicentes, obstat, si cum tu acceperis cibos, quibus pro more vesceris, nobiscum quidem colloquaris, sola autem tuis alimentis utaris ? His itaque paret mulier, et congreditur.

XLVII. Postquam autem comedissent, apud eam viri illi precibus egerunt, ut eis id significare non recusaret, quænam essent ea quæ fiebant in domo interiori. Existimabant enim esse aliquid legale, et ex umbratilibus illis et veteribus. Illa autem ea quidem dicit, quæ, fiebant : causam vero, quamobrem ea fierent, minime persuadetur ut aperiat. Videtis enim, inquit, o viri dignissimi, ægrorum multitudinem. Etenim cum Deo ita videatur, in hoc quidem loco dæmones expelluntur : cæcis autem ut libere videant, claudis ut ambulent, surdis ut audiant, et mutis ut loquantur, efficitur mirabiliter ; et alii morbi, et corporum mutilationes, quæ medicorum artibus nullo sint modo medicabiles, curantur facile. Illi autem (non enim erant imprudentibus hominibus similes, neque quod interrogare oportebat, ipsi præ simplicitate prætermittebant). Undenam vero, rogabant, principium cepit locus talia operandi? Illa vero : Apud nos, inquit, Hebræos a patribus tradita habetur narratio, quod Deus in hoc loco visus sit cuidam ex patribus : ex quo factum est, ut loco hæc servaretur gratia. Hæc cum ea diceret, illi ei corde minime assentiebantur : sed videbatur eis muliercula, sicut res erat, probabilium verborum pulchra specie celare veritatem. Ipsi ergo eam quidem adhuc rogabant vehementius, ut eis rem, ut se habebant, aperiret, respiciens, si nihil aliud, laborem saltem tanti itineris, qui nulla alia de causa erat susceptus, nisi ut viderent sancta loca, et audirent ea quæ a piis et sanctis dicuntur hominibus. Illa autem ne sic quidem cedebat, sed manebat, ut statuerat, apertum religionis existimans esse dedecus, si aperiretur veritas, et dicens se nihil scire amplius quam quod locus sit plenus divina gratia.

XLVIII. Cum autem illi pulchre sensissent eam optime quidem scire, vitare autem ne eam scire esset apertum, et ideo præ se ferre ignorationem, evadunt avidiores inveniendi ejus, quod quærebatur, et sicut Cleophas et ille alius discipulus, corde cœperunt ardere[12]. Eos enim Virgo beatissima incitabat, volens Byzantinis divinum hunc et sacrosanctum largiri thesaurum. Omnem ergo statim movebant lapidem, ut mulier, remittens immobilem hanc occultationem, eis id quod tacuerat, in apertum proferret. Quin etiam jurisjurandi necessitatem adhibebant, ejusque adeo validi, ut animum quamvis inexpugnabilem suo possent loco movere. Cum sic eam omni ex parte astrinxissent, et tanquam inevitabilia ei vincula imposuissent, vix tandem persuadent ut eis rem aperiat. Cum itaque ex alto et cum lacrymis suspirasset, et in terram fixisset oculos, perinde ac si eam puderet enuntiare : O viri, inquit, nunquam in hodiernum usque diem, divinum hoc mysterium viro evasit manifestum. Quæ enim in genere meo me præcesserunt, jurejurando adhibito, uni mulieri, eique virgini, ita tradiderunt, ut singulis ætatibus ea res sic traderetur ; sed quoniam video vos esse viros reverendos et pios : et alioqui (nam hoc quoque vobis significabo) ad me usque redactæ sunt mei generis feminæ, nec ulla superest alia post me virgo, cujus fidei a me credi possit cognitio mysterii, rem modo vobis aperiam. Existimo enim fore, ut quod a nobis dicetur, apud vos conservetis. Mariæ illius Deiparæ (hoc enim est nobis ab alto traditum) hic custodita sita est vestis. Obstupuerunt viri illi, cum solum rei audiissent principium. Deinde adjiciens mulier, Etenim hæc, inquit, Deipara vitam finiens, duabus mulieribus virginibus duas suas vestes donavit loco benedictionis ; ex quibus una fuit ex mei generis majoribus, quæ id accepit, quod donatum fuerat, et in arca deposuit : et omnino jussit iis qui erant sui generis, ut esset virgo unaquæque, quæ eam acciperet. Est ergo arca recondita in interiore domo quam nunc videtis : et quæ in ea est vestis, est causa omnium, quæ fiunt, miraculorum. Hæc, o viri, est vera narratio ejus quod a vobis quæritur : et videte, ut ad vos usque solum deducta sit cognitio, et nemo sciat ex iis omnibus, qui sunt Hierosolymis.

XLIX. Cum hæc audissent, adhuc major metus viros subiit et lætitia. Metus quidem, propter magnitudinem eorum quæ audita fuerant : lætitia autem, quod essent participes talium sacramentorum. Quid ergo deinceps consequitur ? Viri seipsos humi dejiciunt, et pedes illius deprehensantes, Nulli quidem, inquiunt, ex iis qui sunt Hierosolymis, notum erit id quod nobis dictum est, ne dubites, domina ; dominam enim jam te vocamus, quæ sis talibus dignata mysteriis ; ipsam tibi hujus rei testem citamus Deiparam. Unum autem aliud concede nobis rogantibus. Rogamus vero, ut dormiamus in eo loco, in quo hic divinus reconditus est thesaurus. Cum hoc autem statim concessisset mulier, stragulæ quidem vestes portatæ sunt in eum locum. Illi vero non se somno dederunt, sed cum nocturnum accepissent silentium, totam noctem perseverabant in oratione, et cum lacrymis agebant gratias Deiparæ, quod talibus auditionibus et spectaculis digni essent habiti. Cum autem eos qui ægrotabant, vidissent somno oppressos, metiuntur ex omni parte ambitum arcæ, in qua erat divinum repositumindumentum : ipsamque ligni speciem et habitudinem, ex quo erat arca, accurate admodum et diligenter considerant. Deinde mane egressi, et honestam salutarunt mulierem, et cum rogassent ut audacter juberet, si quid sibi opus esset Hierosolymis, se enim rursus ad ipsam venturos per eamdem viam, inierunt iter versus Jerusalem, cum illa dixisset se nullo alio egere, nisi eorum precibus, et ut eos rursus lætos videret et alacres.

L. Cum fuissent itaque Hierosolymis Galbius et Candidus, et partim quidem Deo preces fudissent, partim autem pauperibus et egentibus liberaliori dextera eleemosynam erogassent, secrete vocant quosdam fabros lignarios, quibus jubent, ut eis construant arcam et forma, et figura, et magnitudine illi, quam viderant, similem, mandantes præterea, ut formaretur etiam ex ligno veteri, quo nihil in ea cerneretur, quod non esset omni ex parte simile prædictæ. Excogitant deinde aliquid aliud idoneum ad celandum id quod erat futurum. Comparant sibi auratum operculum, ut eo arca tegeretur. Postquam autem et precatio, et erogatio eis satis bene habere visa fuit, eo accepto, quod fuerat fabrefactum, redeunt in vicum sani et alacres : aromatibusque suffitibus aptis ad sacrificium, venerandam donant mulierem. Et illa quidem rursus viros, tanquam sibi familiares, jucunde accipit. Illi autem rursus ab ea petunt, quod prius, ut scilicet in sacro habitaculo totam noctem transigerent. Illa vero rursus quoque permittit, nihil omnino suspicans. Qui ingressi, summo otio utebantur precibus ad inculpatam, et ab omni reprehensione alienam Dei Matrem, eas tanquam sacram hostiam lacrymis pingue facientes : Non ignoramus nos servi tui, dicentes, o divinissima, et in primis illustris Domina, quænam olim Ozæ evenerint, qui ausus est tangere arcam, quæ erat secundum legem. Quomodo ergo nos, qui sumus multis obnoxii peccatis, te non jubente, ausi fuerimus divinam hanc arcam omnino tangere, intra quam est talis thesaurus repositus : et non solum tangere profanis manibus, sed etiam eam alio transferre ? Annue ergo voluntati nostrarum animarum, o boni Filii bona Mater. Ad tuam enim civitatem est translatio, quæ est ommium aliarum Regina, et te semper magno studio statuit honorare. Ad eam nos hoc

[12] Luc. XXIV, 32.

divinum donum exportare statuimus, ad ejus tutelam et gloriam, quæ nunquam exstinguatur. Hæc tota nocte dicentes in oratione, et solum lacrymis madefacientes, repente implentur fiducia, fiducia, inquam, contemperata reverentia. Deinde ad divinam accedunt arcam, simul læto et tremente animo, et cum omnes, qui illic erant, efficeret somnus nullo sensu præditos (o beatas manus, o furtum, in quod nulla potest omnino cadere reprehensio!) hanc accipiunt eis quoque omnino hac in re favente gratia. Et eam quidem sic tollunt: apponunt autem, quam Hierosolymis ad ejus similitudinem fabricati fuerant, cum ei etiam imposuissent operculum. Quod quidem erat aureum, ut diximus.

LI. Cum primum autem illuxisset, sanctam mulierem quidem jubent valere, et rogant ut non cesset pro eis orare, et eorum facere commemorationem Deinde ei quoque digito ostendunt operculum, quasi veram illam tegeret et primam arcam, quod mulieri quoque visum est ab illis allatum esse honoris gratia. Et cum præterea iis qui fuerant inventi, pauperibus suppeditassent quæ erant necessaria, valde læti protinus iter ingressi sunt, domum reversuri. Postquam autem venissent Byzantium, non honestum esse statuerunt, iis qui illo tempore erant, imperatoribus mysterium prius communicare, quam patriarchæ. Eos enim subibat timor, ne quod ipsi suum esse bonum statuerant, eo ab illis privarentur. Cum ergo multa consultassent, eis hæc visa est optima sententia, latenter eos ad hoc quoque monente Deipara. Erat eis prædium apud muros civitatis, propinquum marini sinus cornui (huic loco nomen erat Blacchernæ). In eo exstruunt quidem domum oratoriam. Cum autem eis magnæ esset curæ ut laterent, Petri apostolorum principis et Marci domum nominant. Cum in eo certe sacrum illum thesaurum posuissent, omne statim studium adhibuerunt, ut in templo esset perpetua hymnodia, perpetuus odor aromatum, et assiduus splendor luminum. Et sic quidem longo tempore hoc divinum mysterium, fuit semper revera mysterium

LII. Quoniam autem ei, quæ per ipsum honorabatur, et cujus erat ille amictus, visum est, tantum bonum ad solos duos testes non debere contrahi, et tanquam profundo aliquo contegi silentio, et communes divitias esse eorum tantum proprias, et communi epulo eos se solos explere : movet ipsos ad id quod tacuerant, proferendum in lucem : et accedentes, annuntiant iis qui tunc erant, imperatoribus, et aperiunt quale sit miraculum, et declarant quemadmodum sit allatum. Eos autem, cum audiissent, magnum invasit gaudium, et protinus fit publicum, quod fuerat occultum. Et beati quidem inter omnes reputantur Galbius et Candidus propter tale ministerium, et publicis honorantur honoribus. Divina autem ædes in eo loco regiis impensis Deiparæ ædificatur : et capsa ex argento et auro constructa, sacrum illum thesaurum excipit: plurimis aliis muneribus et donis domus honoratur. Leo vero et Verina (ii enim tunc imperabant; quorum tempore hoc quoque magnum et revelatur mysterium, et ad regiam urbem exportatur) cum pulchre et pie imperassent, et Galbius et Candidus, qui hoc ministerium pulcherrime obierunt, transferuntur postea ad senectuti non obnoxiam vitæ conditionem.

LIII. Cum ergo hæc sacra arca nobis contineat, non quasdam tabulas, manu Mosaica politas, sed vestem plane divinam, et summe venerandam, quæ non solum intemeratum et ab omni labe alienum corpus texit, sed in qua (ut audacter dicam) cum esset infans, Deus Verbum fuit involutus et auctus : adeo ut ea sæpe conspersa sit guttis lactis venerabilis, quo nutritus fuit is qui est omnium alimentum et vita ; ad eam quidem vere laudandam nulla sufficit oratio. Sola autem gratiarum actione res est prosequenda, et ipsi Deiparæ sunt agendæ gratiæ, et ejus Filio communi Salvatori et Regi, qui omnia ad nostram utilitatem et salutem dispensat. Ei gloria et potentia nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

MARTYRIUM
S. MARTYRIS MAMANTIS.

(Latine apud Surium ad diem 17 Augusti. — Græca non occurrunt in mss Paris).

I. Mamas, magnus et insignis martyr Christi, patriam quidem habuit Paphlagoniam : erat autem clarus et pietate et genere. Nam erat ei quidem pater Theodotus, mater vero Ruffina, religione quidem ambo fideles, genere autem insignes, ut qui orti essent ex patriciis, et qui non solum in filiis, sed etiam in omnibus qui erant sui generis, conservarent nobilitatem. Hi, cum esset vehemens eorum amor in Christum, et nec possent quidem internum continere desiderium ; sed et libere profiterentur

pietatem, et multos ad eam excitarent, accusantur apud Alexandrum, qui tunc erat legatus civitatis Gangræ, et cui mandatum fuerat ab Imperatore, ut deorum quidem cultum omni studio augeret et extolleret : qui invenirentur autem, Christianos multis subjiceret suppliciis. Quod si in sua perseverarent religione, etiam morti traderet.

II. Alexander ergo divinum Theodotum, productum ante suum tribunal, cogebat sacrificare simulacris. Sed ille ne aurem quidem præbebat iis quæ dicebantur. Legatus autem, cum esset paratus eum punire, prohibebatur a dignitate parentum. Non enim ei permittebatur contumelia afficere filios patriciorum, nisi imperator permitteret. Eum itaque mittit in Cappadociæ Cæsaream ad Faustum præsidem. Ille autem, qui quo erat in impietate ardentior, eo erat sævior, cum accepisset Theodotum, eum statim conjecit in carcerem. Ejus vero conjux etsi esset gravida, maritum tamen est secuta, et cum Theodoto ingrediente carcerem, una quoque est ingressa. Interim autem dum simul degerent, Theodotus et sciens carnis imbecillitatem, et non ignorans tyranni sævitiam, statuit ad Deum confugere : quem precabatur, ut ipse potius moreretur cum uxore, quam aliquid accideret eorum mente indignum, dum non possent sustinere vehementiam suppliciorum. Deum itaque rogabat, dicens : Domine Deus virtutum, dilecti Filii tui Pater tibi benedico, et te glorifico, quod vel in carcere habitare propter nomen tuum sum condemnatus. Sed te rogo, Domine, suscipe animam meam in his vinculis, qui meam nosti imbecillitatem, ne aliquando in me glorietur inimicus. Hæc ergo is est precatus. Qui vero finxit singulatim corda nostra, qui intelligit omnia opera nostra, mente ante opera suscepta, post finem orationis, ei mortem affert e vestigio. Atque sic quidem excessit Theodotus, corpore mortuo relicto in custodia.

III. Conjux autem ejus Ruffina, non ferens afflictionem carceris cum ipsa quoque intempestive peperisset filium, utpote quod magna illa afflictio effecisset, ut pareret præter naturam, distrahebatur multis ac variis animi perturbationibus. Eam graviter angebat mors mariti, premebant gravissimæ de infante sollicitudines, et præsidis crudelitas efficiebat ut extrema timeret et contremisceret ; et tamen a nullo horum vincebatur, sed Deo quidem infantem commendat et dedicat ; ipsa autem assidens mariti reliquiis, et partim quidem miserabiliter deflens solitudinem, partim autem non sustinens conjugi relictam esse superstitem, in lacrymis et suspiriis hæc dicebat Deo : Qui finxisti hominem, et ex ejus latere Evam es fabricatus, concede ut ego quoque eadem via ingrediar qua maritus et liberata ab ; is rebus caducis et fluxis, transeam ad ea quæ sunt apud te tabernacula et mansiones, quæ sunt æternæ et in quas non cadit interitus. Hæc Deum precata est Ruffina, et, voti facta compos, perinde ac consequens, ipsa quoque decedit.

IV. Ea ergo beatum illud ad Deum iter diente, solus infans jacebat vivus inter par reliquias. Protinus autem quædam divina habitu et figura adolescentis, apparet cuida lieri claræ et genere et opibus, neque minus te ac religione, vocabatur autem Ammia : jubet, ut petat quidem a præside corpora sanc qui dormierunt in carcere : tollat autem inf quoque, qui jacet inter eos, et eum sibi a in filium, et magnam ejus curam gerat illa (carebat enim liberis, et erat vidua) sicut ei n vit somnium, ad præsidem cito accedens, eum facile annuentem ejus petitioni. Nam quoque morem gerentem effecit divina grati tim enim reddidit, quæ Ammiæ jussa f Quamobrem cum et sanctorum corpora et tem exportasset, illa quidem splendide si magnifice in suo horto sepelit : infantem aut educat in filium, et non secus, atque si ips peperisset eum alebat et erudiebat, atqu majorem, quam si fuisset mater ejus, curam g

V. Peractus autem jam erat annus, ex quo adoptatus : et quo magis puer crescebat, ec procedente tempore, simul quoque cresc eum amor Ammiæ. Dum enim videbat, ta fructum sui uteri, et existimabat se eum rum, qui ipsam pulchre in senectute aler secundum annum infans attingebat, et lin nera Ammiam vocat mammam. Hoc autem Romanorum significat *matrem*. Itaque pr fantis balbuties proprium nomen ei trib Mamas vocabatur ab omnibus, et de cæter scebatur. Cum fuisset autem quinque anno eum commendat Ammia magistris litterar vero movebatur earum vehementi amor doctrina ac disciplinis erat longe suis æq superior ; eratque ejus animus totus inter plane defixus in eruditione.

VI. Romanorum autem sceptra tunc imperator Aurelianus, qui cogebat omnes s re dæmonibus, non solum viros et mulier etiam pueros. Maxime autem ei curæ eran Existimabat enim se facile eos esse indu propter ætatis teneritatem. Sed alii quider revera cedebant voluntati imperatoris : qu cum Mamante ventitabant ad ludum litte imitabantur ipsi quoque canam pueri prud et nec verba quidem audire necesse ha Quotidie enim docebantur honesto illo Mamantis spectaculo et exemplo solum agnoscere Deum universi opificem, et ei r animorum offerre sacrificium : eos autem, impiis et coluntur et adorantur dii, nugas mare, et plenos probro et dedecore. Faust Cæsareæ præsidis, successor creatus Dem vir valde spirans impietatem, et accensu menti ejus æmulatione, cum primum s

Cæsaream, bonum Mamantem ad eum statim deferunt, quod non solum ipse deos non coleret, sed suos quoque æquales et condiscipulos ad errorem suum omnes induceret. Mamas autem jam quintum decimum agebat annum ætatis ; et honesta matrona (hoc enim erat Ammiæ epithetum) morte privatus, fit successor et hæres ejus facultatum.

VII. Democritus ergo, cum hæc audisset de Mamante, fuit protinus efferatus in puerum. Et cum effecisset ut ad suum tribunal sisteretur, primum quidem interrogat an esset Christianus : deinde, an ille esset, qui neque ipse diis sacrificat, et persuadet condiscipulis, ne pareant imperatori. Ille autem, majorem, quam ætas patiebatur, præ se ferens animi constantiam, et nihil conturbatus. Ego, inquit, vestram valde condemno canitiem, quod tanta circumfusi sitis erroris caligine, ut nec possitis quidem adspicere ad radios veritatis, sed, vero et vivo Deo relicto, accessistis ad dæmones inanimos et surdos. Nam ego quidem a meo Christo nunquam recedam, et quoscunque potero ad eum adducam. Admiratus est Democritus pueri dicendi libertatem et statim ab initio desperans se posse eum inducere, simul et minatus est adolescenti et iis qui eum circumstabant, jussit ducere puerum ad aram Serapidis, ut vel invitus deo sacrificaret. Ille autem nihil a minis effeminate affectus et illiberaliter. At non licet, inquit, tibi me punire, qui sum educatus a matre maxima et clarissima, et fuculentam ab ea accepi hæreditatem, et maximas divitias, adjiciens nomen Ammiæ. Cum hæc autem audiisset Democritus et ab iis qui circumstabant, de beata matrona et Mamante accurate omnia didicisset, et cognovisset se non posse eum punire, ferreis vinctum vinculis Ægas eum mittit ad imperatorem, omnia ut se habent significans litteris imperatori.

VII. Ille autem cum litteras accepisset, et eas perlegisset, puerum varie aggreditur : et cum eum in suum conspectum adduxisset, nunc quidem minabatur et magnum terrorem intendebat, nunc autem promissis invitabat, et ei proponebat munera et honores, et dicebat : Si ad magnum accedens Serapidem, ei sacrificaveris, o pulcher puer, eris nobiscum in palatio : et primum quidem aleris regaliter, deinde te multi mirabuntur et laudabunt, beatusque eris de cætero, et cui possit invideri. Hoc autem faciebat Aurelianus, et hæc duo simul, nempe et minas proferebat, et promissa, ut vel minis eum terreret, et extremum ei metum afferret, aut promissis ejus solidam frangeret constantiam, et in summa eum molliret, ejusque oculos præstringeret, et adduceret ad impietatem. Hæc autem magis acuebant alacre et promptum studium adolescentis : et, Absit, respondit, o imperator, ut has quæ a vobis honorantur, statuas in honore habeam, aut earum ullam ducam rationem quæ sunt surdæ et inanimæ, et quæ arguunt, quam sitis crassi et nullo sensu præditi, quod ea colere et in honore habere omnino sustinetis. Desine ergo minas intentare terribiles, ut tibi videntur, et maxima polliceri. Nam puniens quidem, benefacies : benefaciens autem damno afficies maximo. Pro Christo enim mori, est mihi quovis honore et lucro præstantius. His vehementer irritatus Aurelianus jubet corpus pueri cædi flagris. Atque adolescenti quidem prudentia cano cædebatur tenerum et modo florens corpus ; ille vero perinde afficiebatur atque si quateretur in somnis.

IX. Cum autem imperator eo ipso tempore, quo torquebatur puer, ei adularetur, et eum omni ratione conaretur emollire, dicebat enim : Dic vel solis labris te sacrificaturum : et statim liberaberis ad omni supplicio : Non ego, inquit Mamas, o imperator, solum mihi verum Deum et Regem Christum, neque labris nec corde negaverim, etiam si præsentibus longe graviora excogitaveris. Quin etiam magnas tibi habeo gratias, quod me per hæc tormenta ei quem desidero concilies ; et opto solum, ne manus defatigentur tortoribus, quæ jam, ut vides, mihi magna bona procurant : sed robustæ potius reddantur et valentes. Aurelianus autem postquam vidit eum tam parum curare verbera, jubet ei nudatum corpus totum torreri lucernis ignis : ut cum carnes paulatim eliquarentur, et diutius versaretur in tormento, et dolores sentiret graviores. Et hoc quidem deductum est ad effectum, et admotæ sunt lucernæ corpori martyris. Sed et ignis reverebatur athletam, et in milites spirabat vehementius. Atque martyr quidem sine dolore admittebat lucernas ; illæ autem magis urebant animum persecutoris. Nam cum ne minimum quidem corpus martyris attingerent eo illi majorem flammam excitabant insaniæ. Deinde jubet martyrem verberari lapidibus. Ille autem perinde erat affectus, atque si aspergeretur rosis, et spe futuri lætabatur.

X. Cum itaque valde animi dubius esset omni ex parte Aurelianus, et nullum supplicii genus posset excogitare, quod cor Mamantis attingeret, jubet globum plumbeum ejus collo alligari, et sic in medium mare ductum martyrem, projici in profundum. Et jussus quidem, deductus est ad effectum ; sed ne tunc quidem, o Mama, Deus tui est oblitus, angelis enim suis mandat de te, ut te custodiant. Et statim angelus forma humana in orbem circumiens, terrorem quidem affert iis qui ipsum ducebant, et eos vertit in fugam ; jubet autem martyrem venire in montem, qui est Cæsareæ, et illic degere. Cum fuisset ergo in monte, et totos quadraginta dies mansisset jejunus, fit hic alius Moses. Ei in manus novum traditur testamentum, quod non tunc quidem primum esse cœperat, sed jam fuerat datum patribus. Et quod tunc deerat Mosi, hoc nunc adimpletur in martyre. Nam Moses quidem solummodo e cœlo accipit tabulas : ad hunc autem et vox, et virga ab alto descendit. Cum autem virgam accepisset, et ut vox significabat, ea terram disse-

cuisset, quomodo prius mare Moses, accipit Evangelium editum e terræ visceribus.

XI. Quid opus est ea dicere, quæ sunt postea consecuta? Non amplius nobis martyr Moses, sed fit alius Paulus prædicans Evangelium. Cum quoddam autem templum construxisset, in quo orare consueverat, quoniam oportebat eum, sicut Paulus[1], operari manibus, divina virtute ad se ducit omnes feras : et lac mulgens feminarum, quæcumque id scilicet præbent poculentum hominibus, efficiebat caseum ; et ejus quidem parum sibi relinquebat et reponebat : reliquum autem descendens Cæsaream, distribuebat egentibus. Quoniam autem magnus Mamas fama et sermone multorum celebrabatur, Alexander quidem alius, non is quem prius diximus, tunc creatus præses Cappadociæ, vir crudelis, si ullus alius, et contendens in impietate a nemine superari, cum de eo omnia intellexisset, mittit quosdam equites ad eum quærendum, ut cum invenissent, ad eum adducerent. Cum illorum itaque adventum præscivisset martyr, fit eis obviam. Illi autem postquam simul convenissent, neque scirent hunc esse illum, rogabant eum, ubinam, et in quo loco esset Mamas. Ille vero : Vos quidem, inquit, o amici, oportet nunc ex equis descendere, ut eamus ad cœnam ; postea autem ostendam vobis Mamantem. Hi ergo ab eo hospitio accepti, caseum et panem libenter comederunt ; his enim egregius eos accepit Mamas, dominus convivii.

XII. Interim autem ad martyrem accedunt, ut consueverant, feminæ animantes, ut unaquæque suo lacte mulgeretur. Quod cum vidissent equites, eos invasit stupor et timor, et cœna relicta, confugiunt ad martyrem. Ille vero cum metum eis ademisset, et eos bono et fidenti animo esse jussisset, deinde vellet etiam eorum animos a cura liberare, dixit se quidem vere eum esse, qui quærebatur, Mamantem, ne amplius eum quærerent. Eos ergo dimittit, pollicitus seipsum quoque mox venturum. Deinde cum equites protinus recessissent (tali enim viro credebant, neque in eo poterant ullum suspicari mendacium) cum unum ex iis qui erant in monte, leonibus, martyr nutu ad se vocasset, jubet eum, postquam ipse ingressus fuerit stadium, cursim pergere ad Græcos et Judæos, qui lingua maledica nomini Unigeniti detrahunt, et id maledictis incessunt, et eis afferre interitum. Hæc cum jussisset feræ, e monte proficiscitur : et accedit ad equites, qui eum exspectabant ad portam civitatis. Cum ii itaque eum assumpsissent, ducunt ad Alexandrum. Ille autem protinus : Tune es, inquit, ille qui es magia insignis? Martyr autem Mamas prudenter dicit : Ego sum Christi servus, qui eis quidem qui credunt in ipsum, et faciunt ejus voluntatem, dat salutem ; magos autem et incantatores, et eos qui adorant idola, igni tradit æterno. Sed quanam de causa me accersisti? Quod nec possum quidem, inquit præses, perspicere, quibusnam utens præstigiis et incantationibus, viribus inexpugnabilia et fera animalia inducis, ut cum eis degas, et apud eas verseris : imperes autem propemodum, tanquam ratione præditis. Respondens autem martyr : Qui servit, inquit, Deo meo, qui solus vivit, et est verus, ne vel parum quidem sustinuerit versari et vitam agere cum idololatris et maleficis. Quamobrem ego mihi duco esse præstantius, versari simul cum feris, quam vobiscum habitare. Nam illæ quidem non nostris inducuntur, ut putas, incantationibus, et ideo mihi redduntur cicures et domesticæ, neque enim scio quid sibi velit vel solum nomen incantationis ; sed et si sint prudentiæ expertes et rationis, sciunt tamen ipsæ quoque meum revereri Dominum, et in honore habere ejus famulos. Vos vero estis longe, quam ipsæ, minus participes rationis, quod cum illas habeatis exemplar honorandi Domini, ne sic quidem intelligitis.

XIII. Præses autem cum adversus hæc ne posset quidem contradicere, conabatur aperte vim afferre. Cur autem eo, aiebat, processisti stultitiæ et audaciæ, ut insurgas quidem adversus imperatorum constitutiones, impudenter autem nos quoque afficias contumeliis? Sed tormenta te vel invitum omnino ea quæ oportet, docuerint. Et statim jubet eum suspensum valde cædi. Ille autem, et si adeo acerbe laceraretur, perinde erat affectus, atque si nullum dolorem sentiret penitus. Neque enim tortores aspexit effeminate, nec se mollem præbuit in tormento, non humile et illiberale aliquid est locutus : sed recta in cœlum suos defixerat oculos et consolationem expectabat a superis. Cum vero præses suppliciorum et dolorum acerbitatem intenderet, et instaret ut martyr laniaretur vehementius, vox quædam divina, quæ exstitit e superis, ei quidem levat magnam partem doloris : confirmat autem et corroborat id, quod laborabat, et reddit eum quibusvis tormentis superiorem. Eam cum multi audissent ex fidelibus, firmiores et constantiores evaserunt in pietate. Alexander autem postquam vidit generosum Mamantem nihili facere ferreas illas ungulas, quibus laniabatur, corde magis lacerabatur ab insania ; et ipsum quidem illinc deducit : accendit autem fornacem ignis, ut athleta in eam jaceretur. Atque jam quidem accendebatur fornax ignis : præses vero, quoniam tunc erat occupatus in aliis, satius esse putavit parumper martyrem tradere in custodiam. Quadam enim spe ducebatur, quod si ei tempus daretur, ut apud se esset, et consideraret accuratius, fore ut et experientia malorum, quæ præcesserant, et metu futuræ fornacis, accederet mollior ad secundas interrogationes, et non parum priorem suam mutaret sententiam. Atque ille quidem vir generosus conjicitur in carcerem : ad quadraginta autem Christianos,

[1] I Cor. IV, 12.

qui in eo prius detinebantur, ibi inventos liberat a vinculis: et cum carceris claves et vectes labefactasset, sola precatione, et totas portas aperuisset, eis quidem concedit, ut sine labore exeant, relinquitur autem ille solus in custodia, in qua angeli præsentia excitabatur et confirmabatur ad futura certamina.

XIV. Interea ergo jam accensa erat fornax : et præses, abjectis aliis curis, rursus producit martyrem ad tribunal, et dicit: Tanta omnino nostra in rebus maxime necessariis occupatio, et diuturna in illis mora, præbuerunt tempus ineundi consilii quod esset tibi utile. Sin minus, tu vides, quam sit alta fornax : nihil tamen dicam, donec inconsiderata hæc tua constantia effecerit, ut te multum deplores. Ille autem vir egregius : Jam tibi, o præses, prius meam aperui sententiam ; cur de iisdem rebus tibi rursus exhibes negotium? Cum inceperis, finem impone ; ne differas ea quæ mihi es minatus. Præses autem eum protinus immittit in fornacem. Sed qui pueris, qui erant in Assyria, fornacem aliquando rore aspersit Deus, is hic quoque aderat, auferens ignis operationem. Martyr autem versabatur in flamma, tanquam in prato florido. Toto certe tempore, quo in igne est moratus, canebat hymnos ad Deum. Atque tres quidem dies eum tenuit fornax. Deinde cum flamma cessasset et essent in cinerem dissoluti carbones, jubet præses lictoribus, ut efferant, si quid sit reliquum ex ossibus martyris. Illi autem cum venissent ad fornacen, illius vocem apertissime audiunt Deum laudantem. Illi vero protinus reversi, Præsidi renuntiant rem illam admirabilem. Ille vero: Per magnum, inquit, Serapionem, et alios omnes deos, hoc est aperte incantatio et præstigiæ. Et multa alia nugatus est adversus veritatem : adeo erat attonitæ et plane emotæ mentis. Populus autem, quicunque, in quam, paululum poterant intueri ad veritatem, cum nec ignis vestigium, neque ullam fuliginem aspexissent ferre athletam, illius Deum laudabant, et ei soli ascribebant miraculum.

XV. Stolidus autem præses, postquam ex fornace rursus astitit martyr sanus et salvus ante illius tribunal, cum nec ejus quidem pilum ignis attigisset, longas in eum effudit nugas, eum insimulans magiæ et veneficii, et hæc vocans dæmoniaca. Ille autem ne responso quidem eum est dignatus. Et præses quidem eum deduxit ad certamen, futurum, ut putabat, cœnam bestiis. Ille autem sequebatur subridens. Et in martyrem quidem immissus fuit pardus, et sævus ursus. Sed ursus quidem eum reverenter adorabat, et ad ejus pedes procumbebat. Dixisses, si vidisses, eum amplecti illius vestigia. Pardus autem lenis et mansuetus, in ejus humeros citra, ullam insiliens molestiam, lingua abstergebat ejus sudorem, et eum demulcebat, perinde ac eum deliniens, et ægre ferens ea quæ patiebatur. Et quæ a præside quidem immissæ sunt bestiæ, sic, ut videtis, meum tractarunt athletam. Sed non sic leo, qui ab illo signum accepit, quem ipse armavit adversus impios, ut prius diximus. Nam dentibus stridens, et iram spirans, propere descendit de monte: cum conturbasset theatrum, et in partes dissecasset, ex eis quidem multos discerpsit dentibus et unguibus. Quo quidem tempore innumerabilis multitudo infidelium, intelligentes virtutem divinam, quæ erat in martyre, ejus Deum magnifice extollebant. Hæc, quæ vel ipsos poterant mollire lapides, reddebant præsidem duriorem : et leonem rursus in ipsum immittit. Ille autem, quantum qui præceserat, efferatus fuerat in impium theatrum, et eis quavis morte vitam effecerat acerbiorem, tantum hic accessit mitis et mansuetus martyrem : adeo ut multis videretur immissus esse a præside ad eum consolandum, non autem ad puniendum.

XVI. Cum itaque spem omnem abjecisset impudens ille præses, rogat quemdam ex iis qui ei parebant, ut id præclari hujus martyris viscera ferreum adigat tridentem. Et ille quidem eum ambabus manibus torquet in martyrem. Martyr autem sanguine manantia fert intestina, adeo ut quædam mulier ex iis quæ benevolæ erant martyribus, quam primum accurrens, cratere guttas sanguinis susceperit, et lætus ingreditur per medium theatrum ; magnam enim a vinculis securitatem præbebat ei finis, qui mox exspectabatur, et egreditur lætus e civitate, onere, quod gestabat, sibi placens dum internam naturæ compositionem in manibus suavissime circumferebat, ut qui gauderet, quod ea oblata esset hostia ei qui formaverat, et grato animo reddita esset ei qui dederat. Cum ergo duo stadia pervasisset, et Christo agonothetæ visum esset eum satis laborasse, recumbit in quadam spelunca, et aspicit ad eas, quæ illic sunt, coronas. Vox autem desuper exstitit, vocans athletam ad æterna illa tabernacula et præmia, ad eum qui illic est splendorem, et delicias, ad quas transit protinus, ab illis exceptus secundo mensis Septembris. Quas detur omnibus nobis consequi gratia et benignitate Domini nostri Jesus Christi, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, honor et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MARTYRIUM
SANCTORUM PAULI ET JULIANÆ.

QUI APUD URBEM PTOLEMAIDEM PASSI SUNT.

(Latine apud Surium ad diem 17 Augusti. — Græce non exstat in mss. Paris)

I. Aurelianus imperator per totum orbem terrarum contra Christianos edictum proposuit, ut omnes idolis sacrificarent : qui vero id facere noluissent, vita pessime privarentur. Ille igitur cum in Isauriam venisset, in urbem Ptolemaidem se contulit, ut omnes Christianos cogeret idolis sacra facere. Cum vero beatissimus Paulus una cum sorore sua Juliana imperatorem in urbem ingredientem vidisset, Christi signo frontem notavit, et ad sororem conversus, Esto, inquit, bono animo, soror mea, neque timeas ; dico enim tibi magnam quamdam tentationem Christianis imminere.

II. Vidit Aurelianus, cum Paulus Christi signo frontem notavit, et misit qui illum corriperent. Quem cum in media turba stare jussisset, Miserrime, inquit, homo, quidnam tibi proposuisti, ut me urbem ingrediente frontem signare auderes ? An ignoras edictum contra Christianos propositum ? Respondit Paulus : Audivi equidem edictum tuum, sed nemo unquam poterit tantum timorem nobis injicere, ut Christum verum Deum abnegemus tuam ; enim tormenta brevia sunt, neque eos lædere possunt, qui Deum metuunt. At Dei tormenta, sempiterna illa sunt. Eodem modo voluptas et gloria, quam Deus Christianorum generi largitur æterna est. Quis igitur tam amens est ut viventem Deum derelinquat, et surda atque muta ista vestra idola colere velit, cum ipse auctor nostræ salutis Christus Jesus dixerit [1] : *Quicunque negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patrem eo, qui in cœlis est* ?

III. Cernis, inquit, Aurelianus, quandiu te nugantem passus sum ac sustinui ? Accede jam, et diis sacrifica, ne pessimo mortis genere consumaris. At Paulus : Ego nullum alium Deum cognovi, nisi Dominum Jesum Christum, quem colui semper inde usque a patribus meis puro corde atque animo. Tum Aurelianus dixit : Suspendite hominem istum, et acriter torquete, donec venerit Dominus ipsius, et eum liberet. Suspenderunt igitur illum carnifices, et cruciatibus affligere cœperunt. Cumque affligeretur, voce magna Deum invocans, dicebat : Domine, Jesu Christe, vera Dei veri et Patris progenies, cujus ortum nemo comprehendere potest, non Angeli, non Archangeli, non Throni, non Dominationes, non Principatus, non Potestates, non Virtutes, non Cherubini, aut Seraphini, nisi Pater solus ; tu, inquam, afferas opem mihi humili et abjecto servo tuo et ex manibus Abusureliani me liberes. Deus autem protinus ita cruciatus illos leves effecit, ut beatus Paulus nil sentiret.

IV. Sancta vero Christi sponsa Juliana, cum fratrem suum ita cruciari vidisset, cucurrit ad tribunal, et voce magna clamans : Aureliane, inquit, tyranne, cur ita crudeliter fratrem meum innocentem crucias ? Tum Aurelianus : Detegite mox istius mulieris caput, et ejus genas vehementer percutite, ne sic temere loquatur ; istum vero nefarium hominem constanter cruciate, eo quod Christi, quem dicit, patrocinium et adjumentum se habere ait. Risit Juliana, et : Miror, inquit, quomodo imperator cum sis, deliras, neque potentiam Christi cognoscis, quemadmodum scilicet tormenta his hominibus, qui eum invocant, levioria efficit. Aurelianus ad suos conversus, dixit : Muliercula ista ex mea clementia majorem in modum elata est ; itaque illam torve intuens : Accede, inquit, et diis immola, non enim manus meas te evasuram confidere debes. Ad hæc Juliana : Ego neque tua tormenta extimesco, neque minas tuas ad me pertinere arbitror ; est enim Deus in cœlis, qui poterit eripere nos de iniquis manibus tuis. Quæcunque igitur habes torquendi instrumenta, mihi admoveas, ut ex his ipsis Dei et Salvatoris Jesu Christi opem mihi præsentem esse cognoscas.

V. Hæc dixit Juliana, Cui Aurelianus : Video, inquit, pulchritudinem tuam talem esse, ut illius rationem habens te perdere nolim. Te igitur adhortor ut sacrifices quo legitimam mihi uxorem tedeligere possim, et mecum una regnes, imperio meo omni tempore fruens. Quin etiam fratri tuo injuriam compensabo, et faciam, ut amplissimum dignitatis gradum apud me habeat. Erexit Juliana, oculos suos in cœlum, et crucis signo cum frontem notasset, risit. Cui Aurelianus, Cur, inquit, Juliana, multam benignitatem meam contemnens, risisti ? Non, inquit illa, contempsi benignitatem tuam ; sed rideo, gaudens, quod Sponsus meus cœlestis, qui vult omnes homines salvos fieri [2], sedet in solio sancto suo, ejusque divinitatis pulchritudinem contemplor ; qui

[1] Matth. x, 23. [2] I Tim. II, 4.

etiam me hortatur ut certamina ipsa libenter sustineam, te vero nugacem et futilem hominem contemnam, quippe qui cum te imperatorem appellari facias, et ligna et lapides adoras. Audiens hæc Aurelianus, bili percitus : Suspendite, inquit, mulierem istam, eamque constanter cruciate, ut intelligat se ante imperatoris tribunal consistere. Cœperant jam carnifices illam cruciare, cum Paulus ejus frater eam intuens, Ne timeas, inquit, soror, tyranni cruciatus, neque ipsius minas formides. Sustineamus paulisper, ut perpetuo requiescere possimus. Infligite huic, inquit Aurelianus, cruciatus assiduos eique inculcate, ne surpeba et stulta verba effutiat. Audiens hæc Juliana, iterum risit, et ait : Aureliane tyranne atque inique, Dominus Jesu Christus facit, ut neque labores, neque tormenta hæc sentiam. Tunc Aurelianus, Quamvis, inquit, multas nugas effundas, et simules te cruciatus non sentire, faciam tamen, ut diutius crucieris, et doloribus succumbas. Non sinet, inquit illa, Christus ipse, me unquam a te superari. Ille est, qui mihi opem affert et nunc, et semper ad finem usque opitulabitur, quo ipsius potentiam, et nostram Chrisitianorum patientiam cognoscere possis. Te vero ipse Deus meus æterno igni puniet ; exiget enim a te animas quas perdidisti.

VI. His verbis magis exarsit Aurelianus, et jussit lebetem afferri, ac picem in eum conjici, atque ignem multum infra lebetem accendi, ita ut nemo propius accedere posset. Jussit autem in illum conjici Paulum et Julianam. Qui cum fuissent conjecti, oculos in cœlum erigentes, ac tanquam uno eodemque ore precantes, hæc dicebant : Domine Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac et Jacob, qui descendisti in fornacem ignis ad Sidrach, Misach et Abdenago in Babylonis regione, neque illos igne lædi permisisti : tu, Domine Jesu Christe, lux illa immensa, Patris mysterium et gloria, Deique altissimi dextera, qui homo factus propter peccata nostra inter homines versatus es, da salutem animabus, quas inimicus diabolus miserrime deceptas et corruptas, usque ad infimam tartareæ sedis voraginem detrudere conatur : quemadmodum Aurelianus iste, ipsius diaboli discipulus, nunc facit. Hæc cum illi precantes dixissent, pix effervescens in gelidam aquam conversa est, ita ut qui præsentes erant, Dei potentiam admirarentur.

VII. Nihilominus tamen Aurelianus, proprio furore oppressus, Deo gloriam non reddebat, sed magicis artibus ea fieri existimabat. Jussit postea e lebete illos extrahi, in quibus nec picis odor aliquis inerat : quin etiam neque in lebete ipsos picis aliquid inventum est, sed tantum frigida aqua. Tunc Aurelianus : Existimatisne, inquit, eos, qui præsentes sunt, a vobis circumveniri et adduci, ut putent auxilium a Deo vestro vobis allatum, et non magicis potius artibus hæc facta esse? Non ita, per deos ipsos, res se habebit; faciam, enim ut cruciatibus affecti, igne consumamini, nisi diis ipsis victimas obtuleritis. Ad hæc Paulus respondit : Minime nos possumus viventem Dominum Deum relinquere, cœli et terræ creatorem, qui nos e tenebris eripuit, et a manibus tuis eosdem liberavit. Nunquam igitur, Aureliane imperator, nobis persuadere poteris, ut lapidibus et statuis vestris, voce auditu et anima carentibus, cultum præbeamus. Itaque de cætero tormenta quæcunque vis, nobis admoveas, ut Dei nostri vim cognoscas.

VIII. Jussit Aurelianus duas ferreas sedes illuc afferri, et e balneis publicis carbones congeri, et sedes illas vehementer succendi ; suum vero abdomine illitos martyres ipsos supra candentes sedes imponi. Quod cum mox factum esset : Jam, inquit Aurelianus, artibus vestris omnibus superatis, potestis discere, quisnam sit Aurelianus imperator. Veniat nunc Christus vester, si potest, et vobis laborantibus opem afferat. Respondit statim Aureliano Juliana : Nobiscum hoc in loco Christus, est, nobis opem affert, neque sinit ab igne nos tangi. Tu vero illum non vides, cum ejus visione indignus sis. Moneo te Aureliane, ut insaniam istam omittas, et ad Christum accedas, nam si ei credere volueris, te resipiscentem amplectetur cum benignus sit ac misericors, et humana peccata condonet. Quodsi non credideris, æterno igno punieris.

IX. Magis iratus est Aurelianus, et jussit carnifices capite truncari, quasi pecunias a Christianis accepissent, ut illis parcerent. Cum vero ad mortem deducerentur carnifices, hortabatur eos Paulus his verbis : Nolite timere, neque enim in æternum moriemini, sed sanctorum participes futuri estis, et cœlestis regni hæredes. Hæc cum audissent carnifices, constiterunt, ita Deum orantes ; Domine Jesu Christe, quem Paulus et Juliana prædicant, adesto nobis, et in confessione tua fac nos perfectos esse, quoniam nihil mali fecimus, et morimur. Hæc cum dixissent, obtruncati sunt. Eorum alter, Quadratus ; alter, Acacius dicebatur.

X. His igitur martyrio consummatis, jussit Aurelianus alios carnifices ignem afferre, et supra carbones sal aspergere, ut ignis ipse vehementer accenderetur. Tum Juliana : Aureliane, inquit, Tyranne et nefarie, cur teipsum affligis? Video enim te cruciari, et omnibus modis furore detentum affligi, denique ut serpentem aliquem exsibilantem, venenum contra nos effundere ; sed nihil tamen proficies, cum Deus ipse nos corroboret, ut pravas tuas cogitationes sustinere possimus. Itaque cum adversus nos nihil efficere potueris, magis erubesces, et a nobis ipsis abstinebis. Aurelianus jussit illos exsolvi, et in carcerem detrudi, atque ligna quædam maximi ponderis in eorum cervices imponi, pedes etiam compedibus ligari, catenis manus devinciri, et ferreos clavos sterni, ut illis configerentur neque Christianorum aliquem permitti ad eos ingredi, ne cibus afferretur. Illos igitur carnifices in carcerem duxerunt, quæque ab Aureliano jussi fuerant, eis fecerunt. Cum vero media nocte martyres Deum precarentur, lux quædam magna

effulsit in carcere, et angelus coram illis stetit, A cisque dixit : Paule et Juliana, servi Dei altissimi, surgite et Deum orate. Hæc dixit angelus, et ad eos accessit : ac statim instrumenta, quibus eorum colla constricta erant, tetigit, statimque tam illa, quam reliqua ferrea et lignea vincula confracta, de justorum, martyrum corporibus exciderunt : duæ autem sedes pannis stratæ, et mensa coram ipsis illico apposita est, omnigenis ferculis plena, eisque angelus dixit : Venite, requiescite, et cibum sumite, quem misit vobis Jesu Christus. Paulus et Juliana, ea re lætati, discubuerunt. Cumque panem ipsunt in manus sumpissent, et oculos in cœlum erexissent, Deo ipsi gratias egerunt, et cibi participes facti sunt. Viderunt carceris custodes lucem illam magnam; cumque ad eos repente introivissent, quod B factum fuerat didicerunt, ipsos insuper comedentes, et hilares factos viderunt. Itaque cum illis recumbentes et ipsi comederunt, Deoque laudem et gloriam dederunt, qui talem gratiam filiis hominum contulisset, ita ut plerique ex ipsis Deo crediderint, et Christiani evaserint.

XI. Tertio post die Aurelianus, cum in tribunali sedisset, jussit sanctos martyres Paulum et Julianam illuc duci, quibus ait : An nondum tormenta ipsa vos docuerunt, ut ab ista insania vestra discedatis, et deos adeuntes, illis victimas offeratis? Hæc, inquit Paulus, stultitia mihi sit, et omnibus, qui Deum ipsum diligunt. *Quod* enim *stultum est Dei, sapientius est hominibus*; *et sapientia hominum stultitia est apud Deum*. Desipiens profecto et insa- C nus essem, si a Deo ipso deficiens, dæmones vestros colerem. Denuo Aurelianus, bili percitus, jussit illos in ligno suspendi, et cruciari. At illi Deum orantes, hæc dicebant : Domine Jesu Christe, Fili Dei viventis, lux Christianorum, et fides, quæ neque concuti, neque ab adversariis expugnari, aut dissolvi potest : ostende faciem tuam, et nobis opem feras, neque nos destituas propter sanctum nomen tuum. Cum igitur carnifices diutius illos cruciarent, et Christus eorum cruciatus subleva ret, nihil omnino martyres tormenta illa sentiebant.

XII. Unus vero e carnificibus, nomine Stratonicus, cum staret ad sinistrum Julianæ latus, et tormenta in eam inferret, ejus pulchritudine captus, manus ab ea continebat. Cujus sensum atque animum cum beata et sancta Juliana cognosceret, si- D nistrum pedem extendit, et calce illum verberans : Satratonice, inquit, fac quod jussus es a tyranno Aureliano, neque manus a me contineas mihi parcens ; ego enim habeo Regem meum Dominum Jesum Christum, Deum æternum, et animæ meæ curatorem, qui corporeis laboribus me sublevat, atque ita præsentes cruciatus non sentio. Hæc cum Stratonicus audivisset, statim ensem, quem manu tenebat, abjecit; cumque ad tribunal Aureliani cucurrisset, clamans : Aureliane, inquit, tyranne et temerarie, curnam hæc facinora contra Christianos patrare audes? Quidnam homines Deo servientes commiserunt, ut ita crudeliter et immaniter eos crucies? An quia Christum omnium dominatorem venerantur? Hæc cum audiret Aurelianus, ita obstupuit, ut hora una mutus remanserit. Tandem respondens : Tune etiam, inquit, Stratonice, istorum stultitiæ atque insaniæ particeps factus es? An Julianæ pulchritudo te decepit, et ejus jucundis sermonibus allectus es? Stratonicus cum in cœlum oculos erexisset, dein Paulum ac Julianam in ligno supensos circumspexisset, crucis signo munitus, illorum aspectus tales vidit, quales angelorum Dei facies esse solent. Mox accurrit, et deorum aram calcibus conculcavit, eamque evertens, ait : En et ego Christianus sum ; facias licet quidquid libet. Furore accensus Aurelianus, jussit ejus caput abscindi. Cumque sententiam imperator tulisset, venit ad eum locum in quo martyrium obiturus erat ; ubi cum genua inclinasset, ita oravit : Domine Jesu Christe, quem Paulus et Juliana confitentes, invicti permanent a divinitate tua servati, et Aureliani tyrannidem confundentes ; tu, quæso et animam meam accipe in cœleste regnum tuum, meam, inquam, animam, qui brevissimæ horæ spatio nomen tuum confessus sum, præsente Aureliano. His dictis, ille caput extendit, et carnifice obtruncatus est. Venerunt autem Christiani, et ejus reliquias collegerunt.

XIII. Paulus vero et Juliana cruciatus fortiter sustinebant. Tunc Aurelianus Julianam affatus : O scelesta, inquit, et impia muliercula, quomodo in tormentis exsistens, carnificem decipere potuisti, eique mortis causam afferre? Non ergo, inquit Juliana, illum decepi, vel mortis causam attuli, sed qui me assumpsit Jesus Christus, ille ipse et hunc dignum fecit, ac vocavit ; nisi enim dignus fuisset, nunquam ad martyrii palmam pervenire potuisset. Illum igitur in regno cœlorum requiescentem aspicies, te vero in geheneæ flamma puniri senties. Tunc quidem pectus tuum, infelix, percuties, cum inferiorem hominem, teipso apud Christum præstantiorem videbis, et dolore affectus, clamabis, Dei misericordiam implorans, quam tamen impetrare non poteris. Post hæc jussit Aurelianus illos e ligno detractos, in carcerem interiorem concludi, et omnes, veneficos ac præstigiatores vocari, qui feras omnes, quascunque haberent, acerbissimas, hoc est, viperas, aspides, cerastes ac dracones, afferrent, ut una cum Paulo et Juliana in carcere concluderentur. Cum igitur feras attulissent, quemadmodum a tyranno jussi fuerant, simul cum Paulo et Juliana eas concluserunt. Serpebant autem feræ illæ, et ad pedes beatorum martyrum assidebant, intentis quidem oculis eorum facies aspicientes, sed nihil tamen nocentes. Paulus au-

[a] I Cor. I, 20, 25.

tem et Juliana sedebant psallentes, et Deum collaudantes.

XIV. Manserunt autem serpentes illæ tres dies et tres noctes cum martyribus clausæ. Tertio autem die misit Aurelianus sub noctis tempus, ut disceret, an a serpentibus consumpti essent. Venerunt, qui missi fuerant ad eum locum : cumque ad januam accessissent, eos, psalmos canentes et Deum laudantes, audiverunt. Cum vero accuratius scire vellent, quo pacto res se haberet, ascenderunt in locum quemdam superiorem. Unde per fenestram speculati, viderunt Paulum sedentem simul cum sorore sua Juliana, et angelum Dei stantem in conspectu ferarum, neque permittentem feras accedere. Cucurrerunt igitur illi, et Aureliano omnia, quæ viderant, nuntiarunt. Surrexit Aurelianus diluculo, et sedit pro tribunali, et jussit veneficos feras suas illinc evocare, et martyres duci ad tribunal. Accesserunt venefici ac januam, et feras eo modo, quo solebant, vocare cœperunt. Cum vero feræ ipsæ illis non obedirent, januam patefecerunt, et feræ uno impetu omnes exierunt, et quoscunque infideles homines prope januam invenerunt, statim interfecere, et ad deserta loca aufugerunt.

XV. Carceris autem custodes Paulum et Julianam ad Aureliani tribunal duxerunt. Tyrannus igitur eos intuens, ac ridens : Beatum, inquit, me hodie existimo, quod vestra consuetudine fruor ; fortasse enim magnum aliquid a vobis lucrifaciam, et per deos ipsos, si quidem mihi verum dixeritis, multa et magna dona a me percipietis, et regni mei potestas penes vos erit. Nunquid vos deum Apollinem præsentem, et vobis opitulantem, ut audivi a quibusdam speculatoribus, vidistis ? Nos, inquit Paulus, nullum Apollinem cognovimus, nam sumus ex eorum numero, quibus Deus salutem dedit. Tua vero anima ad mortem usque perdita est. Non enim sapis, neque resipiscere vis ; quin imo multus tyrannidis tuæ furor ad blasphemiam te convertit, quippe qui angelum, quem misit Dominus Jesus Christus ad obturanda ora serpentum, quæ tua est arrogantia et temeritas, Apollinem fuisse dicis. Tunc iratus Aurelianus, jussit plumbeis globis Pauli maxillas contundi, atque illi dici : Ne ita insipienter et arroganter loquaris, cum scias te imperatori assistere.

XVI. Jussit postea e tribunali Paulum abduci, et Julianam ejus sororem coram sisti, quam his verbis aggressus est : Quæso, animæ meæ domina Juliana, quæso, inquam, et te hortor, ne fratris tui insaniam imiteris. Video te puellam prudentissimam, multa sapientia refertam. Obtempera consiliis meis, et columnas aureas per totum terrarum orbem, tuo nomine inscriptas, erigam. Tunc illi Juliana : Minime, inquit, me decipies, Aureliane tyranne et impie. Non circumvenies Dei altissimi servam. Ne mihi æternam mortem suggeras. Visne me privare Dei gloria et cœlesti regno, quo ut indignus es et alienus ? Jussit Aurelianus Julianum semoveri, et Paulum reduci ; cui dixit. En, Paule, soror tua promisit mihi se diis sacrificaturam ; quæ idcirco mihi uxor erit, totiusque regni mei domina. Fac igitur et tu quod dico, et sinas tibi persuaderi ut diis sacrifices. Ad hæc Paulus : Vere, inquit, mentitus es, idque tuo malo ; sed nihil alienum fecisti a patris tui diaboli disciplina, cum id facias, quod ille solet : neque enim aliquem subripere potestis, nisi mendacia confingendo. Sed frustra laboras, namque nos non decipies ; ne si totius quidem orbis terrarum imperium nobis pollicereris. Minime, inquam, nos circumvenire poteris.

XVII. Quousque tandem, inquit Aurelianus, injuriam nobis facis ? An non erubescis, nugator et insidiens ? Per deos ipsos ego omnium generum tormentis affligam, et nemo e manibus meis auferre poterit. Jussit igitur ignem afferri, et quatuordecim virgas ferreas, easque in ignem conjici, et valde accendi : tum Pauli manus et pedes ligari, ferreumque vectem inter manus et pedes injici, et in terram defigi, ac sic virgis ignitis binis per vices Paulum percuti, Juliana vero jussit in lupanari constitui. Itaque multi e turba illa, quæ circumstabat, scelesti et nefarii homines, certatim contendebant, quis ad eam primus ingrederetur. Erant enim velut equi hinnientes, ejus puellæ forma incitati. Cum vero in eo loco, in quo Aurelianus jusserat, constituta esset, statim angelus Domini descendit de cœlo, et dixit : Ne timeas, Juliana ; Dominus enim Jesus Christus, quem tu colis, misit me, ut te protegam, et sanctum nomen ejus notum faciam omnibus timentibus eum. Cum vero multi ad virginem accederent, et ejus pulchritudine frui vellent, angelus excussit e pedibus suis pulverem, et in eorum oculos injecit, ita ut eos excæcarit. Quapropter neque amplius cernebant, ubi essent, aut quo irent, neque ad illam accedere poterant. Id cum turbæ vidissent, quod admirabiliter factum fuerat, uno animo clamabant : Magnus est Deus Pauli et Julianæ qui ubique eos servat et protegit, qui illum timent. Qui autem excæcati fuerant, flexis genibus supplices ejus opem implorabant, dicentes : Juliana serva Dei altissimi, peccavimus quidem contra te, cum stulte atque insipienter nos gesserimus ; sed tu da, quæsumus, nobis veniam, ut Dei serva : et precare Christum tuum, ut nobis visum restituat. Eorum misericordia commota Juliana, paululum aquæ accepit : et cum oculos in cœlum extulisset, Deum invocavit, ita dicens : Domine Jesu Christe, auctor omnium salutis, exaudi me, et nunc etiam ostende miracula et prodigia quæ facis propter nos filios hominum. Restitue his viris facultatem videndi, ut sanctum et gloriosum nomen tuum celebretur. Hæc cum dixisset, aquam supra turbas illas infudit, et omnes, qui excæcati fuerant, visum receperunt. Tum illi ad terram prostrati, gratias Deo reddebant, pœnitentiam agentes. Cum-

que peccata sua confessi essent, Christiani facti sunt.

XVIII. Paulus vero, de quo dicebamus, cum a carnificibus cruciaretur, virgis illis ferreis diutius percussus vociferabatur, hæc dicens : Aureliane tyranne et nefarie, quidnam mali commisi, ut sic crudeliter et impie me crucies ? Verum me quidem a tormentis Dominus meus Jesus Christus sublevat : te vero manet hæreditas æterni illius ignis, qui paratus est tibi, et diabolo hæc adversus nos suggerenti. Et ubinam, inquit Aurelianus, Paule, est Juliana soror tua, quam ais esse temperantem et virginem ? En illa ad lupanar ducta est. Num putas adhuc esse virginem ? Ad hæc Paulus : Scio, inquit, illum ipsum Deum, qui semper a tuis pravis cogitationibus me liberavit, sororis etiam meæ propugnatorem fuisse, et intactam ab omni labe conservasse. Misit enim angelum suum e cœlo, ut eam custodiret. En ut sine macula, et virginitatem puram habens, revertitur, ut videat vincula mea. Miserat enim Aurelianus, ut Juliana duceretur. Quæ cum venisset ad tribunal, et Paulus eam vidisset, multo gaudio plenus risit. Aurelianus vero : Num, inquit, Juliana, amatores tui pulchritudine tua satiati sunt? At illa dixit : Mea pulchritudo, meum ornamentum et decus Christus est, qui misit angelum suum, et me abjectam atque humilem servam protexit : quoniam fidem et spem meam in illo fixam habeo. Quapropter gratias illi ago, et sanctum ejus nomen collaudo, quod ipse est, qui facit mirabilia solus [4], et non est alius Deus præter ipsum.

XIX. Jussit deinceps Aurelianus Paulum exsolvi, et foveam quamdam effodi, tam longam, quanta est trium hominum statura ; tum ligna et ignem afferri, atque in fovea illa succendi. Fecerunt carnifices, quod jussum fuerat, admodum studiose ; nam et foveam statim effoderunt, et ignem vehementer accenderunt. Itaque Aurelianus jussit Paulum et Julianam in ignem illum conjici. Sancti vero martyres, Deum collaudantes, Salvatorem ac Dominum Jesum Christum invocabant ad opem sibi ferendam. Cum autem ad eum locum venissent, sua membra crucis Christi signo munierunt, et sponte se in ignem conjecerunt. Erant autem in igne illo Deum laudantes, et ejus gloriam prædicantes. Ecce autem angelus Domini descendit de cœlo, et fumum una cum igne foras excussit, neque permisit sanctos martyres vel paululum ab igne perturbari. Stabant itaque in fovea illa rectis corporibus, divinas laudes proferentes in hanc sententiam : Benedictas es, Domine Deus Rex sæculorum, qui memor fuisti humilitatis nostræ et præsentia tua ignis flammam exstinxisti propter bonitatem tuam, quæ facit ut peccata nostra non recorderis. Tu nos indignos, salvos atque incolumes eripuisti a cogitationibus tyranni Aureliani, qui suo imperio ita intumescit, quasi futurus sit immortalis.

A Hæc cum martyres precarentur, multi ex Græcis, Dei potentiam contemplantes, animo compuncti, ab idolorum superstitione defecerunt, et Christi fidem secuti sunt ; multi etiam carnifices, qui eos verberaverant, cum Dei tanta in illos beneficia collata vidissent, mutato consilio, Christi fidem ampilexi sunt.

XX. Perlata vero sunt hæc omnia ad Aurelianum, qui jussit, illos ita ut erant, in fovea lapidibus obrui. Sed ecce repente tonitrui sonitus cum multis fulguribus, et nubes huc atque illuc agitatæ, et ignis plenæ, usque ad Aureliani conspectum devenerunt, et ignem illum in terram effuderunt, voxque hæc e cœlo ad eum demissa est : Aureliane, ingredere in abyssum gehennæ ignis, paratam tibi et patri tuo diabolo. Hæc cum facta essent, misit Aurelianus, et jussit athletas et Christi martyres ex fovea illa extrahi, et in carcerem conjici. Itaque sancti martyres Dei gloriam laudabant in omnibus his, quæ Deus ipse mirabiliter illorum causa fecerat. Septimo die postea diluculo Aurelianus sedit in tribunali, et jussit sacerdotes afferre quotcunque idola habebant argento et auro confecta ac pretiosis lapidibus ornata. Quæ sacerdotes ipsi mox in conspectu Aureliani constituerunt, cum stravissent sub ejus pedibus purpuram regalem. Tum Aurelianus : Vocate, inquit, Paulum et Julianam. Quos cum vidisset ante tribunal consistentes, animo et vultu valde irato illis minatus, dixit : Ite nunc, et diis sacrificate ; nolim enim existimetis, manus meas vos evasuros. Subrisit Paulus, et ait : Nunquam, tyranne, Deum nostrum derelinquemus, qui cœlum et terram effecit. Ne putes amplius, idolis tuis cultum nos allaturos. Tum Aurelianus : Violenta, inquit, morte dignus es, Idolane tibi hæc videntur ? Neque intelligis, quæ vis in illis sit ?

XXI. ad hæc Paulus : Jupiter iste, quem tu deum esse dicis, homo quidam fuit fugitivorum filius, qui artem magicam bene edoctus fuerat : cumque præter cæteros homines esset incontinentissimus, et libidini maxime deditus, ac quorumdam pulcherrimas uxores atque filias adamasset, se continere non potuit quin cum illis commisceretur. Qui modo in taurum mutatus, modo avi similis, aquilæ scilicet, ac cygno, mulieres nonnullas ex jam dictis circumvenit, et a mente alienatas in eam miseriam impulit, ut ipsum tanquam deum colerent. Ad hæc et alias mulieres per formæ mutationem et præstigias decepit, aurum commutatus. Et ne alia ejus libidinosa facinora hoc loco narrem (scio te ad iracundiam concitari : sed licet irascaris, dicam tamen nihil veritus) iste, qui prope Jovem positus est, et Apollo dicitur, an non ex adulterio genitus est e muliere quadam, quæ Latona dicebatur, quæque illum peperit inter duas arbores, qui et

[4] Psal. LXXI, 18.

militum Christianorum, a Trajano, dum in Oriente ipse opera nefaria commisit, patrem Jovem imitatus ? Eodem modo et Dionysius vester ille deus, an non et ipse ex adulterio genitus est ex Semele Cadmi filia? Nugator, inquit Aurelianus, et sceleste, an non ex Junone deorum matre Bacchus genitus est ? Risit Paulus, et ait : Estne deus, qui ex muliere genitus incipiat esse deus, aut qui uxorem habeat? Tunc Aurelianus: Quousque, inquit, multas nugas effudens diis maledices ? an non et vester Christus, quem vos Christiani Deum cœlestem esse dicitis, ex mullere genitus est ? Respondit Paulus: Non es tu dignus, qui Dei mysterium audias. Verum ne oratione tua multos eorum, qui præsentes sunt, circumvenias, necesse est aperire id, quod quæris.

XXII. Initio Deus ipse cum cœlum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt, effecisset, hominem effinxit ad imaginem et similitudinem suam. Purum enim a malitia, innocentem, justum, pietate præditum creavit illum Deus, et in paradiso deliciarum pleno eum collocavit. Pater autem vester diabolus non ferens tantam hominis felicitatem, Evam seduxit, et per illam, Adam ad divini præcepti transgressionem impulit. Quo factum est, ut et Adam ipse tanquam transgressor e paradiso expulsus sit, et genus omne humanum morti et peccati pœnæ obnoxium evaserit. Quamobrem cœlestis Pater et omnipotens Deus misericordia motus, humano generi subvenire volens, misit Filium suum, ut humanam carnem susciperet, et Adam solveret, eosque qui ab injusto detinebantur, Ipse igitur Deus, Verbum Dei ac Patris Filius, ante sæcula omnia est sapientia ipsius, et potentia et dextera : qui per archangelum Gabrielem annuntiatus fuit sanctæ illi Virgini puræ atque honestissimæ, ex prophetico et regio genere originem ducenti. In cujus utero Deus ipse, hoc est, cœleste Verbum, quod oculis corporeis non cernitur, habitans, suscepit corpus, cum Gabriel ita Mariam ipsam affatus esset : *Ave gratia plena : Dominus tecum* ; et paulo post : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* [5]. Genitus igitur fuit Deus et cœleste Verbum per Virginem, omni labe purissimam, corpore, tanquam veste quadam, indutus propter humanæ salutis dispensationem. Nemo enim poterat Deum verum, ita ut est, præsentem videre, cum Deus ipse sit ignis consumens [6], neque homo aliquis vivens Dei faciem videre possit. ! Hujus igitur dispensationis causa Deus noster, quod ad carnem pertinet, genitus fuit, et ut infans lacte nutritus est, cum esset tamen divinitate perfectus. Insuper factus est puer, et juvenis, cumque hominibus, ut homo, conversatus est annos triginta tres, urbes, regiones, et castella orbis terrarum pertransiens, et benefaciens omnibus, ac liberans eos [8], qui a diabolo vexabantur. Postea in ligno crucis suffixus est, ut salutem daret mundo, qui perierat diaboli violentia et fallacia. Idem corpore mortuus est. Cumque ad inferos descendisset una cum sancta anima illa sua, contrivit portas æreas, et vectes ferreos confregit [9] : atque in caliginosa inferorum penetralia ingressus, eripuit eos qui vinculis detinebantur, et ex carcere diaboli illos in superiorem regionem eduxit [10]. Quod totum ipsius benignitati acceptum referetur. Cum vero ita post tres dies a mortuis resurrexisset, apparuit suis discipulis atque apostolis, et aliis multis, qui vere in eum crediderant : et cum aliquoties commedisset et bibisset cum apostolis per dies quadraginta, sic postea in cœlum assumptus est, et sedet ad dexteram Patris cum corpore illo, quod ipse Deus Verbum sibi copulavit. Nunc igitur diabolus dolore affligitur, Illum enim Christus ipse Christianorum pedibus conculcari fecit, qui per sanctum ipsius nomen ingrediuntur in regnum cœlorum : a quo regno tu alienus es. Habes enim sortem et partem æternam ignis gehennam, hæreditatem diaboli patris tui precipiens.

XXIII. His auditis, Aurelianus præ furore vultu mutatus est, et dentibus stridere cœpit, exardescens in illum, cui et respondens : Multas, inquit, nugas te modo effundentem passus sum, patientiam in te, nugax et sceleste, audiendo retinens. Tu vero quandiu perges me contemnere, et diis maledicere ? Nunc igitur nisi diis immola veritis, pessimis modis vos perdam, ita ut nemo possit e manibus meis vos eripere. Tum Paulus et Juliana concordi animo et magna voce clamantes : Nos, inquiunt, Christiani sumus, et in Christo ipso spes nostras collocatas habemus ; dæmones non adoramus idolis tuis non servimus, tormenta tua non timemus. Excogita igitur quoscunque vis cruciatus, fidem enim in Deo habemus, fore ut a nobis superaris, quemadmodum pater tuus diabolus a Christo superatus fuit, qui nos etiam robustos facit, et pravas artes tuas expugnat. Hæc cum audisset Aurelianus, jussit lignum quoddam magnum afferri. Quod cum allatum fuisset, fecit Paulum in eo alligari. Carnifices vero ejus manus colligarunt. Tunc Aurelianus præcepit accensas lampades afferri, et in ejus faciem injici, præcone ita vociferante : Ne in orbis terrarum dominos contumeliosus sis, neve in ipsos maledicta conjicias.

XXIV. Juliana cum fratrem suum igne comburi spectaret, summa voce clamavit : O tyranne et sceleste, quid mali frater meus commisit, ut ita crudeliter eum crucies ? Jussit Aurelianus et Julianam in ligno alligari et accensas faces in os ejus et in totum corpus adhiberi ; cui et dixit : impudentissima mulier erubesce, quemadmodum

[5] Luc. I, 28, 32. [6] Deut. IV. 24 ; Hebr, XII, 29. Exod. XXXIII. 20. [8] Act. X, 38. [9] Psal. CVI, 16. [10] I Petr. III, 19.

mulieres decet. Tum Juliana ridens : Vere, inquit, Aureliane, te admonentem acceptum habeo, eo quod dixisti : Cum sis mulier, erubesce ; revereor enim, et erubesco Christum Dei viventis Filium, qui est ante faciem meam, neque illum possum derelinquere, et dæmones colere. Furore accensus est Aurelianus, cum se ab illis irrisum videret. Itaque jussit carnifices ignem per totum corpus illorum circumferre. Quod cum illi mox fecissent, tota civitas, quæ sanctorum martyrum spectaculo intererat, voce magna clamabat : Imperator Aureliane, injuste judicas, injuste illos crucias. Si nolunt diis sacrificare, sententiam contra illos feras. Tum Aurelianus, cum metueret, ne populus seditionem adversus ipsum concitaret, sententiam tulit, ut eorum capita truncarentur, et corpora canibus ac feris et volucribus cœli projicerentur.

XXV. Itaque decimo septimo die mensis Augusti exierunt simul lætantes, atque versum hunc psalmi concinentes : *Salvasti nos, Domine, ab affligentibus nos et odientes nos confudisti.* Cum vero ad locum martyrii venissent extra urbem, Paulus rogavit carnificem, ut Julianam prius quam ipsum, securi percuteret. Juliana vero, cum faciem suam Christi signo munisset, admodum læta collum extendit, eamque spiculator securi percussit. Paulus igitur cum sororem Christi martyrio perfunctam vidisset, oculos in cœlum erexit, et Deo gratias egit, ac crucis signo se itidem muniens collum suum extendit : quem et spiculator mox obtruncavit.

XXVI. Erant illorum corpora extra urbem jacentia, cum e loco illo ea tollere Christiani prohiberentur. Milites enim, ita ut jusserat Aurelianus, observabant, ne quis reliquias illas auferret. Veniebant autem in eum locum lupi, canes et volucres, et circa sanctorum martyrum corpora sedentes, illa custodiebant : cumque muscas et ejusmodi animalia supra corpora illa sedentia viderent aves ipsæ alis ea expellebant, non permittentes, ut in sanctis illis corporibus insiderent. Itaque septem dies et septem noctes feræ ac volucres cœli circa martyrum reliquias consederunt. Cæterum nuntiata sunt omnia hæc a militibus Aureliano. Qui cum ea audivisset : O furorem, inquit, pessimum Christianorum istorum, quos ne mortuos quidem superare potuimus, Misit igitur, et millites ipsos noctu illinc abduxit : neque enim volebat de die eos illinc removere, ne a Christianis, irriderentur, Cum vero dies illuxisset, exierunt Christiani, et martyrum corpora curantes, sumptuose in pace condiderunt, regnante Domino nostro Jesu Christo, cum quo Patri simul et sancto Spiritui sit gloria, honor et imperium nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[11] Psal. XLIII, 8.

DE S. ANDREA TRIBUNO

AC SOCIIS

MATYRIBUS IN CILICIA.

(Acta SS. Bolland. ad diem 19 Augusti.)

§ I. *Publica eorum veneratio, nomen S. Andreæ confusum, Acta, martyrum numerus.*

Nomen hujus celeberrimi martyris ac sociorum quam sit memorabile, quantaque apud posteros manserit in benedictione, testantur affatim monumenta antiqua, quæ ad nos usque de illis sunt transmissa. Incipiamus a Fastis Græcis. Typicum, quod sub S, Sabbæ nomine citatur, mominit hoc die « Sancti martyris Andreæ, ducis militaris, ac sociorum bis mille quingentorum et nonaginta trium. Menalogium Sirleti sic habet : « Natalis sanctorum martyrum Andreæ, ducis exercitus, et sociorum duorum millium quingentorum nonaginta trium, qui Maximiani persecutoris temporibus delati apud Antiochum ducem exercitus quod essent Christiani perseverantes in Christi confessione, ense percussi sunt.» Eumdem cum honorifico nomine megalomartyris nec non eosdem numero socios signant Menæa magna impressa, ac sequentes illis accinunt versiculos :

Ἔστησε τμηθεὶς αἱμάτων λίμνας ὄχλος
Σοὶ τῷ παραστήσαντι λίμνας ὑδάτων.
Ἐννέα καὶ δεκάτῳ τάμον Ἀνδρέου αὐχένα λαμπρόν.

Truncata rivos sanguinis pro te dedit
Turba hæc, aquarum, Christe, qui rivos dabas.
Nona post decimam collum Andreæ Abscidit ensis.

Censeo alludere poetam ad genus martyrii, et ad salutarem fontem : de quo vide Acta num, 11 12 et 13. Dicta Menæa peculiarem ac solennem faciunt de S. Andræa memoriam in Officio sacro hujus diei, condito etiam Canone in honorem Sancti, cujus hæc est acrostichis :

Ὕμνοις χροτῶ σε, Ἀνδρέα, Στρατηλάτα.
Laudes tuas, o Ductor Andreä, cane.

2. Porro hodierni nostri pugiles in variis aliis Fastis sacris memorantur: et enim in Kalendario Ruthenorum apud Possevinum fit mentio S. Mart. Andreæ : in Menæo Chiffletii, Ἀνδρίου Στρατηλάτου, Andreæ militaris ducis. Martyrologium Arabico-Ægyptium ac ms. Taurinense cum ipsius tum sociorum in genere meminere ; quorum numerum determinat Menologium Slavo-Russicum Sparwenfeldianum eodem modo, quo Typicum ac Menologium Sirleti. Synaxarium e Menologio, jussu Basilii imperatoris collecto, post hunc titulum, Certamen sancti megalomartyris Andreæ militiæ ducis, ac sociorum ejus, ponit Actorum compendium, cujus textus Græcus excusus datur ad calcem tomi I mensis Augusti, Latine autem sic sonat : « Erat hic, imperante Maximiano, dux militum in orientali regione sub Antiocho, qui universo militum agmini præerat. A quo postquam una cum aliis militiæ ducibus missus esset adversus Persas, et Christum invocasset, in fugam egit Persas, et post insperatam victoriam socios nos ad Christi fidem pertraxit. Accusati vero apud Antiochum, tanquam rei judicio, coram ipso astitere : et ipse quidem in lecto ferreo ignito fuit extensus ; sociorum autem e quadratis lignis manus transfixi sunt clavis. Deinde autem ex aliis mille, jubente Antiocho, e regionis finibus exacti : quos ubi instruxisset Sanctus, ad Christi fidem adduxit. Rem ubi comperisset Antiochus, eosque simul cum his quibus præerat, esset insecutus, omnes ense interemit, omniumque postremum Andream, illustrem Christi martyrem, et inter athletas fama celebrem.»

Quam memorabile hujus nostri Megalomartyris seu Magni martyris nomen est apud Græcos, tam celebre etiam est apud Latinos, antiquissimis utique ac primæ notæ Martyrologiis inscriptum. Nam Usuardus hac die ita eum refert : « Natalis sancti Magni, seu sancti Andreæ martyris, cum sociis suis duobus millibus quingentis nonaginta et septem. » Ad quam annuntiationem ista jam pridem in Usuardo a nobis edito et illustrato observata sunt. « Andream apud Græcos inclytissimum Megalomartyrem Martyrologi nostri Latini verosimillime ex Græca appellatione binomium fecerint Magnum seu Andream. Sic etenim Beda, prout apud nos editus est, et eo Rabanus, Romanum parvum, Ado, et, cujus jam verba dedimus, Usuardus. Melius fortasse legissent, magni Andreæ : neque enim verosimile puto, Martyrologos nostros Andream tribunum militum cum Magno episcopo Anagnino confundere voluisse. » Hanc observationem de duplici nomine eidem nostro martyri perperam indito, inferius confirmare conabimur. Habemus interim ex dictis (nihil quippe cogit omnes illas annuntiationes huc integras transcribere) magni nominis martyrem fuisse S. Andream in Ecclesia Latina. De Wandelberto postea agemus. Martyrologium Romanum modernum ita de illo legit ac sociis, quorum tamen numerum non determinat : «In Cilicia natalis sancti Andreæ tribuni, et sociorum militum, qui victoria de Persis divinitus adepta, ad fidem Christi conversi, et hoc nomine accusati, sub Maximiano imperatore in angustiis Tauri montis ab exercitu Seleuci præsidis trucidati sunt. »

4. Quia vero circa annuntiationem apud Galesinium nonnulla mox erunt notanda, illam quoque hic præmittere visum est. Sic igitur sonat : « Cæsareæ, sanctorum martyrum Magni, Andreæ, et sociorum, quingenti et nonaginta septem, cum leonem conspexissent in homines a fide alienos sævientem, ad beati martyris Magni pedes mansuetum et prostratum jacere ; rei admirabilitate commoti, ad Christi fidem se contulerunt. Quamobrem Alexandri præsidis jussu capite plectuntur, Magnus vero lapidibus obruitur. » Annuntiatio hæc convenit S. Magno, cujus martyrium pluribus describit Petrus de Natalibus lib. 7, cap. 79 ; in quo tamen cum nullum de S. Andrea inveniam vestigium, mirum mihi accidit, ipsius nomen intrusum legi in dicta annuntiatione. Sed res hæc pluribus tractatur apud nos hac die, qua de sancto Magno Cappadoce agitur, pag. 717. Nunc de hallucinatione Martyrologorum superius indicata et hic pluribus refellenda tractabimus ; e qua videtur originem traxisse Galesiniana.

5. Et ea quidem est duplex ; altera in eo versatur, quod S. Andreæ addiderint nomen non suum, Magni videlicet ; altera incertior priore, quod alicubi forte S. Magnus aliter annuntietur, quam debeat, uti mox referam. Ad priorem quod attinet, præter illa, quæ paulo ante præmisimus, hæc addo ad majorem illorum confirmationem. Baronius in notationibus hac die 19 Augusti ad annuntiationem Martyrologii Romani Andreæ tribuni et soc., « De his, ait, hac die Usuard. et Ado ; licet Andream cum S. Magno confundant. » Hunc errorem etiam castigat Lambecius Commentariorum de bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, lib. VIII, pag. 202, ubi occasione versionis Latinæ et exordii Actorum S. Andreæ ac sociorum apud Surium hac die, Martyrium S. Andreæ, ducis exercitus, et sociorum, auctore Symeone Metaphraste. Vocatur autem hic Andreas etiam magnus,» etc., sic scribit : « Hoc non est intelligendum de nomine proprio Magni ; quippe quod S. Andreas Stratelates non habuit, sed tantum de titulo Μεγαλομάρτυρος sive *Magni martyris*, qui illi in hujus narrationis inscriptione Græca honoris causa tribuitur. Perperam igitur et absurde in Adonis archiepiscopi Viennensis Martyrologio die 19 Augusti legitur : Natalis sancti Magni seu sancti Andreæ,» etc. Merito itaque ista, « Vocatur autem hic Andreas etiam Magnus » omissa sunt in editione Surii, anno 1618 Coloniæ edita. Hæc de errore isto In alium forte lapsus est Wandelbertus, dum eidem martyrum manipulo videtur adjunxisse S. Magnum Cappadocem, cui aliam martyrii palæstram supra assignavimus. Sic enim canit.

Magnus et Andreas quarta denaque coruscant :
Septem nonaginta et quingenti comitantur,
Quos pariter sancti simul his bis mille sequuntur.

6. Varia sunt Actorum exemplaria. Lambecius loco citato pag. 201 *et* 202 unum affert hoc titulo ac principio : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Ἀνδρέου τοῦ Στρατηλάτου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τελειωθέντων δισχιλίων πεντακοσίων ἐνενήκοντα τριῶν. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς τοῦ ἀσεβεστάτου Μαξιμιανοῦ βασιλείας διωγμὸς κατὰ Χριστιανῶν ἐγένετο μέγας, καὶ μᾶλιστα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Συρίας· εἶχεν δὲ τότε τὴς ἐκεῖσε στρατηγικῆς τάξεως τὴν ἀρχὴν Ἀντίοχός τις, δεισιδαίμων ἄνθρωπος ὤν, *etc.* Id est : *Eadem die* (19 Augusti) *certamen sancti et gloriosi magni martyris Andreæ, ducis exercitus, et bis mille quingentorum nonaginta trium cum eo peremptorum. Temporibus impiissimi Maximiani imperatoris magna adversus Christianos mota est persecutio, maxime in partibus Syriæ. Quidam autem Antiochus, superstitioni deorum addictus homo, ibidem tunc ordinis militaris imperium tenebat,* etc. Observat Lambecius hanc narrationem Latine exstare apud Laurentium Surium, ac Symeoni Metaphrastæ ibidem tribui, ut modo indicatum est. Sed nullum ejusdem vestigium invenio apud Allatium in Diatriba de Symeonum scriptis a pag. 124. ubi Vitas enumerat, quas tanquam Metaphrastæ proprias signat. Consule quæ dicta sunt tomo III hujus mensis pag. 719 de Actis S. Eupli martyris. Habemus etiam exemplar Græcum in nostro codice † ms. 194, cujus exemplaris titulo prænotatur eadam in ms. Cæsar. 45 pag. 221 exstare. Aliud Græcum apographum asservamus hoc titulo : Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος τοῦ Στρατηλάτου, ex cod. Ambros. N. f. n. 152, sicut additur in eodem apographo. Incipit : Τὸν θαυμαστὸν Ἀνδρέαν τὸν στρατηλάτην. *Mirabilem Andream exercitus ducem, etc.*

7. Baronius anno Christi 301 collectionem historicam Actorum intexuit : quæ quidem, ait ibidem num. 5 germana noscuntur. At, bona eminentissimi cardinalis venia, non paucæ occurrunt difficultates, quæ illis incommodant. Nam primo, ea non esse exarata a scriptore contemporaneo, illud est indicio, quod in principio illorum dicantur ista : « Persecutio quædam magna contra Christianos commota est. Erat tempore illo Antiochus quidam. » Et inferius : « Celeberrimus martyr » vocatur Sanctus. Postea vero sequitur : Statim autem, quemadmodum sanctus martyr precibus suis postulaverat, locus in quem venerandus sanguis ille *martyrum* defluxerat, fons quidam effectus est, omnigenarum ægrotationum sanitatem afferens, qui fons ad hodiernum usque diem gratiis redundat. » An illa auctori synchrono conveniunt ? Secundo, oratio S. Andreæ, in qua dicit : « Domine Deus.. accipe mei peccatoris.. preces, eorumque omnium qui mecum sunt.. omnibusque his qui necessitatis tempore nostra, qui sumus A indigni, nomina invocaverint, præsta petitiones illas, quæ ad salutem pertinent ; quique ad locum hunc confugerint, eos protege.. et quo loco humilis sanguis noster effusus fuerit, fiat illis curationum fons, » etc. Oratio, inquam, illa merum est episodium, cum a nemine potuerit audiri nisi a solis ipsis martyribus, quibus per tempus non licuit eam aliis referre. Accedit eo, quod non satis videatur consentanea humilitati Christianæ, quæ in martyribus elucere debet.

8. Tertio, mirum etiam videri potest, S. Andream, Christi fidem amplexum, prælio uni quin imo pluribus, prout apparet, sese exposuisse, antequam petiisset atque obtinuisset baptismum. Audiantur Acta : « Inter idolorum cultores velut rosa florebat inter spinas.. fidelissimus Dei servus et martyr Andreas.. Hic.. Jesu Christi opem assecutus adversantium bellorum hostes superabat, et multis egregiis ac strenuis facinoribus excellebat. Bello autem contra Persas ipsi commisso, eos solos, quos manifeste cœlestis gratia ei designavit, secum habens, oppositis hostibus prælium intulit. Jam vero cum esset congressurus cum hostibus, eorum ingentem multitudinem divinæ cognitionis argumentum suis militibus proposuit : nondum enim Christi Dei nostri fide donati fuerant, qui illustrem de hostibus ipsis victoriam deportarunt. » Sequitur postea S. Andreæ confessio, cruciatus in ignito lecto æneo, sociorum militum supplicium, etc., quibus tandem cum ipsius tum militum subditur baptismus, quem dicuntur suscepisse a Petro urbis Tarsensis episcopo, postquam eo clam discessissent. Nos interim ex dictis concludimus, in hujusmodi Actorum historia non tam relucere sinceram narrationem, quam Græculi scribillatoris, quisquis demum ille fuerit, compositionem : id quod confirmabitur ex aliis quibusdam incommodis, quæ inferius proponentur. Vide Adnotata.

6. Numerus sanctorum martyrum non ponitur eodem modo apud Græcos ac Latinos. Hi quippe exstitisse illos memorant bis mille quingentos nonaginta septem, ex præmissis supra num. 3, Martyrologium Romanum non signat numerum : in cujus determinatione Fasti Græci, num. 1 citati fere cum Latinis antiquis consentiunt. Acta nullum quidem etiam numerum determinant : sed magnus fuerit necesse est, cum ingentem Persarum multitudinem debellarit, et « Andreas cum tota sua forti et a Deo electa phalange, » uti loquuntur Acta, martyrium sit consecutus ; quamvis « illum milites qui ex iis qui cum ipso fuerant : apud Antiochum detulerunt, quod Deum.. confiteretur et celebraret, in cruce suffixus fuerat. » Verum quo pacto tantus cohæret numerus cum Eusebio, qui *Ecclesiasticæ Historiæ* a Valesio editæ lib. VIII, cap. 4, pag. 296, hæc refert : Postquam.. dux Romani exercitus nescio quis (intellige Maximianum Galerium) Christianos milites persequi agressus, eos, qui in exercitu merebant, lustrare cœpisset

ac recensere, et Christianis liberam eligendi potestatem fecisset, ut vel imperatorum jussis obtemperantes honoris sui gradum retinerent, vel si parere nollent, honore militiæ nudarentur; complures regni Jesu Christi milites, nominis illius confessionem sæculari gloriæ ac felicitati, qua fruebantur absque ulla cunctatione prætulerunt. Ex quibus pauci admodum (in Græco est εἷς που καὶ δεύτερος, id est, unus et alter) non modo dignitatem, verum etiam vitam amittere pro defensione pietatis sustinuerunt : cum is qui religioni nostræ struebat insidias, parce adhuc et raro sanguinem quorumdam fundere auderet. Verum ubi apertius se ad bellum accinxit, dici non potest, quot et quantos Christi martyres in omnibus locis atque urbibus passim cernere licuerit, » post famosum videlicet edictum contra ecclesias propositum Nicomediæ, de quo cap. 5 meminit idem Eusebius.

10. Si itaque pugilum nostrorum martyrium differre liceret atque ad illam crudelissimam persecutionem, qua in omne genus hominum atyrannis sævitum est, textus Eusebii non crearet difficultatem ; sed cum eo usque non videatur differendum, saltem secundum Acta, prout videlicet ea nunc exstant ; non videamus, quo pacto satis commode ad verba Eusebii responderi queat. Diximus, saltem secundum Acta etc., quæ S. Andreæ ac sociorum militum cædem narrant accidisse post bellum Persicum ; circumstantia vero illa fortasse adjecta fuit a non satis cauto exornatore Actorum, quæ aliunde non sunt magnæ admodum auctoritatis Quidquid sit, nos ingentem illum sociorum martyrum numerum, in Græcis pariter ac Latinis Fastis consignatum, relinquimus in antiqua sua possessione, ita tamen ut, Martyrologium Romanum secuti, eum in titulo ante hunc Commentarium nostrum non determina verimus. Nunc a numero martyrum pergamus ad tempus martyrii.

§ II.

Tempus martyrii expensum.

« Cursum, inquiunt Acta, martyrii sui beatissimus Andreas cum tota sua forti et a Deo electa Phalange perfecit decimo nono die mensis Augusti, die Dominico. » Littera G, quæ hic est littera diei 19 Augusti, non invenitur tanquam littera Dominicalis signata ad nostrum propositum, nisi anno 294 et 305 ; unde consequens est, ut secundum Acta innecti debeat martyrium illud anno alterutri. Si autem anno 305 id affigas, satagendum est, ut dictus annus componatur cum modo, quo Maximianus martyres tractari jussisse fertur in Actis, et cum reliqua eorumdem Actorum serie, rebus ibidem ita expositis, ut dictu difficile videatur, eas accidisse tempore persecutionis generalis Diocletianeæ. Adde quod memorent accidisse palmam martyrii quando erat bellum illud contra Persas, quo a S. Andrea ejusque sociis insignis victoria relata de ipsis fuit ; unde fit, ut tempus martyrii pendeat a tempore istius belli secundum Acta. Baronius ad annum Christi 301, num. 1, Diocletianum imperatorem cum suo collega Maximiano tunc triumphasse de Persis affirmat ; et ibidem num. 2. « Porro, ait, enituit in bello Persico eximia virtus Andreæ tribuni militum, » etc.

11. Sed Pagius ad dictum annum, num. 2, illum triumphum celebratum affirmat « anno 303 » quo Lactantius lib. *De mortibus persecutorum*, cap. 17, Diocletianum Romæ Vicennalia celebrasse tradit. Nam cum triumphus ille Romæ exhibitus fuerit, ut Eusebius in Chronico, Eutropius et Cassiodorus testantur, et ante annum 303 post victoriam Persicam Diocletianus Romæ non fuerit, liquet eo anno triumphum hunc actum esse. Præterea triumphos cum Vicennalibus et id genus festis de more exhibitos fuisse, sæpeque dilatos non semel insinuavi. Quare licet pax inter Romanos et Persas jam ab anno 297 sancita fuisset, tamen triumphus de Persis anno tantum 303 actus. Et, nonnullis interjectis, ad anni 301 numerum 2, quos e Baronio citabam, et seqq. observat ista : « Diocletianus, nullum hoc anno de persecutione Christianorum promulgavit edictum, sed tantum in milites sævitum, Quare martyres, de quibus Baronius, ante annum 303 passi non sunt. » Alii martyres isti huc non spectant, sed L. Andreas cum suis militibus, quorum martyrium ex jam dictis apud Baronium, ac criticum ejus, consummatum sit anno 301.

12. Sed quo minus eorum adstipulemur sententiæ, obstat 1° : Pax inter Romanos et Persas jam ab anno 297 sancita fuerat, uti modo fatebatur Pagius, Persis videlicet a Galerio Cæsare tunc victis, ex eodem auctore ad istum annum num. 6 et 7. Cur ergo sanctorum nostrorum militum martyrium differri debeat ad annum Christi 301 ? Cur Pagius secundum sua principia illud non ponit citius, cum anno 298 militum persecutionem affigat, dicens ad eumdem annum num. 2 : « Persecutio adversus milites hoc anno inchoata, ut recte Prosper in Chronico. Sicut igitur persecutio generalis in ipsis utriusque Augusti (sermo est de Diocletiano et Maximiano Herculio) Vicennalibus cœpit; sic et jeus quædam velitatio in utriusque Quindecennalibus. » 2° : Cum dicant Acta, num. 2 : « Tempore illo accidit, ut Persicarum copiarum pars quædam fines transiliret, et bellum adversus Antiochum suscitaret ; » cumque bellum illud S. Andreæ ab Antiocho demandatum fuerit, non utique ex dictis post annum 297, quo « pax inter Romanos et Persas sancita; » quidnam cogit illius ac sociorum martyrium procrastinare usque ad annum Christi 301 ? 3° : Cum denique hic annus componi non possit cum ratione temporis, quo martyrium accidisse memorant Acta, nimirum « decimo nono die mensis Augusti, die Dominico, » sicut supra observatum est ; melius quidem nobis videretur, Acta in hoc defendere, et erroris non condemnare, si

probabili aliquo argumento eo non compelleremur. Est autem illud.

13. Theodericus Ruinartius inter Acta sincera et selecta a se vulgata, pag. 309 et seqq. editionis primæ, exhibet Acta S. Maximiliani martyris, in quibus præter alia, anno Christi 295 quarto Idus Martii eum impellentia ut militiæ nomen daret, dicuntur ista : « Maximilianus respondit : Militia mea ad Dominum meum est. Non possum sæculo militare. Jam dixi, Christianus sum. Dixit Dion proconsul : In sacro comitatu dominorum nostrorum Diocletiani et Maximiani, Constantii et Maximi, milites Christiani sunt et militant. » Quomodo igitur, si anno 295 milites Christiani fuerint inter turmas Maximiani et in aula ejus, quomodo, inquam in milites nostros Christianos anno Christi 294 sub Maximiano sævitum est? Accedit eo, quod non satis verosimile videatur, tyrannidem persequendi Christianos a solo Maximiano esse executioni mandatam, nisi post victoriam, quæ anno 297 de Persis relata fuerit, quæque animum ejus inflarit, cristasque ejus erexerit ad audendum quidlibet. Et vero contextus Actorum S. Andreæ non obscure insinuat, Maximianum tunc temporis rem gessisse in Oriente : et extra tempus belli Persici videtur semper egisse suas partes Illyricum versus, cum apud Lactantium lib. *De mortibus persecutorum*, cap 18 dicat : « Jam fluxisse annos quindecim in Illyrico vel ad ripam Danubii, quibus relegatus cum gentibus barbaris luctaret, cum alii intra laxiores et quietores terras delicate imperarent. »

14. Atque hæ sunt difficultates, quæ in figendo tempore martyrii sese offerunt. Quandoquidem vero non est mihi promptum solvere hunc nodum saltem inhærendo Actis, satius esse duxi eumdem scindere, et nostrorum Pugilum martyrium ponere cum Actis sub Maximiano, sub quo etiam illud signat Martyrologium Romanum, non determinato ejusdem martyrii anno. Dixi « saltem inhærendo Actis ; » nam si eorumdem scriptor habuerit ante se documenta melioris notæ, illaque ita transformarit ornatu ac interpolatione, ut incommoda superius expensa ad istam causam sint referenda; tunc non video cur tempus martyrii innecti non possit persecutioni Diocletianeæ ; cur non item diei Dominico, atque adeo anno æræ vulgaris 305, post imperatoria videlicet illa edicta (vide Acta num. 8) quæ inde anno ab 303 adversus Christianos prodiere ; cur denique cum Actis dici nequeat illud accidisse imperatore Maximiano, nempe veri ac proprii nominis imperatore intelligendo, qui ante dictum annum 305 Cæsar duntaxat fuerat, quamquam cum adjecto jam tum ab anno 292 etiam titulo imperatoris, uti legitur apud auctorem neotericum Gallum *Historiæ imperatorum*, tom. IV in Diocletiano, art. 9, pag. 21. Quia vero plane supervacaneum judico, alterutrum e duobus, quæ apud me sunt, Græcis exemplaribus supra indicatis in Latinum convertere, exhibeo.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΝΔΡΕΟΥ

ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΛΑΤΟΥ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩ.

—

MARTYRIUM S. ANDREÆ TRIBUNI

ET SOCIORUM.

(Græce nunc primum editur ex cod. ms. Paris., n. 548, sæc. XII.)

—

1. Imperatore Maximanio homine valde impio, persecutio quædam magna contra Christianos commota est præcipue autem in regionibus Syriæ. Erat tempore illo Antiochus quidam, superstitioni plurimum deditus, militares ordines sub imperio suo regens : qui propter idolorum insaniam, contra pios homines furorem acrem spirabat, Sub eo viro, quem Antiochum nominatum diximus, multi

Α'. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς τοῦ ἀσεβεστάτου Μαξιμιανοῦ βασιλείας, διωγμὸς κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐγένετο μέγας, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς μέρεσι τῶς Συρίας. Εἶχεν δὲ τότε τῆς ἐκεῖσε στρατηγικῆς τάξεως τὴν ἀρχὴν Ἀντίοχος δεισιδαίμων τις, καὶ σφοδρὸν τῶν ὑπὲρ τῆς εἰδωλομανίας κατὰ τῶν εὐσεβούντων πνέων θυμόν. Ὑπὸ τοῦτον οὖν τὸν Ἀντίοχον πολλοὶ στρατηλάται τῆς αὐτῆς συμμετέχοντες πλάνης ἐτάττοντο. Ἀνὰ

μέσον δὲ αὐτῶν ὥσπερ εἰς ἀκάνθας ῥόδον καὶ μεταξὺ δυσωδίας θυμίαμα ὁ πιστὸς τοῦ Θεοῦ δοῦλος καὶ μάρτυς Ἀνδρέας λανθάνων ἐφαίνετο. Διὰ γὰρ τὴν τοῦ προσόντος αὐτῷ ζήλου θερμότητα τῆς παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συνεργίας καταξιούμενος, τῶν ὑπεναντίων ἐν τοῖς πολέμοις ἐκράτει καὶ πολλοῖς διέπρεπε τοῖς ἀνδραγαθήμασιν.

A tribuni militares ejusdem erroris participes numerabantur. Inter quos velut rosa florebat inter spinas et inter graveolentes odores fragrans aliquis vapor, fidelissimus Dei servus et martyr Andreas: qui latuerat quidem antea, sed postea manifeste apparuit. Hic propter ardentem zelum atque pietatem, magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi opem assecutus, adversantium bellorum hostes superabat, et multis egregiis ac strenuis facinoribus excellebat.

Β'. Κατ' ἐκεῖνον τον καιρὸν συμβέβηκεν μοῖράν τινα Περσικῆς δυνάμεως παρεκδραμεῖν τὰ μεθόρια, καὶ πόλεμον πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἄρασθαι. Ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ αἰφνίδιον τῆς ἐφόδου καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐπελθόντων οὐ μετρίως τοῦτον ἐτάραξεν, εἰς μνήμην ἐλθῶν τῶν Ἀνδρέου στρατηγημάτων, μετάπεμπτον ἦγεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἠθάδα, παρακαλῶν εὐτολμίαν, καὶ τοιούτοις πρὸς αὐτὸν χρώμενος λόγοις ἔλεγεν· Τὰ τῆς ἀνδρείας σου, φησὶν, ἔργα, καὶ ὅσα κατὰ τῶν πολεμίων ἠρίστευσας, καὶ ἐμοὶ δῆλα καὶ αὐτῷ καθεστήκασι τῷ τὰ σκῆπτρα διέποντι, ἀνθ' ὧν καὶ τῆς ἀξίας ἔλαχες ταύτης. Τοιγάρτοι καὶ τὸν μέγαν ὄντα καὶ σχέδιον τῇ σῇ προθυμίᾳ καταπιστεύω πόλεμον, ἵνα σοι κἀὶ μᾶλλον διὰ τῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀγώνων ἡ εὔκλεια περιγένηται. Τούτων ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀριστεὺς τῶν λόγων ἀκηκοώς, καὶ οὐ πλήθει καὶ ὅπλοις καὶ ἅρμασιν, μόνῳ δὲ τῷ παντοδυνάστῃ Θεῷ πεποιθώς, τὸν μέγαν ἐκεῖνον ἐζήλωσε Γεδεών, καί τινας τῶν ἑπομένων ὀλίγους καὶ εὐαριθμήτους εἰς τὴν τηλικαύτην παράταξιν παραλαβών, οὓς προδήλως ἡ ἄνωθεν χάρις αὐτῷ κατεσήμανεν, τὴν πρὸς τοὺς ἀντιτεταγμένους παράταξιν ἐποιήσατο.

B C

II. Tempore illo accidit, ut Persicarum copiarum pars quædam fines transiliret, et bellum adversus Antiochum suscitaret. Quoniam igitur repentina hostium incursio, et eorum multitudo non mediocriter ipsum perturbavit, Andreæ tunc tribuni militarem (1) peritiam et strenuitatem recordatus, illum ad consuetos ordines accersiri jussit, hortanseum, ut forti animo esset, utens autem his sermonibus : Tuæ, inquit, fortitudinis facinora quæque adversus hostes, et mihi et ei, qui sceptra imperii tenet, maxime nota sunt, et admodum manifesta : quapropter et dignitatis istius gradum sortitus es. Itaque magnum hoc et repentinum bellum fortitudini (2) tuæ committo, ut per præsentis certaminis occasionem ad gloriam tuam superiorem major cumulus accedat. Hos cum audisset sermones optimus Christi miles Andreas, non copiis, non armis aut curribus, sed solo præpotente Deo fretus, magnum illum Gedeonem æmulatus est, et paucos quosdam milites ad ejusmodi aciem assumpsit. Eos enim solos, quos manifeste cœlestis gratia ei designavit, secum habens, oppositis hostibus prælium intulit (3).

Γ'. Ἤδη δὲ τῆς συμπλοκῆς ἄρχεσθαι μέλλων, τῆς τῶν ἐναντίων πληθύος τὴν ὑπερβολὴν θεογνωσίας ὑπόθεσιν τοῖς ἰδίοις παρείχετο· οὔπω γὰρ ἦσαν τῆς εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν πίστεως κατηξιωμένοι· ταῦτα δὲ ἐξιών πρὸς αὐτούς· Καιρὸς ὑμῖν οὗτος, φησὶν, τῆς τοῦ ἐπουρανίου Θεοῦ ἐπιγνώσεως· αὐτίκα γὰρ γνώσεσθε ὡς οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν ὄντως δαιμόνιά εἰσιν. Θεὸς γάρ ἐστιν ἀληθινὸς ὁ ἐμὸς, ὃς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐποίησεν. Αὐτὸς τοιγαροῦν παντοδύναμος ὢν βοηθεῖ τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν, ἀναδείκνυσί τε αὐτοὺς ἰσχυροὺς ἐν πολέμῳ, καὶ παρεμβολὰς κλίνουσιν ἀλλοτρίων. Ἰδοὺ τοίνυν ὁρᾶτε ὡς ἐξ ἐναντίας ἡμῶν οἱ πολέμιοι ἐν πολλῷ ἕστηκαν ἀριθμῷ καὶ κεκραταίωνται τέως ὑπὲρ ἡμᾶς· ἀλλὰ δεῦτε τὴν πλάνην ἀφέντες, τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἐπικαλέσασθε σὺν ἐμοὶ, καὶ ὄψεσθε τούτους ἐκλελοιπότας ὥστε καπνὸν καὶ ὡς κονιορτὸν ἀπὸ ἄλωνος ἔμπροσθεν ὑμῶν ἀπελαμένους. Ταῦτα ὁ μὲν εἶπεν· οἱ δὲ τοῖς

D

III. Jam vero cum esset congressurus cum hostibus, eorum ingentem multitudinem divinæ cognitionis argumentum suis militibus proposuit : nondum enim Christi Dei nostri fide donati fuerant. Hæc igitur illis, enarrabat : Præsens opportunitas, cœlestis et divinæ cognitionis conciliatrix, vobis erit : statim enim cognoscetis, quod dii gentium vere dæmonia sunt, quodque verus Deus ille est, quem ego colo, qui cœlum et terram effecit. Ipse igitur cum omnia possit, opem affert iis qui eum invocant, eosque fortes in bello efficit, et hostium cohortes facit terga vertere. En igitur, ut videtis, hostes ipsi e regione nobis sunt oppositi, copiis innumerabiles et nobis validiores; sed, agite, errorem idolorum omittentes, mecum una Deum, qui vere Deus est, invocate, ac statim videbitis hostes ipsos, velut fumum quemdam aut pulverem, coram vobis deficientes. Hæc

(1) Tribunus militaris præerat militum legioni seu parti exercitus. Apud Græcos vocatur στρατηλάτης, quod ducem exercitus etiam interpretari possis, etsi subesset Antiocho totius exercitus duci : nam dicebatur et ille etiam dux exercitus qui vel uni tantum ab imperatore legioni præfectus erat, ut Ulpianus declarat apud Baronium ad annum Christi 301, num 2. De tribunis autem varia observat Vossius in Etymologico linguæ Latinæ ad vocem *tribus*.

(2) De bello ac pace cum Persis agit Commentarius prævius, § 2.

(3) Mirum, quod jam amplexus Christi fidem, nondum tamen baptizatus, mortis se periculo exposuerit (vide Commentarium § 1), nisi recurras ad miraculum, quo victoriam præsciverit, quodque hic videtur insinuari.

ille dicebat. Cui, milites credentes, et cum multa fiducia irruentes oppositas phalanges in fugam converterunt, et illustrem de hostibus ipsis victoriam deportarunt. Milites autem illos ejus prælii victores, reique admirabilis supra omnium opinionem testes, sanctus vir Dei Andreas, ut electos Christi viros, perfecte, quantum in illo erat confirmavit, et ad Dei cognitionem adduxit.

IV. Ea re putatisne parum adversarium diabolum conturbatum, qui victoriam illam contra se tropæum quoddam erectum cogitavit, neque aliquid aliud eam rem fuisse, nisi propriæ potestatis casum, existimavit? Cæterum maximus Dei athleta, ad stadium progredi paratus, quasi pignora quædam cœlestia, præstantia dona ab ipso Deo percipiebat, cum et ejiciendorum dæmonum miraculis abundaret. Multos igitur in singulos dies impuris spiritibus perturbatos liberabat, sicque lethale vulnus diabolo infligebat, et invidum et superbum hostem maxime subjiciebat. Cum vero quæ ad bellum pertinebant, viro sancto ex sententia processissent, et adversus Persas tropæum statuisset, venit cum suis militibus in urbem Antiochiam. Statim autem illum milites quidam ex iis qui cum ipso fuerant, invidia et livore incitati, cum bonum illud non voluntarie (4) delegissent, apud Antiochum detulerunt, quod Deum dux confiteretur et celebraret, qui in cruce suffixus fuerat. Ea res maximam iram Antiocho attulit, et misit quosdam ex ordine militari, qui ab eo discerent quod verum erat, et planum facerent. Cumque per eos qui missi fuerant, rem ita se habere certo audivisset, apud eum per internuntios partim admonitionibus usus est: commemoransque suum in Christianos odium et acerbitatem, per ipsos internuntios ei dicebat: Cum noveris, quemadmodum et qualibus tormentis sustulerim Eutychium Polyeucti filium (5), et multos eorum qui una cum illo Christi fidem secuti sunt, ac quemadmodum neminem ipsorum misericordia prosecutus fuerim, tu quo nunc consilio, aut qua spe hominis in cruce suffixi mentionem proponis?

V. Ad hæc Andræas respondit: Maxime istis verbis, quæ dicit, constantiam meam Antiochus corroborat. Nam si omnes, quos nominatim protulit, gravibus tormentis ab illo subjecti, victores ipsius exstiterunt, et Christo Deo coronati athletæ astiterunt, quare non et ego studere debeo amicus, vel potius Domini mei Jesu christi servus, omni tempore permanere, ut eadem, quæ illi, consequar præmia? Has voces per eos qui celeriter, quæ dicebantur, excipiebant, et litteris mandabant, a sancto viro prolatas accepit Antiochus ille arrogans, et a Dei pietate abhorrens, eumque vinctum ad se duci jussit, et omnibus audientibus interrogari, et aperte fateri, num imperatoris edicto, an suo

λεχθεῖσιν πιστεύσαντες, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ θάρσους ὁρμήσαντες· τὰς ἀντιμετώπους ἐτρέψαντο φάλαγγας, καὶ μεγάλην κατ' αὐτῶν ἤραντο νίκην. Ταύτης δὲ μάρτυρας τῆς παρατάξεως καὶ τῆς παραδοξοποιΐας ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ τοὺς ἐκλεκτοὺς ἑαυτοῦ ποιησάμενος, καὶ τελείως ἐντεῦθεν αὐτοὺς βεβαιώσας, τῇ τοῦ Κυρίου προσήγαγεν ἐπιγνώσει.

Δ'. Καὶ πῶς οἴεσθε τοῦτο τὸν ἀντικείμενον διάβολον συνετάραξεν, καθ' ἑαυτοῦ τὸ τρόπαιον λογισάμενον, καὶ οὐδὲν ὅτι μὴ πτῶσιν ἰδίαν τὸ γεγονὸς ἡγησάμενον; Ἀλλ' ὁ τοῦ Θεοῦ μέγιστο; ἀθλητὴς ἐπὶ τὸ στάδιον κατὰ μέρος χωρῶν, ὥσπερ τινὰς ἀρραβῶνας ἐπουρανίους τὰ κρείττονα τῶν χαρισμάτων ἐλάμβανεν ἄνωθεν, καὶ τῇ κατὰ δαιμόνων ἐπλούτει θαυματουργίᾳ. Πολλοὺς γοῦν ἡμέρας ἑκάστης ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐνοχλουμένους ἐλευθερῶν, καιρίαν πληγὴν ἐτίτρωσκε τὸν διάβολον, καὶ μειζόνως κατεδουλοῦτο τὸν βάσκανόν τε καὶ ὑψηλόφρονα. Ἐπειδὴ δὲ τὰ τοῦ πολέμου κατὰ νοῦν τῷ ἁγίῳ προὐχώρησε, καὶ κατὰ Μήδων στησάμενος τρόπαιον γέγονεν σὺν τοῖς ἀμφὶ αὐτὸν πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἀξίας κομούμενος ὡς ἐχρῆν ἀμοιβάς. Εὐθέως τοῦτον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ στρατιώτας τινὲς φθόνου μὲν καὶ ζηλοτυπίας ἔργον ἐπιτηδεύοντες, ἀγαθὸν δι' ὅμως ἀκούσιον ἐργαζόμενοι, διέβαλλον ὡς Θεὸν τὸν ἐσταυρωμένον ὁμολογοῦντάς τε καὶ δοξάζοντας. Τοῦ δὲ δι' ὀργῆς τὸ πρᾶγμα ποιησαμένου καὶ στείλαντος πρὸς αὐτὸν τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου τινὰς τὸ ἀκριβὲς μαθησομένους τὰ καὶ διασαφήσοντας, καὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν διὰ τῶν ἀπεσταλμένων ἠκριβωκότος, καὶ πῇ μὲν κολακίαις, πῇ δὲ καὶ ἀπειλαῖς, ἔτι δὲ καὶ ἀναμνήσεσι χρησαμένου τῆς ἑαυτοῦ πρὸς Χριστιανοὺς δυσμενείας τε καὶ πικρότητος, ἐπιλέξεώς τε δεδηλωκότος· ὁτὶ Οἶδας ὅπως καὶ οἵαις ἀνεῖλον βασάνοις Εὐτύχιόν τε τὸν υἱὸν Πολυεύκτου, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν ἐκείνῳ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ὡμολογηκότας, καὶ οὐκ ἠλέησα αὐτούς, φησὶ, καὶ νῦν σοι τίνι σκοπῷ καὶ ποίᾳ ἐλπίδι τὸν ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου λόγον προβάλλῃ;

Ε'. Πρὸς ταῦτα ἀποκρινόμενος ἔφη· Πάνυ μὲν οὖν διὰ τούτων ὧν εἴρηκας ἰσχυροποιεῖς μου τὴν ἔνστασιν· εἰ γὰρ οὗτοι πάντες, οὓς ἐξωνόμασας, ὑπὸ τοῦ σοῦ μεγίθους δειναῖς αἰκίαις ὑποβληθέντες νικηταί σου γεγόνασιν καὶ στεφανηφόροι Χριστῷ τῷ Θεῷ παρεστήκασιν ἀθληταί, πῶς οὐ μὴ σπουδάσω κἀγὼ, φίλος, δοῦλος δὲ μᾶλλον τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ διαμεῖναι μέχρι παντὸς, ἵνα τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἀπολαύσω βραβείων; Ταύτας οὖν τὰς φωνὰς διὰ τῶν εἰς τάχας γραψάντων εἰς τὰς αὐτοῦ τρν ἅγιον ἀκοὰς ἀποθέμενον, προσέταξεν ἐκεῖνος ὁ ἀλαζὼν τε καὶ ἄθεος δέσμιον εἰσαχθέντα παρ αὐτῷ κατενώπιον πάντων ἐρωτηθῆναι καὶ σαφῶς ἐξειπεῖν, πότερον τοῖς βασιλέως θεσπίσμασιν, ἢ τῷ Θεῷ αὐτοῦ βού-

(4) Ecquis igitur illos ad hoc coegit?

(5) S. Polyeucti, celeberrimi martyris Melitenæ in Armenia passi. Acta jam pridem sunt illustrata apud nos die 13 Februarii in quibus ibidem pag. 654 meminit idem Sanctus uxoris ac filiorum; quorum forte unus fuerit Eutychius ille, de quo hic fit mentio. Synonymus in crucem actus notatur in Menæis magnis excusis die 2 Septembris.

λοιτο πειθαρχεῖν. Τοῦ δὲ εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων τε καὶ ἀγγέλων καὶ πάσης τῆς κτίσεως τρανῶς τε καὶ εὐθαρσῶς ὁμολογήσαντος τὸν Χριστόν· κόλασιν ἐπενόησε κατ' αὐτοῦ πονηρὰν ὁ σοβαρώτατος ἡγεμών, κατειρωνευόμενος δῆθεν αὐτοῦ καὶ λέγων· Ἐπειδὴ πολλὰ φαίνεται λαβὼν Ἀνδρέας ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ νίκας οὐκ ὀλίγας ἀναδησάμενος, ἀνέσεως αὐτὸν καὶ ἀναπαύσεως ἐφευρεῖν ἐμηχανησάμεθα καὶ τρόπον.

ς'. Καὶ δὴ προσέταξε κλίνην κατασκευασθῆναι χαλκῆν, καὶ ταύτης γενναίως ἐκπυρωθείσης, ὑπερθεν ἀποτεθῆναι τὸν ἅγιον ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ λίαν εὐθύμως ἐπεισπηδήσας τῇ κλίνῃ ὥσπερ ἐπί τινος στρωμνῆς ἁπαλῆς ἑαυτὸν διανέπαυσε, καὶ παραυτὰ μὲν σφόδρα ἤσθετο τῆς κολάσεως, πικτὸς αὐτῷ περιφλεγομένου καὶ περιβραττομένου τοῦ σώματος. Ὑστερον δὲ ῥαστώνης ἐτύγχανε καὶ ἀναψυχῆς τῇ ἄγαν θερμότητι τῆς αὐτοῦ πίστεως τοῦ πυρὸς ὑπενδεδωκότος. Ἀγαγὼν δὲ ὁ παράνομος δικαστὴς καί τινας τῶν σὺν αὐτῷ κατὰ τὸν πόλεμον ἀριστευσάντων στρατιωτῶν, τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ ξύλου τετραγώνων προσηλωθῆναι τελείως διέταξε μειδιῶν, καὶ πυνθανόμενος εἰ πρὸς ἡδονὴν ἔχουσι τοῦτο, ὡς αὐτίκα μάλα προθύμως ἐκείνους συνθέσθαι, καί· Εἴθε γάρ, εἴθε, φησὶν, Χριστοῦ γενοίμεθα μιμηταὶ τοῦ δι' ἡμᾶς ἐπὶ τῷ τοῦ σταυροῦ ξύλῳ προσηλωθέντος. Ἀλλ' ἐντεῦθεν πάλιν ἐπὶ τὸν θεοφορον ὁ τύραννος ταῖς ἐπερωτήσεσιν ἐπαναδραμὼν ἐπειρᾶτο διαπυνθάνεσθαι, εἰ τοιαύτης πείρας προσενεχθείσης αὐτῷ μεταμελεῖται τῶν δεδογμένων, καὶ τῆς Χριστιανῶν μετατίθεται πίστεως. Τοῦ δὲ εἰρηκότος τὸν τῶν εἰς τέλος ὑπομενόντων ἀναμένειν τε καὶ ἀπεκδέχεσθαι στέφανον, καὶ μηδέποτε τῶν καλῶς αὐτῷ κεκριμμένων ἐκστήσεσθαι, προσέταξεν τοῦτον φρουρᾷ κατασφαλισθῆναι, τὸ μὲν δοκεῖν ὅπως καιρὸν ὁ μάρτυς διασκέψεως πρὸς τὸ δῆθεν μεταβουλεύσασθαι λάβοι, αὐτῷ δὲ τῷ πράγματι καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἵνα τῆς τοῦ κρατοῦντος συνεὶς ὁ Ἀντίοχος γένηται γνώμης.

Doe, parere vellet. Ille autem præsentibus hominibus, angelis, et tota spectabili et creata natura, distincte, aperte et confidenter Christum confessus est. Itaque superbissimus præses acerbissimum supplicium adversus illum excogitabat, et ironia quadam utens : Quoniam, inquit, multum laboris Andreas in bellis perpessus est et victoriis non paucis coronatus fuit, remissionis et requiei viam ac rationem ipsi excogitavimus.

VI. Jussit igitur æreum lectum componi : qui cum valde accensus fuisset, sanctum virum Andream supra illum poni jussit. At ille præsenti et alacri animo in lectum illum, tanquam in molle aliquod stratum insilivit, et in illo decubuit, statimque vehementem cruciatum sensit, cum totum ejus corpus combureretur, et undique ignis ardore fervesceret. Mox vero propter eximium fidei suæ fervorem, requiem et recreationem habuit, cum ignis ipse relaxatus esset. Duxit etiam nefarius ille judex quosdam ex eorum militum numero, qui una cum ipso strenue in bello se gesserant, et vere in Deum crediderant, ipsorumque manus in lignis, quadratam figuram habentibus, suffigi jussit, ridensque ab eis quæsivit, num ea res esset illis voluptati. Repente illi animo valde prompto sibi eam rem jucundissimam esse affirmarunt, hæc addentes : Utinam Christi simus imitatores, qui propter nos in ligno crucis suffixus fuit ! Deinceps ad divinum Andream tyrannus interrogationes suas convertens periculum faciebat, num talem cruciatum expertus, sententiam mutasset, et a Christianorum fide animum avertisset. Sed cum is respondisset, se coronam illam quam, qui ad finem usque patientiam retinent, adipiscuntur, a Deo exspectare, neque unquam ab iis quæ recte et firmiter statuta sunt, se decessurum, jussit tyrannus Andream e lecto illo eductum, in carcere diligenter custodiri, verbo quidem, quod martyri tempus dare vellet, ut rem suam melius consideraret, et sententiam mutare posset : re autem vera hoc faciebat, ut ipse interea scire posset, quænam esset super Andrea, cæterisque militibus Christianis, imperatoris sententia.

ζ'. Αὐτίκα γοῦν μήνυσις παρ' αὐτοῦ πρὸς Μαξιμιανὸν ἀποστέλλεται ὃς ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὸν θεοφόρον Ἀνδρέαν καὶ τοὺς ἀμφὶ αὐτὸν διὰ τῶν εἰρημένων ἔγνω γραμμάτων, κρίνει οὐ μικρὸν οἴσειν αὐτῷ γογγυσμόν τε καὶ τάραχον, εἰ τοιοῦτον περιφανῆ στρατηγὸν καὶ τοσούτους μετ' αὐτοῦ καὶ οὕπως ἀρίστους ὁπλίτας τῇ διὰ ξίφους ἐκδῷ τιμωρίᾳ, ἀντιγράφει πρὸς Ἀντίοχον ὥστε αὐτὸν μετά τινος ἐπιτεχνήσεώς τε καὶ πανουργίας τὸ πραχτέον κατὰ τὸ λεληθὸς ἐξανῦσαι, καὶ μὴ δοῦναι διὰ τούτου καιρὸν νεωτερισμοῦ τε καὶ ἀταξίας τῷ ὅλῳ στρατεύματι. Ταῦτα δὲ διεξῆλθεν εἰδὼς ὡς εἴ τις ἑνίους ἐκ τοῦ πλήθους παραλυπήσειεν μὴ προφανὲς ἄδικον εἰργασμένους, κἂν ἄδοξοί τινες εἶεν, κἂν ἀναρίθμητοι, ἐπ' αὐτοὺς ἡ ῥοπὴ γίνεται τῶν πλειόνων, ἐνταῦθα μέντοι καὶ ἡ τοῦ προσώπου ἀξίωσις πλείστη ὑπῆρχεν καὶ μαρτυρούμενοι κάματοι καὶ τῶν αὐτῷ συνόντων τὸ πλῆθος οὐ μέτριον. Διὸ δὴ καὶ ἐπήγαγεν ὁ

VII. Statim igitur ad Maximianum litteras misit, et rem illam significavit. Maximianus cum de Andrea et iis qui cum illo erant, certior factus est per eas litteras, quas supra diximus, existimans non parum perturbationis et tumultus ad eum perventurum, si tam insignem et clarum ducem exercitus, totque et tantos viros, qui cum ipso erant, milites optimos gladio percuti juberet, rescripsit ad Antiochum, ut artificio aliquo aut versutia viro latenter ad id quod vellet, perficiendum alliceret, neque rerum novandarum, aut seditionis occasionem toti exercitui præberet. Hæc scripsit imperator, illud considerans, quod si, cum aliquibus obscuris hominibus, quorum crimina sint incerta, pœnam judex inferre vult, ad illorum causam defendendam plerique propensi sunt, eo magis in hoc viro id fieret, qui et dignitatis gradum tenebat, et non vulgares labores, multorum virorum testimo-

MARTYRIUM
SANCTORUM PAULI ET JULIANÆ.

QUI APUD URBEM PTOLEMAIDEM PASSI SUNT.

(Latine apud Surium ad diem 17 Augusti. — Græce non exstat in mss. Paris)

I. Aurelianus imperator per totum orbem terrarum contra Christianos edictum proposuit, ut omnes idolis sacrificarent : qui vero id facere noluissent, vita pessime privarentur. Ille igitur cum in Isauriam venisset, in urbem Ptolemaidem se contulit, ut omnes Christianos cogeret idolis sacra facere. Cum vero beatissimus Paulus una cum sorore sua Juliana imperatorem in urbem ingredientem vidisset, Christi signo frontem notavit, et ad sororem conversus, Esto, inquit, bono animo, soror mea, neque timeas ; dico enim tibi magnam quamdam tentationem Christianis imminere.

II. Vidit Aurelianus, cum Paulus Christi signo frontem notavit, et misit qui illum corriperent. Quem cum in media turba stare jussisset, Miserrime, inquit, homo, quidnam tibi proposuisti, ut me urbem ingrediente frontem signare auderes ? An ignoras edictum contra Christianos propositum ? Respondit Paulus : Audivi equidem edictum tuum, sed nemo unquam poterit tantum timorem nobis injicere, ut Christum verum Deum abnegemus tuam ; enim tormenta brevia sunt, neque eos lædere possunt, qui Deum metuunt. At Dei tormenta, sempiterna illa sunt. Eodem modo voluptas et gloria, quam Deus Christianorum generi largitur æterna est. Quis igitur tam amens est ut viventem Deum derelinquat, et surda atque muta ista vestra idola colere velit, cum ipse auctor nostræ salutis Christus Jesus dixerit [1] : *Quicunque negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patrem eo, qui in cœlis est* ?

III. Cernis, inquit, Aurelianus, quandiu te nugantem passus sum ac sustinui ? Accede jam, et diis sacrifica, ne pessimo mortis genere consumaris. At Paulus : Ego nullum alium Deum cognovi, nisi Dominum. Jesum Christum, quem colui semper inde usque a patribus meis puro corde atque animo. Tum Aurelianus dixit : Suspendite hominem istum, et acriter torquete, donec venerit Dominus ipsius, et eum liberet. Suspenderunt igitur illum carnifices, et cruciatibus affligere cœperunt. Cumque affligeretur, voce magna Deum invocans, dicebat : Domine, Jesu Christe, vera Dei veri et Patris progenies, cujus ortum nemo comprehendere potest, non Angeli, non Archangeli, non Throni, non Dominationes, non Principatus, non Potestates, non Virtutes, non Cherubini, aut Seraphini, nisi Pater solus ; tu, inquam, afferas opem mihi humili et abjecto servo tuo et ex manu Abusureliani me liberes. Deus autem protinus ita cruciatus illos leves effecit, ut beatus Paulus nil sentiret.

IV. Sancta vero Christi sponsa Juliana, cum fratrem suum ita cruciari vidisset, cucurrit ad tribunal, et voce magna clamans : Aureliane, inquit, tyranne, cur ita crudeliter fratrem meum innocentem crucias ? Tum Aurelianus : Detegite mox istius mulieris caput, et ejus genas vehementer percutite, ne sic temere loquatur ; istum vero nefarium hominem constanter cruciate, eo quod Christi, quem dicit, patrocinium et adjumentum se habere ait. Risit Juliana, et : Miror, inquit, quomodo imperator cum sis, deliras, neque potentiam Christi cognoscis, quemadmodum scilicet tormenta his hominibus, qui eum invocant, levioria efficit. Aurelianus ad suos conversus, dixit : Muliercula ista ex mea clementia majorem in modum elata est ; itaque illam torve intuens : Accede, inquit, et diis immola, non enim manus meas te evasuram confidere debes. Ad hæc Juliana : Ego neque tua tormenta extimesco, neque minas tuas ad me pertinere arbitror ; est enim Deus in cœlis, qui poterit eripere nos de iniquis manibus tuis. Quæcunque igitur habes torquendi instrumenta, mihi admoveas, ut ex his ipsis Dei et Salvatoris Jesu Christi opem mihi præsentem esse cognoscas.

V. Hæc dixit Juliana, Cui Aurelianus : Video, inquit, pulchritudinem tuam talem esse, ut illius rationem habens te perdere nolim. Te igitur adhortor ut sacrifices quo legitimam mihi uxorem tedeligere possim, et mecum una regnes, imperio meo omni tempore fruens. Quin etiam fratri tuo injuriam compensabo, et faciam, ut amplissimum dignitatis gradum apud me habeat. Erexit Juliana, oculos suos in cœlum, et crucis signo cum frontem notasset, risit. Cui Aurelianus, Cur, inquit, Juliana, multam benignitatem meam contemnens, risisti ? Non, inquit illa, contempsi benignitatem tuam ; sed rideo, gaudens, quod Sponsus meus cœlestis, qui vult omnes homines salvos fieri [2], sedet in solio sancto suo, ejusque divinitatis pulchritudinem contemplor ; qui

[1] Matth. x, 23. [2] I Tim. II, 4.

etiam me hortatur ut certamina ipsa libenter sustineam, te vero nugacem et futilem hominem contemnam, quippe qui cum te imperatorem appellari facias, et ligna et lapides adoras. Audiens hæc Aurelianus, bili percitus : Suspendite, inquit, mulierem istam, eamque constanter cruciate, ut intelligat se ante imperatoris tribunal consistere. Cœperant jam carnifices illam cruciare, cum Paulus ejus frater eam intuens, Ne timeas, inquit, soror, tyranni cruciatus, neque ipsius minas formides. Sustineamus paulisper, ut perpetuo requiescere possimus. Infligite huic, inquit Aurelianus, cruciatus assiduos eique inculcate, ne surpeba et stulta verba effutiat. Audiens hæc Juliana, iterum risit, et ait : Aureliane tyranne atque inique, Dominus Jesu Christus facit, ut neque labores, neque tormenta hæc sentiam. Tunc Aurelianus, Quamvis, inquit, multas nugas effundas, et simules te cruciatus non sentire, faciam tamen, ut diutius crucieris, et doloribus succumbas. Non sinet, inquit illa, Christus ipse, me unquam a te superari. Ille est, qui mihi opem affert et nunc, et semper ad finem usque opitulabitur, quo ipsius potentiam, et nostram Chrisitianorum patientiam cognoscere possis. Te vero ipse Deus meus æterno igni puniet ; exiget enim a te animas quas perdidisti.

VI. His verbis magis exarsit Aurelianus, et jussit lebetem afferri, ac picem in eum conjici, atque ignem multum infra lebetem accendi, ita ut nemo propius accedere posset. Jussit autem in illum conjici Paulum et Julianam. Qui cum fuissent conjecti, oculos in cœlum erigentes, ac tanquam uno eodemque ore precantes, hæc dicebant : Domine Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac et Jacob, qui descendisti in fornacem ignis ad Sidrach, Misach et Abdenago in Babylonis regione, neque illos igne lædi permisisti : tu, Domine Jesu Christe, lux illa immensa, Patris mysterium et gloria, Deique altissimi dextera, qui homo factus propter peccata nostra inter homines versatus es, da salutem animabus, quas inimicus diabolus miserrime deceptas et corruptas, usque ad infimam tartareæ sedis voraginem detrudere conatur : quemadmodum Aurelianus iste, ipsius diaboli discipulus, nunc facit. Hæc cum illi precantes dixissent, pix effervescens in gelidam aquam conversa est, ita ut qui præsentes erant, Dei potentiam admirarentur.

VII. Nihilominus tamen Aurelianus, proprio furore oppressus, Deo gloriam non reddebat, sed magicis artibus ea fieri existimabat. Jussit postea e lebete illos extrahi, in quibus nec picis odor aliquis inerat : quin etiam neque in lebete ipsos picis aliquid inventum est, sed tantum frigida aqua. Tunc Aurelianus : Existimatisne, inquit, eos, qui præsentes sunt, a vobis circumveniri et adduci, ut putent auxilium a Deo vestro vobis allatum, et non magicis potius artibus hæc facta esse? Non ita, per deos ipsos, res se habebit; faciam, enim ut cruciatibus affecti, igne consumamini, nisi diis ipsis victimas obtuleritis. Ad hæc Paulus respondit : Minime nos possumus viventem Dominum Deum relinquere, cœli et terræ creatorem, qui nos e tenebris eripuit, et a manibus tuis eosdem liberavit. Nunquam igitur, Aureliane imperator, nobis persuadere poteris, ut lapidibus et statuis vestris, voce auditu et anima carentibus, cultum præbeamus. Itaque de cætero tormenta quæcunque vis, nobis admoveas, ut Dei nostri vim cognoscas.

VIII. Jussit Aurelianus duas ferreas sedes illuc afferri, et e balneis publicis carbones congeri, et sedes illas vehementer succendi ; suum vero abdomine illitos martyres ipsos supra candentes sedes imponi. Quod cum mox factum esset : Jam, inquit Aurelianus, artibus vestris omnibus superatis, potestis discere, quisnam sit Aurelianus imperator. Veniat nunc Christus vester, si potest, et vobis laborantibus opem afferat. Respondit statim Aureliano Juliana : Nobiscum hoc in loco Christus, est, nobis opem affert, neque sinit ab igne nos tangi. Tu vero illum non vides, cum ejus visione indignus sis. Moneo te Aureliane, ut insaniam istam omittas, et ad Christum accedas, nam si ei credere volueris, te resipiscentem amplectetur cum benignus sit ac misericors, et humana peccata condonet. Quodsi non credideris, æterno igno punieris.

IX. Magis iratus est Aurelianus, et jussit carnifices capite truncari, quasi pecunias a Christianis accepissent, ut illis parcerent. Cum vero ad mortem deducerentur carnifices, hortabatur eos Paulus his verbis : Nolite timere, neque enim in æternum moriemini, sed sanctorum participes futuri estis, et cœlestis regni hæredes. Hæc cum audissent carnifices, constiterunt, ita Deum orantes ; Domine Jesu Christe, quem Paulus et Juliana prædicant, adesto nobis, et in confessione tua fac nos perfectos esse, quoniam nihil mali fecimus, et morimur. Hæc cum dixissent, obtruncati sunt. Eorum alter, Quadratus ; alter, Acacius dicebatur.

X. His igitur martyrio consummatis, jussit Aurelianus alios carnifices ignem afferre, et supra carbones sal aspergere, ut ignis ipse vehementer accenderetur. Tum Juliana : Aureliane, inquit, Tyranne et nefarie, cur teipsum affligis? Video enim te cruciari, et omnibus modis furore detentum affligi, denique ut serpentem aliquem exsibilantem, venenum contra nos effundere ; sed nihil tamen proficies, cum Deus ipse nos corroboret, ut pravas tuas cogitationes sustinere possimus. Itaque cum adversus nos nihil efficere potueris, magis erubesces, et a nobis ipsis abstinebis. Aurelianus jussit illos exsolvi, et in carcerem detrudi, atque ligna quædam maximi ponderis in eorum cervices imponi, pedes etiam compedibus ligari, catenis manus devinciri, et ferreos clavos sterni, ut illis configerentur neque Christianorum aliquem permitti ad eos ingredi, ne cibus afferretur. Illos igitur carnifices in carcerem duxerunt, quæque ab Aureliano jussi fuerant, eis fecerunt. Cum vero media nocte martyres Deum precarentur, lux quædam magna

effulsit in carcere, et angelus coram illis stetit, cisque dixit : Paule et Juliana, servi Dei altissimi, surgite et Deum orate. Hæc dixit angelus, et ad eos accessit : ac statim instrumenta, quibus eorum colla constricta erant, tetigit, statimque tam illa, quam reliqua ferrea et lignea vincula confracta, de justorum, martyrum corporibus exciderunt : duæ autem sedes pannis stratæ, et mensa coram ipsis illico apposita est, omnigenis ferculis plena, eisque angelus dixit : Venite, requiescite, et cibum sumite, quem misit vobis Jesu Christus. Paulus et Juliana, ea re lætati, discubuerunt. Cumque panem ipsunt in manus sumpissent, et oculos in cœlum erexissent, Deo ipsi gratias egerunt, et cibi participes facti sunt. Viderunt carceris custodes lucem illam magnam; cumque ad eos repente introivissent, quod factum fuerat didicerunt, ipsos insuper comedentes, et hilares factos viderunt. Itaque cum illis recumbentes et ipsi comederunt, Deoque laudem et gloriam dederunt, qui talem gratiam filiis hominum contulisset, ita ut plerique ex ipsis Deo crediderint, et Christiani evaserint.

XI. Tertio post die Aurelianus, cum in tribunali sedisset, jussit sanctos martyres Paulum et Julianam illuc duci, quibus ait : An nondum tormenta ipsa vos docuerunt, ut ab ista insania vestra discedatis, et deos adeuntes, illis victimas offeratis? Hæc, inquit Paulus, stultitia mihi sit, et omnibus, qui Deum ipsum diligunt. *Quod* enim *stultum est Dei, sapientius est hominibus*; *et sapientia hominum stultitia est apud Deum*. Desipiens profecto et insanus essem, si a Deo ipso deficiens, dæmones vestros colerem. Denuo Aurelianus, bili percitus, jussit illos in ligno suspendi, et cruciari. At illi Deum orantes, hæc dicebant : Domine Jesu Christe, Fili Dei viventis, lux Christianorum, et fides, quæ neque concuti, neque ab adversariis expugnari, aut dissolvi potest : ostende faciem tuam, et nobis opem feras, neque nos destituas propter sanctum nomen tuum. Cum igitur carnifices diutius illos cruciarent, et Christus eorum cruciatus sublevaret, nihil omnino martyres tormenta illa sentiebant.

XII. Unus vero e carnificibus, nomine Stratonicus, cum staret ad sinistrum Julianæ latus, et tormenta in eam inferret, ejus pulchritudine captus, manus ab ea continebat. Cujus sensum atque animum cum beata et sancta Juliana cognosceret, sinistrum pedem extendit, et calce illum verberans : Satratonice, inquit, fac quod jussus es a tyranno Aureliano, neque manus a me contineas mihi parcens ; ego enim habeo Regem meum Dominum Jesum Christum, Deum æternum, et animæ meæ curatorem, qui corporeis laboribus me sublevat, atque ita præsentes cruciatus non sentio. Hæc cum Stratonicus audivisset, statim ensem, quem manu tenebat, abjecit; cumque ad tribunal Aureliani cucurrisset, clamans : Aureliane, inquit, tyranne et temerarie, curnam hæc facinora contra Christianos patrare audes? Quidnam homines Deo servientes commiserunt, ut ita crudeliter et immaniter eos crucies? An quia Christum omnium dominatorem venerantur? Hæc cum audiret Aurelianus, ita obstupuit, ut hora una mutus remanserit. Tandem respondens : Tune etiam, inquit, Stratonice, istorum stultitiæ atque insaniæ particeps factus es? An Julianæ pulchritudo te decepit, et ejus jucundis sermonibus allectus es? Stratonicus cum in cœlum oculos erexisset, dein Paulum ac Julianam in ligno supensos circumspexisset, crucis signo munitus, illorum aspectus tales vidit, quales angelorum Dei facies esse solent. Mox accurrit, et deorum aram calcibus conculcavit, eamque evertens, ait : En et ego Christianus sum ; facias licet quidquid libet. Furore accensus Aurelianus, jussit ejus caput abscindi. Cumque sententiam imperator tulisset, venit ad eum locum in quo martyrium obiturus erat ; ubi cum genua inclinasset, ita oravit : Domine Jesu Christe, quem Paulus et Juliana confitentes, invicti permanent a divinitate tua servati, et Aureliani tyrannidem confundentes ; tu, quæso et animam meam accipe in cœleste regnum tuum, meam, inquam, animam, qui brevissimæ horæ spatio nomen tuum confessus sum, præsente Aureliano. His dictis, ille caput extendit, et carnifice obtruncatus est. Venerunt autem Christiani, et ejus reliquias collegerunt.

XIII. Paulus vero et Juliana cruciatus fortiter sustinebant. Tunc Aurelianus Julianam affatus : O scelesta, inquit, et impia muliercula, quomodo in tormentis exsistens, carnificem decipere potuisti, eique mortis causam afferre? Non ergo, inquit Juliana, illum decepi, vel mortis causam attuli, sed qui me assumpsit Jesus Christus, ille ipse et hunc dignum fecit, ac vocavit ; nisi enim dignus fuisset. nunquam ad martyrii palmam pervenire potuisset. Illum igitur in regno cœlorum requiescentem aspicies, te vero in geheneæ flamma puniri senties. Tunc quidem pectus tuum, infelix, percuties, cum inferiorem hominem, teipso apud Christum præstantiorem videbis, et dolore affectus, clamabis, Dei misericordiam implorans, quam tamen impetrare non poteris. Post hæc jussit Aurelianus illos e ligno detractos, in carcerem interiorem concludi, et omnes, veneficos ac præstigiatores vocari, qui feras omnes, quascunque haberent, acerbissimas, hoc est, viperas, aspides, cerastes ac dracones, afferrent, ut una cum Paulo et Juliana in carcere concluderentur. Cum igitur feras attulissent, quemadmodum a tyranno jussi fuerant, simul cum Paulo et Juliana eas concluserunt. Serpebant autem feræ illæ, et ad pedes beatorum martyrum assidebant, intentis quidem oculis eorum facies aspicientes, sed nihil tamen nocentes. Paulus au-

[a] I Cor. I, 20, 25.

tem et Juliana sedebant psallentes, et Deum collaudantes.

XIV. Manserunt autem serpentes illæ tres dies et tres noctes cum martyribus clausæ. Tertio autem die misit Aurelianus sub noctis tempus, ut disceret, an a serpentibus consumpti essent. Venerunt, qui missi fuerant ad eum locum : cumque ad januam accessissent, eos, psalmos canentes et Deum laudantes, audiverunt. Cum vero accuratius scire vellent, quo pacto res se haberet, ascenderunt in locum quemdam superiorem. Unde per fenestram speculati, viderunt Paulum sedentem simul cum sorore sua Juliana, et angelum Dei stantem in conspectu ferarum, neque permittentem feras accedere. Cucurrerunt igitur illi, et Aureliano omnia, quæ viderant, nuntiarunt. Surrexit Aurelianus diluculo, et sedit pro tribunali, et jussit veneficos feras suas illinc evocare, et martyres duci ad tribunal. Accesserunt venefici ac januam, et feras eo modo, quo solebant, vocare cœperunt. Cum vero feræ ipsæ illis non obedirent, januam patefecerunt, et feræ uno impetu omnes exierunt, et quoscunque infideles homines prope januam invenerunt, statim interfecere, et ad deserta loca aufugerunt.

XV. Carceris autem custodes Paulum et Julianam ad Aureliani tribunal duxerunt. Tyrannus igitur eos intuens, ac ridens : Beatum, inquit, me hodie existimo, quod vestra consuetudine fruor ; fortasse enim magnum aliquid a vobis lucrifaciam, et per deos ipsos, si quidem mihi verum dixeritis, multa et magna dona a me percipietis, et regni mei potestas penes vos erit. Nunquid vos deum Apollinem præsentem, et vobis opitulantem, ut audivi a quibusdam speculatoribus, vidistis ? Nos, inquit Paulus, nullum Apollinem cognovimus, nam sumus ex eorum numero, quibus Deus salutem dedit. Tua vero anima ad mortem usque perdita est. Non enim sapis, neque resipiscere vis ; quin imo multus tyrannidis tuæ furor ad blasphemiam te convertit, quippe qui angelum, quem misit Dominus Jesus Christus ad obturanda ora serpentum, quæ tua est arrogantia et temeritas, Apollinem fuisse dicis. Tunc iratus Aurelianus, jussit plumbeis globis Pauli maxillas contundi, atque illi dici : Ne ita insipienter et arroganter loquaris, cum scias te imperatori assistere.

XVI. Jussit postea e tribunali Paulum abduci, et Julianam ejus sororem coram sisti, quam his verbis aggressus est : Quæso, animæ meæ domina Juliana, quæso, inquam, et te hortor, ne fratris tui insaniam imiteris. Video te puellam prudentissimam, multa sapientia refertam. Obtempera consiliis meis, et columnas aureas per totum terrarum orbem, tuo nomine inscriptas, erigam. Tunc illi Juliana : Minime, inquit, me decipies, Aureliane tyranne et impie. Non circumvenies Dei altissimi servam. Ne mihi æternam mortem suggeras. Visne me privare Dei gloria et cœlesti regno, quo ut indignus es et alienus ? Jussit Aurelianus Julianum semoveri, et Paulum reduci ; cui dixit. En, Paule, soror tua promisit mihi se diis sacrificaturam ; quæ idcirco mihi uxor erit, totiusque regni mei domina. Fac igitur et tu quod dico, et sinas tibi persuaderi ut diis sacrifices. Ad hæc Paulus : Vere, inquit, mentitus es, idque tuo malo ; sed nihil alienum fecisti a patris tui diaboli disciplina, cum id facias, quod ille solet : neque enim aliquem subripere potestis, nisi mendacia confingendo. Sed frustra laboras, namque nos non decipies ; ne si totius quidem orbis terrarum imperium nobis pollicereris. Minime, inquam, nos circumvenire poteris.

XVII. Quousque tandem, inquit Aurelianus, injuriam nobis facis ? An non erubescis, nugator et insidiens ? Per deos ipsos ego omnium generum tormentis affligam, et nemo e manibus meis auferre poterit. Jussit igitur ignem afferri, et quatuordecim virgas ferreas, easque in ignem conjici, et valde accendi : tum Pauli manus et pedes ligari, ferreumque vectem inter manus et pedes injici, et in terram defigi, ac sic virgis ignitis binis per vices Paulum percuti, Juliana vero jussit in lupanari constitui. Itaque multi e turba illa, quæ circumstabat, scelesti et nefarii homines, certatim contendebant, quis ad eam primus ingrederetur. Erant enim velut equi hinnientes, ejus puellæ forma incitati. Cum vero in eo loco, in quo Aurelianus jusserat, constituta esset, statim angelus Domini descendit de cœlo, et dixit : Ne timeas, Juliana ; Dominus enim Jesus Christus, quem tu colis, misit me, ut te protegam, et sanctum nomen ejus notum faciam omnibus timentibus eum. Cum vero multi ad virginem accederent, et ejus pulchritudine frui vellent, angelus excussit e pedibus suis pulverem, et in eorum oculos injecit, ita ut eos excæcarit. Quapropter neque amplius cernebant, ubi essent, aut quo irent, neque ad illam accedere poterant. Id cum turbæ vidissent, quod admirabiliter factum fuerat, uno animo clamabant : Magnus est Deus Pauli et Julianæ qui ubique eos servat et protegit, qui illum timent. Qui autem excæcati fuerant, flexis genibus supplices ejus opem implorabant, dicentes : Juliana serva Dei altissimi, peccavimus quidem contra te, cum stulte atque insipienter nos gesserimus ; sed tu da, quæsumus, nobis veniam, ut Dei serva : et precare Christum tuum, ut nobis visum restituat. Eorum misericordia commota Juliana, paululum aquæ accepit : et cum oculos in cœlum extulisset, Deum invocavit, ita dicens : Domine Jesu Christe, auctor omnium salutis, exaudi me, et nunc etiam ostende miracula et prodigia quæ facis propter nos filios hominum. Restitue his viris facultatem videndi, ut sanctum et gloriosum nomen tuum celebretur. Hæc cum dixisset, aquam supra turbas illas infudit, et omnes, qui excæcati fuerant, visum receperunt. Tum illi ad terram prostrati, gratias Deo reddebant, pœnitentiam agentes. Cum-

que peccata sua confessi essent, Christiani facti sunt.

XVIII. Paulus vero, de quo dicebamus, cum a carnificibus cruciaretur, virgis illis ferreis diutius percussus vociferabatur, hæc dicens : Aureliane tyranne et nefarie, quidnam mali commisi, ut sic crudeliter et impie me crucies ? Verum me quidem a tormentis Dominus meus Jesus Christus sublevat : te vero manet hæreditas æterni illius ignis, qui paratus est tibi, et diabolo hæc adversus nos suggerenti. Et ubinam, inquit Aurelianus, Paule, est Juliana soror tua, quam ais esse temperantem et virginem ? En illa ad lupanar ducta est. Num putas adhuc esse virginem ? Ad hæc Paulus : Scio, inquit, illum ipsum Deum, qui semper a tuis pravis cogitationibus me liberavit, sororis etiam meæ propugnatorem fuisse, et intactam ab omni labe conservasse. Misit enim angelum suum e cœlo, ut eam custodiret. En ut sine macula, et virginitatem puram habens, revertitur, ut videat vincula mea. Miserat enim Aurelianus, ut Juliana duceretur. Quæ cum venisset ad tribunal, et Paulus eam vidisset, multo gaudio plenus risit. Aurelianus vero : Num, inquit, Juliana, amatores tui pulchritudine tua satiati sunt? At illa dixit : Mea pulchritudo, meum ornamentum et decus Christus est, qui misit angelum suum, et me abjectam atque humilem servam protexit : quoniam fidem et spem meam in illo fixam habeo. Quapropter gratias illi ago, et sanctum ejus nomen collaudo, quod ipse est, qui facit mirabilia solus [4], et non est alius Deus præter ipsum.

XIX. Jussit deinceps Aurelianus Paulum exsolvi, et foveam quamdam effodi, tam longam, quanta est trium hominum statura ; tum ligna et ignem afferri, atque in fovea illa succendi. Fecerunt carnifices, quod jussum fuerat, admodum studiose ; nam et foveam statim effoderunt, et ignem vehementer accenderunt. Itaque Aurelianus jussit Paulum et Julianam in ignem illum conjici. Sancti vero martyres, Deum collaudantes, Salvatorem ac Dominum Jesum Christum invocabant ad opem sibi ferendam. Cum autem ad eum locum venissent, sua membra crucis Christi signo munierunt, et sponte se in ignem conjecerunt. Erant autem in igne illo Deum laudantes, et ejus gloriam prædicantes. Ecce autem angelus Domini descendit de cœlo, et fumum una cum igne foras excussit, neque permisit sanctos martyres vel paululum ab igne perturbari. Stabant itaque in fovea illa rectis corporibus, divinas laudes proferentes in hanc sententiam : Benedictas es, Domine Deus Rex sæculorum, qui memor fuisti humilitatis nostræ et præsentia tua ignis flammam exstinxisti propter bonitatem tuam, quæ facit ut peccata nostra non recorderis. Tu nos indignos, salvos atque incolumes eripuisti a cogitationibus tyranni Aureliani, qui suo imperio ita intumescit, quasi futurus sit immortalis.

Hæc cum martyres precarentur, multi ex Græcis, Dei potentiam contemplantes, animo compuncti, ab idolorum superstitione defecerunt, et Christi fidem secuti sunt ; multi etiam carnifices, qui eos verberaverant, cum Dei tanta in illos beneficia collata vidissent, mutato consilio, Christi fidem ampilexi sunt.

XX. Perlata vero sunt hæc omnia ad Aurelianum, qui jussit, illos ita ut erant, in fovea lapidibus obrui. Sed ecce repente tonitrui sonitus cum multis fulguribus, et nubes huc atque illuc agitatæ, et ignis plenæ, usque ad Aureliani conspectum devenerunt, et ignem illum in terram effuderunt, voxque hæc e cœlo ad eum demissa est : Aureliane, ingredere in abyssum gehennæ ignis, paratam tibi et patri tuo diabolo. Hæc cum facta essent, misit Aurelianus, et jussit athletas et Christi martyres ex fovea illa extrahi, et in carcerem conjici. Itaque sancti martyres Dei gloriam laudabant in omnibus his, quæ Deus ipse mirabiliter illorum causa fecerat. Septimo die postea diluculo Aurelianus sedit in tribunali, et jussit sacerdotes afferre quotcunque idola habebant argento et auro confecta ac pretiosis lapidibus ornata. Quæ sacerdotes ipsi mox in conspectu Aureliani constituerunt, cum stravissent sub ejus pedibus purpuram regalem. Tum Aurelianus : Vocate, inquit, Paulum et Julianam. Quos cum vidisset ante tribunal consistentes, animo et vultu valde irato illis minatus, dixit : Ite nunc, et diis sacrificate ; nolim enim existimetis, manus meas vos evasuros. Subrisit Paulus, et ait : Nunquam, tyranne, Deum nostrum derelinquemus, qui cœlum et terram effecit. Ne putes amplius, idolis tuis cultum nos allaturos. Tum Aurelianus : Violenta, inquit, morte dignus es, Idolane tibi hæc videntur ? Neque intelligis, quæ vis in illis sit ?

XXI. ad hæc Paulus : Jupiter iste, quem tu deum esse dicis, homo quidam fuit fugitivorum filius, qui artem magicam bene edoctus fuerat : cumque præter cæteros homines esset incontinentissimus, et libidini maxime deditus, ac quorumdam pulcherrimas uxores atque filias adamasset, se continere non potuit quin cum illis commisceretur. Qui modo in taurum mutatus, modo avi similis, aquilæ scilicet, ac cygno, mulieres nonnullas ex jam dictis circumvenit, et a mente alienatas in eam miseriam impulit, ut ipsum tanquam deum colerent. Ad hæc et alias mulieres per formæ mutationem et præstigias decepit, aurum commutatus. Et ne alia ejus libidinosa facinora hoc loco narrem (scio te ad iracundiam concitari : sed licet irascaris, dicam tamen nihil veritus) iste, qui prope Jovem positus est, et Apollo dicitur, an non ex adulterio genitus est e muliere quadam, quæ Latona dicebatur, quæque illum peperit inter duas arbores, qui et

[4] Psal. LXXI, 18.

militum Christianorum, a Trajano, dum in Oriente ipse opera nefaria commisit, patrem Jovem imitatus ? Eodem modo et Dionysius vester ille deus, an non et ipse ex adulterio genitus est ex Semele Cadmi filia? Nugator, inquit Aurelianus, et sceleste, an non ex Junone deorum matre Bacchus genitus est ? Risit Paulus, et ait : Estne deus, qui ex muliere genitus incipiat esse deus, aut qui uxorem habeat? Tunc Aurelianus: Quousque, inquit, multas nugas effudens diis maledices ? an non et vester Christus, quem vos Christiani Deum cœlestem esse dicitis, ex mullere genitus est ? Respondit Paulus: Non es tu dignus, qui Dei mysterium audias. Verum ne oratione tua multos eorum, qui præsentes sunt, circumvenias, necesse est aperire id, quod quæris.

XXII. Initio Deus ipse cum cœlum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt, effecisset, hominem effinxit ad imaginem et similitudinem suam. Purum enim a malitia, innocentem, justum, pietate præditum creavit illum Deus, et in paradiso deliciarum pleno eum collocavit. Pater autem vester diabolus non ferens tantam hominis felicitatem, Evam seduxit, et per illam, Adam ad divini præcepti transgressionem impulit. Quo factum est, ut et Adam ipse tanquam transgressor e paradiso expulsus sit, et genus omne humanum morti et peccati pœnæ obnoxium evaserit. Quamobrem cœlestis Pater et omnipotens Deus misericordia motus, humano generi subvenire volens, misit Filium suum, ut humanam carnem susciperet, et Adam solveret, eosque qui ab injusto detinebantur, Ipse igitur Deus, Verbum Dei ac Patris Filius, ante sæcula omnia est sapientia ipsius, et potentia et dextera : qui per archangelum Gabrielem annuntiatus fuit sanctæ illi Virgini puræ atque honestissimæ, ex prophetico et regio genere originem ducenti. In cujus utero Deus ipse, hoc est, cœleste Verbum, quod oculis corporeis non cernitur, habitans, suscepit corpus, cum Gabriel ita Mariam ipsam affatus esset : *Ave gratia plena : Dominus tecum* ; et paulo post : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* [5]. Genitus igitur fuit Deus et cœleste Verbum per Virginem, omni labe purissimam, corpore, tanquam veste quadam, indutus propter humanæ salutis dispensationem. Nemo enim poterat Deum verum, ita ut est, præsentem videre, cum Deus ipse sit ignis consumens [6], neque homo aliquis vivens Dei faciem videre possit. ! Hujus igitur dispensationis causa Deus noster, quod ad carnem pertinet, genitus fuit, et ut infans lacte nutritus est, cum esset tamen divinitate perfectus. Insuper factus est puer, et juvenis, cumque hominibus, ut homo, conversatus est annos triginta tres, urbes, regiones, et castella orbis terrarum pertransiens, et benefaciens omnibus, ac liberans eos [8], qui a diabolo vexabantur. Postea in ligno crucis suffixus est, ut salutem daret mundo, qui perierat diaboli violentia et fallacia. Idem corpore mortuus est. Cumque ad inferos descendisset una cum sancta anima illa sua, contrivit portas æreas, et vectes ferreos confregit [9] : atque in caliginosa inferorum penetralia ingressus, eripuit eos qui vinculis detinebantur, et ex carcere diaboli illos in superiorem regionem eduxit [10]. Quod totum ipsius benignitati acceptum referetur. Cum vero ita post tres dies a mortuis resurrexisset, apparuit suis discipulis atque apostolis, et aliis multis, qui vere in eum crediderant: et cum aliquoties commedisset et bibisset cum apostolis per dies quadraginta, sic postea in cœlum assumptus est, et sedet ad dexteram Patris cum corpore illo, quod ipse Deus Verbum sibi copulavit. Nunc igitur diabolus dolore affligitur, Illum enim Christus ipse Christianorum pedibus conculcari fecit, qui per sanctum ipsius nomen ingrediuntur in regnum cœlorum : a quo regno tu alienus es. Habes enim sortem et partem æternam ignis gehennam, hæreditatem diaboli patris tui precipiens.

XXIII. His auditis, Aurelianus præ furore vultu mutatus est, et dentibus stridere cœpit, exardescens in illum, cui et respondens : Multas, inquit, nugas te modo effundentem passus sum, patientiam in te, nugax et sceleste, audiendo retinens. Tu vero quandiu perges me contemnere, et diis maledicere ? Nunc igitur nisi diis immolaveritis, pessimis modis vos perdam, ita ut nemo possit e manibus meis vos eripere. Tum Paulus et Juliana concordi animo et magna voce clamantes : Nos, inquiunt, Christiani sumus, et in Christo ipso spes nostras collocatas habemus ; dæmones non adoramus idolis tuis non servimus, tormenta tua non timemus. Excogita igitur quoscunque vis cruciatus, fidem enim in Deo habemus, fore ut a nobis supereris, quemadmodum pater tuus diabolus a Christo superatus fuit, qui nos etiam robustos facit, et pravas artes tuas expugnat. Hæc cum audisset Aurelianus, jussit lignum quoddam magnum afferri. Quod cum allatum fuisset, fecit Paulum in eo alligari. Carnifices vero ejus manus colligarunt. Tunc Aurelianus præcepit accensas lampades afferri, et in ejus faciem injici, præcone ita vociferante : Ne in orbis terrarum dominos contumeliosus sis, neve in ipsos maledicta conjicias.

XXIV. Juliana cum fratrem suum igne comburi spectaret, summa voce clamavit : O tyranne et sceleste, quid mali frater meus commisit, ut ita crudeliter eum crucies ? Jussit Aurelianus et Julianam in ligno alligari et accensas faces in os ejus et in totum corpus adhiberi ; cui et dixit : impudentissima mulier erubesce, quemadmodum

[5] Luc. I, 28, 32. [6] Deut. IV. 24 ; Hebr, XII, 29. Exod. XXXIII. 20. [8] Act. X, 38. [9] Psal. CVI, 16. [10] I Petr. III, 19:

mulieres decet. Tum Juliana ridens : Vere, inquit, Aureliane, te admonentem acceptum habeo, eo quod dixisti : Cum sis mulier, erubesce ; revereor enim, et erubesco Christum Dei viventis Filium, qui est ante faciem meam, neque illum possum derelinquere, et dæmones colere. Furore accensus est Aurelianus, cum se ab illis irrisum videret. Itaque jussit carnifices ignem per totum corpus illorum circumferre. Quod cum illi mox fecissent, tota civitas, quæ sanctorum martyrum spectaculo intererat, voce magna clamabat : Imperator Aureliane, injuste judicas, injuste illos crucias. Si nolunt diis sacrificare, sententiam contra illos feras. Tum Aurelianus, cum metueret, ne populus seditionem adversus ipsum concitaret, sententiam tulit, ut eorum capita truncarentur, et corpora canibus ac feris et volucribus cœli projicerentur.

XXV. Itaque decimo septimo die mensis Augusti exierunt simul lætantes, atque versum hunc psalmi concinentes : *Salvasti nos, Domine, ab affligentibus nos et odientes nos confudisti.* Cum vero ad locum martyrii venissent extra urbem, Paulus rogavit carnificem, ut Julianam prius quam ipsum, securi percuteret. Juliana vero, cum faciem suam Christi signo munisset, admodum læta collum extendit, eamque spiculator securi percussit. Paulus igitur cum sororem Christi martyrio perfunctam vidisset, oculos in cœlum erexit, et Deo gratias egit, ac crucis signo se itidem muniens collum suum extendit : quem et spiculator mox obtruncavit.

XXVI. Erant illorum corpora extra urbem jacentia, cum e loco illo ea tollere Christiani prohiberentur. Milites enim, ita ut jusserat Aurelianus, observabant, ne quis reliquias illas auferret. Veniebant autem in eum locum lupi, canes et volucres, et circa sanctorum martyrum corpora sedentes, illa custodiebant : cumque muscas et ejusmodi animalia supra corpora illa sedentia viderent aves ipsæ alis ea expellebant, non permittentes, ut in sanctis illis corporibus insiderent. Itaque septem dies et septem noctes feræ ac volucres cœli circa martyrum reliquias consederunt. Cæterum nuntiata sunt omnia hæc a militibus Aureliano. Qui cum ea audivisset : O furorem, inquit, pessimum Christianorum istorum, quos ne mortuos quidem superare potuimus, Misit igitur, et millites ipsos noctu illinc abduxit : neque enim volebat de die eos illinc removere, ne a Christianis, irriderentur, Cum vero dies illuxisset, exierunt Christiani, et martyrum corpora curantes, sumptuose in pace condiderunt, regnante Domino nostro Jesu Christo, cum quo Patri simul et sancto Spiritui sit gloria, honor et imperium nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[11] Psal. XLIII, 8.

DE S. ANDREA TRIBUNO

AC SOCIIS

MATYRIBUS IN CILICIA.

(Acta SS. Bolland. ad diem 19 Augusti.)

§ I. *Publica eorum veneratio, nomen S. Andreæ confusum, Acta, martyrum numerus.*

Nomen hujus celeberrimi martyris ac sociorum quam sit memorabile, quantaque apud posteros manserit in benedictione, testantur affatim monumenta antiqua, quæ ad nos usque de illis sunt transmissa. Incipiamus a Fastis Græcis. Typicum, quod sub S, Sabbæ nomine citatur, meminit hoc die « Sancti martyris Andreæ, ducis militaris, ac sociorum bis mille quingentorum et nonaginta trium. Menalogium Sirleti sic habet : « Natalis sanctorum martyrum Andreæ, ducis exercitus, et sociorum duorum millium quingentorum nonaginta trium, qui Maximiani persecutoris temporibus delati apud Antiochum ducem exercitus quod essent Christiani perseverantes in Christi confessione, ense percussi sunt.» Eumdem cum honorifico nomine megalomartyris nec non eosdem numero socios signant Menæa magna impressa, ac sequentes illis accinunt versiculos :

Ἔστησε τμηθεὶς αἱμάτων λίμνας ὄχλος
Σοὶ τῷ παραστήσαντι λίμνας ὑδάτων.
Ἐννέα καὶ δεκάτῳ τάμον Ἀνδρέου αὐχένα λαμπρόν.

Truncata rivos sanguinis pro te decit
Turba hæc, aquarum, Christe, qui rivos dabas.
Nona post decimam collum Andreæ Abscidit ensis.

Censeo alludere poetam ad genus martyrii, et ad salutarem fontem : de quo vide Acta num, 11 12 et 13. Dicta Menæa peculiarem ac solennem faciunt de S. Andræa memoriam in Officio sacro hujus diei, condito etiam Canone in honorem Sancti, cujus hæc est acrostichis :

Ὕμνοις χροτῶ σε, Ἀνδρία, Στρατηλάτα.

Laudes tuas, o Ductor Andreä, cane.

orro hodierni nostri pugiles in variis aliis sacris memorantur: et enim in Kalendario norum apud Possevinum fit mentio S. Mart. æ : in Menæo Chiffletii, Ἀνδρίου Στρατηλάτου, æ militaris ducis. Martyrologium Arabicotium ac ms. Taurinense cum ipsius tum son in genere meminere ; quorum numerum ninat Menologium Slavo-Russicum Sparldianum eodem modo, quo Typicum ac ogium Sirleti. Synaxarium e Menologio, jussu imperatoris collecto, post hunc titulum, nen sancti megalomartyris Andreæ militiæ ac sociorum ejus, ponit Actorum compencujus textus Græcus excusus datur ad calcem mensis Augusti, Latine autem sic sonat: hic, imperante Maximiano, dux militum in ali regione sub Antiocho, qui universo miliagmini præerat. A quo postquam una cum ilitiæ ducibus missus esset adversus Persas, istum invocasset, in fugam egit Persas, et post atam victoriam socios nos ad Christi fidem xit. Accusati vero apud Antiochum, tanquam licio, coram ipso astitere: et ipse quidem in 'erreo ignito fuit extensus; sociorum autem adratis lignis manus transfixi sunt clavis. autem ex aliis mille, jubente Antiocho, e is finibus exacti : quos ubi instruxisset Sanid Christi fidem adduxit. Rem ubi compe- Antiochus, eosque simul cum his quibus at, esset insecutus, omnes ense interemit, omque postremum Andream, illustrem Christi rem, et inter athletas fama celebrem.»

m memorabile hujus nostri Megalomartyris agni martyris nomen est apud Græcos, tam e etiam est apud Latinos, antiquissimis utiprimæ notæ Martyrologiis inscriptum. Nam lus hac die ita eum refert: « Natalis sancti , seu sancti Andreæ martyris, cum sociis uobus millibus quingentis nonaginta et sep- Ad quam annuntiationem ista jam pridem ardo a nobis edito et illustrato observata : Andream apud Græcos inclytissimum Megayrem Martyrologi nostri Latini verosimillime ica appellatione binomium fecerint Magnum dream. Sic etenim Beda, prout apud nos est, et eo Rabanus, Romanum parvum, Ado, us jam verba dedimus, Usuardus. Melius e legissent, magni Andreæ: neque enim vele puto, Martyrologos nostros Andream trin militum cum Magno episcopo Anagnino idere voluisse. » Hanc observationem de dumine eidem nostro martyri perperam indito, s confirmare conabimur. Habemus interim lis (nihil quippe cogit omnes illas annuntiahuc integras transcribere) magni nominis em fuisse S. Andream in Ecclesia Latina. andelberto postea agemus. Martyrologium ium modernum ita de illo legit ac sociis, n tamen numerum non determinat : «In Cili- A cia natalis sancti Andreæ tribuni, et sociorum militum, qui victoria de Persis divinitus adepta, ad fidem Christi conversi, et hoc nomine accusati, sub Maximiano imperatore in angustiis Tauri montis ab exercitu Seleuci præsidis trucidati sunt. »

4. Quia vero circa annuntiationem apud Galesinium nonnulla mox erunt notanda, illam quoque hic præmittere visum est. Sic igitur sonat : « Cæsareæ, sanctorum martyrum Magni, Andreæ, et sociorum, quingenti et nonaginta septem, cum leonem conspexissent in homines a fide alienos sævientem, ad beati martyris Magni pedes mansuetum et prostratum jacere; rei admirabilitate commoti, ad Christi fidem se contulerunt. Quamobrem Alexandri præsidis jussu capite plectuntur, Magnus vero B lapidibus obruitur. » Annuntiatio hæc convenit S. Magno, cujus martyrium pluribus describit Petrus de Natalibus lib. 7, cap. 79 ; in quo tamen cum nullum de S. Andrea inveniam vestigium, mirum mihi accidit, ipsius nomen intrusum legi in dicta annuntiatione. Sed res hæc pluribus tractatur apud nos hac die, qua de sancto Magno Cappadoce agitur, pag. 717. Nunc de hallucinatione Martyrologorum superius indicata et hic pluribus refellenda tractabimus ; e qua videtur originem traxisse Galesiniana.

5. Et ea quidem est duplex ; altera in eo versatur, quod S. Andreæ addiderint nomen non suum, Magni videlicet ; altera incertior priore, quod alicubi forte S. Magnus aliter annuntietur, C quam debeat, uti mox referam. Ad priorem quod attinet, præter illa, quæ paulo ante præmisimus, hæc addo ad majorem illorum confirmationem. Baronius in notationibus hac die 19 Augusti ad annuntiationem Martyrologii Romani Andreæ tribuni et soc., « De his, ait, hac die Usuard. et Ado ; licet Andream cum S. Magno confundant. » Hunc errorem etiam castigat Lambecius Commentariorum de bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, lib. VIII, pag. 202, ubi occasione versionis Latinæ et exordii Actorum S. Andreæ ac sociorum apud Surium hac die, Martyrium S. Andreæ, ducis exercitus, et sociorum, auctore Symeone Metaphraste. Vocatur autem hic Andreas etiam magnus,» etc., sic scribit : « Hoc non est intelligendum de nomine proprio Magni ; quippe quod S. Andreas Stratelates non D habuit, sed tantum de titulo Μεγαλομάρτυρος sive *Magni martyris*, qui illi in hujus narrationis inscriptione Græca honoris causa tribuitur. Perperam igitur et absurde in Adonis archiepiscopi Viennensis Martyrologio die 19 Augusti legitur: Natalis sancti Magni seu sancti Andreæ,» etc. Merito itaque ista, « Vocatur autem hic Andreas etiam Magnus » omissa sunt in editione Surii, anno 1618 Coloniæ edita. Hæc de errore isto In alium forte lapsus est Wandelbertus, dum eidem martyrum manipulo videtur adjunxisse S. Magnum Cappadocem, cui aliam martyrii palæstram supra assignavimus. Sic enim canit.

Magnus et Andreas quarta denaque coruscant :
Septem nonaginta et quingenti comitantur,
Quos pariter sancti simul his bis mille sequuntur.

6. Varia sunt Actorum exemplaria. Lambecius loco citato pag. 201 *et* 202 unum affert hoc titulo ac principio : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Ἀνδρέου τοῦ Στρατηλάτου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τελειωθέντων δισχιλίων πεντακοσίων ἐνενήκοντα τριῶν. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς τοῦ ἀσεβεστάτου Μαξιμιανοῦ βασιλείας διωγμὸς κατὰ Χριστιανῶν ἐγένετο μέγας, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Συρίας· εἶχεν δὲ τότε τὰς ἐκεῖσε στρατηγικῆς τάξεως τὴν ἀρχὴν Ἀντίοχός τις, δεισιδαίμων ἄνθρωπος ὤν, *etc.* Id est : *Eadem die* (19 Augusti) *certamen sancti et gloriosi magni martyris Andreæ, ducis exercitus, et bis mille quingentorum nonaginta trium cum eo peremptorum. Temporibus impiissimi Maximiani imperatoris magna adversus Christianos mota est persecutio, maxime in partibus Syriæ. Quidam autem Antiochus, superstitioni deorum addictus homo, ibidem tunc ordinis militaris imperium tenebat,* etc. Observat Lambecius hanc narrationem Latine exstare apud Laurentium Surium, ac Symeoni Metaphrastæ ibidem tribui, ut modo indicatum est. Sed nullum ejusdem vestigium invenio apud Allatium in Diatriba de Symeonum scriptis a pag. 124. ubi Vitas enumerat, quas tanquam Metaphrastæ proprias signat. Consule quæ dicta sunt tomo III hujus mensis pag. 719 de Actis S. Eupli martyris. Habemus etiam exemplar Græcum in nostro codice † ms. 194, cujus exemplaris titulo prænotatur eadam in ms. Cæsar. 45 pag. 221 exstare. Aliud Græcum apographum asservamus hoc titulo : Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος τοῦ Στρατηλάτου, ex cod. Ambros. N. f. n. 152, sicut additur in eodem apographo. Incipit : Τὸν θαυμαστὸν Ἀνδρέαν τὸν στρατηλάτην. *Mirabilem Andream exercitus ducem, etc.*

7. Baronius anno Christi 301 collectionem historicam Actorum intexuit : quæ quidem, ait ibidem num. 5 germana noscuntur. At, bona eminentissimi cardinalis venia, non paucæ occurrunt difficultates, quæ illis incommodant. Nam primo, ea non esse exarata a scriptore contemporaneo, illud est indicio, quod in principio illorum dicantur ista : « Persecutio quædam magna contra Christianos commota est. Erat tempore illo Antiochus quidam. » Et inferius : « Celeberrimus martyr » vocatur Sanctus. Postea vero sequitur : Statim autem, quemadmodum sanctus martyr precibus suis postulaverat, locus in quem venerandus sanguis ille *martyrum* defluxerat, fons quidam effectus est, omnigenarum ægrotationum sanitatem afferens, qui fons ad hodiernum usque diem gratiis redundat. » An illa auctori synchrono conveniunt ? Secundo, oratio S. Andreæ, in qua dicit : « Domine Deus.. accipe mei peccatoris.. preces, eorumque omnium qui mecum sunt.. omnibusque his qui necessitatis tempore nostra, qui sumus A indigni, nomina invocaverint, præsta petitiones illas, quæ ad salutem pertinent ; quique ad locum hunc confugerint, eos protege.. et quo loco humilis sanguis noster effusus fuerit, fiat illis curationum fons, » etc. Oratio, inquam, illa merum est episodium, cum a nemine potuerit audiri nisi a solis ipsis martyribus, quibus per tempus non licuit eam aliis referre. Accedit eo, quod non satis videatur consentanea humilitati Christianæ, quæ in martyribus elucere debet.

8. Tertio, mirum etiam videri potest, S. Andream, Christi fidem amplexum, prælio uni quin imo pluribus, prout apparet, sese exposuisse, antequam petiisset atque obtinuisset baptismum. Audiantur Acta : « Inter idolorum cultores velut rosa florebat inter spinas.. fidelissimus Dei servus et martyr Andreas.. Hic.. Jesu Christi opem B assecutus adversantium bellorum hostes superabat, et multis egregiis ac strenuis facinoribus excellebat. Bello autem contra Persas ipsi commisso, eos solos, quos manifeste cœlestis gratia ei designavit, secum habens, oppositis hostibus prælium intulit. Jam vero cum esset congressurus cum hostibus, eorum ingentem multitudinem divinæ cognitionis argumentum suis militibus proposuit : nondum enim Christi Dei nostri fide donati fuerant, qui illustrem de hostibus ipsis victoriam deportarunt. » Sequitur postea S. Andreæ confessio, cruciatus in ignito lecto æneo, sociorum militum supplicium, etc., quibus tandem cum ipsius tum militum subditur baptismus, quem dicuntur suscepisse a Petro C urbis Tarsensis episcopo, postquam eo clam discessissent. Nos interim ex dictis concludimus, in hujusmodi Actorum historia non tam relucere sinceram narrationem, quam Græculi scribillatoris, quisquis demum ille fuerit, compositionem : id quod confirmabitur ex aliis quibusdam incommodis, quæ inferius proponentur. Vide Adnotata.

6. Numerus sanctorum martyrum non ponitur eodem modo apud Græcos ac Latinos. Hi quippe exstitisse illos memorant bis mille quingentos nonaginta septem, ex præmissis supra num. 3, Martyrologium Romanum non signat numerum : in cujus determinatione Fasti Græci, num. 1 citati fere cum Latinis antiquis consentiunt. Acta nullum quidem etiam numerum determinant : sed magnus D fuerit necesse est, cum ingentem Persarum multitudinem debellarit, et « Andreas cum tota sua forti et a Deo electa phalange, » uti loquuntur Acta, martyrium sit consecutus ; quamvis « illum milites qui ex iis qui cum ipso fuerant : apud Antiochum detulerunt, quod Deum.. confiteretur et celebraret, in cruce suffixus fuerat. » Verum quo pacto tantus cohæret numerus, cum Eusebio, qui *Ecclesiasticæ Historiæ* a Valesio editæ lib. VIII, cap. 4, pag. 296, hæc refert : Postquam.. dux Romani exercitus nescio quis (intellige Maximianum Galerium) Christianos milites persequi agressus, eos, qui in exercitu merebant, lustrare cœpisset

ac recensere, et Christianis liberam eligendi potestatem fecisset, ut vel imperatorum jussis obtemperantes honoris sui gradum retinerent, vel si parere nollent, honore militiæ nudarentur; complures regni Jesu Christi milites, nominis illius confessionem sæculari gloriæ ac felicitati, qua fruebantur absque ulla cunctatione prætulerunt. Ex quibus pauci admodum (in Græco est εἷς που καὶ δεύτερος, id est, unus et alter) non modo dignitatem, verum etiam vitam amittere pro defensione pietatis sustinuerunt : cum is qui religioni nostræ struebat insidias, parce adhuc et raro sanguinem quorumdam fundere auderet. Verum ubi apertius se ad bellum accinxit, dici non potest, quot et quantos Christi martyres in omnibus locis atque urbibus passim cernere licuerit, » post famosum videlicet edictum contra ecclesias propositum Nicomediæ, de quo cap. 5 meminit idem Eusebius.

10. Si itaque pugilum nostrorum martyrium differre liceret atque ad illam crudelissimam persecutionem, qua in omne genus hominum a tyrannis sævitum est, textus Eusebii non crearet difficultatem ; sed cum eo usque non videatur differendum, saltem secundum Acta, prout videlicet ea nunc exstant ; non videamus, quo pacto satis commode ad verba Eusebii responderi queat. Diximus, saltem secundum Acta etc., quæ S. Andreæ ac sociorum militum cædem narrant accidisse post bellum Persicum ; circumstantia vero illa fortasse adjecta fuit a non satis cauto exornatore Actorum, quæ aliunde non sunt magnæ admodum auctoritatis Quidquid sit, nos ingentem illum sociorum martyrum numerum, in Græcis pariter ac Latinis Fastis consignatum, relinquimus in antiqua sua possessione, ita tamen ut, Martyrologium Romanum secuti, eum in titulo ante hunc Commentarium nostrum non determina verimus. Nunc a numero martyrum pergamus ad tempus martyrii.

§ II.

Tempus martyrii expensum.

« Cursum, inquiunt Acta, martyrii sui beatissimus Andreas cum tota sua forti et a Deo electa Phalange perfecit decimo nono die mensis Augusti, die Dominico. » Littera G, quæ hic est littera diei 19 Augusti, non invenitur tanquam littera Dominicalis signata ad nostrum propositum, nisi anno 294 et 305 ; unde consequens est, ut secundum Acta innecti debeat martyrium illud anno alterutri. Si autem anno 305 id affigas, satagendum est, ut dictus annus componatur cum modo, quo Maximianus martyres tractari jussisse fertur in Actis, et cum reliqua eorumdem Actorum serie, rebus ibidem ita expositis, ut dictu difficile videatur, eas accidisse tempore persecutionis generalis Diocletianeæ. Adde quod memorent accidisse palmam martyrii quando erat bellum illud contra Persas, quo a S. Andrea ejusque sociis insignis victoria relata de ipsis fuit ; unde fit, ut tempus martyrii pendeat a tempore istius belli secundum Acta. Baronius ad annum Christi 301, num. 1, Diocletianum imperatorem cum suo collega Maximiano tunc triumphasse de Persis affirmat ; et ibidem num. 2. « Porro, ait, enituit in bello Persico eximia virtus Andreæ tribuni militum, » etc.

11. Sed Pagius ad dictum annum, num. 2, illum triumphum celebratum affirmat « anno 303 » quo Lactantius lib. *De mortibus persecutorum*, cap. 17, Diocletianum Romæ Vicennalia celebrasse tradit. Nam cum triumphus ille Romæ exhibitus fuerit, ut Eusebius in Chronico, Eutropius et Cassiodorus testantur, et ante annum 303 post victoriam Persicam Diocletianus Romæ non fuerit, liquet eo anno triumphum hunc actum esse. Præterea triumphos cum Vicennalibus et id genus festis de more exhibitos fuisse, sæpeque dilatos non semel insinuavi. Quare licet pax inter Romanos et Persas jam ab anno 297 sancita fuisset, tamen triumphus de Persis anno tantum 303 actus. Et, nonnullis interjectis, ad anni 301 numerum 2, quos e Baronio citabam, et seqq. observat ista : « Diocletianus.. nullum hoc anno de persecutione Christianorum promulgavit edictum, sed tantum in milites sævitum, Quare martyres, de quibus Baronius, ante annum 303 passi non sunt. » Alii martyres isti huc non spectant, sed L. Andreas cum suis militibus, quorum martyrium ex jam dictis apud Baronium, ac criticum ejus, consummatum sit anno 301.

12. Sed quo minus eorum adstipulemur sententiæ, obstat 1° : Pax inter Romanos et Persas jam ab anno 297 sancita fuerat, uti modo fatebatur Pagius, Persis videlicet a Galerio Cæsare tunc victis, ex eodem auctore ad istum annum num. 6 et 7. Cur ergo sanctorum nostrorum militum martyrium differri debeat ad annum Christi 301 ? Cur Pagius secundum sua principia illud non ponit citius, cum anno 298 militum persecutionem affigat, dicens ad eumdem annum num. 2 : « Persecutio adversus milites hoc anno inchoata, ut recte Prosper in Chronico. Sicut igitur persecutio generalis in ipsis utriusque Augusti (sermo est de Diocletiano et Maximiano Herculio) Vicennalibus cœpit; sic et jeus quædam velitatio in utriusque Quindecennalibus. » 2° : Cum dicant Acta, num. 2 : « Tempore illo accidit, ut Persicarum copiarum pars quædam fines transiliret, et bellum adversus Antiochum suscitaret ; » cumque bellum illud S. Andreæ ab Antiocho demandatum fuerit, non utique ex dictis post annum 297, quo « pax inter Romanos et Persas sancita; » quidnam cogit illius ac sociorum martyrium procrastinare usque ad annum Christi 301 ? 3° : Cum denique hic annus componi non possit cum ratione temporis, quo martyrium accidisse memorant Acta, nimirum « decimo nono die mensis Augusti, die Dominico, » sicut supra observatum est ; melius quidem nobis videretur, Acta in hoc defendere, et erroris non condemnare, si

probabili aliquo argumento eo non compelleremur. Est autem illud.

13. Theodericus Ruinartius inter Acta sincera et selecta a se vulgata, pag. 309 et seqq. editionis primæ, exhibet Acta S. Maximiliani martyris, in quibus præter alia, anno Christi 295 quarto Idus Martii eum impellentia ut militiæ nomen daret, dicuntur ista : « Maximilianus respondit : Militia mea ad Dominum meum est. Non possum sæculo militare. Jam dixi, Christianus sum. Dixit Dion proconsul : In sacro comitatu dominorum nostrorum Diocletiani et Maximiani, Constantii et Maximi, milites Christiani sunt et militant. » Quomodo igitur, si anno 295 milites Christiani fuerint inter turmas Maximiani et in aula ejus, quomodo, inquam in milites nostros Christianos anno Christi 294 sub Maximiano sævitum est? Accedit eo, quod non satis verosimile videatur, tyrannidem persequendi Christianos a solo Maximiano esse executioni mandatam, nisi post victoriam, quæ anno 297 de Persis relata fuerit, quæque animum ejus inflarit, cristasque ejus erexerit ad audendum quidlibet. Et vero contextus Actorum S. Andreæ non obscure insinuat, Maximianum tunc temporis rem gessisse in Oriente : et extra tempus belli Persici videtur semper egisse suas partes Illyricum versus, cum apud Lactantium lib. *De mortibus persecutorum*, cap 18 dicat : « Jam fluxisse annos quindecim in Illyrico vel ad ripam Danubii, quibus relegatus cum gentibus barbaris luctaret, cum alii intra laxiores et quietores terras delicate imperarent. »

14. Atque hæ sunt difficultates, quæ in figendo tempore martyrii sese offerunt. Quandoquidem vero non est mihi promptum solvere hunc nodum saltem inhærendo Actis, satius esse duxi eumdem scindere, et nostrorum Pugilum martyrium ponere cum Actis sub Maximiano, sub quo etiam illud signat Martyrologium Romanum, non determinato ejusdem martyrii anno. Dixi « saltem inhærendo Actis ; » nam si eorumdem scriptor habuerit ante se documenta melioris notæ, illaque ita transformarit ornatu ac interpolatione, ut incommoda superius expensa ad istam causam sint referenda; tunc non video cur tempus martyrii innecti non possit persecutioni Diocletianeæ ; cur non item diei Dominico, atque adeo anno æræ vulgaris 305, post imperatoria videlicet illa edicta (vide Acta num. 8) quæ inde anno ab 303 adversus Christianos prodiere ; cur denique cum Actis dici nequeat illud accidisse imperatore Maximiano, nempe veri ac proprii nominis imperatore intelligendo, qui ante dictum annum 305 Cæsar duntaxat fuerat, quamquam cum adjecto jam tum ab anno 292 etiam titulo imperatoris, uti legitur apud auctorem neotericum Gallum *Historiæ imperatorum*, tom. IV in Diocletiano, art. 9, pag. 21. Quia vero plane supervacaneum judico, alterutrum e duobus, quæ apud me sunt, Græcis exemplaribus supra indicatis in Latinum convertere, exhibeo.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΝΔΡΕΟΥ

ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΛΑΤΟΥ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩ.

—

MARTYRIUM S. ANDREÆ TRIBUNI

ET SOCIORUM.

(Græce nunc primum editur ex cod. ms. Paris., n. 548, sæc. XII.)

—

1. Imperatore Maximanio homine valde impio, persecutio quædam magna contra Christianos commota est præcipue autem in regionibus Syriæ. Erat tempore illo Antiochus quidam, superstitioni plurimum deditus, militares ordines sub imperio suo regens : qui propter idolorum insaniam, contra pios homines furorem acrem spirabat, Sub eo viro, quem Antiochum nominatum diximus, multi

Α'. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς τοῦ ἀσεβεστάτου Μαξιμιανοῦ βασιλείας, διωγμὸς κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐγένετο μέγας, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς μέρεσι τῶν Συρίας. Εἶχεν δὲ τότε τῆς ἐκεῖσε στρατηγικῆς τάξεως τὴν ἀρχὴν Ἀντίοχος δεισιδαίμων τις, καὶ σφοδρὸν τῶν ὑπὲρ τῆς εἰδωλομανίας κατὰ τῶν εὐσεβούντων πνέων θυμόν. Ὑπὸ τοῦτον οὖν τὸν Ἀντίοχον πολλοὶ στρατηλάται τῆς αὐτῆς συμμετέχοντες πλάνης ἐτάττοντο. Ἀνὰ

μέσον δὲ αὐτῶν ὥσπερ εἰς ἀκάνθας ῥόδον καὶ μεταξὺ δυσωδίας θυμίαμα ὁ πιστὸς τοῦ Θεοῦ δοῦλος καὶ μάρτυς Ἀνδρέας λανθάνων ἐφαίνετο. Διὰ γὰρ τὴν τοῦ προσόντος αὐτῷ ζήλου θερμότητα τῆς παρὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συνεργίας καταξιούμενος, τῶν ὑπεναντίων ἐν τοῖς πολέμοις ἐκράτει καὶ πολλοῖς διέπρεπε τοῖς ἀνδραγαθήμασιν.

A tribuni militares ejusdem erroris participes numerabantur. Inter quos velut rosa florebat inter spinas et inter graveolentes odores fragrans aliquis vapor, fidelissimus Dei servus et martyr Andreas: qui latuerat quidem antea, sed postea manifeste apparuit. Hic propter ardentem zelum atque pietatem, magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi opem assecutus, adversantium bellorum hostes superabat, et multis egregiis ac strenuis facinoribus excellebat.

Β'. Κατ' ἐκεῖνον τον καιρὸν συμβέβηκεν μοῖράν τινα Περσικῆς δυνάμεως παρεκδραμεῖν τὰ μεθόρια, καὶ πόλεμον πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἄρασθαι. Ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ αἰφνίδιον τῆς ἐφόδου καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐπελθόντων οὐ μετρίως τοῦτον ἐτάραξεν, εἰς μνήμην ἐλθῶν τῶν Ἀνδρέου στρατηγημάτων, μετάπεμπτον ἦγεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἠθάδα, παρακαλῶν εὐτολμίαν, καὶ τοιούτοις πρὸς αὐτὸν χρώμενος λόγοις ἔλεγεν· Τὰ τῆς ἀνδρείας σου, φησίν, ἔργα, καὶ ὅσα κατὰ τῶν πολεμίων ἠρίστευσας, καὶ ἐμοὶ δῆλα καὶ αὐτῷ καθεστήκασι τῷ τὰ σκῆπτρα διέποντι, ἀνθ' ὧν καὶ τῆς ἀξίας ἔλαχες ταύτης. Τοιγάρτοι καὶ τὸν μέγαν ὄντα καὶ σχέδιον τῇ σῇ προθυμίᾳ καταπιστεύω πόλεμον, ἵνα σοι κἀὶ μᾶλλον διὰ τῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀγώνων ἡ εὔκλεια περιγένηται. Τούτων ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀριστεὺς τῶν λόγων ἀκηκοώς, καὶ οὐ πλήθει καὶ ὅπλοις καὶ ἅρμασιν, μόνῳ δὲ τῷ παντοδυνάστῃ Θεῷ πεποιθώς, τὸν μέγαν ἐκεῖνον ἐζήλωσε Γεδεών, καί τινας τῶν ἑπομένων ὀλίγους καὶ εὐαριθμήτους εἰς τὴν τηλικαύτην παράταξιν παρελαβών, οὓς προδήλως ἡ ἄνωθεν χάρις αὐτῷ κατισήμανεν, τὴν πρὸς τοὺς ἀντιτεταγμένους παράταξιν ἐποιήσατο.

B II. Tempore illo accidit, ut Persicarum copiarum pars quædam fines transiliret, et bellum adversus Antiochum suscitaret. Quoniam igitur repentina hostium incursio, et eorum multitudo non mediocriter ipsum perturbavit, Andreæ tunc tribuni militarem (1) peritiam et strenuitatem recordatus, illum ad consuetos ordines accersiri jussit, hortanseum, ut forti animo esset, utens autem his sermonibus : Tuæ, inquit, fortitudinis facinora quæque adversus hostes, et mihi et ei, qui sceptra imperii tenet, maxime nota sunt, et admodum manifesta: quapropter et dignitatis istius gradum sortitus es. Itaque magnum hoc et repentinum bellum fortitudini (2) tuæ committo, ut per præsentis certaminis occasionem ad gloriam tuam superiorem major cumulus accedat. Hos cum audisset sermones optimus Christi miles Andreas, non copiis, non armis aut curribus, sed solo præpotente Deo fretus, magnum illum Gedeonem æmulatus est, et paucos quosdam milites ad ejusmodi aciem assumpsit. Eos C enim solos, quos manifeste cœlestis gratia ei designavit, secum habens, oppositis hostibus prælium intulit (3).

Γ'. Ἤδη δὲ τῆς συμπλοκῆς ἀρχεσθαι μέλλων, τῆς τῶν ἐναντίων πληθύος τὴν ὑπερβολὴν θεογνωσίας ὑπόθεσιν τοῖς ἰδίοις παρείχετο· οὔπω γὰρ ἦσαν τῆς εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν πίστεως κατηξιωμένοι· ταῦτα διεξιὼν πρὸς αὐτούς· Καιρὸς ὑμῖν οὗτος, φησίν, τῆς τοῦ ἐπουρανίου Θεοῦ ἐπιγνώστεως· αὐτίκα γὰρ γνώσεσθε ὡς οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν ὄντως δαιμόνιά εἰσιν. Θεὸς γάρ ἐστιν ἀληθινὸς ὁ ἐμός, ὃς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐποίησεν. Αὐτὸς τοιγαροῦν παντοδύναμος ὢν βοηθεῖ τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτόν, ἀναδείκνυσί τε αὐτοὺς ἰσχυροὺς ἐν πολέμῳ, καὶ παρεμβολὰς κλίνουσιν ἀλλοτρίων. Ἰδοὺ τοίνυν ὁρᾶτε ὡς ἐξ ἐναντίας ἡμῶν οἱ πολέμιοι ἐν πολλῷ ἔστησαν ἀριθμῷ καὶ κεκραταίωνται τέως ὑπὲρ ἡμᾶς· ἀλλὰ δεῦτε τὴν πλάνην ἀφέντες, τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἐπικαλέσασθε σὺν ἐμοὶ, καὶ ὄψεσθε τούτους ἐκλελοιπότας ὥστε καπνὸν καὶ ὡς κονιορτὸν ἀπὸ ἄλωος ἔμπροσθεν ὑμῶν ἀπελήλαμενους. Ταῦτα ὁ μὲν εἶπεν· οἱ δὲ τοῖς

D III. Jam vero cum esset congressurus cum hostibus, eorum ingentem multitudinem divinæ cognitionis argumentum suis militibus proposuit: nondum enim Christi Dei nostri fide donati fuerant. Hæc igitur illis, enarrabat : Præsens opportunitas, cœlestis et divinæ cognitionis conciliatrix, vobis erit : statim enim cognoscetis, quod dii gentium vere dæmonia sunt, quodque verus Deus ille est, quem ego colo, qui cœlum et terram effecit. Ipse igitur cum omnia possit, opem affert iis qui eum invocant, eosque fortes in bello efficit, et hostium cohortes facit terga vertere. En igitur, ut videtis, hostes ipsi e regione nobis sunt oppositi, copiis innumerabiles et nobis validiores; sed, agite, errorem idolorum omittentes, mecum una Deum, qui vere Deus est, invocate, ac statim videbitis hostes ipsos, velut fumum quemdam aut pulverem, coram vobis deficientes. Hæc

(1) Tribunus militaris præerat militum legioni seu parti exercitus. Apud Græcos vocatur στρατηλάτης, quod ducem exercitus etiam interpretari possis, etsi subesset Antiocho totius exercitus duci : nam dicebatur et ille etiam dux exercitus qui vel uni tantum ab imperatore legioni præfectus erat, ut Ulpianus declarat apud Baronium ad annum Christi 301, num 2. De tribunis autem varia observat Vossius in Etymologico linguæ Latinæ ad vocem *tribus*.

(2) De bello ac pace cum Persis agit Commentarius prævius, § 2.

(3) Mirum, quod jam amplexus Christi fidem, nondum tamen baptizatus, mortis se periculo exposuerit (vide Commentarium § 1), nisi recurras ad miraculum, quo victoriam præsciverit, quodque hic videtur insinuari.

ille dicebat. Cui, milites credentes, et cum multa fiducia irruentes oppositas phalanges in fugam converterunt, et illustrem de hostibus ipsis victoriam deportarunt. Milites autem illos ejus prælii victores, reique admirabilis supra omnium opinionem testes, sanctus vir Dei Andreas, ut electos Christi viros, perfecte, quantum in illo erat confirmavit, et ad Dei cognitionem adduxit.

IV. Ea re putatisne parum adversarium diabolum conturbatum, qui victoriam illam contra se tropæum quoddam erectum cogitavit, neque aliquid aliud eam rem fuisse, nisi propriæ potestatis casum, existimavit? Cæterum maximus Dei athleta, ad stadium progredi paratus, quasi pignora quædam cœlestia, præstantia dona ab ipso Deo percipiebat, cum et ejiciendorum dæmonum miraculis abundaret. Multos igitur in singulos dies impuris spiritibus perturbatos liberabat, sicque lethale vulnus diabolo infligebat, et invidum et superbum hostem maxime subjiciebat. Cum vero quæ ad bellum pertinebant, viro sancto ex sententia processissent, et adversus Persas tropæum statuisset, venit cum suis militibus in urbem Antiochiam. Statim autem illum milites quidam ex iis qui cum ipso fuerant, invidia et livore incitati, cum bonum illud non voluntarie (4) delegissent, apud Antiochum detulerunt, quod Deum dux confiteretur et celebraret, qui in cruce suffixus fuerat. Ea res maximam iram Antiocho attulit, et misit quosdam ex ordine militari, qui ab eo discerent quod verum erat, et planum facerent. Cumque per eos qui missi fuerant, rem ita se habere certo audivisset, apud eum per internuntios partim admonitionibus usus est: commemoransque suum in Christianos odium et acerbitatem, per ipsos internuntios ei dicebat: Cum noveris, quemadmodum et qualibus tormentis sustulerim Eutychium Polyeucti filium (5), et multos eorum qui una cum illo Christi fidem secuti sunt, ac quemadmodum neminem ipsorum misericordia prosecutus fuerim, tu quo nunc consilio, aut qua spe hominis in cruce suffixi mentionem proponis?

V. Ad hæc Andræas respondit: Maxime istis verbis, quæ dicit, constantiam meam Antiochus corroborat. Nam si omnes, quos nominatim protulit, gravibus tormentis ab illo subjecti, victores ipsius exstiterunt, et Christo Deo coronati athletæ astiterunt, quare non et ego studere debeo amicus, vel potius Domini mei Jesu christi servus, omni tempore permanere, ut eadem, quæ illi, consequar præmia? Has voces per eos qui celeriter, quæ dicebantur, excipiebant, et litteris mandabant, a sancto viro prolatas accepit Antiochus ille arrogans, et a Dei pietate abhorrens, eumque vinctum ad se duci jussit, et omnibus audientibus interrogari, et aperte fateri, num imperatoris edicto, an suo

A λεχθεῖσιν πιστεύσαντες, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ θάρσους ὁρμήσαντες· τὰς ἀντιμετώπους ἐτρέψαντο φάλαγγας, καὶ μεγάλην κατ' αὐτῶν ἤραντο νίκην. Ταύτης δὲ μάρτυρας τῆς παρατάξεως καὶ τῆς παραδοξοποιΐας ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ τοὺς ἐκλεκτοὺς ἑαυτοῦ ποιησάμενος, καὶ τελείως ἐντεῦθεν αὐτοὺς βεβαιώσας, τῇ τοῦ Κυρίου προσήγαγεν ἐπιγνώσει.

Δ'. Καὶ πῶς οἴεσθε τοῦτο τὸν ἀντικείμενον διάβολον συνετάραξεν, καθ' ἑαυτοῦ τὸ τρόπαιον λογισάμενον, καὶ οὐδὲν ὅτι μὴ πτῶσιν ἰδίαν τὸ γεγονὸς ἡγησάμενον; Ἀλλ' ὁ τοῦ Θεοῦ μέγιστο; ἀθλητὴς ἐπὶ τὸ στάδιον κατὰ μέρος χωρῶν, ὥσπερ τινὰς ἀρραβῶνας ἐπουρανίους τὰ κρείττονα τῶν χαρισμάτων ἐλάμβανεν ἄνωθεν, καὶ τῇ κατὰ δαιμόνων ἐπλούτει B θαυματουργίᾳ. Πολλοὺς γοῦν ἡμέρας ἑκάστης ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐνοχλουμένους ἐλευθερῶν, καιρίαν πληγὴν ἐτίτρωσκε τὸν διάβολον, καὶ μειζόνως κατεδουλοῦτο τὸν βάσκανόν τε καὶ ὑψηλόφρονα. Ἐπειδὴ δὲ τὰ τοῦ πολέμου κατὰ νοῦν τῷ ἁγίῳ προὐχώρησε, καὶ κατὰ Μήδων στησάμενος τρόπαιον γέγονεν σὺν τοῖς ἀμφὶ αὐτὸν πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἀξίας κομούμενος ὡς ἐχρῆν ἀμοιβάς. Εὐθέως τοῦτον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ στρατιώτας τινὲς φθόνου μὲν καὶ ζηλοτυπίας ἔργον ἐπιτηδεύοντες, ἀγαθὸν δι' ὅμως ἀκούσιον ἐργαζόμενοι, διέβαλλον ὡς Θεὸν τὸν ἐσταυρωμένον ὁμολογοῦντάς τε καὶ δοξάζοντας. Τοῦ δὲ δι' ὀργῆς τὸ πρᾶγμα ποιησαμένου καὶ στείλαντος πρὸς αὐτὸν τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου τινὰς τὸ ἀκριβὲς μαθησομένους τὰ καὶ διασαφήσοντας, καὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν διὰ τῶν ἀπεσταλμένων ἠκριβωκότος, C καὶ πῇ μὲν κολακίαις, πῇ δὲ καὶ ἀπειλαῖς, ἔτι δὲ καὶ ἀναμνήσεσι χρησαμένου τῆς ἑαυτοῦ πρὸς Χριστιανοὺς δυσμενείας τε καὶ πικρότητος, ἐπιλέξεώς τε δεδηλωκότος· ὅτι Οἶδας ὅπως καὶ οἵαις ἀνεῖλον βασάνοις Εὐτύχιόν τε τὸν υἱὸν Πολυεύκτου, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν ἐκείνῳ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ὁμολογηκότας, καὶ οὐκ ἠλέησα αὐτούς, φησὶ, καὶ νῦν σοι τίνι σκοπῷ καὶ ποίᾳ ἐλπίδι τὸν ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου λόγον προβάλλῃ;

Ε'. Πρὸς ταῦτα ἀποκρινόμενος ἔφη· Πάνυ μὲν οὖν διὰ τούτων ὧν εἴρηκας ἰσχυροποιεῖς μου τὴν ἔνστασιν· εἰ γὰρ οὗτοι πάντες, οὓς ἐξωνόμασας, ὑπὸ τοῦ σοῦ μεγίθους δειναῖς αἰκίαις ὑποβληθέντες νικηταί σου γεγόνασιν καὶ στεφανηφόροι Χριστῷ τῷ Θεῷ παρ- D εστήκασιν ἀθληταί, πῶς οὐ μὴ σπουδάσω κἀγὼ, φίλος, δοῦλος δὲ μᾶλλον τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ διαμεῖναι μέχρι παντὸς, ἵνα τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἀπολαύσω βραβείων; Ταύτας οὖν τὰς φωνὰς διὰ τῶν εἰς τάχας γραψάντων εἰς τὰς αὐτοῦ τὸν ἅγιον ἀκοὰς ἀποθέμενον, προσέταξεν ἐκεῖνος ὁ ἀλαζών τε καὶ ἄθεος δέσμιον εἰσαχθέντα παρ αὐτῷ κατενώπιον πάντων ἐρωτηθῆναι καὶ σαφῶς ἐξειπεῖν, πότερον τοῖς βασιλέως θεσπίσμασιν, ἢ τῷ Θεῷ αὐτοῦ βού-

(4) Ecquis igitur illos ad hoc coegit?

(5) S. Polyeucti, celeberrimi martyris Melitenæ in Armenia passi. Acta jam pridem sunt illustrata apud nos die 13 Februarii in quibus ibidem pag. 654 meminit idem Sanctus uxoris ac filiorum; quorum forte unus fuerit Eutychius ille, de quo hic fit mentio. Synonymus in crucem actus notatur in Menæis magnis excusis die 2 Septembris.

λοιτο πειθαρχεῖν. Τοῦ δὲ εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων τε καὶ ἀγγέλων καὶ πάσης τῆς κτίσεως τρανῶς τε καὶ εὐθαρσῶς ὁμολογήσαντος τὸν Χριστόν· κόλασιν ἐπενόησε κατ' αὐτοῦ πονηρὰν ὁ σοβαρώτατος ἡγεμών, κατειρωνευόμενος δῆθεν αὐτοῦ καὶ λέγων· Ἐπειδὴ πολλὰ φαίνεται λαβὼν Ἀνδρέας ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ νίκας οὐκ ὀλίγας ἀναδησάμενος, ἀνέσεως αὐτὸν καὶ ἀναπαύσεως ἐφευρεῖν ἐμηχανησάμεθα καὶ τρόπον.

ϛ'. Καὶ δὴ προσέταξε κλίνην κατασκευασθῆναι χαλκῆν, καὶ ταύτης γενναίως ἐκπυρωθείσης, ὑπερθεν ἀποτεθῆναι τὸν ἅγιον ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ λίαν εὐθύμως ἐπεισπηδήσας τῇ κλίνῃ ὥσπερ ἐπί τινος στρωμνῆς ἁπαλῆς ἑαυτὸν διανέπαυσε, καὶ παραυτὰ μὲν σφόδρα ἤσθετο τῆς κολάσεως, παντὸς αὐτῷ περιφλεγομένου καὶ περιδραττομένου τοῦ σώματος. Ὑστερον δὲ ῥᾳστώνης ἐτύγχανε καὶ ἀναψυχῆς τῇ ἄγαν θερμότητι τῆς αὐτοῦ πίστεως τοῦ πυρὸς ὑπενδεδωκότος. Ἀγαγὼν δὲ ὁ παράνομος δικαστὴς καί τινας τῶν σὺν αὐτῷ κατὰ τὸν πόλεμον ἀριστευσάντων στρατιωτῶν, τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ ξύλου τετραγώνων προσηλωθῆναι τελείως διέταξε μειδιῶν, καὶ πυνθανόμενος εἰ πρὸς ἡδονὴν ἔχουσι τοῦτο, ὡς αὐτίκα μάλα προθύμως ἐκείνους συνθέσθαι, καί· Εἶθε γάρ, εἶθε, φησὶν, Χριστοῦ γενοίμεθα μιμηταὶ τοῦ δι' ἡμᾶς ἐπὶ τῷ τοῦ σταυροῦ ξύλῳ προσηλωθέντος. Ἀλλ' ἐντεῦθεν πάλιν ἐπὶ τὸν θεοφόρον ὁ τύραννος ταῖς ἐπερωτήσεσιν ἐπαναδραμὼν ἐπειρᾶτο διαπυνθάνεσθαι, εἰ τοιαύτης πείρας προσενεχθείσης αὐτῷ μεταμελεῖται τῶν δεδογμένων, καὶ τῆς Χριστιανῶν μετατίθεται πίστεως. Τοῦ δὲ εἰρηκότος τὸν τῶν εἰς τέλος ὑπομενόντων ἀναμένειν τε καὶ ἀπεκδέχεσθαι στέφανον, καὶ μηδέποτε τῶν καλῶς αὐτῷ κεκριμμένων ἐκστήσεσθαι, προσέταξεν τοῦτον φρουρᾷ κατασφαλισθῆναι, τὸ μὲν δοκεῖν ὅπως καιρὸν ὁ μάρτυς διασκέψεως πρὸς τὸ δῆθεν μεταβουλεύσασθαι λάβοι, αὐτῷ δὲ τῷ πράγματι καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἵνα τῆς τοῦ κρατοῦντος συνεὶς ὁ Ἀντίοχος γένηται γνώμης.

A Doe, parere vellet. Ille autem præsentibus hominibus, angelis, et tota spectabili et creata natura, distincte,,aperte et confidenter Christum confessus est. Itaque superbissimus præses acerbissimum supplicium adversus illum excogitabat, et ironia quadam utens : Quoniam, inquit, multum laboris Andreas in bellis perpessus est et victoriis non paucis coronatus fuit, remissionis et requiei viam ac rationem ipsi excogitavimus.

VI. Jussit igitur æreum lectum componi : qui cum valde accensus fuisset,sanctum virum Andream supra illum poni jussit. At ille præsenti et alacri animo in lectum illum, tanquam in molle aliquod stratum insilivit, et in illo decubuit, statimque vehementem cruciatum sensit, cum totum ejus B corpus combureretur, et undique ignis ardore fervesceret. Mox vero propter eximium fidei suæ fervorem, requiem et recreationem habuit, cum ignis ipse relaxatus esset. Duxit etiam nefarius ille judex quosdam ex eorum militum numero, qui una cum ipso strenue in bello se gesserant, et vere in Deum crediderant, ipsorumque manus in lignis, quadratam figuram habentibus, suffigi jussit, ridensque ab eis quæsivit, num ea res esset illis voluptati. Repente illi animo valde prompto sibi eam rem jucundissimam esse affirmarunt, hæc addentes : Utinam Christi simus imitatores, qui propter nos in ligno crucis suffixus fuit ¡ Deinceps ad divinum Andream tyrannus interrogationes suas convertens periculum faciebat, num talem cruciatum expertus, sententiam mutasset,et a Christianorum fide animum avertisset. Sed cum is respondisset, se coronam illam quam, qui ad finem usque patientiam retinent, adipiscuntur, a Deo exspectare, neque unquam ab iis quæ recte et firmiter statuta sunt, se decessurum, jussit tyrannus Andream e lecto illo eductum, in carcere diligenter custodiri, verbo quidem, quod martyri tempus dare vellet, ut rem suam melius consideraret, et sententiam mutare posset : re autem vera hoc faciebat, ut ipse interea scire posset, quænam esset super Andrea, cæterisque militibus Christianis, imperatoris sententia.

Ζ'. Αὐτίκα γοῦν μήνυσις παρ' αὐτοῦ πρὸς Μαξιμιανὸν ἀποστέλλεται ὃς ἐπειδὴ τὰ κατὰ τὸν θεοφόρον Ἀνδρέαν καὶ τοὺς ἀμφὶ αὐτὸν διὰ τῶν εἰρημένων ἔγνω γραμμάτων, κρίνει οὐ μικρὸν οἴσειν αὐτῷ γογγυσμόν τε καὶ τάραχον, εἰ τοιοῦτον περιφανῆ στρατηγὸν καὶ τοσούτους μετ' αὐτοῦ καὶ οὕπως ἀρίστους ὁπλίτας τῇ διὰ ξίφους ἐκδῷ τιμωρίᾳ, ἀντιγράφει πρὸς Ἀντίοχον ὥστε αὐτὸν μετά τινος ἐπιτεχνήσεώς τε καὶ πανουργίας τὸ πρακτέον κατὰ τὸ λεληθὸς ἐξανῦσαι, καὶ μὴ δοῦναι διὰ τούτου καιρὸν νεωτερισμοῦ τε καὶ ἀταξίας τῷ ὅλῳ στρατεύματι. Ταῦτα δὲ διεξῆλθεν εἰδὼς ὡς εἴ τις ἑνίους ἐκ τοῦ πλήθους παραλυπήσειεν μὴ προφανὲς ἄδικον εἰργασμένους, κἂν ἄδοξοί τινες εἶεν, κἂν ἀναρίθμητοι, ἐπ' αὐτοὺς ἡ ῥοπὴ γίνεται τῶν πλειόνων, ἐνταῦθα μέντοι καὶ ἡ τοῦ προσώπου ἀξίωσις πλείστη ὑπῆρχεν καὶ μαρτυρούμενοι κάματοι καὶ τῶν αὐτῷ συνόντων τὸ πλῆθος οὐ μέτριον. Διὸ δὴ καὶ ἐπήγαγεν ὁ

VII. Statim igitur ad Maximianum litieras misit, et rem illam significavit. Maximianus cum de Andrea et iis qui cum illo erant, certior factus est per eas litteras, quas supra diximus, existimans non parum perturbationis et tumultus ad eum perD venturum, si tam insignem et clarum ducem exercitus, totque et tantos viros, qui cum ipso erant, milites optimos gladio percuti juberet, rescripsit ad Antiochum, ut artificio aliquo aut versutia viro latenter ad id quod vellet, perficiendum alliceret,neque rerum novandarum, aut seditionis occasionem toti exercitui præberet. Hæc scripsit imperator, illud considerans, quod si, cum aliquibus obcuris hominibus, quorum crimina sint incerta, pœnam judex inferre vult,ad illorum causam defendendam plerique propensi sunt, eo magis in hoc viro id fieret, qui et dignitatis gradum tenebat, et non vulgares labores, multorum virorum testimo-

niis comprobatos, pertulerat, ac ordini militum non contemnendo præerat. Quamobrem in suis ad Antiochum litteris adjunxit: Placet mihi, hujus modi viros a carcere liberari, quasi anteactarum rerum venia iis concessa: paulo autem postea, nisi resipuerint, tanquam ob aliud crimen delatos, illos ipsos graviter puniri.

A Μαξιμιανὸς ἐν τοῖς πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀντίοχον γράμμασιν· ὅτι Δόξαν μὲν αὐτοὺς τῆς εἱρκτῆς ἀπολύειν καὶ τῶν ἤδη προγεγονότων συγγνώμην χαρίζεσθαι· ἐν παραβύστῳ δὲ μετ' ὀλίγον, ὡς ἐφ' ἑτέρῳ πλημμελήματι τούτους μετελθεῖν.

VIII. Antiochus igitur cum has litteras a Maximiano accepisset, fecit quod imperator jusserat, et insignem Dei servum Andream, et omnes qui cum ipso erant, ex vinculis eduxit, et libero ac securo animo vitam degere permisit. At sanctus Dei minister Andreas ejusmodi fallaciæ inventum divinitus sibi patefactum cognovit, et eos qui cum ipso laboraverant, ejusque admonitionibus ad divinam cognitionem perducti fuerant, secum habens, in Ciliciam ad Tarsum mettropolim se contulit: jam dudum enim propositum habuerat, per Petrum, qui tempore illo religiose et sancte præsidebat jam dictæ metropoli, et multis egregie factis præstabat, Deoque ipsi gratus erat, ad salutarem baptismum perduci. Nam etsi fuerat ab initio, ut supra dictum est, fidelissimus Dei minister, et ejus donis refertus, nondum tamen divini baptismatis particeps factus erat. Antiochus cum Andreæ, et eorum qui cum ipso erant, discessionem (6) cognovisset, furore accensus, consiliarios suos, et, quibus uti consueverat, accersivit, quæque Andreas fecerat, cum illis communicavit, et litteras misit ad Seleucum, qui in Ciliciæ administratione, quod ad militare opus pertinebat, ejus vicarius erat. Litteræ autem illæ ita se habebant: Puto te audivisse de Andrea, qui olim dux fuit in exercitu maximorum imperatorum, quod nunc non solum seipsum amentiæ tradidit, sed plurimos etiam militum, quos secum habebat, concitatos, ad eam sententiam impulit, ut regalibus et divinis edictis adversarentur. Quoniam vero cognovimus clam hinc ipsum discessisse, et in Cilicum provincia nunc exsistere, æquitati tuæ placeat, regiæ voluntati obtemperanti, et Andream, et eos qui cum ipso sunt, persequi, ac detentos et vinctos nostris manibus tradere. Quod si adversati fuerint, aut fugere jam cœperint, militaribus gladiis confice.

B Η. Ἀντίοχος οὖν τὰς τοιαύτας ἀντιγράφους δεξάμενος Μαξιμιανοῦ συλλαβὰς ἐπ' ἔργον ἤγαγεν τὰ προστεταγμένα, καὶ τὸν μὲν ἔνδοξον τοῦ Θεοῦ δοῦλον Ἀνδρέαν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας ὑπεξήγαγε τῶν δεσμωτηρίων καὶ ἀδεῶς δῆθεν καὶ ἀμερίμνως διάγειν ἐπέτρεπεν. Ὁ δὲ ἅγιος τοῦ Θεοῦ θεράπων τῆς τοιαύτης ἐξαπάτης τὸν τρόπον ἐκ θείας ἀποκαλύψεως ἐγνωκὼς, παρέλαβε τοὺς αὐτῷ συγκάμνοντας καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ παραινέσεως τὴν θείαν λαβόντας ἐπίγνωσιν, καὶ κατὰ τὴν Ταρσέων μητρόπολιν τῆς Κιλικίας γέγονεν ἐπαρχίας. Ἦν γὰρ καὶ ἐκ πολλοῦ σκοπὸν ἔχων διὰ Πέτρου τοῦ τηνικαῦτα ὁσίως τῆς εἰρημένης προεδρεύοντος μητροπόλεως, καὶ πολλοῖς τοῖς κατὰ Θεὸν διαλάμποντος κατορθώμασι τῷ σωτηρίῳ προσαχθῆναι βαπτίσματι. Ἐξ ἀρχῆς μὲν γὰρ, ὡς προείρηται, πιστὸς ὑπῆρχεν θεράπων Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ χαρισμάτων πεπληρωμένος, οὔπω δὲ μεταλαχὼν τοῦ θείου βαπτίσματος, Ἀντίοχος δὲ τὴν τοιαύτην αὐτοῦ τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ μαθὼν ἀναχώρησιν, καὶ θυμοῦ πλησθείς, τοὺς ἑαυτοῦ συμβούλους τε καὶ συνήθεις προσεκαλέσατο καὶ τὰ περὶ τούτου αὐτοῖς κοινωσάμενος, γράμμα πρὸς Σέλευκον διεπέμψατο τὸν αὐτοῦ τὸ πᾶν ἀναπληροῦντα ἐν ταῖς ἐπὶ τῆς Κιλικίας στρατηγικαῖς διοικήσεσιν, ὧδέ πως ἔχον· Ἀκηκοέναι σε ἤδη νομίζομεν τὰ περὶ Ἀνδρέου τοῦ πρώην μὲν στρατηλάτου τῶν μεγίστων αὐτοκρατόρων, νυνὶ δὲ μὴ μόνον ἑαυτὸν εἰς ἀπόνοιαν ἄραντος, ἀλλὰ καὶ πλείστους τῶν σὺν αὐτῷ στρατιωτῶν πρὸς ἐναντίωσιν τῶν βασιλικῶν ἀναῤῥιπίσαντος θεσπισμάτων. Ἐπειδὴ τοίνυν ἔγνωμεν αὐτὸν λαθραίως ἐντεῦθεν ὑπαναχωρήσαντα κατὰ τῆς Κιλικίων νῦν ἐπαρχίαν ἀναφανῆναι, θελήσῃ ἡ σὴ ἐπιείκεια τῷ βασιλικῷ κατακολουθοῦσα σκοπῷ ἐπιδιῶξαι τοῦτον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ κατασχεῖν, καὶ δεσμίους ταῖς ἡμετέραις παραδοῦναι χερσίν· εἰ δὲ πρὸς ἐναντίωσιν ἢ φυγὴν ἰδεῖν ἐγχειρήσωσιν, στρατιωτικοῖς ξίφεσιν αὐτοὺς ἐξανελῶσαι.

C

IX. Seleucus cum ejusmodi litteras accepisset, expeditos et probatissimos milites, quos Romani ordinarios (7) appellant, quamplurimos secum habens, (erat enim et ipse contra Christi servos nimio furore percitus), ad Tarsensium urbem properavit, cum sanctorum hominum catervam illic esse didicisset. Andreas vero sanctus vir, cum id præ-

D Θ'. Ὁ δὲ Σέλευκος τὸ τοιοῦτον γράμμα δεξάμενος καὶ τῶν εὐζώνων καὶ δοκιμωτάτων στρατιωτῶν οὓς δὴ ταξάτους καλοῦσιν, ὅτι μάλιστα πλείστους παραλαβὼν (ἦν γὰρ καὶ οὗτος τῆς κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ θεραπόντων μανίας πεπληρωμένος), ἐπὶ τὴν εἰρημένην Ταρσέων μητρόπολιν ὥρμησεν, ἐκεῖσε τὸ τῶν ἁγίων στῖφος διάγειν μεμαθηκώς. Ὁ δὲ ἅγιος

(6) Non satis equidem concipio, quomodo discessio illa fieri a Sancto potuerit invito Antiocho, cui suberat secundum Acta Estne hujusmodi factum disciplinæ militari ac legibus civilibus consonum? Utramque certe transgressionem semper obnixe cavebant Sancti. Ad hæc, cum Sanctus ac socii ejus voluerint fugere persecutionem, secundum Acta, num. 9, cur manserunt simul, ac separati non sunt? Separatio certe illa ex natura rei erat maxime conducens, si non necessaria, ut persecutoribus sese subducerent. De his itaque viderit Actorum auctor.

(7) *Ordinarios.* In nostro exemplari Græco, quod habetur in codice † Ms. 194, ταξάτους lego. Cangio in glossario Græco-barbaro sunt ταξάτοι, *milites quivis*, a voce τάξις, « Nisi, inquit, quis malit sic appellatos, quod iis taxetur certa in stipendium pecuniæ summa. » Deinde observat voce ταξάτοι maxime dici milites præsidiarios seu qui in castrorum præsidia inducuntur.

τοῦτο προγνοὺς καὶ αἰτήσας παρὰ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἐπισκόπου τὸ σωτήριον βάπτισμα, καὶ τοῦτο μετὰ πολλοῦ τοῦ πόθου καὶ ἀθλητικοῦ τοῦ ζήλου δεξάμενος, ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ πιστοῖς στρατιώταις, συμπαρόντος τοῦ Πέτρου καὶ Νόννου τοῦ ἐπισκόπου Βερροίας· σπουδῇ τε χρησάμενος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν λεγομένην Ταξανῖτιν, οὐκ ἐκ δειλίας τοῦτο πράττων, ἀλλὰ δεσποτικὸν ἐκτελῶν θέσπισμα τὸ διορίζον· Ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν. Γνοὺς δὲ ὁ Σέλευκος τὸν θεοφόρον ἐκεῖθεν ἀπάραντα, ἀδημονίᾳ τε συγχυθεὶς καὶ ἀλλοιώσας τῇ λύπῃ τὸ πρόσωπον, ἐδίωκεν αὐτόν τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐπιτεταμένως· ὁ θεοφόρος δὲ τὴν ἀπὸ τῆς λεγομένης Ταξανίτιδος ὁδοιπορίαν στειλάμενος ὥδευσεν ὅλον τὸν Ταῦρον μέχρι τῆς καλουμένης Ταμαλινῆς ἠορίας· καὶ ἐλθὼν εἰς τὰ μέρη τῆς κώμης τῆς λεγομένης Ὀρχηστῶν, καὶ διακειμένης ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἀρμενίων ἐπαρχίᾳ πλησίον τῆς Μελιτινῶν περιφανοῦς μητροπόλεως, παρενέβαλε τοῖς καλουμένοις Χαυσόριος καὶ Χαραβάθων τόποις. Ὡς δὲ τοῦτο οὐκ ἔγνω Σέλευκος καὶ ἄπορον αὐτῷ παντάπασιν ἦν τὸ μαθεῖν διὰ ποίας ὁ ἅγιος ὥδευσεν, εἰσδραμών τις ἀνὴρ πρὸς αὐτὸν Μαρτῖνος τοὔνομα κατεμήνυσεν ὡς τὸ ὄρος τοῦ Ταύρου λαβὼν τῇ δι' ἐκείνου πορείᾳ τὴν πάροδον ἐποιήσατο.

Ι'. Τότε οὖν ὁ διώκτης ἐκεῖνος τοῦτο μαθὼν, κατέλαβε τὸν τόπον τὸν λεγόμενον Χαυσούριος· ὁ δὲ πανεύφημος μάρτυς συνόντων αὐτῷ παντοχόσε τῶν πιστῶν ἐκείνων στρατιωτῶν ὥρμησεν ἐπὶ τὸ μέρη τὰ προσαγορευόμενα Ἀνδροκαλῶν, οὐ πόρρω τῆς μνημονευθείσης Ὀρχηστῶν τυγχάνοντα κώμης, καὶ κατέρριψεν εἰς αὐτὰ τὰ στενὰ τοῦ Ταύρου. Ὅτου δὲ χάριν στενὰ προσαγορεύεται τὸ σχῆμα τοῦτό που παρίστησιν· αὐχένες γὰρ δύο τοῦ ὄρους ἀντίθετοι κατὰ βραχὺ συνιόντες, σχεδὸν μὲν ἀλλήλοις συνάπτονται· ἐκ δὲ τοῦ κάτω παρέρποντος ποτσμοῦ διειργόμενοι στενοὶ μὲν γίνονται μικροῦ δεῖν καὶ ἀπόρευτοι· χάσμα δὲ μεταξὺ κρημνῶδες ἀποτελοῦσι, φοβερὸν καὶ τοῖς ὅλως προσβλέπουσιν. Ἀλλὰ τούτου μὲν ἕνεκεν οὕτως ἡ τοιαύτη χρηματίζειν ἔλαχε θέσις. Ὁ δὲ μέγας καὶ περιώνυμος μάρτυς ἐκ θείας προαγορεύσεως τούτους προορισθῶναι τοὺς τόπους τῇ αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἀμφὶ αὐτὸν τελειώσει προεγνωκώς (ἐχρῆν γὰρ ἄρα τὸν θεόδρομον. τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύσαντα ὁδὸν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν), τῆς περαιτέρω πορείας ἐπαύσατο.

[1] Matth. x, 23.

A cognovisset, petiit a beato Petro episcopo sanctissimum baptisma. Quod multo cum desiderio et certandi ardore suscepit una cum fidellisimis militibus, quos secum habebat (8). Erat autem cum Petro episcopo et Nonnus episcopus Berœæ. Post hæc Andreas celeritate usus, exiit in locum, qui dicitur Taxanite, non metu id faciens, sed ut præceptum Domini servaret, quod ita definit: *Cum persecuti vos fuerint, ex una civitate fugite in aliam*[1]. Seleucus vero cum audivisset divinum illum virum ex ea urbe migravisse, sollicitudine et confusione quadam affectus, et præ tristitia vultum mutatum habens, intento cursu et ipsum, et ejus socios insequebatur. Porro Andreas, cum et e loco Taxanite discessisset, totum montem Taurum peragravit B usque ad fines ejus regionis, quæ Tamalme (9) dicitur. Cum venisset autem ad castellum quod dicitur Orchesum, in Armeniorum provincia situm prope Melitinensium illustrem metropolim, pervenit inde ad Chausorii et Charavatinensium regiones. Id cum nesciret Seleucus, neque rationem aliquam inire posset, qua sciret, per quam viam sanctus ille vir iter fecisset, venit accurrens ad eum homo quidam, Martinus nomine, qui significavit, Andream ad Taurum montem pervenisse, et per eum et alia loca transiisse.

X. Tum persecutor ille, cum id didicisset, celeriter venit ad locum, qui dicitur Capsurius. Celeberrimus autem martyr una cum fidellisimis illis militibus secum versantibus, properavit ad eam regionem, quæ dicitur Androcaloni, et in Tauri montis angustias (10) se dejecit. Causam vero quare angustiæ vocentur, ejus loci figura declarat. Duo enim montis juga vicissim sibi opposita, ac paulatim coeuntia, fere inter se copulantur : sed flumine (14) præterfluente distincta, angustias quasdam efficiunt, quæ fere inviæ sunt : hiatum vero præcipitem inter se habent, magnum illum quidem, et vel iis qui ipsum accipiunt, terribilem. Hac de causa ejus loci situs talem appellationem accepit. Magnus (12) ergo et celeberrimus martyr, cum ex divina prædictione loca illa suo et eorum omnium, qui cum ipso erant, martyrio præfinita esse cognovisset (oportebat enim eum, qui divinum cursum conficiebat, et per angustam et arctam viam ambulabat ad cœleste Dei regnum ingredi), ulterius D regredi destitit. Tunc Seleucus venit, et vidit loca,

(8) Tandem aliquando ponitur hic S. Andreas cum suis baptismum suscepisse. Vid. Commentarium prævium, § 1.

(9) Tamalme, Androcalon, Chausorium, Charavatinium (in textu nostro Suriano est Charavatinensium) regiones, et Taxanite atque Capsurium notantur apud Ortelium, sed quod nihil vel parum aliunde de illis didicerit, inde colligo, quod addat : « Loca ista habet circa Armeniam minorem vel Ciliciam Metaphrastes in S. Andræ ducis exercitus Vita. »

(10) *Augustias.* In nostro dicto Græco exemplari τὰ στενὰ, qua voce etiam usus est Strabo, lib. I pag. 53 editionis Parisiensis anni 1620, e quo dictarum augustiarum situm subdo. Postquam enim egisset de Pyramo fluvio Ciliciæ, «Navigabilis, ait ille ex mediis Cataoniæ campis effunditur, ac delatus per Tauri angustias in Ciliciam, in fretum, quod inter hanc et Cyprum est, exit. »

(11) Pyramo videlicet, ex mox dictis.

(12) *Magnus.* Nomen hoc, uti vides, est appellativum suffragante nostro apographo Græco, ὁ δὲ μέγας καὶ περιώνυμος μάρτυς, non proprium S. Andreæ, ac proin cave ne ex hac voce vel binominem facias sanctum, vel non recte annunties. Consule Commentarium, § 1.

in quibus viri illi a Deo ducti constiterant : in eos autem exercitum, quem secum habebat, immisit. Id cum sensisset Dei minister, et se et socios suos ad preces excitans, ait : O amici et commilitones, ac filii mei, nunc est tempus acceptabile, nunc dies salutis : perstemus in Dei amore, resistamus animo æquo et forti, quemadmodum præcepit nobis Deus : manus nostras non ad ulciscendos persecutores, sed ad Deum precandum, eique gratias agendum erigamus, quod nobis concesserit, ut ad horam hanc venire potuerimus, quo partem et sortem cum omnibus iis qui sanctitate præditi sunt, assequamur. Supplices ab illo postulemus, quod martyrum primus celeberrimus Stephanus, cum lapidibus obrueretur, a Deo petivit dicentes et nos : Domine Jesu Christe, accipe spiritus servorum tuorum, quos in manus tuas commendamus.

A Τότε ὁ Σέλευκος ἐλθὼν καὶ ἰδὼν τὰ χωρία ἐν οἷς οἱ θεοδιήγητοι ἐκεῖνοι ὑπῆρχον, ἐπαῆρκεν αὐτοῖς τὸν ἑπόμενον αὐτῷ στρατόν. Τοῦτον δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων αἰσθόμενος, εἰς προσευχὴν ἑαυτόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ διανίστησιν λέγων· Ἰὼ φίλοι στρατιῶται καὶ τεκνία μου, νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος καὶ ἡμέρα σωτηρίας· στῶμεν θεοφιλῶς, στῶμεν ἐπιεικῶς, ὡς προσέταξεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, τὰς χεῖρας ἡμῶν, οὐκ ἐφ ᾧ τοὺς διώκοντας ἀμύνασθαι, ἀλλ' εἰς δέησιν αἴροντες τοῦ καταξιώσαντος ἡμᾶς Θεοῦ, εἰς τὴν ὥραν ταύτην ἐλθεῖν, ἵνα λάβωμεν μερίδα καὶ κλῆρον ἐν πᾶσι τοῖς ἡγιασμένοις· ἱκετεύσομεν αὐτὸν καὶ παρακλέσομεν, λέγοντες ὅπερ λιθοβολούμενος ὁ τῶν μαρτύρων προηγησάμενος ἀοίδιμος εἶπεν Στέφανος· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, δέξαι τὰ τῶν δούλων σου πνεύματα, εἰς τὰς σὰς γὰρ ἑαυτοὺς παρατιθέμεθα χεῖρας.

B

XI. Cum vero in medio ipsorum constitisset, manibus atque oculis in cœlum erectis, Deum oravit hæc dicens : Domine Deus, qui magnus es et omnipotens, accipe mei peccatoris et indigni servi tui preces, eorumque omnium, qui mecum sunt, et fidem tuam immobilem servaverunt : omnibusque his, qui necessitatis tempore nostra, qui sumus indigni, nomina invocaverint, præsta petitiones illas, quæ ad salutem pertinent : quique ad locum hunc confugerint, eos protege, et a malo ac necessitate libera, largiens ipsis sanitatem animæ et corporis : et quo loco humilis sanguis noster effusus fuerit, fiat illic curationum fons, et spirituum impurorum redargutio ac liberatio, ut terribilis et sancti, benedictique nominis tui, unigeniti etiam Filii tui Christi Dei nostri sanctissimi, et vitam dantis Spiritus sancti gloria celebretur in sæcula sæculorum, Amen (13). Completis his precibus, astiterunt statim persecutores, feris immitibus crudeliores. Ipsi vero, tanquam agni simplices ad immolandum ducti, mansuete et leniter seipsos illorum manibus tradiderunt, communem omnium Dominum imitantes.

ΙΑ'. Καὶ στὰς ἐν μέσῳ αὐτῶν καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας καὶ τὸ ὄμμα εἰς τὸν οὐρανὸν, προσηύξατο λέγων· Ὁ Θεὸς ὁ μέγας, ὁ παντοκράτωρ, πρόσδεξαί μου τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου σοῦ δούλου τὴν προσευχὴν, καὶ πάντων τῶν σὺν ἐμοὶ ἀκλινῆ τὴν εἰς σὲ πίστιν τετηρηκότων, καὶ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις ἐν καιρῷ βοηθείας τῆς ἀναξιότητος ἡμῶν τὰ ὀνόματα, παράσχου πᾶσιν τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ τοὺς ἐπὶ τὸν τόπον καταφεύγοντας τοῦτον σκέπασον, καὶ ῥῦσαι ἀπὸ παντὸς κακοῦ καὶ πάσης ἀνάγκης, δωρούμενος αὐτοῖς ἁγιασμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος· καὶ ἔνθα τὸ ταπεινὸν ἡμῶν αἷμα ἐκχεῖται, γενέσθω ἐκεῖ πηγὴ ἰαμάτων, καὶ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἔλεγμός τε καὶ ἀπολύτρωσις, ἵνα δοξάζηταί σου τὸ εὐλογημένον καὶ φοβερὸν καὶ ἅγιον ὄνομα, καὶ τοῦ μονογενοῦς σοῦ Υἱοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τοῦ παναγίου καὶ ζωοποιοῦ σου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Μετὰ δὲ τὴν προσευχὴν, ἐπέστησαν εὐθέως αὐτοῖς οἱ διώκοντες, θηρίων ἀνημέρων δεινότεροι. Αὐτοὶ δὲ ὡς ἀρνία ἀγόμενοι ἄκακα τοῦ θύεσθαι, οὕτως ἡσύχως ἑαυτοὺς καὶ ἡπίως ταῖς ἐκείνων χερσὶν ἐκδεδώκασι, τὸν κοινὸν Δεσπότην μιμούμενοι.

C

XII. Profani igitur illi et nefarii persecutores, ferociter, et cum quodam (ut ita dicam) dentium stridore ac fremitu irruentes, strictis gladiis beatissimos viros interfecerunt, et illorum multo sanguine præterlabentem fluvium impleverunt. Statim autem, quemadmodum sanctus martyr precibus suis postulaverat, locus, in quem venerandus sanguis ille defluxerat, fons quidam effectus est, omnigenarum ægrotationum sanitatem afferens : qui fons ad hodiernum usque diem gratis redundat et curationem singulis accommodatam largitur. Quamobrem non ad eos solum qui prope, et in eo loco ac finitima regione sunt, sed ad ipsos etiam, qui longe absunt, et ab illis locis multum distant hujus viri sancti fama celeriter pervenit : quæ facit, ut omnes tam parvi, quam mediocres et summi viri, concursu magno illuc proficiscantur,

ΙΒ'. Ἀγρίως δὲ καὶ μετά τινος, ὡς εἰπεῖν. βρυχηθμοῦ ἐπελθόντες τούτοις οἱ βέβηλοι, τοῖς ἑαυτῶν ἀπέκτειναν ξίφεσιν, καὶ τοῖς τούτων αἵμασι τὸν παραρέοντα ποταμὸν ἐπλήρωσαν. Κατὰ δὲ τὴν ἁγίαν τοῦ μάρτυρος προσευχὴν ὁ τόπος ἐν ᾧ τὸ πολύσεπτον αὐτοῦ καὶ τίμιον ἔῤῥευσεν αἷμα, πηγὴ γέγονεν φορὰν ἀναπέμπουσα παντοδαπῶν ἰαμάτων· ἥτις μέχρι τῆς ἡμέρας ὑπερεκχεῖται καὶ πλημμυρεῖ καὶ τὰ πρὸς ἰατρείαν ἑκάστῳ χαρίζεται. Πάντων μὲν γὰρ, ὡς ὁ φθάσας ἐδήλωσε λόγος, τῶν κρειττόνων ὁ μάρτυς ἠξίωται χαρισμάτων· διαφερόντως δὲ καὶ κατεξαίρετον τὸ κατὰ δαιμόνιον ἐκληρώσατο χάρισμα. Ὅθεν οὐ τοῖς ἐγγιστα μόνον καὶ περὶ τὸν τόπον αὐτὸν καὶ τὴν ἐνορίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μακρὸν ἀποῦσι καὶ πόῤῥω διεστῶσί τε καὶ ἀπέχουσιν ἡ τούτου ἔδραμεν ἀκοὴ· καὶ πάντας μικρούς τε καὶ μέσους καὶ ὑπερέχοντας ἐκεῖσε συντρέχειν παρα-

D

(13) Orationem hanc castigavimus ibidem num. 7.

σκευάζει, καὶ δοξάζειν τὰ γινόμενα ταῦτα. Τὸν μὲν οὖν δρόμον ὁ μακάριος οὗτος μετὰ πάσης αὐτοῦ τῆς θεολέκτου καὶ καρτερᾶς ἐτέλεσε φάλαγγος, τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνός, καὶ ταύτῃ τῶν ἡμερῶν τῇ κυρίᾳ, ὥρᾳ δευτέρᾳ.

ΙΓ'. Πέτρος δὲ ὁ τῆς Ταρσέων ἐπίσκοπος ὁ καὶ τὸ θεῖον αὐτῷ κεράσας λουτρὸν τοῦ βαπτίσματος, καὶ Νόννος ὁ ἐπίσκοπος τῆς Βερροίων, Θεόδουλός τε καὶ Συνέσιος διάκονοι, Μαρῖνός τε καὶ Νικόλαος, Εὐσέβειός τε καὶ Λαμυρίων ἀναγνῶσται, ἐν τῷ μέλλειν αὐτόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τὸν ἀγῶνα πληροῦν τῆς ἀθλήσεως, μακρόθεν ἐπηκολούθουν ἐπιποθοῦντες τὸ πέρας ἰδεῖν · καί γε καὶ εἶδον τὴν κοινὴν πάντων ἐν Κυρίῳ τελείωσιν καὶ τὰ τίμια τούτων ἐκεῖσε κατέθεντο λείψανα μετὰ τοῦ προσφόρου σεβάσματος. Ἐθεάσαντο δὲ καὶ τὴν πηγὴν ἐκείνην τὴν σεβάσμιόν τε καὶ πολυθαύμαστον τῷ σιαγόνι τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου μεγαλομάρτυρος ὑπακούσασαν παραχρῆμα καὶ μετὰ τῆς τῶν ἰαμάτων ἀθρόων ἀναβλύσασαν χάριτος · εὐθὺς γοῦν ἐν πρώτοις τὸν ἕνα τῶν εἰρημένων ἀναγνωστῶν Λαμυρίονα ὑπὸ πνεύματος κρυφαίου παρενοχλούμενον ἀκαθάρτου, καὶ μήπω μέχρι τότε φανερωθέντα ἰάσατο, καὶ σὺν αὐτοῖς ᾤχετο γενόμενος ὑγιής. Ἐφ' οἷς ὑμνήσαντες τὸν ὡς ἀληθῶς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ εὐδοξαζόμενον Θεόν, τὴν Κηλικίαις ὁδὸν παρῃτήσαντο · διότι Πέτρον τὸν τῆς Ταρσέων ἐπίσκοπον τὸν ἅγιον, ὡς εἴρηται, βαπτίσαντα μάρτυρα, συλλαβεῖν ὁ Σέλευκος ἐπεζήτει. Ὥδευσαν δὲ μετ' εἰρήνης τὴν Ἰσαυρίαν, αἰνοῦντες ἅμα καὶ εὐλογοῦντες τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

et miracula, quæ illic fiunt, gloriose celebrent. Cursum igitur martyrii sui beatissimos Andreas cum tota sua forti et Deo electa phalange perfecit decimo nono dei mensis Augusti, die Dominico (14), hora secunda.

XIII. Petrus vero Tarsensis urbis episcopus, qui divino baptismatis lavacro eum purgavit, Nonnus episcopus Bercœensium Theodulus et Synesius diaconi Marinus et Nicolaus, Eusebius et Lamyrion lectores, cum Andreas ipse, et ii qui cum eo erant, certamen perpessuri essent, e loginquo sequebantur, cupientes eorum finem cognoscere (15) quem et cognoverunt, communem, inquam, illorum omnium in Domino consummationem : quorum se venerandas reliquias reposuerunt, congruentem venerationem adhibentes. Viderunt et fontem illum venerandum, et multorum miraculorum effectorem ex justi et magni martyris defluente sanguine scaturientem, qui fons cum primum scaturiit, repente curationum gratiam emisit : statim enim unum ex lectoribus, quos diximus, Lamyrionem, a spiritu quodam pravo et impuro perturbatum, neque ad illum usque diem liberatum, imprimis curavit, qui cum aliis lectoribus sanus rediit. Idcirco illi Deum hymnis celebrarunt, qui vere in sanctis suis gloriosus efficitur. Cæterum in Ciliciam amplius redire noluerunt, quoniam Petrum Tarsensis urbis episcopum, qui martyrem Andream cum sociis, ut dictum est, baptismate purgaverat, Seleucus capere studebat. Abierunt igitur, divina providentia ducti n Isauriam (16), laudantes simul et benedicentes Domino Jesu Christo : cum quo Patri simul et sancto Spiritui sit gloria nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(14) De hac temporis nota disputat Commentarius, § 2.

(15) Magis mihi placeret auctor. si diceret, *Sequebantur* ac comitabantur Sanctum ejusque socios, ut illos in fide confirmarent, et ad martyrium compararent, quam ut eorum finem cognoscerent. Cui enim bono subserviebat, e loginquo illos sequi ea de causa ?

(16) Esto, Petrus aliquam rationem habuerit, quia nempe Seleucus eum capere studebat, si Actis credimus, abeundi in Isauriam ; verum cur idem fecerunt Nonnus episcopus Bercœensis, aliique ecclesiastici, et cur non potius rediere ad propria ?

DE SANCTO ROMULO

MARTYRE IN GRÆCIA

ITEM

DE SS. MARTYRIBUS EUDOXIO, ZENONE, MACARIO ET MCIV MILITIBUS MELITINÆ IN ARMENIA MINORI.

(Acta sanctorum Bolland. ad diem 5 Septembris, tome II.)

§ 1. *Cultus apud Latinos Græcos intricata et non cohærens Menologii Basiliani narratio.*

Martyrologium Romanum sanctos hosce Pugiles ad 5 Septembris ita annuntiat : « Eodem die sancti Romuli, aulæ Trajani præfecti, qui cum sævitiam imperatoris in Christianos detestaretur, cæsus virgis capite truncatus est. Melitinæ in Armenia passio sanctorum militum Eudoxii, Zenonis, Macarii, et

sociorum mille centum et quator, qui abjicientes militiæ cingulum, in persecutione Diocletiani pro confessione Christi necati sunt.» Patet hic Romulum sejungi a reliquis ; et recte, uti Acta inferius danda ostendent. Fallitur tamen Baronius, dum in Notationibus ad Martyrologium ait, « Græci de eodem (Romulo) item hac die in Menologio agunt : nam Menologium Latine versum a Sirleto cardinale, quod ipse Baronius ad Januarii profitetur se Menologii nomine semper intelligere, aliique Græcorum fasti ecclesiastici nihil prorsus hac die de Romulo habent ; sed eum una cum cæteris martyribus celebrant 6 Septembris.

2. Accipe verba laudati Menologii Sirletani ab Henrico Canisio editi : « Eodem die [6] certamen sanctorum martyrum Eudoxii, Zenonis, Romuli, Macarii et reliquorum. Sanctus Romulus capite obtruncatus est a Trajano imperatore, qui Christianos plurimos in diversas regiones exsules misit, sed in Christianæ fidei confessione permanentes mortis supplicio subjecit. Eudoxius vero comes sub Diocletiano detentus a præside Melitinæ obtruncatus est cumque eo milites numero 1104. Paucis post diebus B. Zeno cum reliquis S. Eudoxii sociis, martyrii coronam accepit. » Clara hæc et distincta sunt : at Menologium jussu Basilii imperatoris Porphyrogennetæ sæculo x collectum, et Urbini anno 1727 impressum Græco-Latine, certamen SS. MM. Eudoxii, Romuli, et sociorum ad dictum diem valde intricate et confuse narrat hoc modo : « Eudoxius Christi martyr, Trajano Romanorum imperatore, comes ordine fuit, multisque militum milibus (Græce μυρίους καὶ χιλίους, id est, xi mille) in Gallia imperavit. Romulus autem aulæ imperatoriæ præpositus, auctor fuit eidem Trajano, ut in Galliam mitteret, qui Christianos milites diis immolare compellerent. Quo peracto, cum milites ad id faciendum induci nequirent in Melitinam Armeniæ urbem relegati sunt. Post hæc Romulus pœnitentia ductus, cum in Christum credidisset, Trajanumque objurgasset, capite plexus est. Deinde cum imperio potitus esset Maximianus, edixissetque Christianos interfici, mandavit per litteras et Melitinæ præfecto, ut Christi cultores occideret. Quare Eudoxium comitem, ejusque socios milites comprehensos, quod idola adorare nollent, primum quidem multis suppliciis vexavit demum capite obtruncavit. »

3. Versio Arcudii col. 250 inter Anecdota Ughelliana tomo X *Italiæ sacræ* Venetiis recusæ, quoad sensum eadem fere est, qualem et Galesinius ante dederat in suo Martyrologio : nostrum quoque ms. exemplar Græcum Menologii Basiliani statuit Eudoxium comitem sub Trajano, martyrem sub Maximiniano. Conciliari hæc forsan utcunque possent, si per Trajanum significetur Decius, utpote Trajanus prænomine ; at si Eudoxius, imperante Trajano proximo Nervæ successore, initio sæculi II comes fuit, quis credat illum vitam produxisse ad tempora Maximiani ? Vidit haud dubie Molanus ista non cohærere ; ideoque in additionibus ad Usuardum 5 Septembris scripserit : « Eodem die SS. MM. Eudoxii, qui et Marianus, Romuli Zenonis, et Macarii, qui sub Trajano martyrio coronantur. » Sed Metaphrastes, quem allegat, diserte tradit Romulum jussu Trajani necatum, Eudoxium vero aliosque diu post martyrio affectos esse sub Diocletiano. Ferrarius in Catalogo generali sanctorum ad 6 Septembris videtur martyres velle geminare : præmissa enim hac annuntiatione, Melitenæ in Armenia SS, Martyrum Eudoxii, Romuli, et sociorum sub Trajano, » quam notat ex Galesinio desumptam esse, subdit : « De Eudoxio et soc. Melitenæ passis agitur in Martyrol. Rom. die præced ; sed sub Diocletiano : hi vero sub Trajano passi traduntur. De Romulo duntaxat agit Martyrol. Rom, præcedenti die. » Nicolao Antonio infra citando videntur omnes ejusdem agonis triumphatores esse ; at non edisserit sub quo imperatore.

4. Festum S. Eudoxii et sociorum in Typico seu Rituali S. Sabæ colendum præscribitur 6 Septembris his verbis : Καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εὐδοξίου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀθλησάντων ἁγίων Μαρτύρων id est, *Et S. M. Eudoxii, ac SS. Martyrum cum ipso passorum*, Menæa magna impressa ad eumdem diem Græce sic habent : « Certamen SS. MM. Eudoxii, Zenonis, Romuli et Macarii, » et sequentibus eos ornant versiculis :

Τμηθέντες Εὐδόξιος, Ῥωμύλος, Ζήνων.
Καὶ Μακάριος, μακαριστοὶ τοῦ τέλους.

Capite minuti Eudoxius, Romulus Zenon
Ac Macarius finem beatum obtinent.

Μακάριος et μακαριστὸς sonant *beatus* ; in quo lusit poeta, significatum nominis proprii unius martyris per appellativum omnibus attribuens. Subditur elogium satis prolixum, cujus hoc initium est : Οὗτος ἅγιος Ῥωμύλος ἐπὶ Τραϊανοῦ τὴν κεφαλὴν ἀφῃρέθη. *Hic S. Romulus sub Trajano capite trancatus est.* Dein agitur de Eudoxio al iisque tempore Diocletiani coronatis. Pauca illa ideirco huc transtuli, ne quis solos versiculos ac titulum legens existimaret, in Menæis conjungi hosce Martyres tanquam in eadem persecutione passos : quod sane pronum esset opinari ex titulo, Romulum aliis intermiscente.

5, Post memoratum elogium sequitur alia annuntiatio : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἑκατὸν τέσσαρες καὶ χίλιοι στρατιῶται... ξίφει τελειοῦνται. Id est, *eodem die centum quatuor ac mille milites... gladio cæsi consummant martyrium.* His deinde bini accinuntur versiculi ;

Δεκὰς δεκαπλῇ καὶ χιλιὰς μαρτύρων
Καὶ τετρὰς ἁπλῇ συντελευτῶσι ξίφει.

Quos Latine sic vertas.

Decas decupla et chilias Martyrum.
Quaternioque simul ense vitam finiunt,

Istis versiculis addunt Menæa distichon aliud,

exprimens simile martyrium S. Calodotes, quam et in annuntiatione mox data conjungunt laudatis militibus, sed perperam : nam sancta illa martyr ad ha c classem non pertinet. Dabitur cum sociis suis die 6 Septembris. Martyres autem 1104, de quibus hic separate agitur, haud dubie sunt illi milites, quos elogium citatum narrat projecisse balteos coram præside exemplo S. Eudoxii ; utrobique enim, etiam in Actis et ms. Menologio Slavo-Russico, ac Synaxario Ruthenio infra memorando idem est numerus 1104, nec ullum apparet distinctionis fundamentum.

6. Desiderantur sancti nostri in duobus Armenorum Menologiis ab Assemano editis tomo III Bibliothecæ Orientalis Clementino-Vaticanæ, pag. 645 et 649 ; at in ms. Catalogo sanctorum Armenis celebratorum, quem Papebrochio misit D. Ludovicus Picques doctor Sorbonicus, hæc num. 50 leguntur : « Testimonium S. Euductii (Εὐδξίου) qui Marinus vocatus est. Item Romeli et Macari, qui martyres tempore Trajani, Septembris sexto. » Clemens Galanus, qui multos annos in Armenia missionarius fuit, parte 1 Conciliationis Ecclesiæ Armenæ cum Romana in Annotatione ad caput 2 pag. 16, inter martyres ibidem passos recenset Eudoxium, Zenomen, Macarium sociosque sub Diocletiano ; at Romuli nusquam meminit. Porro eximius Picquesius monet, prædictum Catalogum Latine versum esse ex ingenti regiæ bibliothecæ codice Armenio N° 314, uncialibus litteris scripto ante annos ab hoc 1687 circiter sexcentos ; sed interpretem, Oscanum archiepiscopum Armenum, haud satis peritum titulos incondite dictasse amanuensi, imo et nonnulos omisisse. Addit in litteris posterioribus ejusdem anni 1687, se dumtaxat usque numerum 35 inclusive Latinam versionem cum textu Armeno contulisse : quod utinam vir eruditus et humanissimus reliquis 111 numeris fecisset, simulque omissa ab Oscano supplevisset. Meminit quoque ad eamdem diem S. M. Eudoxii Synaxarium Ruthenicum ms., quod anno 1688 Moscua submisit noster illic missionarius p. Georgius David, addens in fine Synaxarium istud esse commune toti ecclesiæ Ruthenicæ. Aliud peculiare diœcesis Kioviensis, eodem interprete, ita habet : « Et S. M. Eudoxii, et cum eo 1104. »

7. Mss. Menæ Græca bibliothecæ Ambrosianæ et PP. Dominicarum conventus S. Marci Florentiæ, ac supplementum ad Menæa excusa collectum ex Ms. Synaxario membranaceo antiquo P. Sirmondi S. Romulum ante alios annuntiant, prima quidem hoc modo : « Romyli, Eudoxii, Zenonis, Macarii M., » altera titulum addunt, « Romulus præpositus, Eudoxius, Zenon Macarius ; » tertium vero Græce ita habet ; « Passio SS. MM. Romuli, Eudoxii, Zenonis et Macarii. » Elogium subjunctum quædam ab Actis diversa continet, proinde in pauca id contraho. « Ex hisce sanctis Romulus præpositus sub Trajano imperatore decollatus est. Post Trajanum autem et reliquos imperatores non paucis annis elapsis, cum Diocletianus imperium adeptus esset, Eudoxius comes capites plexus est cum Zenone et Macario, ἅμα σὺν τοῖς ὑπ' αὐτῶν στρατιώταις, τὸν ἀριθμὸν οὗσι χιλίοις ἑκατὸν τριάκοντα τέσσαρσιν id est, una cum militibus, qui eis parebant, numero mille centum triginta quatuor. Ἡ δὲ αὐτῶν σύναξις τελεῖται ἐν τῷ μαρτυρείῳ τοῦ ἁγ. Προκοπίου ἔνδον τοῦ ἁγ. μ. Μηνᾶ. Celebratur autem ipsorum memoria in oratorio S. Procopii, quod est in templo S. M. Menæ. » De sacra æde a Constantino Magno dicata sancto Menæ martyri potest videri Cangius, libro IV *Constantinopolis Christianæ*, sect. 9, num. 62 ; ibidem num. 38, templum S. Eudoxi consecratum fuisse sæculo IV vel V, narrat his verbis : « S. Eudoxio ædes exstructa patricio et præfecto, Constantino M. imperante, si qua fides Codino pag. 394 certe Eudoxium præfectum prætorio sub Theodosio juniore vixisse indicant leges aliquod in Cod. Th.

§ II. *An sanatio Justiniani imperatoris martyribus hisce ascribenda sit. 1 Numerus S. Eudoxii sociorum; figmenta de S. Romulo; ejus cultus in Hispania, quando et ubi martyres passi. Acta Græca, et Baronii conjectura de mille militibus.*

Baronius in Notationibus ad Martyrologium Romanum hac die scribit sequentia : « Ex horum militum numero, qui Melitinæ in Armenia coronati sunt, quator sacra corpora delata Constantinopolim, reperta sunt temporibus Justiniani imp., quorum beneficio imperator lethali morbo curatus est. Rem gestam perpetuis dignam monumentis conscripsit Procopius, lib. 1 *De ædificis Justiniani imperatoris.* » Inventionem harum reliquiarum in templo S. Irenes M., et beneficium sanationis per eas Justiniano præstitum ex eodem Procopio Cæsariensi refert ad annum Christi 500 num. 2 Verum Procopius, anno 1663 cum interpretatione nostri Claudii Maltreti Parisiis editus, libro I, cap. 7 non habet quator, sed οὐχ ἧσσον ἢ τεσσαράκοντα, id est, non minus quam quadraginta ; et licet subdat hos fuisse Romanos milites legionis duodecimæ, quam olim stationariam habuit urbs Armeniæ Melitene ; npn tamen dicit in ea urbe martyrium esse passos. Hinc dubium est, an corpora il a fuerint aliquorum ex hodiernis milit bus, et consequenter an ipsis ascribit debeat patratum miraculum Tillemontius, tomo II *Monumentorum ecclesiasticorum* secundæ editionis, pag. 514 suspicatur fuisse reliquias celebrium 40 Martyrum Sebastenorum, quæ prope Constantinopolim sub Theodosio II inventæ sunt, de quibus ad diem X Martii.

9. Tillemontius citatus numerum S. Eudoxii sociorum auget trecentis. Scribit enim 1404, pro 1104, idque bis reperit, allegans Menæa magna Græcorum editionis Venetæ anni 1528. Editio illa mihiad manum non est; sed quoniam in Menæis, quæ anno 1595 Venetiis prodierunt, in Menologio cardinalis Sirleti, Actis a Metaphraste conscriptis

et alibi computantur duntaxat 1104 ; existimo Tillemontium perperam Græca vertisse. Unde autem in Supplemento ad Menæa excusa, cujus verba dedi num. 7, ad prædictos 1104 accesserint triginta, compertum non habeo : neque ob solam Synaxarii Sirmondiani auctoritatem numerum in Martyrologio Romano descriptum augere volui. Ad S. Romulum quod attinet, eum Pseudo-Dexter in Chronico ad annum Christi 100 num. 2 Hispanum facit ac Trajano homopolum, ita scribens : « S. Romulus Trajani Cæsaris præfectus patria Italicensis, Hispanus in Hispaniam ab eodem relegatus in Celtiberia patitur. » Nempe innumeri martyres ad Orientem passi, quorum duntaxat meminit ex antiquis Græcorum Menologium, Pseudo-Archimedis hujus (Dextri) opera in hos tractus terrarumque finem, Gades transferunt inquit vir spectatæ eruditionis D. Nicolaus Antonius in litteris ad Bollandum datis anno 1658. Quid vero speciatim de S. Romulo senserit accipe ex mss. ipsius posthumis, quæ Cuperus noster anno 1721 Madriti magna ex parte descripsit.

10. « Romulum oportet quidem apud Græcos martyrio sublatum : quomodo enim homo Hispanus, et in Hispania pro vera fide occisus, omnem sui memoriam ad Græcos transportaverit, nullam domi et apud suos reliquerit ? De hoc docere non debuerunt gravi propugnatores mendacissimi Chronici. Et referunt hoc sermone Græci occisionem martyris, nullum ut relinquat locum relegationi. Romulus dicitur, postquam suasisset Traiano militum Christianorum cædem, in se conversus credidisse in Christum, imperatoremque impietatis accusasse. » Tum subdit verba quædam ex Menologio Basilii et ex Metaphraste, dein sic prosequens : « Nullum hic fateri opus est Hispaniensi relegationis, Celtiberique martyrii vestigium ; siquidem Trajanum in Hispaniam venisse nunquam, ex Dione et aliis compertissimum est. » Hactenus de adducto Chronici loco ; quob sequitur ferit potissimum Joannem Tamayum Salazar martyrologum Hispanum, qui in Notis ad 5 Septembris alia falsa ex Bivario superaddidit.

11. « Non autem contenti Romulo cive et martyre Dextri vindices Bivarius et Tamajus progressi sunt ulterius, et quod in Actis Onesimi a Simeone scriptum fuerit Metaphraste (Februario 16 apud Surium tom. I,) oblatum eum Tertullo præsidi una cum sociis Romulo et Papia ; statim, quasi revelatum sibi divinitus fuisset, Bivarius non dubitanter affirmare ausus est, eumdem hunc esse cum nostro Romulo ; cui temerario ausui obstringere nil veritus Joannes Tamajus, in Acta ipsa Romuli, quæ ad obruzam veri et comperti non alias formari fas et æquum fuit, vanissimam admisit Bivarii conjecturam ; Romulumque Trajani hunc præfectum Onesimi socium illum constituit. Sed quænam, ais, injecerunt hanc mentem Bivario ? An solam nominis rationem secutus fuit ? Nam huic tot abversantur argumenta, quot Romulo ævo illo pares esse potuerunt, nedum pares vixerunt. Habemus Actorum verba pro mille testibus : *Tunc adductum (Onesium) ad tribunal Tertulli cum Romulo adjutore et Papia spirituali commilitone, interrogavit Tertullus, dicens : Quies ?*

12. « Plane vel hic Onesimus ille Philemonis Collossensis servus, de quo agit Paulus Apostolus Epistola ad Philem, atque idem Ephesinus postea episcopus, ut apparet ex Epistola S. Ignatii ad Ephesios ; vel martyr alius SS. Alphii Philadelphii et Cyrini præceptor, Puteolis aut in Sicilia una cum iis passus, quod magis placet Ferrario in Catal. Sanctorum 19 Februarii et 31 Julii, et Henschenio tom. II Februarii pag. 858, num. 15, confudisseque Metaphrastem utriusque res gestas. Si primum dixeris, fateri opo rtet consequenter, Romulum, quem apellant adjutorum episcopi Acta Onesimi, alium prorsus ab eo fuisse, qui propter opprobratam Trajano impietatem, cujus aulæ magister erat, causam coram eo dixit. Qui enim simul esse poterat prætorii Augusti præfectus et Ephesini episcopi coadjutor ? Neque item sic jejune Acta de Romulo tantæ in sæculo dignitatis viro agerent, ut quærendi locum relinquerent, quis illet esset. Si vere Puteolanum martyrem hunc dixeris, nihil ad eum pertinere qui sub ultimis ethnicis imperatoribus, hoc est, vel Decio vel Licinio triumphavit. Romulum Trajani martyrem fateri compellamur. Porro quid mirum in has angustias deveniri, quando undique corrasis etiam levissimis argumentis tam sacræ res tractantur ? Quæ falsa sunt, certe nequeunt comprobari aliis nisi inepte ; et movere aliquid oportet, ut nihil fiat. » Hæc contra fabulatores illos eruditus Hispanus.

13. Cæterum ista persuasio de patria S. Romuli occasionem dedit solemni ejus cultui hoc die in dicœcesi Hispalensi, prout narrat Tamayus, pag. 61 his verbis : « Denique cum archipræsul D.D. Petrus de Castro et Quinones, Hispalensis sedis metropolita, referentibus Decano et capitulo suæ illustrissimæ Ecclesiæ et aliis doctissimis viris, cognovisset hunc sanctum martyrem ex Italica, suæ dicœcesis urbe oriundum fuisse ; anno 1624 illi cultum cum Officio duplici in dicœcesi, et secundæ classis in loco, ubi olim Italica fuit, detulit et hoc in posterum observari præcepit, virtute privilegiorum a summis pontificibus concessorum præsulibus Hispaniæ. » Sed novum hic rursus errorem admiscuit ; nam Rodericus Caro, quem citat, in *Antiquitatibus Hispalensibus*, fol. 106 quadriennio citius id factum tradit, nimirum anno 1620 : certe fieri debuit ante 20 Decembris 1623, quo prædictum archiepiscopum Petrum de Castro a vivis excessisse Tamayus ipse ad 11 Martii pag. 201, aliique auctores Hispani asserunt.

14. De tempore, quo passi fuere, observat Pagius in Critica Baronii ad annum 106, num. 3, contigere non potuisse martyrium S. Romuli et

esset, morti addictorum, ante annum 112, quo is imperator in Orientem transmisit. Castellanus in Martyrologio universali, pag. 979 certamen S. Romuli consignat ipso anno 112 : utrum recte, non ausim asserere : Tillemontius enim tom. II *Imperatorum*, Nota 17 et 22 in Trajanum, probabiliter statuit duplicem profectionem Trajani in Orientem, primam anno 106, alteram non nisi anno 114. Ad SS. Eudoxium et socios quod spectat, martyrium hi consummarunt sub Diocletiano ex antedictis, anno, ut Surius notat, 290. Baronius autem in Annalibus primum de ipsis meminit ad annum 311, num. 21. Horum palæstra fuit Melitina seu Melitene in Armenia Minori ad Euphratem fluvium. S. Romulus vero passus videtur in Græcia, sicuti eum Galesinius annuntiat, cum aliis quidem martyribus, sed quos postea scribit alibi coronatos esse, videlicet in Armenia et tempore Maximiani. Vide supra num. 2, Menologium.

15. Acta Græca, quorum apographum, nescio unde acceptum, habemus hoc titulo : Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Εὐδοξίου, Ῥωμύλου, Ζήνωνος καὶ Μακαρίου, id est : *Martyrium sanctorum et gloriosorum Christi martyrum Eudoxii, Romuli, Zenonis et Macarii*, ex antiquis monumentis conscripsit Metaphrastes, eique illa indubitanter attribuit Leo Allatius in Diatriba de Symeonum scriptis, pag. 129 initium recitans. Latine versa edidit Aloysius Lipomanus episcopus Veronensis tomo VI *Vitarum* SS., quam interpretationem inferius recudam, sed more nostro divisam in capita et numeros, ut Græcæ narrationi similiter dividendæ respondeat. Baronius ad hunc diem ea vocat Acta S. Romuli, quia nempe de ipso agit prior illorum pars ; at rectius ab aliis appellantur reliquorum etiam martyrum nomine, quorum agonem, S. Eudoxii præsertim magis fuse describunt post narratum Romuli martyrium. Miror tamen, quod Græci sanctorum tam diversis temporibus, ut ipsi tradunt, passorum res gestas in unam eamdemque narrationem conjecerint. Ex collatione Actorum cum Elogio, quod exstat in Menæis magnis impressis, patet illa ex hoc concinnata esse, at multum aliunde amplificata : ex quibus autem monumentis, ignoro.

16. Certe quidem illa amplificatio facta non est ex narratione seu elogio Menologii Basiliani : in hoc namque dicitur S. Romulus auctor primum fuisse Trajano, ἀποστεῖλαι εἰς τὴν Γαλλίαν etc., ut mitteret, vel, uti Galesinius et Arcudius verterunt, iret in Galliam, Asiaticam nempe, id est, Galatiam, militesque Christianos diis immolare compelleret ; deinde pœnitentia ductus credidisse in Christum. Metaphrastes vero, mirabilia omittere haud solitus, impium illud Romuli consilium, secutam pœnitentiam et conversionem ne verbo quidem attingit : imo contra insinuat, eum jam ante Christianum fuisse. Mitto alias discrepantias, facile ab erudito lectore observandas. Quod spectat ad undecim mille relegatos milites, « Conjectura ducimur, inquit Baronius ad annum 108, ut existimemus hos illos ipsos esse decem mille præstantissimos martyres, qui in silvis montis Ararat in Armenia sunt crucifixi. » Hoc si verum sit, manifestæ falsitatis convincuntur istorum crucifixorum Acta ; Baronius quippe loco citato præmittit, undecim mille milites inventos fuisse Christianos a Trajano exercitum lustrante : martyres autem Crucifixi idololatræ adhuc erant tempore Adriani, quando angelus in campo apparens fidem Christi eis prædicavit, uti narratur tom. IV Junii ad diem 22 in ipsorum Actis, quæ ibidem, a pag, 175, Commentario critico excussit Papebrochius ac fabulosa esse monstravit. Verisimile etiam non est, undecim millia hominum simul neci data fuisse a Trajano : certe id Metaphrastes non siluisset, si in antiquis monumentis reperisset.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΟΥ
ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΕΥΔΟΞΙΟΥ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩ ΑΘΛΗΣΑΝΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ.

—

MARTYRIUM S. EUDOXII
ET SOCIORUM.

—

CAPUT I.

Milites Christianos in exsilium pellit Trajanus : id improbans S. Romulus et aperte Christum confitens gloriosum subit martyrium.

Α'. Τραϊανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς βασιλέως πολλὴν μὲν I. Trajano (1) impio imperatore in exsecrandum

(1) Trajanus imperium suscepit anno Christi 98, mortuus est 117.

errorem simulacrorum magnum quidem studium conferente, valde autem et atrociter spirante adversus pios ; et alii sacrificare dæmonibus, et aut omnes cogebantur milites. Litteræ enimim peratoriæ mittebantur in omnes partes, urgentes ad impietatem et Christianos cogentes vel sacrificare, vel variis subjici suppliciis. Quæ quidem postquam venerunt ad exercitum, qui erat in Oriente, illi quidem eo tempore ea comparantes, quæ ad bellum pertinebant, continuisque et gravibus se exercentes militiæ meditationibus, alioqui autem religionem amplectentes, nihil curabant litteras illas imperatorias. Qui cum magna pugna eis esset exorta, præclaram adversus inimicos obtinent victoriam (2).

A πρόνοιαν καὶ σπουδὴν ὑπὲρ τῆς βδελυρᾶς τῶν εἰδώλων πλάνης εἰσφέροντος, μέγα δὲ καὶ ἀπηνὲς κατὰ τῶν εὐσεβῶν πνέοντος, ἄλλοι τε θυεῖ [*lege* θύειν] τοῖς δαίμοσι, καὶ πρό γε πάντων τὸ στρατιωτικὸν ἠναγκάζοντο. Βασιλικὰ γὰρ ἐπέμπετο πανταχοῦ γράμματα σπουδάζοντα τὴν ἀσέβειαν, καὶ Χριστιανοὺς ἢ θύειν κελεύοντα, ἢ ποικίλαις ὑποβάλλεσθαι τιμωρίαις. Ἅπερ ἐπειδὴ καὶ εἰς τὸ πρὸς Ἕω ἀφίκετο στράτευμα, ἐκεῖνοι μὲν τὰ πρὸς τὸν πόλεμον κατ' ἐκεῖνο τῆς ὥρας συσκευαζόμενοι, καὶ μελέταις συνεχέσι καὶ βαρείαις τὰ πολεμικὰ ἐξασκούμενοι, ἄλλως τε δὲ καὶ τὰ Χριστιανῶν ἀσπαζόμενοι, οὐδὲ ὀλίγα τῶν βασιλικῶν ἐκείνων συλλαβῶν ἐπεστρέφοντο. Ἀμέλει καὶ μάχης αὐτοὶς καρτερᾶς συρράγείσης, καρτουσι τῶν ἐναντίων καὶ μάλα λαμπρῶς.

II. Hoc fuit relatum ad imperatorem Trajanum. Ille autem propterea quod sua edicta despexerant, ne communis quidem omnium boni, nempe victoriæ, ullam ducit rationem : sed eos qui imperatorias contempserant constitutiones, erant autem numero undecim millia (3), relegat in Armeniæ Melitenam (4) et loca, quæ circa eam sita sunt. Reliquus vero exercitus erat in metu propter eorum relegationem, ne dolore affecti molirentur res novas, et eis aliquid mali afferrent, ut qui nec Christianismi, neque propter Christum susceptæ relegationis fuissent eis socii. Verum illi nihil nihil tale fecerunt aut cogitarunt : sed ut qui erant discipuli ejus qui vere est mitis, fuerunt etiam imitatores mansuetudinis et lenitatis Magistri ; et placide ferebant exsilium, et minime ægre ferebant contumeliam.

B Β'. Τοῦτο καὶ εἰς βασιλέα Τραϊανὸν ἀνήχθη. Ὁ δὲ διὰ τὴν τῶν οἰκείων ἀποταγμάτων παρόρασιν οὐδὲ τοῦ κοινοῦ πάντων ἀγαθοῦ τῆς νίκης λόγον ποιεῖται · ἀλλὰ τοὺς τὰς βασιλικὰς διατάξεις ὑπεριδόντας (τὸ πλῆθος δὲ χίλιοι ἐπὶ τοῖς μυρίοις ἦσαν) πρὸς τε τὴν τῆς Ἀρμενίας Μελιτηνὴν καὶ τὰ πέριξ ἐκείνης ὑπερορίζει. Ἡ γε μὴν ὑπόλοιπος στρατιὰ περιδεὴς ἦν καὶ κατάφοβος διὰ τὴν ἐκείνων ὑπερορίαν · μὴ καὶ λυπηθέντες πρὸς νεωτερισμὸν ἀποβλέψωσιν, εἶτα καὶ αὐτοὺς κακώσωσιν, ὡς μήτε τοῦ Χριστιανισμοῦ μήτε τῆς δι' ἐκεῖνον ὑπερορίας αὐτῶν κοινωνήσαντας. Ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοι ἢ ἔπραξάν τι τοιοῦτον ἢ ἐνενόησαν · ἀλλ' οἷα τοῦ πράου ὡς ἀληθῶς μαθηταὶ, μιμηταὶ καὶ τῆς τοῦ Διδασκάλου πραότητος καὶ τῆς συμπαθείας ἦσαν · ἠμέρως τε ἔφερον τὴν ὑπερορίαν, καὶ ἥκιστα τῆς ὕβρεως ἐδυσχέραινον.

III. Romulus autem aulæ imperatoriæ tunc præpositus (5) apud Trajanum imperatorem, neque ei, neque civitati omnino dicebat expedire ea quæ facta fuerant. Ille autem, cum oporteret Romulo agere gratias, ut qui benevole esset in eum affectus, stulte et ingrate se gerens, eum potius maledictis insectabatur et ei irascebatur, et tanquam crimen objiciebat pietatem. Romulus vero verba illius ne tantillum quidem curans, gloriabatur potius contumeliis propter Christum susceptis :

C Γ'. Ῥωμύλος δὲ ὁ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς τηνικαῦτα πραιπόσιτος πρὸς τὸν βασιλέα Τραϊανὸν, οὔτε αὐτῷ πάντως οὔτε τῇ πόλει συμφέρειν ἔλεγε τὰ γεγενημένα. Ὁ δὲ, δέον χάριτας ὁμολογεῖν τῷ Ῥωμύλῳ ἅτε πρὸς αὐτὸν εὐνοϊκῶς ἔχοντι, εὐήθης ὢν καὶ ἀχάριστος, ἐλοιδορεῖτο μᾶλλον αὐτῷ καὶ ὠργίζετο, καὶ ὡς ἔγκλημα προέτεινε τὴν εὐσέβειαν. Ῥωμύλος δὲ, τῶν ἐκείνου λόγων μηδὲ τὸ βραχὺ φροντίζων, ἐσεμνύνετο μᾶλλον ταῖς διὰ Χριστὸν ὕβρεσι · καὶ τῷ περὶ αὐτὸν ζήλῳ διαπυρώτατα τὴν ψυχὴν ἐκκαυθείς,

(2) Nescio de qua victoria hic agat Metaphrastes.

(3) Quid Baronius de iis conjiciat, vide num. 16 Commentarii.

(4) Hanc *Melitenem* seu *Militinam* Trajanus ex castro urbem fecit gentisque metropolim, teste Procopio Cæsariensi lib. III *De Ædificiis Justiniani*, cap. 4 ; Tillemontius tom III *Imperatorum*, pag. 119 id refert ad annum Christi 107, Trajani 10. Civitatem illam cum regione cognomine Ptolomæus aliique geographi ascribunt Armeniæ Minori ; Strabo autem, Plinius et Stephanus tribuunt Cappadociæ, quibuscum sentit Christophorus Cellarius *Geographiæ antiquæ* lib. III, cap 8, eamque in tabula Asiæ Minoris collocat ad confluentem Melæ et Euphratis in Cappadocia ; utpote ex cujus nobilioribus olim fuit præfecturis : verum in tabula Orientis, quam postea exhibet, tractum illum comprehendit Armenia Minore. Idem fit in aliorum tabulis anno 1741 editis. Urbs porro de qua agimus, etiam dicta reperitur Melita, nunc Turcis vulgo *Malatyah*. Distinctionis causa recte addidit Metaphrastes, τῆς Ἀρμενίας, *Armeniæ* : nam et tractus Sustanæ ad Tigrim fluvium a Ptolomæo Melitene nominatur, teste laudato Cellario, cap. 19.

(5) Tillemontius tom. II *Monumentorum*, pag. 180 negat, titulum *aulæ imperatoriæ præpositi* cognitum fuisse tempore Trajani. Sed cum Suetonius, Trajano et Adriano synchronus, militum præfectos in Othone appellaverit *præpositos*, et tempore Statii Papinii poetæ, qui sub Domitiano floruit, procurator ærarii majoris diceretur ærarario sacri præpositus, teste Salmasio in Notis ad Vitam Antonini Diadumeni ; cur non potuit etiam vocari sub Trajano *aulæ imperatoriæ præpositus*, cui ejusdem custodiæ vel ministerio aulico invigilandi cura erat demandata ? imo quis rite probare queat, hoc titulo appellatum non fuisse ? Ait enim Tillemontius tom. II *Imperatorum*, pag 195, penitus intercidisse Vitam Trajani a variis auctoribus scriptam. Cæterum Cangius in Glossario ad vocem Græco barbaram Πραιπόσιτος profert hunc ipsum locum Vitæ S. Romuli, quam in Indice auctorum col. 41 notat desumptam ex codice Colberteo 555, unde fortassis et apographum nostrum acceptum est.

ἐξυβρίζει μὲν εἰς τοὺς ἐκείνου θεοὺς ἀναίδην· ὁμολογεῖ δὲ φανερῶς τὸν Χριστὸν καὶ παῤῥησιάζεται τὴν εὐσέβειαν. Ἀγριάνας τοίνυν ἐπιπλέον Τραϊανὸς, κελεύει ταθῆναι τοῦτον καὶ ῥάβδοις αἰκίζεσθαι.

et ardentissimo ejus zelo in animo accensus, libere quidem et effuse illius deos probris insectatur, Christum autem aperte confitetur, et pietatem audacter profitetur. Magis itaque irritatus Trajanus jubet eum extendi et virgis cædi.

Δ'. Ὁ μέντοι Ῥωμύλος εὐψύχως δεχόμενος τὰς πληγὰς, Νῦν εὐεργετῶν με ἴσθι τὰ μέγιστα, πρὸς Τραϊανὸν ἐβόα. Τό τε γὰρ σῶμα ἐμοὶ τῷ ἐρυθρῷ τούτῳ περιῤῥεόμενον αἵματι τὸν ἐκ τῆς εἰδωλικῆς κνίσσης δυσώδη μολυσμὸν ἀπολούεται, καὶ ἡ ψυχὴ δὲ ἀφθαρσίας χιτῶνα καθαρὸν περιβάλλεται. Οὐκ ἤνεγκε ταῦτα Τραϊανὸς, ἀλλ' εἰς πλείονα τὸν θυμὸν προαχθεὶς, ταχεῖαν αὐτῶν ἀπαλλαγὴν ἐπίτομόν τε τὸ μαρτύριον διεπράξατο· καὶ τμηθῆναι τὴν κεφαλὴν Ῥωμύλου ψηφίζεται. Ὁ μὲν οὖν ἄσμενος τὸ διὰ Χριστὸν εἶδε ξίφος, καὶ ἥδιστα τὸ τοῦ μαρτυρίου ἐπῆλθε στάδιον.

IV. Romulus autem magno et forti animo plagas accipiens : Nunc scias, me maximo affici beneficio, exclamabat ad Trajanum. Corpus enim, quod hoc rubro mihi sanguine circumfluit, abluit sordes, quas contraxi ex nidore simulacrorum ; et indultur anima munda tunica incorruptionis. Non tulit hæc Trajanus, sed majori ira percitus, ei celerem comparat liberationem, et breve efficit martyrium ; et decernit, ut caput Romuli amputetur. Atque ille quidem libenter ensem aspexit propter Christum, et jucundissime subiit stadium martyrii.

CAPUT II.

S. Eudoxius missos ad se capiendum convivio excipit, dein sponte adit præsidem, coram quo fidem profitetur balteumque abjicit, mitilibus 1104 *exemplum ejus imitantibus.*

Ε'. Συχνοῦ δὲ μεταξὺ διελθόντος χρόνου, Διοκλητιανὸς μὲν αἵματι ἐμφυλίῳ καὶ τυραννίδι κλέπτει τὴν βασιλείαν, φιλονεικεῖ δὲ τοὺς πρὸ αὐτοῦ τυράννους κατά γε τὸν τῆς ὠμότητος καὶ τὸν τῆς ἀσεβείας λόγον ὑπερβαλεῖν, καὶ τὴν ἐκείνων ἀγριότητα φανερὰν δεῖξαι φιλανθρωπίαν· ὅθεν δὴ διατάγματα συνεχῆ κατελάμβανε τὸ ὑπήκοον, ἢ πάντας αὐτῷ κοινωνῆσαι τῆς ἀσεβείας, ἢ θάνατον αὐτοῖς εἶναι τὸ τῆς παρακοῆς ἐπιτίμιον, Χριστιανοὶ τοίνυν διὰ τὸ τῆς ὀργῆς τοῦ ἀνδρὸς ἄμαχόν τε καὶ δεινῶς ἄγριον, οἱ μὲν τὰς μετὰ τῶν θηρίων ἐν ἐρήμοις διατριβὰς τῆς μετὰ τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον προείκριναν συνοικίας· οἱ δὲ ὄρη καὶ σπήλαια, καὶ ὅσα δύναται κρύπτειν, ὑποδυόμενοι καὶ αὐτὸν, ὡς οἰόντε, τὸν ἥλιον διαλαθεῖν ἔσπευδον.

V. Cum multum autem intercessisset temporis 6),) Diocletianus quidem sanguine intestino et tyrannide invadit imperium (7), contendit autem eos qui præcesserant tyrannos crudelitate superare et impietate, et ostendere illorum sævitiam fuisse humanitatem. Unde etiam ad eos qui illius parebant imperio, edicta veniebant frequentia, ut omnes vel cum eo communionem impietatis susciperent, vel mors esset eis pœna inobedientiæ. Christiani itaque propter sævam et immanem illius iram, alii quidem malebant cum feris habitare in solitudinibus, quam simul cum hominibus : alii autem montes et speluncas et quæcunque celare poterant subeuntes studebant, quoad ejus fieri poterat, vel ipsum solem latere.

ς'. Ἐνταῦθα μηνύεταί τις εὐσεβὴς, καὶ τοῦ μὴ λαθεῖν ὄντως ἄξιος, Εὐδόξιός ἢ Μαριανὸς ὄνομα ἀνὴρ· ἀμφοτέροις γὰρ ἐκυριολογεῖτο τοῖς ὀνόμασιν· ἀπὸ πριμικηρίων δὲ τὴν ἀξίαν, ἧς διὰ τὸν εἰς Χριστὸν πόθον ἀπεληλαμένος, ἐν τῇ τῶν κομήτων ὑπεβιβάσθη· καὶ ταύτης δὲ μὴ τυχὼν, ἐστέρξεν ἂν τῷ ποθουμένῳ μόνῳ παρακαλούμενος· Μηνύεται δὲ τὸ τηνικαῦτα Μελιτηνῆς ἡγεμόνι· ὃς ἐπειδὴ τὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἕκαστα μεμαθήκοι, τοὺς ἄξοντας αὐτὸν παραχρῆμα ἐκπέμπει. Τοῦτο δὲ μὴ τὸν Εὐδόξιον λαθὸν, εὐτελεστέραν περιθέμενος τὴν στολὴν, ἵνα μὴ ὅστις εἴη φανερὸς γένοιτο, ἐμφανίζεται τοῖς ἀπεσταλμένοις. Ἐντυχόντες τοίνυν αὐτοῖς [*ἵπο* αὐτῷ] καὶ μήπω τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι νομίσαντες, ὅπη ἄρα διατρίβοι ὁ κόμης Εὐδόξιος, εὐθέως ἠρώτων. Ὁ δὲ· Εἴ μοι παρελθεῖν ἐθελήσετε εἰς τὴν στάγην [*l.* στέγην], ἡμερώτατα πρὸς αὐτοὺς ἔφη, καὶ βραχὺ τὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ κόπον διαναπαῦσαι, καὶ τραπέζης καὶ ἁλῶν κοινωνῆσαι, ἐγὼ ὑμῖν τὸν ζητούμενον ὑποδείξω.

VI. Eo tempore defertur quidam vir pius, et plane indignus qui lateret. Ei nomen erat Eudoxius, aut Marianus ; erat enim utrumque ei nomen proprium. A dignitate autem primiceriatus expulsus propter amorem Christi, descenderat ad inferiorem comitum dignitatem ; quam quidem etiamsi non fuisset consecutus, satis tamen habuisset eum solum sequi, quem desiderabat. Defertur autem ad eum, qui tunc erat præses Melitenæ. Qui cum de eo singula intellexisset, qui ipsum adducturi essent, emittit protinus. Hoc autem cum non latuisset Eudoxium, viliori veste indutus, ne esset manifestum, quisnam esset, se ostendit iis qui missi fuerant. Cum eum ergo convenissent et nondum eum illum esse putassent, ubinam versaretur comes Eudoxius, eum rogarunt. Ille autem, Si meum tectum subire volueritis, eis dixit benignissime, et a labore itineris vos parum recreare, mensæque et salis mecum esse participes, ego ostendam vobis eum quem quæritis.

(6) Annorum scilicet 167. Trajanus enim obiit anno Christi 117, Diocletianus vero imperium suscepit anno 284.

(7) Crimen Apri prætorio præfecti, qui imperio inhians Numerianum generum suum per insidias necavit, Metaphrastes male imputat Diocletiano. Hic enim non cæde aut tyrannide imperium invasit, sed ab exercitu electus imperator mortem Numeria-

VII. Cum ergo parasset convivium, eos excipit liberaliter. Illis autem mensa satis exhilaratis, et promissum deinde exigentibus et rogantibus, ut eum ostenderet quem quærebant ; ille continuo eum, qui erat intus, aperit Eudoxium, dicens : Ego sum, quem quæritis. Hoc gladio vehementius illorum percutit animum ; et respondentes dixerunt : Non te prodemus, qui nos accepisti convivio, neque pro hospitalitate tam male referemus gratiam. Sed hoc ad nostram sufficiet excusationem, quod cum in quærendo multum laboraverimus, non potuimus tamen invenire Eudoxium. Illi quidem pro hospitio has Eudoxio retulere gratias.

A Ζ'. Παρασκευασάμενος οὖν τὰ πρὸς τὴν ἑστίασιν φιλοτίμως, δεξιοῦται τοὺς ἄνδρας. Τῶν δὲ ἡσθέντων ἱκανῶς τῇ τραπέζῃ, εἶτα καὶ τὴν ὑπόσχεσιν ἀπαιτούντων καὶ δεομένων φανερὸν αὐτὸν ποιήσεσθαι τὸν ζητούμενον, ἐκεῖνος εὐθὺς τὸν ἔνδον αὐτοῖς ἀνακαλύπτει Εὐδόξιον· Ἐγώ εἰμι ὃν ζητεῖτε, εἰπών. Τοῦτο μαχαίρας ὀξύτερον καθίκετο τῆς ἐκείνων ψυχῆς· καὶ ὑπολαβόντες, Οὐ προδώσομέν σε τὸν ἡμέτερον ἑστιάτορα, εἶπον, οὐδὲ οὕτω τὴν φιλοξενίαν κακῶς ἀμειψόμεθα· ἀλλὰ τοῦτο ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν ἀρκέσει τὸ πολλὰ περὶ τὴν ζήτησιν καμόντας, ὅμως μὴ δυνηθῆναι ὅλως τὸν Εὐδόξιον ἀνευρεῖν. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ταύτας Εὐδοξίῳ τῆς ξενίας τὰς χάριτας ἀπεδίδοσαν.

VIII. Ille autem, qui et sciebat latere cum opus esset, et rursus non latere quando hujus rei esset tempus (divina enim, quæ aderat gratia et docebat Athletam, jussit ut eos sequeretur), cum uxorem vocasset Basilissam aut, si velis, Mandanem, nam ea quoque duplici nomine vocabatur, ei mandat quæ spectant ad familiam. Et cum omnia ejus curæ commisisset, hoc quoque postremum et germanum ei dat mandatum, ne ejus defleat decessum neque propter mortem ejus lamentetur, sed lampadibus (9) et alia lætitia potius illum diem honoret. Statim ergo suam quidem cognationem despicit Eudoxius : obliviscitur autem propter Christum sui amoris in filios, validi et inevitabilis vinculi parentibus. Ut enim illum lucrifaciat, omnia damnum existimat et stercora. Et vadit ad præsidem.

B Η'. Ὁ δὲ καὶ λαθεῖν εἰδὼς ὅτε δέον, καὶ μὴ λαθεῖν αὖ ὅτε τούτου καιρός· θεία γὰρ ἦν χάρις ἡ παροῦσα καὶ διδάσκουσα τὸν ἀθλητόν [*l.* ἀθλητήν]· ἀκολουθῆσαι τοῖς ἀνδράσιν ἐσκέψατο (8)· καὶ τὴν γυναῖκα καλέσας Βασίλισσαν, ἢ καὶ Μανδάνην, εἰ βούλει· διπλοῖς γὰρ καὶ αὐτῇ τοῖς ὀνόμασιν ἐκαλεῖτο· ὅσα τε ἔδει τῶν κατ' οἶκον αὐτὴ ἐντέλλεται, καὶ πάντα τῇ αὐτῆς ἀναθεὶς φροντίδι, ἰσχάτην τοῦτο καὶ γνησίαν ἐντολὴν δίδωσι· μὴ ἐπιδακρῦσαι τῇ αὐτοῦ ἐκδημίᾳ, μὴ ἀποδύρασθαι, μὴ θρηνῆσαι ὅλως τὴν τελευτήν· ἀλλὰ καὶ λαμπροφορίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ φαιδρότητι ἐκείνην τιμῆσαι μάλιστα τὴν ἡμέραν. Εὐθὺς οὖν καταφρονεῖ μὲν τῆς οἰκείας συγγενείας Εὐδόξιος· ἐπιλανθάνεται δὲ διὰ Χριστὸν τῆς πρὸς τὰ τέκνα στοργῆς, τοῦ ἰσχυροῦ δὴ τούτου καὶ ἀπαραιτήτου τοῖς πατράσι δεσμοῦ· ἵνα γὰρ ἐκεῖνον κερδήσῃ,

C ζημίαν ἡγεῖτο πάντα καὶ σκύβαλα· καὶ ἅπεισι πρὸς τὸν ἡγεμόνα.

IX. Is autem cum ipsum vidisset, Salve, inquit, comes Eudoxi. Ille autem vicissim reddit salutem, dicens : Tu quoque salve, præses. Præses autem rursus : Tuam, inquit, accersivimus claritatem, ut jussis parans imperatoris, et diis, ut par est, offeras sacrificium, et maxime patri omnium deorum magno Jovi, et Phœbo Apollini, et charæ Virgini Dianæ. Martyr autem : Mihi unum est, inquit, sacrificium veri Dei, qui hoc produxit universum ; et ei sacrificabo sacrificium laudis, qui est Deus in trinitate personarum, vitæ autem suppeditator et veræ salutis dispensator. Quos autem deos nominas, ligna eos video et lapides, nihil differentes penitus a quavis alia ina-

Θ'. Καὶ αὐτὸς τὸν ἄνδρα ἰδών, Χαίροις, ἔφη, κόμης Εὐδόξιε. Ὁ δὲ τοῖς ἴσοις εὐθὺς ἠμείβετο, Χαίροις καὶ αὐτός, εἰπών, ὦ ἡγεμών. Καὶ ὅς πάλιν, Μετεστειλάμεθά σου, ἔφη, τὴν περιφάνειαν, ὥστε καὶ τοῖς βασιλικοῖς ὑπηρετῆσαι προστάγμασι, καὶ τοῖς θεοῖς τὴν προσήκουσαν θυσίαν προσενέγκειν, μάλιστα τῷ πατρὶ πάντων θεῶν τῷ μεγάλῳ Διΐ, Ἀπόλλωνί τε τῷ Φοίβῳ, καὶ τῇ φίλῃ παρθένῳ Ἀρτέμιδι. Καὶ ὁ μάρτυς· Ἐμοὶ μία, ἔγη, θυσία, ἡ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ, τοῦ τὸ πᾶν τόδε παραγαγόντος· καὶ αὐτῷ θύσω θυσίαν αἰνέσεως, ὃς ἐν τριάδι θεολογούμενος ὑποστάσεων, ζωῆς ταμίας καὶ οἰκονόμος ἀληθοῦς σωτηρίας γνωρίζεται. Οὓς δὲ θεοὺς ὀνομάζεις ξύλα τούτους καὶ λίθους ὁρῶ τῆς λοιπῆς ἀψύχου ὕλης μηδὲ βαρὺ δια-

D

ni ultus est, occiso perduelli Apro. Et prioribus quidem imperii sui annis Diocletianum favisse Christianis testatur Eusebius, lib. VIII, cap. 1. Persecutio autem adversus milites inchoata est anno 298 secundum Pagium. ac deinde anno 305 ad Christianos omnes extensa.

(8) Ἐσκέψατο a verbo σκέπτομαι non significat *jussit*, sed *deliberavit*, sive *statuit*, et referri debet ad personam initio periodi, quod etiam exigit subsequens conjunctio copulativa καὶ, et, quam interpres omisit. Rectius itaque sic vertes : « Ille autem, qui et sciebat latere cum opus esset, et rursus non latere quando hujus rei esset tempus (divina enim aderat gratia docebatque athletam) sequi viros statuit : et cum uxorem vocasset, » etc. Menæa dicunt, satellites suasisse sancto, ut fugeret ; quod licet disertis verbis non expresserit Metaphrastes, colligi tamen potest ex numero præcedente.

(9) Græce λαμπροφορία, id est *gestatione facium* vel *splendidæ vestis*. In prima significatione vocem illam adhibet S. Gregorius Nazianzenus oratione II in Pascha, ex interpretatione Jacobi Billii, pag. 676 Pro secundo significatu, nimirum *gestatione splendidæ vestis*, citatur etiam Gregorius in Lexico Joannis Scapulæ, col. 1736. Cangius ad vocem λαμπρὸς ostendit variis exemplis, λαμπροφορεῖν interdum esse *vestibus splendidis*, interdum *albis vestiri* ; et pro hoc adducit locum Gregorii Nazianzeni, p. 157, apud Billium pag. 409, ubi λαμπροφορία vertitur Latine *vestitus candor*.

φέροντας. Πρὸς ταῦτα διαβλέψαι οὐκ ἔχων ἐκεῖνος (πόθεν ὅσγε ὑπὸ βαθείᾳ τῆς ἀσεβείας ἐκάθευδε μέθῃ ;) Ἐγώ σε τὰς τοῦ βασιλέως ἐκτόλεσαι προστάξεις, καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς τὰ εἰθισμένα δρᾶσαι προετρεψάμην, ἔφη· ἀλλὰ σὺ καὶ θεῶν, ὡς ὁρῶ, καὶ βασιλέως ὑπερορᾷς, οὕτω μὲν ἀναίδην εἰς οὕς ἐκεῖνος σέβει θεοὺς ἐνυβρίσας, οὕτω δὲ καινοφανῆ τινα λατρείαν παρὰ ταύτην νομοθετῶν, καὶ ταύτῃ, ὡς εἰς ἐμὰ ὦτα ἦκει, τοὺς πολλοὺς ἀναπείθων.

A nima materia. Ad hæc ille non valens intueri, (quomodo enim, qui dormiebat oppressus profunda crapula impietatis ?) Ego te, inquit, sum hortatus, ut exsequereris jussa imperatoris, et diis faceres ea quæ solent fieri : sed tu, ut video, et deos despicis et imperatorem, ut qui, quos ille quidem colit, deos tam impudenter probris affeceris et contumeliis ; novam (10) autem præter hanc introducas religionem, et ut eam suscipiant (ut ad meas aures pervenit) multis persuadeas.

Ι'. Ταῦτα, πολλῶν περιεστώτων στρατιωτῶν, ὁ ἡγεμὼν διελέγετο. Καὶ μεταξὺ ἄγριον καὶ δριμὺ τούτων [*forte* τούτοις] ἐμβλέψας· Ὅσοι καὶ ὑμῶν, ἔφη, μὴ τοῖς βασιλικοῖς θεσπίσμασιν ἕπεσθε, τὰς στρατιωτικὰς διαλυσάμενοι ζώνας γυμνοὺς ἑαυτοὺς τῶν τῆς ἀξίας συμβόλων γνωρίσατε. Τί τοῦτο λέγων ὁ πονηρὸς ἐκεῖνος ; Ὅπως εἴ τινες διὰ τὴν τῆς στρατείας κοινωνίαν φιλίως τῷ Εὐδοξίῳ ἔχοντες, κοινωνεῖν αὐτῷ καὶ τῆς γνώμης βούλοιντο, αἰδεσθῶσιν ἐν τοσούτῳ πλήθει ἀποστατοῦντες αὐτοὶ μόνοι· ὀλίγους γὰρ εἶναι παντάπασιν αὐτοὺς ᾤετο· κἀντεῦθεν ὁμοῦ μὲν τὸν Εὐδόξιον αἰσχύνοι, ἀλλότρια οὕτω τῆς στρατιᾶς πάσης φρονοῦντα· ὁμοῦ δὲ καὶ μόνον εὑρὼν, χρήσαιτο αὐτῷ ὅ τι καὶ βούλοιτο. Ἀλλ' ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, κατὰ τῆς ἐκείνου μᾶλλον κεφαλῆς τὴν μεθοδείαν περιέτρεπε ταύτην. Οὔπω γὰρ ὁ πᾶς λόγος αὐτῷ εἴρητο, καὶ ὁ γενναῖος Εὐδόξιος (ἐτύγχανε γὰρ τότε τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς περικείμενος) τὴν ζώνην εὐθὺς ἀφελὼν τῷ προσώπῳ τοῦ ἄρχοντος ἐπιῤῥίπτει. Τοῦτο δὲ προτροπὴ τοῖς ἄλλοις ἐγένετο καὶ ζῆλον [*adde* ἀνῆψε]· καὶ ὁ περιεστὼς ἅπας καταλογος, τέσσαρες ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν καὶ χίλιοι ὄντες, ἀγαθῷ ὑποδείγματι τῷ Εὐδοξίῳ αὐτίκα χρώμενοι, τὰς ζώνας καὶ οὗτοι κατὰ τῶν ἐκείνου ὤψεων ἀπέῤῥίπτουν.

B Cur hoc autem dicebat ille improbus ? Ut, si qui propter militiæ societatem bene vellent Eudoxio, et essent in eadem, in qua ipse sententia, erubescerent ipsi soli deficientes in tanta multitudine ; existimabat enim eos omnino esse paucos, et simul quidem volens pudore afficere Eudoxium, qui sic videretur sentire diversa a toto exercitu ; et si solum eum invenisset, de eo faceret, quod vellet. Sed qui apprehendit sapientes in astutia eorum, id, quod excogitarat, convertit in ejus caput. Nondum enim totam absolverat orationem, et egregius ille Eudoxius (tunc enim erat indutus insigni magistratus) zona statim ablata, eam projicit in faciem præsidis (11). Hoc autem visum est aliis adhortatio et zelus (12) : et, totus, qui circumstabat numerus, qui erant mille, centum et quatuor (13), bono exemplo protinus utentes Eudoxio, ii quoque projecerunt zonas in faciem illius.

C

ΙΑ'. Ὑποπτήξας οὖν τὸ πλῆθος ὁ ἡγεμὼν ἀναφέρει Διοκλητιανῷ τὰ τοῦ πράγματος. Ὁ δὲ τοὺς μὲν τῆς τοιαύτης τόλμης αἰτίους καὶ ἀρχηγοὺς βαρυτάτας δοῦναι τὰς τιμωρίας κελεύει· τὴν δὲ περὶ τῶν ἄλλων ψῆφον τῇ βουλῇ ἐπιτρέψαι, Τοιαύτην ἐκεῖνος παρὰ τῆς βασιλικῆς ἀπονοίας τὴν ἐξουσίαν λαβὼν, τὸν γενναῖον Εὐδόξιον τῷ ἑαυτοῦ παραστησάμενος κήματι [*l.* βήματι], Τὰς μωρὰς, ἔφη, ζητήσεις καὶ ἀντιλογίας καὶ τῆς διανοίας ὁμοῦ καὶ τῆς γλώττης ἀποβαλὼν, θῦσον τοῖς θεοῖς ἑκών· ἐπεὶ καὶ ἄκοντά σε τὸ αὐστηρὸν πάντως τῶν βασάνων παρασκευάσει. Καὶ αὐτίκα δεσμὰ, καὶ πληγὰς, καὶ ἱρκτὴν, καὶ πῦρ, καὶ τἆλλα δὲ τὰ βαρύτατα καὶ πρὸς ἀκοὴν μόνην ἀπηριθμεῖτο. Διηγιάσατε καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες, οἶδα, καὶ περὶ τῶν ἑξῆς ἀγωνιᾶτε τοῦ διηγήματος· μήτι καὶ ὁ λόγος τὸν νὸν ἀθλητὴν ἐθορύβησεν. Ἀλλὰ

XI. Dubitans autem præses de multitudite, rem defert ad Diocletianum. Ille autem auctores quidem tantæ audaciæ jubet gravissimis affici suppliciis ; sententiam autem de aliis ferendam relinqui senatui. Hanc cum ille accepisset potestatem ab imperatoris amentia, generosum Eudoxium sistendum curans pro suo tribunali, Stultas, inquit, quæstiones et mentis et linguæ mittens contradictiones, tua sponte diis sacrifica : nam alioqui ut id invitus facias omnino coget acerbitas suppliciorum. Et statim enumeravit vincula, et plagas, et carcerem, et ignem, et quæcunque vel solo auditu sunt gravissima. Caligastis vos quoque, sat scio, hæc audientes, et anxii estis de narratione eorum quæ deinceps sequuntur : num scilicet ea oratio conturbarit athletam. Sed estote bono ani-

D

(10) Græce καινοφανῆ id est, *noviter apparentem* sive *quæ nova apparet*, a καινὸς et φαίνω. Vocem illam καινοφανὴς in nullo inveni Lexico.

(11) Id est, *coram præside*. P. Matthæus Raderus Societatis nostræ in Historia sacra ex magnis Ecclesiæ Græcæ Menæis quam inter mss. servamus eamdem phrasin elogii horum martyrum τῷ προσώπῳ, etc., vertit *in conspectu præsidis abjecit*. Testabantur Christiani illa zonæ abjectione se nolle fidem abnegare, ideoque ultro renuntiare honoribus tum militaribus tum palatinis, quod S. Basilius docet de S. Gordio M. tomo III Januari, pag. 131.

(12) Melius sic vertas : « Hoc autem aliis fuit hortamento zelumque accendit ; » nam accusativus ζῆλον regi debet ab aliquo verbo, quod omissum est in apographo nostro.

(13) Vide Commentarium, num. 9.

mo. Majorem enim ei flammam accendit pro pietate, quod putaret se sic longe præclariorem esse consecuturum coronam victoriæ.

XII. Ei itaque dicit martyr : Ludis, præses. Hæc ego existimo puerorum terriculamenta, aspiciens ad eas, quæ sunt illinc remunerationes, et pendens a sola munifica dextera mei agonothetæ Christi. Nam me terret ille ignis, qui sopiri non potest, et stridor dentium, et quæcunque alia acerbissima sunt parata iis qui Deum aspernantur et ei non obediunt. Hæc autem tua sunt mihi plane ludus ; et ignis, quem mihi minaris, est vel ipsa aqua frigidior. Ensis autem me afficiet beneficio ; me enim mittet ad ea quæ desidero, et pro hoc quidem sole, qui occidit et cito absconditur, reddet mihi Luciferum (14) illum, qui nunquam occidit et suavem radium emittit et ineffabilem ; et pro hac mundana et quæ paulo post non erit, visione, ea, quæ sunt firma ac stabilia et perpetuo permanent. Deos autem existimare lignum et lapidem et aurum et argentum, quod manus formavit et ars poliit, oculosque et manus et reliqua membra eis insculpsit, quomodo non est magnæ amentiæ ?

A θαρσεῖτε· πλείονα γὰρ αὐτὸν μᾶλλον ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀνάπτει τὴν φλόγα, ὅτι καὶ λαμπρότερος ὤφετο πολλῷ διὰ ταῦτα γενήσεσθαι στεφανίτης.

IB'. Ἀμέλει καὶ πρὸς αὐτὸν ὁ μάρτυς· Παίζεις ἔχων, ἡγεμών, ἔφη. Παίδων ἐγὼ ταῦτα ἡγοῦμαι μορμολύκεια, πρὸς τὰς ἐκεῖθεν ὁρῶν ἀμοιβάς, καὶ μόνης τῆς φιλοτίμου δεξιᾶς τοῦ ἐμοῦ ἀγωνοθέτου Χριστοῦ ἐκκρεμάμενος. Ὡς ἐμὲ τὸ πῦρ ἐκεῖνο φοβεῖ τὸ ἀκοίμητον, καὶ ὁ τῶν ὀδόντων βρυγμός, καὶ τἆλλα ὅσα τοῖς τὸν Θεὸν ἀτεθοῦσι πικροτάτη μερὶς ἀπόκειται. Τὰ δὲ σὰ ταῦτα, παιδιὰ πάντως ἐμοί· καὶ τὸ πῦρ, ὅπερ ἀπειλεῖς, καὶ αὐτοῦ ψυχρότερον ὕδατος, τὸ δὲ ξίφος εὐεργετήσει· πεμψει γάρ με πρὸς τὰ ποθούμενα, καὶ ἀντιδώσει τοῦ μὲν δύοντος ἡλίου τούτου καὶ ταχὺ κρυπτομένου τὸν ἄδυτον ἐκεῖνον Φωσφόρον, B καὶ γλυκεῖάν τινα τὴν ἀκτῖνα καὶ ἀπόῤῥητον ἀφιέντα· τῆς δὲ κοσμικῆς ταύτης φαντασίας, καὶ ὀλίγῳ ὑστερον οὐκ ἐσομένης, τὰ ἑστῶτα καὶ εἰσαεὶ διαμένοντα. Τὸ δὲ καὶ θεοὺς νομίζειν τὸ ξύλον, καὶ τὸν λίθον, καὶ τὸν χρυσὸν, ἃ χεὶρ ἐμόρφωσε καὶ περιέξεσε τέχνη, καὶ ὀφθαλμοὺς αὐτοῖς καὶ χεῖρας καὶ τὰ λοιπὰ διέγλυψε μέλη, πως οὐκ εὐηθες κομιδῇ καὶ ἀνόητον ;

CAPUT III.

Mirabili constantia et magnanimitate acerbissimos perfert cruciatus : capite damnatus orat Deum, mandata uxori dat, mortemque amico prædicit. Sancti et aliorum martyrium.

XIII. Excipiens autem præses : Videtur, inquit, tanta mea lenitas et mansuetudo te ad tantam adducere stultitiam et audaciam. Sed tuam quidem C in nos contumeliam, quod ad nos quidem attinet, tolerabimus ; ipsos autem deos imperatorem pati a te contumelia affici, plane est stultum et non multum abest ab amentia. Deinde martyr : Imo vero, inquit, sunt hæc grata iis qui sapiunt et non sunt emotæ mentis. Hoc majori furore concitat præsidem, et statim jubet athletam extensum a quatuor hominibus (15) recentibus loris verberari crudeliter. Cum autem jam diu cæsus incorpoream (16) ostenderet philosophiam in mortali corpore, et se primum turpiter irrisum vidisset tyrannus, martyrem quidem relaxavit a plagis, conjicit vero in carcerem.

XIV. Cum autem aliquot dies moratus fuisset in carcere, rursus eum jubet sisti. Et : Num te, D inquit præses, aliqua subiit pœnitentia, et resipuisti ab illa rabie et insania ? Ille autem generosus : Nondum, inquit, ut video, intellexisti res nostras ; sed bene scio fore ut intelligas, et eas licet tarde discas, quando magis fueris periclitatus et me acerbioribus subjeceris suppliciis. Hanc non ferens

IG'. Ὑπολαβὼν τοίνυν ὁ ἡγεμὼν, Ἔοικεν ἡ τοσαύτη μου, ἔφη, μακροθυμία καὶ ἡμερότης εἰς τοῦτό σε μωρίας καὶ θρασύτητος ἀγαγεῖν· ἀλλὰ τῆς μὲν εἰς ἡμᾶς ὕβρεως τὸ γοῦν ἐφ' ἡμῖν ἀνεξόμεθά σου· τὸ δὲ καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς θεοὺς καὶ τὸν αὐτοκράτορα ὑβρίζοντος ἀνέχεσθαι, ἀλλὰ τοῦτό γε ἠλίθιόν τε καὶ οὐ πόῤῥω μανίας. Εἶτα ὁ μάρτυς· Οὐχ ὕβρις, εἶπε, ταῦτα τοῖς ὑγιαίνουσι τὸν νοῦν καὶ μὴ τὰς φρένας διεφθορόσι. Τοῦτο σφοδρότερον τὸν ἡγεμόνα ἐκμαίνει· καὶ αὐτίκα κελεύει ἐκ τεσσάρων διαταθέντα τὸν ἀθλητὴν ἱμᾶσι χλωροῖς ὠμότερον τύπτεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πολὺν ἤδη ξαινόμενος χρόνον, φιλοσοφίαν ἀσωμάτων ἐκ σώματι θνητῷ ἐπεδείκνυτο, καὶ καταγελασθέντα τὴν πρώτην αἰσχρῶς ἑαυτὴν [*imo* ἑαυτὸν] ὁ τύραννος εἶδεν· ὑπανῆκε μὲν τὸν μάρτυρα τῶν πληγῶν, δίδωσι δὲ τῷ δεσμωτηρίῳ.

IA'. Τινὰς (δὲ ἡμέρας ἐν φυλακῇ διατριψάμενον) (17) παρίστησι πάλιν ἑαυτῷ, καὶ, Εἴ πού σέ τις, ἔφη ὁ ἡγεμὼν, μεταμέλεια ἔχει καὶ τῆς μανίας ἐκείνης καὶ τῆς λύσσης ἀνήνεγκας ; Καὶ ὁ γενναῖος· Οὔπω γοῦν, ὡς ὁρῷ, τὰ ἡμέτερα συνῆκας, ἀλλὰ συνήσεις, εὖ οἶδ' ὅτι καὶ ὀψιμαθὴς τούτων γενήσει [γενήσῃ] ἐπειδὰν πλείονι καὶ τῇ πείρᾳ χρήσῃ, καὶ πικροτέρᾳ περιβάλῃς βασάνῳ. Τοῦτον ἐκεῖνος τὸν μυκτῆρα

(14) Solem justitiæ (nam et φωσφόρος apud Suidam est sol), Christum nempe, de quo canit Ecclesia in benedictione cerei Paschalis : « Ille, inquam, Lucifer, qui nescit occasum. »

(15) Martyris latera præcipue hoc cruciatu affecta fuisse, tradunt Menæa magna ; ταθεὶς ἐκ τεσσάρων ὁ θεῖος, Εὐδόξιος τύπτεται τὰς πλευρὰς καὶ ξέεται ; quod Raderus noster ita vertit : *S Eudoxius, manibus pedibusque extensis, in lateribus verberatur et laceratur.*

(16) Græce ἀσωμάτων, angelicam : Cangio enim col. 30 in Appendice ad Glossarium, ἀσώματοι, sunt *angeli*, Metaphrastes significare vult, opinor, mirabilem fuisse martyris patientiam et fortitudinem humana majorem.

(17) Verba uncis inclusa supplevi ex Latina versione, deerant enim in apographo nostro.

οὐκ ἐνεγκών, ἀλλὰ θερμότερος ἑαυτοῦ πολλῷ τὴν μανίαν γενόμενος, σφαίραις τὸν τένοντα μολιβδίναις συνθλάττει, καὶ ἀναμοχλεύει τούτου τὰ ἄρθρα, ὁ θανάτων ἁπάντων πικρότερον. Προσήγετο τοιγαροῦν τὸ ἄηθες τουτὶ μηχάνημα τῷ ἀθλητῇ καὶ καινόν· ὁ δὲ ὥσπερ τις ἀνάλωτος ἵστηκε πύργος, μηδὲ βραχὺ ταῖς ἐκείνου προβολαῖς διασαλευόμενος. Ὁ ἡγεμὼν τοίνυν, ἐπεὶ μὴ ἔφερεν αἰσχρῶς οὕτω διὰ πάντων ἡττώμενος, θάνατον αὐτοῦ κατακρίνει· ἠγάπα γὰρ εἰ καὶ οὕτω τοῦ ἀνδρὸς ἀπαλλαγείη.

ΙΕ΄. Πλῆθος οὖν αὐτὸν δημίων παραλαβόντες ἐπειδὴ τὸν τῆς τιμωρίας κατέλαβον τόπον, χεῖρας ὁ μάρτυς καὶ ὄμματα πρὸς οὐρανὸν ἀνασχών, Δέσποτα Κύριε ὁ Θεός, εἶπε, ὁ προσδεξάμενος Ἄβελ τὴν θυσίαν, Ἀβραὰμ ὁλοκαρπώσεις, τῶν ἀπ' αἰῶνος σου μαρτύρων καὶ προφητῶν καὶ δικαίων τὰ αἵματα, καὶ τοὺς μακροὺς πόνους, καὶ τὴν ὑπερφυᾶ καρτερίαν . αὐτὸς εὐμενεῖ καὶ νῦν ὀφθαλμῷ τὴν ἐμὴν ἴδε θυσίαν, καὶ μὴ ὑπερίδῃς, Κύριε, τοῦ διὰ σὲ μέλλοντος ῥυῆναι μικροῦ αἵματος, ἐκ θερμοτάτης σοι προαιρέσεως καταθυομένου· ἰδοὺ γὰρ ὡς ὁρᾷς, τὴν ψυχὴν διὰ σὲ σήμερον ἀποτίθεμαι. Εἶτα πάλιν προσθείς, Ἀπολαυέτωσαν, φιλάνθρωπε Δέσποτα, ἔφη, τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας οἱ δι' ἐμοῦ τὸ σὸν καλοῦντες ἅγιον ὄνομα· μνήσθητι τοῦ λαοῦ σου, μνήσθητι τῆς κληρονομίας σου, ἧς ἐκτήσω· καὶ μὴ ἐπιλίποι τούτους τὸ παρὰ σοῦ ἔλεος, Κύριε. Ταῦτα διαλεχθεὶς τῷ Θεῷ, τὴν σύζυγον μεταστραφεὶς ἐκεῖθεν ὁρᾷ· καὶ ὧν ἐνετείλατο αὐτῇ πρότερον ἀναμνήσας, καὶ ἀσφαλῆ τὰ πιστὰ λαβὼν ὥστε καταπράξαι πάντα καὶ πέρας αὐτοῖς ἀγαθὸν ἐπιθεῖναι, τελευταίαν ἐντολὴν αὐτῇ ἐπισκήπτει τάφον αὐτῷ ἐν τῷ χωρίῳ Ἀμιμνα καλουμένῳ ἐπιχῶσαι ἐν τούτῳ τε αὐτοῦ καταθάψαι τὸ σῶμα.

Ις΄. Πλήθους οὖν αὐτὸν οὐκ ὀλίγου περιστάντος, ὁρᾷ τινα μέσον ἑστῶτα Ζήνανα [*l.* Ζήνωνα] φίλον αὐτῷ μάλιστα καὶ συνήθη πενθοῦντα τὴν ἐκείνου τελευτὴν καὶ κοπτόμενον· καὶ, Ὦ φίλε Ζήνων, μὴ κλαῖε, ἔφη· σὺ μὲν γάρ, οἶδα, τὸν ἡμέτερον θρηνεῖς χωρισμόν· ἀλλ' ὁ Θεός, ᾧ ἐγὼ λατρεύω καὶ εἰς ὃν πέποιθα, οὐ διαστήσει ἀλλήλων ἡμᾶς, οὓς θερμὴ πάλαι φιλία, καὶ ὁ πρὸς αὐτὸν ἔρως συνῆψεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐφ' ἑνὸς σκάφους, οὕτω τὸν βίον συμπλεύσομεν. Πρὸς ταῦτα ὁ Ζήνων διαθερμανθεὶς τὴν καρδίαν καὶ ἀναζέσας, ἐθάρσησε καὶ Χριστιανὸν εὐθὺς ἑαυτὸν ὑπὸ τῇ πάντων ὄψει καὶ ἀκοῇ ἐμαρτύρει. Ἐν ὅσῳ δὲ οὗτος μετὰ παῤῥησίας τοῦτο ἐβόα, συλλαβόντες αὐτὸν οἱ δήμιοι κατὰ τὸ προστεταγμένον ὑπὸ τοῦ τυράννου, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀφαιροῦνται· καὶ ἡ τοῦ Εὐδοξίου προῤῥησις οὕτω ταχὺ τὸ πέρας λαμβάνει, καὶ τὸν φίλον ὁρᾷ Ζήνωνα τῷ μαρτυρίῳ τελειωθέντα.

ΙΖ΄. Οὕτω τὰ τῆς φιλίας πραγματευσάμενος, καὶ τοιούτῳ τέλει τὸν Ζήνωνα τελειωθέντα ἰδών, ἐπεὶ καὶ αὐτὸν φωνή τις ἄνωθεν καὶ κατὰ πόδας ἐκάλει, καὶ ὥσπερ τινὰ καὶ οὗτος εὐωχίαν ἀπήτει τὸν θάνατον· ξίφει τὴν μακαρίαν αὐτοῦ κεφαλὴν ἄσμενος

præses irrisionem, sed longe acriore percitus insania, ferreis [plumbeis] globis conterit cervicem, et ejus emovet articulos, quod quidem est omnibus mortibus acerbius. Adhibita est ergo hæc nova et insolita athletæ machinatio. Ille autem stabat tanquam turris, quæ non potest expugnari, ne tantillum quidem labefactatus illius insultibus. Præses itaque cum non ferret se tam turpiter ab eo superari, eum morte condemnat : satis enim ducebat, si vel sic ab eo liberaretur.

XV. Cum eum ergo accepisset multitudo lictorum, postquam pervenerunt ad locum supplicii, martyr manus et oculos simul tollens ad cœlos : Domine Deus, inquit, qui Abelis suscepisti sacrificium, Abrahæ oblationes, eorum qui fuerunt a sæculo, martyrum et justorum sanguinem, longosque labores, et admirabilem tolerantiam ; tu quoque nunc benignis oculis meum vide sacrificium, et ne despicias, Domine, hunc paucum propter te effundendum sanguinem, qui ferventissimo animo tibi sacrificatur. Ecce enim, ut vides, animam propter te hodie depono. Deinde rursus adjiciens : Consequantur, inquit, benigne Domine, a te auxilium, qui propter me tuum sanctum nomen invocant. Memento hæreditatis tuæ, quam acquisiisti, et ne eis deficiat, Domine, tua misericordia. Hæc cum Deo dixisset, illinc conversus videt conjugem, et cum quæ ei prius jusserat revocasset in memoriam et fidem ab ea accepisset, se omnia recte exsecuturam, hoc postremo ei mandat, ut ei fossam fodiat in loco, qui dicitur, Amimna (18), et in eo corpus ejus sepeliat.

XVI. Cum autem eum non parva circumsisteret multitudo, vidit quemdam in medio stantem, nomine Zenonem, ei valde amicum et familiarem illius mortem plangentem. Cui ille : O chare Zeno, tu quidem, inquit, sat scio, nostram fles separationem ; sed Deus, cui ego servio et in quem confido, non nos a nobis invicem sejunget, quos vehemens amicitia et ardens in ipsum amor conjunxit ; sed perinde ac in una scapha nos vitam transmittemus. His Zeno corde accensus et inflammatus sumpsit audaciam, et continuo omnibus videntibus et audientibus se statim esse martyrem [Christianum] est protestatus. Interim autem dum sic clamabat libere, eum comprehendentes lictores, ut eis jusserat tyrannus, caput illi adimunt. Itaque Eudoxii prædictio tam cito effectum est sortita, et ipse amicum Zenonem statim videt consummatum martyrio.

XVII. Cum sic amico providisset, quoniam eum quoque vox quædam e vestigio vocabat, ipse vero tanquam convivium quoddam mortem poscebat ; beato suo capite ensi dato, moritur post amicum (19). Ejus autem conjux

(18) *Amimna* quis locus fuerit, apud geographos non inveni. Menæa tantum habent ἄμνημον τάφον, quod citatus Raderus monumentum humile interpretatur.

(19) In Menæis dicitur capite truncatus μετὰ τοῦ φιλτάτου αὐτοῦ Ζήνωνος... ἀποτμηθέντος ξίφει τὴν

non solum corpore, sed etiam animo, cum vidisset maritum propter Christum interfectum, neque eum neglexit, neque illiberale aut effeminatum aliquid est locuta : sed quamprimum accurrens, in lanæ quidem vellere suscipit Athletæ sanguinem, hoc enim ei mandarat maritus (20). Cum autem sustulisset corpus, id honorifice sepelit, ubi jussa fuerat, nec alia quidem illius mandata negligens ; non quod eum amisisset, sed quod non una cum eo excessisset, reputans viduitatem.

XVIII. Unde etiam ad tyrannum accersita (21), statim a seipsa accedens, irridebat illius deos et habebat ludibrio, ne ipsum quidem dimittens immunem a contumelia, qui eos sustineret honorare. Sed tu quidem, inquit tyrannus, hæc facis volens a me interfici et studens venire ad maritum, ut aliquod nomen assequaris apud hos impios Galilæos (22) ; ego autem nequaquam tibi mortem afferam, etsi sis digna pluribus mortibus ; ne existimes fore ut id a me assequaris. Illa autem : Cor meum, inquit, videt meus Dominus, et mentem accipit ante facta. Non ergo frustrata sum coronis quod a te non fuerim interfecta : sed quod prompto animi studio me ipsam sacrificavi, ero cum marito particeps eorumdem præmiorum, et paribus fruar remunerationibus. Eam, cum hæc dixisset, expellit e tribunali.

XIX. Nondum autem transierant septem dies (23) cum gloriosus martyr Eudoxius in somnis apparens conjugi, jubet ut mittat ad prætorium Macarium, suum familiarem et amicum. Ea autem cum renuntiasset Macario visionem, ille quam primum venit in prætorium, et cum satellites, quisnam esset, cognovissent, eum statim comprehendunt et ducunt ad præsidem. Ille autem statim eum interrogavit, quænam ejus esset religio, et quod genus. Is vero : Sum, respondit, Christianus : deos autem gentium (24) et profundam eorum deceptionem jam olim didici contemnere, cum me hoc admirandus docuisset Eudoxius. Hinc fit ut ego contendam meipsum sacrificare hostiam vero Deo, per quod potero cito ad dominum meum pervenire Eudoxium.

XX. Præses autem postquam nomen audivit Eudoxii, et hunc cognovit esse illius discipulum ; ille mirandum in modum animi dubius, sciebat enim, se nihil amplius effecturum in discipulo, quam fecisset in magistro : Huic quoque, inquit, infelici Macario sceleratum caput ense quampri-

δοὺς, ἐπαποθνήσκει τῷ φίλῳ. Ἡ μέντοι ὁμόζυγος οὐ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν διὰ Χριστὸν ἀναιρεθέντα τὸν ἄνδρα θεασαμένη οὐ ῥαθύμως εἶδεν, οὐδὲν ἀγεννὲς, οὐδὲ θῆλυ ἐφθέγξατο · ἀλλὰ προσδραμοῦσα τὴν ταχίστην πόκῳ μὲν ἰρίου τὸ ἀθλητικὸν αἷμα δέχεται · τοῦτο γὰρ ἐντεταλμένον ἦν αὐτῇ παρὰ τοῦ ἀνδρός · ἀνελομένη δὲ καὶ τὸν νεκρὸν, ὅπη προστέτακτο αὐτῇ, φιλοτίμως κηδεύει · μηδὲ τῶν ἄλλων ἐκείνου ἐντολῶν ἀμελήσασα · οὐχ ὅτι ἀπέλαβε τῷ ἀνδρὶ δεινὴν, ἀλλ' ὅτι μὴ καὶ αὐτὴ συναπῆλθε, τὴν χηρείαν λογισαμένη.

ΙΗ'. Ὅθεν καὶ τῷ τυράννῳ αὐτόκλητος παραστᾶσα διεχλεύαζέ τε τοὺς ἐκείνου θεοὺς, καὶ γέλωτα ἐποιεῖτο, μηδὲ αὐτὸν ὕβρεως ἀφιεῖσα τὸν τὰ τοιαῦτα τιμᾶν ὀνειχόμενον. Ἀλλὰ σὺ μὲν, ὁ τύραννος ἔφη, ταῦτα ποιεῖς ἀναιρεθῆναι παρ' ἐμοῦ βουλομένη, καὶ φθάσαι τὸν ἄνδρα σπουδάζουσα, ἵνα τινὸς καὶ παὰ τοῖς ἀσεβέσι τούτοις Γαλιλαίοις ὀνόματος τύχῃς · ἐγὼ δὲ οὐδαμῶς σοι, καίτοι πολλῶν ἀξία θανάτων οὖσῃ, τὸν θάνατον ἐπαγάγω · μὴ τούτου παρ' ἐμοῦ τυχεῖν οἴου. Ἡ δὲ, Τὴν καρδίαν, εἶπεν, ὁ ἐμὸς Δεσπότης ὁρᾷ, καὶ τὴν γνώμην ἀποδέχεται πρὸ τῶν ἔργων · οὔκουν, ὅτι μὴ ἀνῄρημαι παρὰ σοῦ, τῶν στεφάνων ἐξέπεσον · ἀλλ' ὅτι προκατέθυσα ἐμαυτὴν τῇ προθυμίᾳ, τῶν ἴσων ἀμοιβῶν ἀπολαύσομαι. Ταῦτα εἰποῦσαν ἐκβάλλει τοῦ βήματος.

ΙΘ'. Ἐπτὰ δὲ οὔπω παρῆλθον ἡμέραι καὶ ὁ καλλίνικος Εὐδόξιος ὄναρ ἐπιστὰς τῇ συζύγῳ Μακάριον τὸν συνήθη καὶ φίλον αὐτοῦ πέμψαι πρὸς τὸ πραιτώριον ἐπισκήπτει. Τῆς δὲ τὰ τῆς ὄψεως τῷ εἰρημένῳ Μακαρίῳ ἀπαγγειλάσης, τὴν ταχίστην ἐκεῖνος παρὰ τὸ πραιτώριον ἔρχεται · καὶ γνόντες αὐτὸν οἱ τῆς τάξεως, ὅστις εἴη, συλλαβόντες εὐθὺς ἄγουσι πρὸς τὸν ἡγεμόνα. Καὶ αὐτίκα τὴν θρησκείαν ἐκεῖνος καὶ τὸ γένος ἠρώτα. Ὁ δὲ, Χριστιανός εἰμι, Χριστοῦ δοῦλος, πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο. Ἑλλήνων δὲ θεῶν καὶ τῆς βαθείας περὶ αὐτοὺς ἀπάθης [*l.* ἀπάτης] πάλαι καταφρονεῖν μεμάθηκα, τοῦτό με τοῦ θαυμαστοῦ Εὐδοξίου διδάξαντος. Ἔνθεν τοι καὶ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ θυσίαν ἐμαυτὸν θύειν ἐπείγομαι, δι' ἧς δυνήσομαι καὶ τὸν κύριόν μου Εὐδόξιον ταχέως καταλαβεῖν.

Κ'. Ὁ ἡγεμὼν τοίνυν ὡς τὸ τοῦ Εὐδοξίου ἤκουσεν ὄνομα, καὶ τοῦτον ἐκείνου μαθητὴν ἔγνω · τοῖς ὅλοις εὐθὺς ἐξαπορηθεὶς, ᾔδει γὰρ ὡς οὐδὲν ἐν τῷ μαθητῇ πλέον ἀνύσειεν, ἐν τῷ διδασκάλῳ τοῦτο μαθών · Καὶ ὁ κακοδαίμων, εἶπεν, οὗτος Μακάριος ξίφει τὴν μιαρὰν κεφαλὴν τὸ τάχος ἀφαιρεθήτω. Καὶ αὐτίκα

αὐτοῦ κεφαλὴν μετὰ τῶν λοιπῶν σὺν τῷ ἁγίῳ Εὐδοξίῳ ἁγίων μαρτύρων, id est : *Una cum carissimo sibi Zenone... qui gladio occubuit cum reliquis Eudoxii socris et martyribus*, videlicet militibus 1104, quos postea eodem mortis genere secutus est S. Macarius, uti narratur numero ultimo.

(20) Potuit uxor ex pietate et reverentia sanguinem mariti colligere ; sed verisimile non est, martyrem id mandasse.

(21) Græca non dicunt, accersitam fuisse : sed αὐτόκλητοι παραστᾶσα, id est, *ultronea se sistens.*

(22) Christianos per contemptum Galilæos appellabant ethnici, quo convicio dein sæpe usus est Julianus apostata. Videri possunt Macri in Hierolexico.

(23) Menæa habent : Ἑπτὰ δὲ ἡμερῶν παρελθουσῶν, id est, *septem diebus elapsis.*

(24) Ἑλλήνων proprie sonat Græcorum ; sed hic, ut alibi sæpe, significat gentilium seu ethnicorum,

οἱ δήμιοι τὰ προστεταγμένα ἐποίουν. Οὕτω Μακάριος ὡς ἀληθῶς ὁ μακάριος γίνεται, καὶ τῷ τῶν πρὸ αὐτοῦ μαρτύρων χορῷ κατατάττεται. Καὶ τοιοῦτον οἱ γενναῖοι κατὰ τοῦ κοινοῦ τῆς φύσεως πολεμίου ἔστησαν τρόπαιον, ἐν αὐτῷ Χριστῷ, Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ Πνεύματι· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

mum amputetur. Lictores autem protinus fecerunt, quæ jussi fuerant. Sicque Macarius fit revera Macarius, quod est beatus (25). Et hi generosi viri tale tropæum erexerunt adversus communem hostem naturæ in ipso Christo Deo, et Patre principii experte, et sancto et bono Spiritu, quoniam eum decet gloria et potentia, honor et adoratio nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

(25) Apographum nostrum Græcum addit sequentia: *Et illorum, qui ante ipsum passi fuerant, martyrum choro inseritur*; quæ apud Lipomanum et Surium omissa sunt.

ΑΘΛΗΣΙΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

ΣΩΖΟΝΤΟΣ

ΠΑΘΟΝΤΟΣ ΕΝ ΚΙΛΙΚΙΑ ΠΑΡΑ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΔΥΣΣΕΒΟΥΣ.

—

MARTYRIUM

SANCTI ET GLORIOSI MARTYRIS CHRISTI

SOZONTIS

QUI PASSUS EST IN CILICIA JUSSU IMPII MAXIMIANI.

(Latine apud Surium ad diem 7 sept.; Græce ex cod. Græc. Paris, n. 1523, sæc. XII.)

Α'. Μαξιμιανοῦ τῆς Κιλικίας ἡγεμονεύοντος, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας αὔξειν τε καὶ ἐπὶ μέγα αἴρειν κατὰ τὸ πονηρὸν τῶν κρατούντων ἐπίταγμα διὰ σπουδῆς τιθεμένου, παραγεγονότος δὲ καὶ ἐν αὐτῇ Πομπειουπόλει τῆς Κιλικίας, καὶ τὸ ἐκεῖ τιμώμενον χρυσοῦν ἄγαλμα θυσίᾳ τε φιλοτίμῳ καὶ τῇ ἄλλῃ σπουδῇ τιμῶντος, καὶ ταύτην τὴν οἰκείαν δεισιδαιμονίαν ἐπιδεικνύοντος· νεανίσκος τις πατρίδα μὲν ἔχων Λυκαονίαν, καὶ Ταράσιος, τὸ ἀπὸ γενέσεως ὄνομα, Σώζων δὲ τῷ θείῳ βαπτίσματι μετονομασθεὶς, καὶ τῷ προτέρῳ βίῳ συναποβαλὼν καὶ τὸ ὄνομα, προβάτων ποιμὴν ὤν, οὐδὲν ἧττον καὶ ἀνθρώπων ἐγίνετο. Οἷς γὰρ ἂν κατὰ ποιμαντικὴν ἐπιχωριάσειε τόποις, εἱστία τε τοὺς ἐκεῖ πάντας τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας, καὶ πολλοὺς εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ μάνδραν εἰσήλαυνεν. Ἀνὴρ οὗτος ἱλαρὸς μὲν τὸ ἦθος καὶ πρᾶος, ἐν τῷ νόμῳ δὲ τοῦ Κυρίου τὸ θέλημα ἔχων, καὶ ἐν αὐτῷ μελετῶν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, ταύτῃ τοι μηδὲ τοῦ προφητικοῦ ἐκπίπτει μακαρισμοῦ.

I. Cum Maximianus esset præses Ciliciæ, et impietatem augere et extollere, convenienter edicto imperatorum, magno studio contenderet, venisset autem in ipsam quoque Ciliciæ Pompeiopolim, et aureum, quod illic colebatur, simulacrum splendido sacrificio et alio studio honoraret, et sic ostentaret suam falsam religionem: quidam adolescens patriam habens Lycaoniam, et ab ortu quidem Tarasius, in divino autem baptismo Sozon denominatus, cum priore vita amisso quoque nomine, cum esset pastor ovium, fit etiam nihilominus pastor hominum. Nam in quibus locis degebat in pastione, illic omnes excipiebat convivio verbi pietatis, et introducebat in Dei mandram. Hic vir cum esset moribus quidem hilaris et mitis, in lege autem Domini haberet voluntatem, et in ea noctes et dies meditaretur [1], ea ratione nec prophetica frustratur beatitudine.

Β'. Κατά τινα γοῦν ποτε πηγὴν τῷ Σώζοντι γενομένῳ, καὶ τῇ τε πηγῇ τῇ τε περιπεφυκυίᾳ τὴν πα-

II. Cum autem fuisset aliquando Sozon in quodam loco, qui habebat fontem, et fonte herbaque, quæ nata

[1] Psal. I, 2.

erat juxta fontem, grégem pasceret, eum valde opportunus et suavis somnus invasit, et divina quædam ad eum accedit visio. Visio autem eum magis confirmat, et ei animum addit ad pietatem. Deinde etiam revelat gratiam, quæ ad locum erat desuper devolatura. Erit enim, inquit, hic præsens locus multis utilis, et apud ipsum salutem invenient, et glorificabunt Trinitatem. Cum illinc autem surrexisset egregius ille pastor, venit Pompeiopolim, et cum in ea quidem vidisset florere impietatem, contemptas autem esse res Christianorum, et summe neglectas, non potuit id ferre placide ; sed cor illius repente invasit impetus, et cum venisset ad templum, in quo stabat aurea statua, confringit manum ejus dexteram ; et cum eam vendidisset, succurrit multis, qui illic erant, egentibus. Non latuit hoc ædituos ; sed propterea quod nescirent quis fecisset, multi statim comprehendebantur miseri, qui nihil tale fecerant, et accusabantur sacrilegii, reputati maleficorum omnium sceleratissimi, ut qui suffurati essent dei imaginem. Nemo autem eis opem ferebat ; sed qui erant prius amici eos aversabantur ; et custodes carceris (ita enim existimabant se diis esse gratificaturos) graviter affligebant eos, qui capti fuerant.

III. Generosus autem Sozon libere volens profiteri pietatem, et eos liberare, qui nihil sciebant ex iis quæ facta fuerant, seipsum defert, veniens ad ædituos, et dicens se eum esse, qui maleficium admisit in imaginem. Postquam autem hoc dixit, abductus protinus fuit ad Maximianum. Ipse vero in alto sedens tribunali, cum eum curasset sistendum, et cum quanto potuit fastu apparuisset, primum quidem nomen, deinde religionem, et postremo patriam, quæ eum tulisset, rogavit. Ille autem : Patria quidem mihi est Lycaonia, ea enim me tulit ; parentes vero ab ortu mihi nomen imposuerunt, Tarasius ; Sozontem autem in divino me vocarunt baptismate. Sum enim Christianus, Christum solum verum Deum adorans, qui creavit cœlum et terram. Cujusnam autem rei usus, inquit Maximianus, te huc adduxit ? Præsum, inquit, Sozon, gregi ovium : et quæ mihi loca florida, et aqua abundantia, et ad pascendum herbida anni tempora ostenderunt, ad ea ago oves. Deinde : Quomodo autem, inquit Maximianus, eo processisti audaciæ, ut dei dexteram abstuleris ?

IV. Excipiens vero Sozon : Quod non audacis quidem cœpti sit, quod factum est, neque id peccato debeat imputari, tuus quoque, ut mihi quidem videtur, deus testatur. Neque enim ægre fert, nec tanquam injuria affectus, aspere quidquam loquitur. Quod si vox quoque ei aliqua adesset, videtur mihi potius vos esse accusaturus, et aperte reprehensurus, quod relicto omnium Opifice, inanimam suspiciatis materiam, et eam deum esse existimetis, vos in benefactorem ostendentes ingratos et immemores. Sed si vis, inquit præses, non solum

γὴν πόᾳ τὸ ποίμνιον ἐστιῶντι, ὕπνος αὐτῷ μᾶλα εὔκαιρος ἀφίκετο καὶ γλυκὺς καὶ ὄψις παραγίνεται θειοτέρα. Ἡ δὲ ὄψις ῥώννυσί τε μᾶλλον αὐτὸν πρὸς εὐσέβειαν, καὶ θάρσος ἐνίησιν. Εἶτα καὶ χάριν ἄνωθεν καταπτῆναι τῷ τόπῳ μέλλουσαν ἐκκαλύπτει. Ἔσται γὰρ ὁ παρὼν οὗτος, ἔφη, τόπος πολλοῖς εἰς ὠφέλειαν, σωτηρίαν τε παρ' αὐτῷ εὑρήσουσι, καὶ τὴν Τριάδα δοξάζοντες ἔσονται. Ἐκεῖθεν τοίνυν ὁ καλὸς ἐκεῖνος ποιμὴν ἀναστὰς εἰς τὴν Πομπειούπολιν ἦκε, καὶ ἀνθοῦντα μὲν οὕτω τὰ τῆς ἀσεβείας ἰδὼν ἐν αὐτῇ, παρεωραμένα δὲ τὰ Χριστιανῶν, καὶ εἰς ἔσχατον ἀμελούμενα, οὐκ ἠδυνήθη πράως ὑπενεγκεῖν, ἀλλ' ὁρμή τε τὴν ἐκείνου καρδίαν εὐθὺς ὀξεῖα εἰσέδυ, καὶ παρὰ τὸν ναὸν ἔνθα τὸ ἄγαλμα εἱστήκει τὸ χρυσοῦν ἀφικόμενος τὴν χεῖρα τούτου δεξιὰν ἀποθραύει, καὶ τιμῆς αὐτὴν ἀποδόμενος πολλοῖς ἐκείθεν τῶν ἐνδεῶν ἐπαρκεῖ. Οὐκ ἔλαθε τοῦτο τοὺς νεωκόρους, ἀλλ' ἀγνοίᾳ τοῦ δράσαντος, πολλοὶ αὐτίκα συνελαμβάνοντο ἄθλιοι, μηδὲν τοιοῦτο εἰργασμένοι, καὶ ἰσοσυλίας ἀπῃτοῦντο δίκας ἁπάντων τῶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κακούργων μιαρώτατοι λογισθέντες, ὡς τοῦ θεοῦ σεσυληκότες τὸ ἄγαλμα. Ἐβοήθει δὲ οὐδείς, ἀλλὰ καὶ οἱ τέως ἑταῖροι αὐτοὺς ἀπεστρέφοντο, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν δεσμῶν (οὕτω γὰρ ᾠοντο χαρίζεσθαι τῷ θεῷ) βαρεῖς τοῖς ἑαλωκόσιν ἐφεστῶτες.

Γ'. Ὁ γε μὴν γενναῖος Σώζων παῤῥησιάσασθαί τε τὴν εὐσέβειαν, καὶ ἀπολῦσαι τούτους ἐθέλων οὐδὲν τῶν γεγενημένων εἰδότας, προσαγγέλλει ἑαυτὸν ἐλθὼν εἰς τοὺς νεωκόρους ὡς εἴη αὐτουργὸς τῆς ἐπὶ τὸ ἄγαλμα ἐκείνος ἐπιβουλῆς. Ὡς δὲ τοῦτο εἶπεν, ἀπήγετο εὐθὺς πρὸς τὸν Μαξιμιανόν. Καὶ αὐτὸς ἐφ' ὑψηλοῦ μάλιστα τοῦ βήματος προκαθίσας, αὐτόν τε παραστησάμενος καὶ ὡς οἷόν τε σοβαρὸς ὀφθείς, πρῶτα μὲν τὴν κλῆσιν, εἶτα τὸ σέβας, ἔπειτα καὶ τὴν ἐνεγκαμένην ἐπυνθάνετο. Ὁ δὲ, Τὸ μὲν τῆς γενέσεως, ἔφη, Ταράσιον οἱ τεκόντες ἔθεσαν, Σώζοντα δέ με τῷ θείῳ βαπτίσματι μετωνόμασαν, Λυκαονία δέ μοι πατρὶς, αὕτη γάρ με καὶ ἤνεγκε· Χριστιανὸς δέ εἰμι, Χριστὸν μόνον τὸν ἀληθῆ Θεὸν προσκυνῶν, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Τίς δὲ ἄρα χρεία, Μαξιμιανὸς ἔφη, ἐνταῦθά σε ἤγαγε ; Ποίμνης, φησὶ, προβάτων, ὁ Σώζων, προίσταμαι, καὶ ἅπερ ἂν εὐανθῆ τῶν χωρίων, καὶ ἔνυδρα, καὶ χλοερὸν εἰς νομὴν θάλλοντα δείξωσιν αἱ ὧραι, ἐκεῖσε δὴ καὶ τὰ πρόβατα εἰσελαύνω. Εἶτα, Καὶ πῶς ἄρα, φησὶ Μαξιμιανὸς, εἰς τοῦτο τόλμης εἰλήλυθας, ὡς καὶ τὴν δεξιὰν ἀφελεῖν τοῦ θεοῦ.

Δ'. Τὸ ἐλευθέριον τοίνυν τοῦ τε τρόπου καὶ τῶν ῥημάτων ἡσυχῇ ἐκεῖνος θαυμάσας, περιέργως ἄγαν ὁ δεινὸς καὶ ὑπούλως, κλέψαι τὰς παρθένους εὐθὺς ἐπεχείρει, Μὴ οὖν ἃ οἱ θεοὶ, λέγων, εἰς ὁμόνοιαν ταῖς ἀδελφαῖς παρέσχον τὰ ἀγαθὰ, μάταια ὑμεῖς, ὦ φίλαι κόραι, ποιήσητε · ἀλλ' ἐπὶ ταῦτα καὶ ἄλλα οἰκοδομεῖτε φιλικὰ ἔργα, καὶ ἀδελφά μοι οὕτω τοῦ λοιποῦ φρονεῖτε · καὶ πειθήνιοί μοι γενόμεναι, κοινῇ οὕτω καὶ τοῖς θεοῖς θύσατε καὶ ὡς ἀδελφαὶ, καὶ μὲν περὶ τὴν εἰς αὐτοὺς εὔνοιαν εὐθὺς D διαστᾶσαι ἀλλήλων, ἀνάσχεσθε ἀδελφὴν ὑμῶν ἰδεῖν, τὰ αἴσχιστα, ὦ θεοὶ, καὶ πικρότατα ὑπομένουσαν, καὶ τὸ τῆς ὥρας ἄνθος ἐλεεινῶς ὑβριζόμενον. Ὡς οὖν τὰ δέοντα καὶ λυσιτελῆ, λέγοντος ἐμοῦ, οὕτως ἀποδέχεσθε, καί μοι ὅσα καὶ περιπείθεσθε πατρικὴν πρὸς ὑμᾶς τηροῦντι διάθεσιν. Οὕτω γὰρ ἂν εὐμενείας τε ἀπολαύσητε βασιλικῆς καὶ δόξης, εὖροιά τε βίου ὑμᾶς καὶ ἀγαθῶν ἐκδέξηται θάλασσα, καὶ μακαρίζοισθέ γε δικαίως τὸν ἀεὶ χρόνον, καὶ μνήμης τυγχάνοιτε. Εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ χεὶρ ἀπηνὴς καὶ κόλασις ὠμοτέρα, τὸ καλὸν, οἶμοι τῆς ὥρας τοῦτο καὶ ἀπαλὸν ἀναλώσουσι. Πρὸς ταῦτα Μηνοδώρα ὑπολαβοῦσα, Ἀλλ' ἡμῖν, ὦ ἄρχων, εἶπεν, οὔτε τὰ

παρὰ σοῦ ὑπισχνούμενα μεγάλα, εἶναι δοκεῖ, οὔτε μὴν πάλιν τὰ ἀπειλούμενα φόβον ἐμποιεῖν δύναται. Πλούτου μὲν γὰρ, καὶ τρυφῆς, καὶ δόξης, καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἡδέων ἀπόλαυσις, ὅσῳ πρόσκαιρον ἔχει τὴν ἡδονὴν, τοσούτῳ μόνιμον ἐκεῖθεν τὴν τιμωρίαν· αἱ δὲ κολάσεις καὶ ἡ τοῦ φθαρτοῦ τούτου σώματος κάκωσις λυπήσουσι μὲν ἴσως ἐνταῦθα καὶ μικρὸν ἀλγῆσαι παρασκευάσουσιν, εὐφροσύνης δὲ ἡμῖν ἔσονται πρόξενοι μηδέποτε παυομένης. Σοῦ μὲν γὰρ καὶ τὸ κακὸν πρόσκαιρον καὶ τὸ ἀγαθὸν παρερχόμενον· τοῦ ἡμετέρου δὲ Δεσπότου καὶ τὸ λυποῦν αἰώνιον καὶ τὸ εὐφραῖνον ἀεί ποτε διαμένον. Ταύτῃ δὲ καὶ μᾶλλον ἀδελφαὶ δόξομεν, καὶ ἀδελφαὶ τὰς ψυχὰς μᾶλλον ἢ τὰ σώματα, εἰ ὥσπερ μία γαστὴρ ἡμᾶς ὠδῖνεν, οὕτω καὶ θάνατος εἷς ὑπὲρ ἀσεβείας τελειώσει, καὶ θάλαμος ὁ αὐτὸς ὑποδέξεται. Οὕτως οὐ λυθήσεται ἡμῖν ἡ φιλία οὐδὲ ἀφ' ἡμῶν διαστησόμεθα, ἀλλὰ διηνεκῆ τὴν ἀδελφότητα ἑαυταῖς καὶ τὴν συζυγίαν τηρήσομεν, εἰ τῷ ἀδελφὰς ἡμᾶς πλάσαντι ἀδελφὰ καὶ τὰ φρονήματα παραστήσομεν. Ἀλλ' οὐκ ἀρνησόμεθά σε, νυμφίε Χριστὲ, ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, μὴ τοίνυν μηδὲ αὐτὸς ἡμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός σου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Πρὸς ταῦτα, ὦ δικαστὰ, κόλαζε τὸ καλόν σου τοῦτο τοῦ σώματος ἄνθος, καὶ καταδαπάνα ταῖς μάστιξιν, οὐδεὶς γὰρ οὕτω κάλλιστος κόσμος, οὐδὲ χρυσὸς, οὐδὲ πολυτελὲς ἐπίβλημα καὶ ποικίλον οὕτω κοσμήσειεν ὡς αἱ σαὶ πληγαὶ, αἱ σαὶ μάστιγες, ἃς ἐκ πολλοῦ ἡμεῖς διψῶμεν διὰ Χριστὸν, καὶ ὧν ἔτι γλιχόμεθα.

Ε'. Ταῦτα οὐκ ἤνεγκε πράως ὁ δικάζων, ἀλλὰ πάντα θυμὸν κατὰ τῆς παρθένου ταύτης ἀφῆκε· καὶ παραχρῆμα κελεύει Μηνοδώραν περιδυθεῖσαν, ὑπὸ τέσσαρσι διαξαίνεσθαι τοῖς δημίοις καὶ ταύτῃ τὸν κήρυκα ἐμβοᾷν· Θεοὺς τίμα, βασιλέα εὐφήμει, τοὺς κειμένους νόμους μὴ ὕβριζε. Ἡ δὲ καὶ ὡρῶν δύο ταῖς πληγαῖς διαξαινομένη, οὐδεμιᾶς ὥσπερ ὀδύνης ἠσθάνετο, περιουσίᾳ μέντοι γενναιότητος οὐδ' ἐπιστέναξε ταῖς πληγαῖς. Τὸ δὲ τῆς ὄψεως ῥόδον οὐδὲ ὀλίγον ὠχρία· ὅλῳ γὰρ ὄμματι πρὸς τὰ μέλλοντα ἑώρα, καὶ ταῖς ἐκείνων ἐλπίσι τὴν ψυχὴν μετεώριστο. Ὁ μέντοι ἀνόητος ἄρχων, διαβλέψαι πρὸς ταῦτα οὐκ ἔχων, τετύφλωτο γὰρ τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς μαλακωτέρᾳ ὑπὸ τῶν μαστίγων ἐντεύξεσθαι τῇ μάρτυρι ᾤετο, καὶ ἐπὶ τὰ πρότερα παρεκάλει καὶ θύειν αὖθις ἐκέλευεν. Ἡ δὲ, Καὶ τί παρὰ τοῦτο ἕτερον, ἔφη, μάταιε, τὸ ἔργον ἐμοί ; Ἧ οὐχ ὁρᾷς ὡς ὅλην ἐμαυτὴν τέθυκα τῷ ἐμῷ Θεῷ ; Τίς γὰρ τῷ αἵματί μου ὠφέλεια ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν, εἰ μὴ τῷ ἐμῷ τοῦτο προλαβουσα καταθύσω νυμφίῳ ; Ταῦτα, ὥσπερ τις σπινθὴρ τῷ τοῦ συμπαρέδρου θυμῷ ἐμπεσόντα, ἐξῆπτε μᾶλλον αὐτὴν καὶ ἀνέφλγε, καὶ σφοδροτέραν κατὰ τῆς ἱερᾶς ψυχῆς ἐκείνης ὤπλιζε τὴν μανίαν, καὶ ῥάβδοις συνετρίβετο τὰ ὀστᾶ ἡ γενναία καὶ συνεθλᾶτο, μὴ κινουμένη ὅλως, μὴ μεταπίπτουσα. Τῷ γὰρ ἰσχυρῷ τοῦ Χριστοῦ πόθῳ ἐδέδετο πάντοθεν. Εἶτα τῷ νυμφίῳ τὴν ἄφιξιν προμηνύει, καὶ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, μέγα βοήσασα, τὸ ἐμὸν ἀγαλλίαμα, ὁ ἐμὸς ἔρως, ἐπὶ σὲ τὴν ἐλπίδα τὴν ἐμὴν καταφεύγω·

A ullum terrorem incutere. Nam frui quidem divitiis, et deliciis et gloria et aliis jucundis, quo majorem habet ad tempus voluptatem, eo stabilius ac diuturnius illic habet supplicium. Supplicia autem, et hujus, in quod cadit interitus, corporis afflictio, nos quidem hic fortasse molestia afficiunt, et efficiunt ut dolor aliquis sentiatur : lætitiam autem conciliabunt, quæ nunquam est desitura. Nam malum quidem quod a te infertur est ad tempus, et bonum quod confertur præterit ; nostri autem Domini et id quod affert molestiam est æternum, et id quod lætitia afficit semper manet. Sic et magis videbimur sorores, et sorores animis potius quam corporibus, si sicut nos venter unus peperit, ita etiam mors consumet pro pietate, et idem suscipiat thalamus.

B Sic non dissolvetur nobis amicitia, neque a nobis invicem separabimur : sed perpetuam servabimus nobis fraternitatem et conjunctionem, si ei qui nos finxit sorores exhibeamus etiam sororias voluntates. Sed te non negabimus, sponse Christe, coram hominibus. Nec tu ergo nos neges coram Patre nostro, qui est in cœlis. Castiga itaque, o judex, hunc tibi pulchrum florem corporis, et consume flagellis. Nullum enim ornamentum pulcherrimum, neque aurum, neque tegumentum ullum magnificum et varium, ita ornaverit corpus, ut tuæ plagæ, tua flagella, quæ nos jamdiu sitimus propter Christum, et quæ adhuc magis desideramus.

V. Hæc non moderate tulit judex, sed omnem C iram in hanc immisit virginem ; et statim jubet, aliis duabus abductis, exutam Menodoram cædi a quatuor lictoribus, et sic exclamare præconem : Deos cole ; bonis verbis et laudibus prosequere imperatorem ; latas leges noli injuria afficere. Illa autem, cum duabus horis cæderetur, nullum sensit dolorem. Nam propter insignem generositatem ne plagis quidem ingemiscebat. Vultus autem rubor nihil omnino expalluit ; toto enim oculo aspiciebat ad futura, speque suspensus et erectus erat ejus animus. Stultus autem judex, qui hæc perspicere non poterat (occæcatos enim habebat oculos animæ), existimabat se propter tormenta molliorem habiturum martyrem, et ad ea, ad quæ prius, eam hortabatur, et jubebat rursus sacrificare. Illa vero : D Et quodnam, inquit, aliud, præter hoc, opus a me factum est ? Annon vides, quod me totam Deo meo sacrificavi ? Quænam enim est meo sanguini utilitas, dum descendo in interitum, si non eum prius meo sponso sacrificavero ? Hæc cum veluti quædam scintilla cecidissent in animum assessoris, eum magis accenderunt, et ejus furorem vehementius inflammarunt et armaverunt contra sacram illam animam. Et virgis ossa conterebantur, et confringebantur genæ roseæ martyri, quæ non movebatur omnino, nec concidebat. Erat enim omni ex parte alligata valido ac firmo Christi desiderio. Deinde sponso suum adventum significat. Et cum magna voce clamasset : Domine Jesu Christe, mea exsul-

tatio, meus amor, ad te spem meam confugio, accipe in pace meam animam, et ipsum emisit spiritum, et præclare ascendit ad sponsum, quem diligebat, pro ipso susceptis stigmatibus et vulnerum cicatricibus exornata, et quovis flore speciosius et jucundius variata.

VI. Post quartum autem diem cum apud se consultasset assessor, ne ab aliis quoque ejus sororibus vinceretur, et animum versasset in omnem partem, et mentis quodammodo intima explicasset penetralia, Metrodoram quidem et Nymphodoram ducit ad tribunal. Eas autem ille quidem miser sub suum producit conspectum, et ponit ante pedes virginales pulchrum illud corpus sororis, quod non habebat amictum, non integumentum, totum tumidum et confectum vibicibus, apertaque flagrorum et plagarum vestigia ferens in omni membro, et quasi sentibus obsitum vulneribus, mirabile quoddam spectaculum et nec ipsis quidem oculis credibile. Sic enim existimabat fore, ut eas obstupefaceret, et metum eis afferret, timentibus ne eis tale aliquid eveniret. Sed illius quidem corpus sic fuit propositum, et omnes qui circumsistebant, animo perturbabantur, et manifestas effundebant lacrymas, et eo spectaculo movebantur ad misericordiam, præter sævam et immanem animam judicis. Eum enim non misericordia sed ira potius subibat et indignatio. Illæ autem trahebantur quidem a propriis visceribus ad lacrymandum ; sed id eis nequaquam permisit conscientia. Sciebant enim et martyrem esse sororem, et ipsas quoque hoc postea futuras, et ad ipsam mox esse venturas per consummationem. Itaque sic fuerunt affectæ, perinde ac si venissent ad thalamos sororis ; erantque valde lætæ et plenæ voluptate, ut quæ eam deducerent ad thalamos, in quos non cadit interitus, et ut ne ipsæ ab iis essent remotæ properarent. Sed judex etiamsi tam forti et tam excelso fuissent animo ad conspectum sororis, non desperavit tamen se eas esse persuasurum ; sed (ut est in proverbio) omnem movit lapidem, partim quidem minis tormentorum tentans earum labefactare animum partim autem bonorum promissis illicere ; et, Si sacrificaveritis, inquit, scribam statim ad imperatorem. Ille autem pecuniis et opibus multis vos donabit, vosque viris genere et dignitate clarissimis conjunget matrimonio, et invenietis sponsos dignos vestra pulchritudine.

VII. Et is quidem hæc ; illæ autem : Quousque, dicebant, non cessabis, miser, non nostro solum scopo, sed etiam tibi ipsi dicere contraria ? et nunc quidem nos vocare sorores hujus beatæ, nunc autem nos aggredi, tanquam alienas, et quæ facile possunt vinci ? Si nos ergo credidisti esse sorores genere, hanc etiam pro pietate constantiam, et nihil abjectum et illiberale, neque tali sorore, neque illa, ex qua tres rami orti sumus, radice indignum inventurum existima. Sin autem vis scire, qualis sit nostra constantia, ex ea quæ præcessita ccurate intellige.

A δέξαι μου τὴν ψυχὴν μετ' εἰρήνης· αὐτό τε ἀφῆκε τὸ πνεῦμα καὶ πρὸς ὃν ἠγάπα νυμφίον λαμπρῶς ἀνέρχεται, τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ στίγμασι καὶ ταῖς τῶν τραυμάτων οὐλαῖς κάλλιστα διεσκευασμένη, καὶ παντὸς ἄνθους εὐχροώτερόν τε πεποικιλμένη καὶ χαριέστερον.

ς'. Μετὰ μέντοι τετάρτην ἡμέραν σκεψάμενος ὁ συμπάρεδρος ὅπως ἂν μὴ καὶ τῶν ἄλλων αὐτῆς ἀδελφῶν ἡττηθείη, καὶ πανταχόθεν συγκροτηθείς, καὶ ὥσπερ τινὰ βαθυτέραν ἀναπτύξας φρένα, Νυμφοδώραν μὲν ἄγει καὶ Μητροδώραν τῷ βήματι· παράγει δὲ ὁ ἄθλιος ὑπὸ τὴν ὄψιν αὐταις καὶ πρὸ τῶν ποδῶν τίθησι τῶν παρθενικῶν τὸ καλὸν ἐκεῖνο τῆς ἀδελφῆς σῶμα· οὐκ ἐπίβλημα ἔχον, οὐ περικάλυμμα, ὅλον διῳδηκὸς τοῖς μώλωψι καὶ κατειργα-
B σμένον, σαφῆ τὰ τῶν μαστίγων ἴχνη καὶ τῶν πληγῶν ἐπὶ παντὸς φέρον μέλους καὶ ἠκανθωμένον τοῖς τραύμασι, παράλογόν τι θέαμα καὶ οὐδὲ αὐτῷ πιστὸν ὄμματι. Ταύτῃ γὰρ αὐτὰς καταπλήξειν καὶ εἰς δέος ἐμβαλεῖν ᾤετο, δεδοικυίας μὴ καὶ αὐτὰς τὰ παραπλήσια παθεῖν γένοιτο. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκείνης σῶμα οὕτω προέκειτο, καὶ πάντες οἱ περιεστηκότες ἐπληροῦντο πάθους, καὶ εἰς δάκρυα φανερὰ κατήγοντο, καὶ εἰς οἶκτον ὑπὸ τῆς θέας ἐκινοῦντο πλὴν τῆς τοῦ δικαστοῦ ψυχῆς τῆς ἀπηνοῦς τε καὶ ἀνημέρου. Τοῦτον γὰρ οὐκ ἔλεος ἀλλ' ὀργὴ μᾶλλον καὶ νέμεσις ὑπεισήει. Αἱ δὲ δακρύσαι μὲν ὑπὸ τῶν οἰκείων σπλάγχνων ἐφείλκοντο, τὸ συνειδὸς δὲ αὐταῖς οὐκ ἐπέτρεπεν. Ἤδεσαν γὰρ μάρτυρά τε τὴν ἀδελφὴν εἶναι, καὶ τοῦτο καὶ αὐτάς
C μικρὸν ὕστερον ἔσεσθαι, καὶ πρὸς αὐτὴν ὅσον οὐδέπω χωρῆσαι διὰ τῆς αὐτῆς τελειώσεως ἀμέλει καὶ ὡς ἐπὶ παστάδας τῆς ἀδελφῆς ἐλθοῦσαι οὕτω διέκειντο, καὶ φαιδραί τε ἦσαν καὶ ἡδονῆς μεσταί, οἷα ἐπὶ τοὺς ἀκηράτους νυμφῶνας ἐκείνους προπέμπουσαι ταύτην, ὧν μηδὲ αὐταὶ ἀπολειφθῆναι ἠπείγοντο. Ἀλλ' ὁ δικαστής, καίτοι γενναίως οὕτω διατεθεισῶν τῶν παρθένων πρὸς τὴν τῆς ἀδελφῆς ὄψιν, ὅμως τὸ πείσειν αὐτὴν οὐκ ἀπέγνω. Ἀλλ' (ὥσπερ ὁ λόγος) πάντα λίθον ἐκίνει· τοῦτο μὲν ἀπειλαῖς βασάνων κατασείειν αὐτῶν τὸ στερρὸν τοῦ φρονήματος, τοῦτο δὲ καὶ ἀγαθῶν ἐπαγγελίαις ὑποκλέπτειν αὐταῖς πειρώμενος· καὶ ὡς Εἰ θύσετε, φησὶ, γράψω παραχρῆμα τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ καὶ χρήμασι καὶ πλούτῳ πολλῷ χαριεῖται, καὶ ἀνδράσι γένει τε καὶ
D ἀξιώμασι περιφανεστάτοις πρὸς γάμον ὑμᾶς συνάψει, καὶ ἀξίους τοῦ κάλλους ὑμῶν εὑρήσετε τοὺς νυμφίους.

ζ'. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα· αἱ δὲ, Μέχρι τίνος, εἶπον, οὐ παύσῃ, ἄθλιε, οὐ τῷ ἡμετέρῳ μόνον σκοπῷ, ἀλλὰ καὶ σεαυτῷ τὰ ἐναντία διαλεγόμενος ; καὶ νῦν μὲν ἀδελφὰς ἡμᾶς τῆς μακαρίας ταύτης καλῶν, νῦν δὲ ὡς ἀλλοτρίαις οὔσαις εὐχειρώτοις προσβάλλων ; Εἰ τοίνυν ἀδελφὰς εἶναι τὸ γένος πεπίστευκας, ἀδελφὰς καὶ τὴν καλὴν ταύτην ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἔνστασιν ὑπολάμβανε, καὶ μηδὲν ἀγεννὲς ἐν ἡμῖν εὑρήσειν μηδὲ ἀδελφῆς τοιαύτης μηδὲ ῥίζης ἐκείνης ἧς οἱ τρεῖς ἔφυμεν κλάδοι ἀνάξιον. Εἰ δὲ καὶ περὶ ἡμῶν βούλει μαθεῖν ὁποῖα ἂν τὴν ἔνστασιν εἴημεν,

ἀπὸ τῆς προλαβούσης ἀκριβῶς μάνθανε. Εἰ γὰρ καὶ χωρὶς ὑποδείγματος τηλικαύτη ὤφθη τὴν ἀρετὴν, τί ποτε ἂν ἡμεῖς δράσαιμεν πρὸς τοιοῦτον ὑπόδειγμα τὴν ἀδελφὴν βλέπουσαι; Ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅπως ἡμᾶς καὶ κειμένη προτρέπεται, καὶ τῆς συγγενείας ὑπομιμνήσκει, καὶ πρὸς τὸν ὅμοιον παραθαρρύνει ζῆλον, καλὸν ἀθλήσεται τύπον ἑαυτὴν παρασχοῦσα; Ἧς οὐδὲ ἀπολειφθησομεθα ἴσθι, οὐδὲ τὴν ἐκείνης εὐγένειαν ἀτιμάσομεν. Οὐ ψευσόμεθα τοὺς τεκόντας, ἐκείνης πατέρας εἶναι πείθουσαι μόνης, εἰ περὶ τὴν ἀσέβειαν ἡμᾶς κινδυνεύσομεν. Ἐρρέτω πλοῦτος, ἐρρέτω δόξα, τὰ ἐπὶ γῆς ταῦτα καὶ εἰς γῆν αὖθις ῥέοντα· ἐρρέτωσαν φθαρτοὶ μνηστῆρες. Ἔχομεν Χριστὸν ἡμεῖς τὸν ἡμέτερον νυμφίον, οὗ σφόδρα ἐρῶμεν, ᾧ καὶ προῖκα μόνον τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ δοῦναι θάνατον, παστάδας τε ἱερὰς, καὶ θαλάμους ἀθανάτους, καὶ νυμφῶνας διηνεκεῖς ἀντιλάβοιμεν, καὶ παρ' αὐτῷ λαμπρῶς βασιλεύσομεν.

Η'. Πρὸς ταῦτα ὁ δικαστὴς, εἰδὼς ὡς ἀνύσειε μὲν πλέον οὐδὲν, φλεγμαίνοντι δὲ ὅμως τῷ θυμῷ χαριζόμενος, τὴν δευτέραν τῶν ἀδελφῶν δευτέρᾳ δίδωσι ταῖς βασάνοις. Καὶ μετεωρίζει μὲν ἐπὶ τοῦ ξύλου ἡ γενναία γυνὴ Μητροδώρα, λαμπάδες δὲ πυρὸς διέκαιον αὐτὴν πάντοθεν· καὶ ὡρῶν δύο τῇ ἀπηνεῖ ταύτῃ πιεζομένη κολάσει, τὸν ἐραστὴν ἐπεβοᾶτο μόνον, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐκάλει ἐπικουρίαν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῆς εἰδωλικῆς ἠμέλει ἀπάτης, ἀλλ' ἐμυκτήριζέ τε αὐτὴν καὶ, ὅπερ ἦν ἀληθῶς, αἰσχύνην ἐδείκνυ καὶ γέλωτα. Ἔνθεν τοι καὶ κατάγει μὲν τὴν γενναίαν ἐκεῖθεν· μοχλοῖς δὲ σιδηροῖς ὑποβάλλει καὶ τὸ πᾶν αὐτῆς πιέζει σῶμα καὶ καταθλᾷ. Ἐκείνη μέντοι τὴν φύσιν ἤδη ἀπαγορεύσασαν αἰσθομένη, τῷ φιλουμένῳ συλλαλεῖ Νυμφίῳ, οἷα δὴ διὰ τοῦ θανάτου πρὸς αὐτὸν πλησιάζουσα, καὶ τὸν νυμφῶνα ἑαυτῇ προπαρασκευάζει. Εἶτα καὶ τὴν ψυχὴν ταῖς ἀγγέλων χερσὶ πιστεύει, καὶ ὅλη πρὸς αὐτὸν ἐκδημεῖ. Ὁ παράνομος δὲ ἄρχων ἐκεῖνος τοῖς ὅλοις ἀπαγορεύσας, καὶ τὸ τῆς αἰσχύνης ὑπερφυὲς ὑπενεγκεῖν οὐ δυνάμενος, ὑπελίπετό τινα ὅμως ἑαυτῷ παραμυθίαν, τὴν τρίτην τῶν ἀδελφῶν· καὶ παραστησάμενος Νυμφοδώραν τὸ πρᾶον ἀναισχύντως καὶ ἱλαρὸν ὑπεκρίνατο, καὶ, Πείσθητί μοι κἂν αὐτὴ, ἔλεγεν, ὦ καλὴ νεᾶνις, ἣν ἐγὼ πλέον τῶν ἄλλων, αἱ φίλαι τῶν θεῶν ἴσασι χάριτες, καὶ τοῦ κάλλους ἄγαμαι καὶ τῆς ἡλικίας οἰκτείρω· πείσθητί μοι τῷ οὕτως ὡς παιδὸς γνησίας σου περικαιομένῳ, καὶ προσελθοῦσα, τί τοῦτο βαρύ; προσκύνησον τοῖς θεοῖς μόνον, καὶ αὐτίκα μεγίστην μὲν εἴσεταί σοι χάριν ὁ βασιλεύς· δώσει δὲ καὶ χρήματα καὶ τιμὰς, καὶ τό γε μεῖζον, παῤῥησίαν τὴν πρὸς αὐτόν. Εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ κακῶς, οἴμοι! καὶ αὐτὴ ἀπολεῖ, καὶ οὐδὲν πάντως τῆς πικρᾶς ταύτης ὀνήσῃ τελευτῆς ὥσπερ οὖν οὐδ' αἱ ἀδελφαὶ αὐτῆς ὤνηντο.

Θ'. Οὕτως οὖν τοῦ ἄρχοντος εἰρηκότος, ἐπὶ τέλει δὲ καὶ φρόνιμον καὶ τῶν ἀδελφῶν συνετωτέραν εἰπόντος, ἐκείνη τῶν ἄλλων αὐτοῦ λόγων ὅσα καὶ λήρων φροντίσασα· τὸ φρόνιμον δὲ μόνον ὑπολαβοῦσα. Εἶτα οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, οὐδὲ ἐρυθριᾷς, νῦν μὲν φρόνιμον ὀνομάζων, νῦν δὲ τὸν ἀληθῆ καταλιποῦσαν

A Si enim ea, eum nullum haberet exemplar propositum, tantam ostendit virtutem, quidnam fecerimus nos tale exemplar, nempe sororem, aspicientes? An non vides, quemadmodum illa vel jacens nos adhortatur, et cognationem revocat in memoriam, et ad talem zelum nobis addit animum, seipsam præbens pulchrum exemplar decertationis? A qua certo scias nos non esse discessuras, neque illius nobilitatem habituras contemptui. Non fallemus parentes, illius solius parentes esse persuadentes, si in periculum veniamus de pietate. Valeant divitiæ, valeat gloria et hæc quæ sunt e terra et rursus in terram revertuntur. Valeant proci, in quos cadit interitus. Habemus nos Christum nostrum sponsum, quem valde amamus, et cui cum
B dotem solum dederimus, eam quam pro ipso subimus mortem, sacros immortales et æternos accipiemus thalamos, et præclare apud ipsum regnabimus.

VIII. Ex his intelligens judex se nihil quidem effecturum, ferventi tamen iræ indulgens, secundam sororem seorsum dat secundo loco torquendam. Et sublime quidem in ligno pendet mulierum fortissima Metrodora, lampades autem ignis eam urebant ex omni parte; et cum spatio duarum horarum hoc gravi premeretur supplicio, solum suum clamabat amatorem, et ejus invocabat auxilium. Sed neque idolorum negligebat deceptionem, sed et eam subsannabat, et, id quod erat revera, turpem ostendebat et ridiculam. Deinceps autem generosam quidem illam virginem illinc deducit, ferreis vero vectibus
C subjicit et universum ejus corpus premit et confringit. Illa autem, defatigatam jam sentiens naturam, sponsum dilectum alloquitur, utquæ per mortem ei appropinquaret, et sibi parat thalamum. Deinde animam suam credit manibus angelorum, et tota ad ipsum excedit. Iniquus autem ille judex spem omnem abjiciens, et non valens ferre summum dedecus, sibi tamen quamdam relinquebat consolationem, nempe tertiam sororem. Et cum producendam curasset Nymphodoram, mansuetudinem et hilaritatem impudenter simulavit, et ei dixit: Mihi morem gere, o pulchra adolescentula, quam ego plus quam alias (deorum amicæ id sciunt Gratiæ), et admiror propter pulchritudinem, et ætatis misereor. Morem mihi gere, qui non minus, quam germanæ filiæ tuo incendor amore; et accedens (quidnam est hoc grave?)
D deos solum adora, et statim maximam quidem tibi gratiam habebit imperator; dabit autem pecunias et honores, et quod est longe maximum, apud ipsum fiduciam. Sin minus, hei mihi, tu quoque ipsa male peribis; neque hæc mors acerba tibi quidquam omnino proderit, quomodo nec tuis profuit sororibus.

IX. Cum sic dixisset judex, postremo autem eam et prudentem et cæteris vocasset sapientiorem, illa alia ejus verba non magis curans, quam nugas, id autem solum, quod eam vocabat prudentem, excipiens, Non te pudet, inquit, nec erubescis, nunc quidem nominare prudentem, nunc autem verum Deum

relinquentem, jubere ad tuos accedere dæmones? Et quonam modo, inquit, extremæ non fuerit hoc insaniæ, et mentis plane emotæ, a communi Domino et universorum opifice deficientem sequi manuum opera, quæ carent sensu et intelligentia, et ea colere tanquam deos? Quænam ex eis possim sperare, et quænam lucrifacere, dic mihi, et accipio. Ostende mihi, quid boni sis consecutus ex tua in illos spe; et parebo. Sed nihil potes dicere. Revera enim *simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. Similes illis fiant qui colunt ea* [1]. Et ideo ne parcas ea quæ velis facere. En tibi carnes paratæ pati propter Christum, et magis quam tu nos punire. Tunc ignorans scelestus, quid ageret, et quamnam spem aprehenderet (per omnia enim fuerat repulsus), hanc quoque sublimem in ligno extollit, et ferreis eam discerpit ungulis. Sed illa ad hoc nullam neque vocem, neque gemitum emittebat: aperte autem ostendebat se cum Deo colloqui. Et hoc docebant et labra quæ movebantur, et oculi quos ad cœlum extollebat. Ille autem stolidus rursus quoque verbis eam est aggressus; non citra violentiam, et per præconem jussit eam sacrificare, et liberari a tormentis. Illa vero dicebat: Me Domino meo sacrificavi, propter quem vel pati est voluptas, et mori lucrum. Illud autem injusto judici majorem accendit furorem. Deinde autem eam quoque ferreis contrivit et confregit vectibus. Sed hujus quoque omnino curam similiter gerebat Deus ut sororum, et efficiebat ut immane vinceret supplicium, et adversus ipsam fortis staret naturam. Deinde eam quoque ad se accersit, et virgo libenter deponit animam in sinu amatoris.

X. Impius autem judex, iræ utens auxilio, etiam in ipsa mortua corpora bellum gerit; et cum accendisset fornacem, eamque aluisset multa et apta materia, in ipsam jaculatur corpora martyrica. Deus autem amator animarum, nec corpora quidem neglexit; sed magna vis repente erumpens tonitruum et fulgurum prævenit ignem fornacis, et ipsum judicem, et quæ ei serviebat multitudinem in favillam redigit et fuliginem. Et hoc invenerunt procemium gehennæ, quæ nunquam desinit, qui erant illa sola revera digni. Vehemens autem repente erumpens pluvia extinguit fornacem: et cum statim avidis manibus virginum corpora pii sustulissent, magnifice que ornassent et composuissent, foderunt eis sepulcrum in loco earum consummationis: Deo hoc quoque providente admirabiliter, ut quas unus pepererat uterus, eis quoque unum daretur sepulcrum; et quarum animæ unum et eumdem sunt thalamum consecutæ, earum ne surdus quidem cinis separaretur, sed sorores in vita, sorores in cœlis, sorores etiam in terra ostenderentur. Templum autem in hodiernum usque

[1] Psal. CXIII, 4, 8.

A κελεύων τοῖς δαίμοσι τοῖς σοῖς προσελθεῖν; Καὶ ποίας οὐκ ἐσχάτης τοῦτο μανίας καὶ διαφθορᾶς τῶν φρενῶν, Δεσπότου κοινοῦ καὶ τοῦ τῶν ὅλων τούτων ἀποστᾶσαν Δημιουργου, χειρῶν ἔργοις, αἰσθήσεώς τε καὶ φρενῶν ἐρήμους ἀκολουθῆσαι, καὶ αὐτοῖς ἴσα καὶ θεῶν προσανέχειν; Ἵνα τίνα γοῦν ἐκεῖθεν ἐλπίσω; Ἵνα τί δὲ κερδάνω; Εἰπὲ, καὶ δέχομαι· δεῖξόν μοι τί χρηστὸν τῆς ἐπ' αὐτὰ σὺ προσδοκίας ἀπέλαυσας, καὶ πείθομαι. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν· ἀληθῶς γὰρ τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ τιμῶντες αὐτά. Πρὸς ταῦτα μηδενὸς ἀπέχου ὧν βούλει. Ἰδού σοι καὶ σάρκες πάσχειν διὰ Χριστὸν ἕτοιμοι, καὶ μᾶλλον ἢ σὺ κολάζειν ἡμᾶς.
B Ἐνταῦθα μὴ ἔχων ὁ μιαρὸς ὅ τι καὶ δράσειε, καὶ ποίας ἄρα τῆς ἐλπίδος ἀνθέξεται (διὰ πάντων τροπῶν ἀπεκρούσθη), καὶ ταύτην ἐπὶ τοῦ ξύλου μετεωρίζει, καὶ διαξαίνει σιδηροῖς ὄνυξιν. Ἀλλ' οὐδεμίαν πρὸς ταῦτα ἐκείνη οὐδὲ φωνὴν οὐδὲ στεναγμὸν ἠφίει, φανερὰ δὲ ἦν συλλαλοῦσα Θεῷ. Καὶ τοῦτο αὐτῇ τά γε ὑποκινούμενα χείλη ἐδίδασκον, καὶ οἱ πρὸς οὐρανοὺς αἰρόμενοι ὀφθαλμοί. Ὁ τοίνυν ἀσύνετος ἐκεῖνος λόγους, αὐτῇ καὶ πάλιν οὐκ ἀδιάστως ἐπῆγε, καὶ θύειν διὰ τοῦ κήρυκος ἐκέλευε, καὶ ἀπαλλάττεσθαι τῶν βασάνων. Ἡ δὲ, Τέθυκα ἐμαυτὴν, ἔλεγε, κἀγὼ τῷ Κυρίῳ μου, δι' ὃν καὶ τὸ παθεῖν ἡδονὴ, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Τὸ δὲ ἄρα μείζονα τῷ ἀδίκῳ κριτῇ τὴν μανίαν ὑφῆπτεν. Ὅθεν καὶ μοχλοῖς αὐτὴν σιδηροῖς συνέτριβε καὶ συνέθλα. Ἀλλὰ καὶ ταύτης ἦν
C πάντως ὁ τῶν ἀδελφῶν Θεὸς ὁμοίως κηδόμενος καὶ τῆς τε βασάνου κρατεῖν ἐποίει τῆς ἀπηνοῦς, καὶ πρὸς αὐτὴν ἱστασθαι γενναίως τὴν φύσιν· εἶτα καὶ πρὸς ἑαυτὸν μετακαλεῖται, καὶ τὴν ψυχὴν ἡ παρθένος τοῖς κόλποις ἡδέως τοῦ ἐραστοῦ ἀποτίθεται.

Ι'. Ὁ ἄδικος τοίνυν κριτὴς, τὴν ἐκ τοῦ θυμοῦ συμμαχίαν παραλαβὼν, καὶ αὐτοῖς ἐπιστρατεύει τοῖς νεκροῖς σώμασι, καὶ κάμινον ἀνάψας, καὶ πολλῇ ταύτην ὕλῃ καὶ ἐπιτηδείᾳ θρέψας, ἀκοντίζει κατ' αὐτῆς τὰ μαρτυρικὰ σώματα. Θεὸς δὲ ὁ τῶν ψυχῶν ἐραστὴς οὐδὲ τῶν σωμάτων ἠμέλει· ἀλλὰ βροντῶν μέντοι χρῆμα καὶ ἀστραπῶν ἄθρόον καταῤῥαγεῖσαι προφθάνουσι τὸ τῆς καμίνου πῦρ, καὶ αὐτὸν τὸν δικάζοντα καὶ τὸ ὑπηρετούμενον αὐτῷ πλῆθος, αἰθάλην δεικνύουσι καὶ ἀσβόλην. Καὶ τοῦτό γε προοίμιον τῆς ἀτελευτήτου γεέννης εὗρον, οἱ καὶ μόνης
D ἐκείνης ὡς ἀληθῶς ἄξιοι. Ὑετὸς δὲ κατὰ πόδας ῥαγδαῖος ἐπιπεσὼν σβεννύει τὴν κάμινον, καὶ ποθούσαις αὐτίκα χερσὶ τὰ παρθενικὰ λείψανα οἱ εὐσεβεῖς ἀνελόμενοι, καὶ διαπρεπῶς κοσμήσαντές τε καὶ περιστείλαντες, τάφον αὐτοῖς ἐν τῷ τῆς τελειώσεως ἔχωσαν τόπῳ, Θεοῦ καὶ ταῦτα θαυματουργοῦντος, ὅπως ἃς μία γαστὴρ ὤδινε, ταύτας καὶ τάφος εἷς πιστευθῇ· καὶ ὧν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἔλαχον αἱ ψυχαὶ νυμφῶνα, τούτων μηδὲ ἡ κωφὴ διαστῇ κόνις· ἀλλ' εἷεν ἀδελφαὶ κἂν τῷ βίῳ, ἀδελφαὶ κἂν τοῖς οὐρανοῖς, ἀδελφαὶ κἂν τῇ γῇ δεικνυόμεναι. Τέμενός

τι εἰς δεῦρο πρὸ τῷ τάφῳ αὐτῶν ἱερὸν ἵδρυται, οἱονεί τινα ποταμὸν, ἔνδον προχέοντα θαύματα.

ΙΑ'. Ἀκουσάτωσαν ταῦτα καὶ ἀδελφαὶ καὶ παρθένοι, καὶ ὅσαι ὑπὸ ζυγόν. Καὶ αἱ μὲν οὕτως ἀλλήλας φιλείτωσαν, αἱ δὲ μὴ τῆς οἰκείας καταγινωσκέτωσαν φύσεως· Ἀνέῳγε γὰρ καὶ γυναιξὶν ἡ τοῦ μαρτυρίου θύρα· πᾶσαι δὲ ὁμοίως καὶ θανάτου διὰ Χριστὸν καὶ πάντως καταφρονείτωσαν, ἵνα καὶ τῶν ὁμοίων παρὰ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας καὶ τῆς χρηστότητος ἀπολαύσειαν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A diem positum est in earum sepulcro, instar cujusdam fluvii intus effundens miracula.

XI. Hæc audiant sorores, et universæ mulieres, tam virgines, quam quæ sunt conjunctæ matrimonio. Et illæ quidem sic se invicem diligant; hæc autem suam non condemnent naturam. Nam feminis quoque aperta est janua martyrii. Omnes autem similiter et mortem et omnia contemnant, ut similia quoque consequantur ab ejus bonitate et benignitate. Quæ detur nobis omnibus consequi gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, honor et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ ΜΗΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΘΕΟΔΩΡΑΣ ΤΗΣ ΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ.

VITA ET CONVERSATIO

S. MATRIS NOSTRÆ

THEODORÆ ALEXANDRINÆ.

(Latine apud Surium Sept. 11, Græce ex ms. Paris. 1526.)

Α'. Ζήνων μὲν ἤδη τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διεῖπεν ἀρχὴν, Γρηγόριος δὲ τὴν τοῦ ὑπάρχου ἐξουσίαν ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον εἶχεν Ἀλεξανδρείᾳ. Ἡ δὲ οὐ τοσοῦτον ἐπ' ἄλλῳ τῶν ἁπάντων Ἀλεξάνδρεια ὅσον ἐπὶ Θεοδώρᾳ μᾶλλον ἐκαλλωπίζετο, οἵας μητρὸς αὐτῆς ὑπάρξασα καὶ πατρὶς, καὶ τοιοῦτον ἀγενῆ κλάδον ἀναδοῦσα, καὶ οὕτω πάσαις βρύοντα χάρισιν. Ἐν αὐτῇ γὰρ ἡ σεμνὴ τῷ ὄντι, καὶ κοσμία τοῖς ἤθεσι, τὰς ἐν κόσμῳ διατριβὰς ἐποιεῖτο· ἀνδρὶ μὲν συνοικεῖν λαχοῦσα συναφείᾳ γάμου τῇ κατὰ νόμον, ταύτῃ δὲ καὶ ἄλλως μὲν τὴν ὀφειλομένην τοῖς ἀνδράσι τιμὴν ἀπονέμουσα μάλιστα δὲ τῷ σωφρονεστάτη τε εἶναι· τῶν ἐν τῇ πόλει πασῶν οἰκείως τε πρὸς τοῦτον καὶ πιστῶς διακεῖσθαι, καὶ καθαρὰν αὐτῷ τὴν στοργὴν φυλάττειν καὶ πόθοις ῥυπαροῖς ἀνεπίμικτον. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεπιλήπτως ἀγαπῶντας βιοῦν οὐκ ἔτι μὴ καὶ τὰς ἐκ τοῦ πονηροῦ προσβολὰς δέχεσθαι, πειρασμὸς ἐγείρεται καὶ ταύτῃ δεινός. Ἐκεῖνος γὰρ τό τε τοῦ ἀνδρὸς σῶφρον ὁρῶν, τῇ τε σεμνότητι τῆς οσίας διαφθονῶν ἔργον ἔθετο καὶ σπουδὴν τὴν τοιαύτην συζυγίαν διατεμεῖν.

Β'. Καὶ δή τινα ῥεόντων χρήμασι καὶ πλούτῳ

Zeno quidem Romanum jam tenebat imperium, Gregorius autem præfecti gerebat magistratum in Alexandrina Ægypti civitate. Alexandria autem nullo ex omnibus aliis tantum gloriabatur, quantum Theodora, ut quæ esset ejus mater, et quæ eam pepererat patria, et ramum edidisset tam pulchrum et omnibus adeo scatentem gratiis. In ea enim suam mundanam habebat conversationem ista vere veneranda, et ornata moribus, cum viro conjuncta legitimo matrimonio, ei quidem eum qui maritis debetur honorem tribuens; maxime autem ab eo dilecta, quod esset castissima omnium quæ erant in civitate, benevoleque et fideliter in eum esset affecta, et purum ei servaret amorem, et nullis turpibus immistum desideriis. Quoniam vero ii quibus placet vivere citra reprehensionem fieri non potest, ut non oppugnentur maligni insidiis, gravis quoque in eam ab ipso excitatur tentatio. Ille enim tunc videns hujus mariti moderationem, et hujus sanctæ invidens honestati, adhibuit omne studium et diligentiam, ut hanc rescinderet conjunctionem.

II. Quemdam itaque juvenem, pecuniis et opibus

onustum, quibus rerum copia suppeditabat materiam ad stimulum amoris, incitavit ad eam amandam propter florentem ejus speciem. Illa autem non nutum, non gestum, nec quidquam tale omnino sustinente, nullus non lapis ab eo movebatur, ut ad effectum omnino deduceret id quod desiderabatur; adeo ut ejus familiares et vicinas, ad hoc ei inservientes, assidue transmitteret quidquid erat desiderabile et blandiens cupiditati se daturum pollicens. Illa autem his verbis et illecebris opponebat diem judicii et timorem gehennæ: Quin etiam erubesco, dicebat, vel ipsum solem habere testem talis flagitii. Quod quidem verbum cum apprehendisset una ex lenis, mali accessionem habens artem magicam, hoc ei proposuit probabiliter: Sed hoc inquiens, a te fiat post solis occasum et nullus erit qui te cognoscat: neque futurus est ullus omnino testis apud Deum, aut apud homines. Hæc audivit et fuit cor ejus protinus illectum et seductum. Erat enim mulier quæ natura facile capi potest et decipi, et maxime quod futurum esset ut factum Deum lateret, per fraudem audiverat et crediderat. Et sic ad effectum deductum est malum ejus consilium.

III. Postquam autem re facta quam turpis et indecora res sit peccatum, agnoscit, acerbos habens stimulos et valde compuncta conscientia cruciari animo cœpit et amara duci pœnitentia dicens: Ex quali honore ad quantam transii ignominiam! « Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ [1]; » et: « Conversa sum in ærumnam, dum infixa est mihi spina. » Hæc dicebat et lacrymarum emittebat fontes calidos, sic peccati abstergens fœtorem et deformitatem. Conjux autem ignorans causam ejus tristitiæ, omnia dicebat et faciebat, eam consolans et pro viribus eam conans recreare. Sed illa, peccato tanquam quodam ulcere interna depascente et cogitationem non sinente quiescere, erat inconsolabilis, et nullam attendebat orationem, quæ eam recrearet. Propterea statuit venire ad unum ex sacris monasteriis, in quo piæ exercebantur feminæ, et sic aliqua ratione parare sibi consolationem. Cum ergo abiisset, et ejus quæ præerat pedes apprehendisset, eam valde rogabat et petebat, ut quamprimum afferretur divinum Evangelium. Causa autem erat, ut hinc certior fieret, an quod vespere ei factum fuerat, evasisset evidens Dei oculis. Et quid, ait ei præfecta, est Deo incognitum? Num enim (sicut ait divinus David [2]) qui plantavit aurem non audit? aut qui finxit oculum non considerat, cui vel ipse primus et exilis cordis nostri motus evadit manifestus? Sed si dolorem nolis habere intensiorem, mihi expone quidnam sit, quod tuum mordet animum; et fortasse nobis non deerit remedium. Illa autem recordatione ejus, quod factum fuerat, commota ad lacrymas, quod ab initio petierat, denuo petiit Christi Evangelium.

A βαρυνομένων, οἷς ὕλη πρὸς αἶστρον ἡ εὐθηνία, πρὸς τὸν ταύτης διὰ τὴν ἐπανθοῦσαν ὥραν ἐκίνησεν ἔρωτα. Ἐκείνης δὲ μὴ νεῦμα, μὴ σχῆμα, μηδὲν ὅλως τῶν τοιούτων ἀνεχομένης, λίθος αὐτῷ ἅπας ἐκινεῖτο τοῦ πάντως εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὸ ὑποθούμενον· ὡς καὶ τὰς συνήθεις αὐτῇ, καὶ τὰς ἐκ γειτόνων πρὸς τοῦτο διακοσμουμένας συνεχῶς διαπέμπεσθαι πᾶν ὅπερ ἐφετὸν καὶ σαῖνον ἐπιθυμίαν δώσειν ἐπαγγελλόμενος. Ἡ δὲ τοῖς ῥήμασι τούτοις καὶ ὑποκνίσμασι τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν καὶ τὸν τῆς γεέννης ἀντετίθει φόβον· ἀλλὰ μὲν καὶ, Τὸν ἥλιον αἰσχύνομαι, φησὶ, μάρτυρα τοῦ τοιούτου μιάσματος..... δραξαμένη ῥήματος τῶν προαγωγῶν μία προσθήκην τοῦ κακοῦ καὶ τὴν μάγον ἔχουσα τέχνην, πιθανῶς δῆθεν αὐτῇ προέτεινεν· Ἀλλὰ B μετὰ δυσμὰς ἡλίου, λέγουσα, τόδε σοι πραχθήτω, καὶ οὔτε τινὰ τὸν συγγινώσκοντα ἕξεις, οὔτε μὴν πρὸς Θεὸν ἢ πρὸς ἀνθρώπους, μάρτυρα τὸ παράπαν ἐσόμενον. Ταῦτα ἤκουσέ τε, καὶ τὴν καρδίαν εὐθὺς ὑποβλέπεται· γυνὴ γὰρ ἦν φύσις εὐεξαπάτητος καὶ ἁλώσιμος, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ Θεὸν τὸ πραχθὲν λάθοι δολερῶς ἤκουσε καὶ ἐπίστευσε· καὶ οὕτως εἰς ἔργον ἐξέβη τὸ πονηρὸν βούλημα.

Γ'. Ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν πρᾶξιν, ὅπως αἰσχρὸν καὶ ἄσεμνον ἡ ἁμαρτία γνωρίζεται, πικρὰς ἔχουσα τὰς ἀκίδας καὶ ἰσχυρῶς τὸ συνειδὸς καταξαίνουσα, καὶ μάλιστα τοῦ πράξαντος σεμνὸν τὸ πρότερον μεταδιώκοντος βίον καὶ φιλοσοφίᾳ προσέχοντος ἤρξαντο καὶ αὐτὴ σπαράττεσθαι τὴν ψυχὴν καὶ πικρὸν οἷον τὸν μετάμελον δέχεσθαι· Εἰς οἵαν ἐξ C οἵας τιμῆς τὴν αἰσχύνην μετέβη! Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου, λέγουσα, ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου, καὶ ὅτι ἐτράφην εἰς ταλαιπωρίαν, ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι ἄκανθαν. Ταῦτα ἔλεγέ τε καὶ θερμὰς δακρύων ἠφίει πηγὰς, τὸ δυσῶδες οὕτω καὶ ἀκαλλὲς τῆς ἁμαρτίας ἀποκαθαίρουσα. Ὁ μέντοι σύνοικος, τὴν αἰτίαν τῆς σκυθρωποτητος ἀγνοῶν, πάντα τε ἔλεγε καὶ ἐποίει παρηγορῶν αὐτὴν, καὶ ὅση δύναμις, ἀναλαμβάνειν πειρώμενος· ἀλλ' ἐκείνη ὥσπερ τινὸς ἕλκους τῆς ἁμαρτίας διαβοσκομένης τὰ ἔνδον, καὶ τὸν λογισμὸν ἡρεμεῖν οὐκ ἐώσης, ἀπαράκλητος ἦν καὶ οὐδενὶ λόγῳ παρηγοροῦντι προστέχουσα. Διὰ ταῦτα καὶ εἰς ἓν ἔγνω τῶν ἱερῶν ἀφικέσθαι φροντιστηρίων, ἐν ᾧ γυναῖκες ἠσκοῦντο θεοσεβεῖς καὶ οὕτω τρόπον τινὰ παραψυ- D χῆς ἑαυτῇ μηχανήσασθαι. Ἀπελθοῦσα γοῦν καὶ τῶν τῆς προεστώσης λαβομένη ποδῶν, πολλή τις ἦν δεομένη ταύτης, καὶ τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον παραχθῆναι τὸ τάχος αἰτοῦσα· καὶ τὸ αἴτιον ὥστε πληροφορίαν ἐκεῖθεν λαβεῖν, εἰ τὸ διαπραχθὲν ἐσπέρας αὐτῇ τοῖς τοῦ Θεοῦ δῆλον γέγονεν ὀφθαλμοῖς. Καὶ τί, φησὶν ἡ καθηγουμένη πρὸς αὐτὴν, ἠγνόηται τῷ Θεῷ; Μὴ γὰρ (ὡς ὁ θεῖος ἔφη Δαυὶδ) ὁ φυτεύσας τὸ οὖς οὐχὶ ἀκούει; ἢ ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν οὐχὶ κατανοεῖ, ᾧ καὶ αὐτὴ πρώτη καὶ λεπτὴ κίνησις τῆς καρδίας ἡμῶν δῆλη γίνεται, πλὴν, εἰ μὴ μέλλοις ἐπιτείνειν τὸ ἄλγημα, ἐμοὶ

[1] Psal. xxxvii, 6. [2] Psal. xxxi, 4. [3] Psal. xciii, 9.

νάθου, τί τὸ δάκνον σου τὴν ψυχὴν, καὶ ἴσως A
πορήσομεν θεραπείας. Ἡ δὲ, τῇ μνήμῃ τοῦ
τος κινηθεῖσα πρὸς δάκρυα, τὸ ἐξ ἀρχῆς
ν καὶ αὖθις ἐζήτει τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον.
εὐθὺς ἀνελίξατα ἅμα τῇ ἐπιβολῇ τῶν ὀφθαλ-
κεῖνο εὗρεν ἐγκείμενον, τὸ ὁ γέγραρα γέγραφα.
ιὐτίκα λύπῃ βαρείᾳ τὴν ψυχὴν πληγεῖσα, ταῖς
τε τὴν ὄψιν παταξασα, Οὐαί μοι τῇ ἀθλίᾳ, μέγα
· φεῦ τῆς πλάνης, φεῦ τοῦ τολμήματος ! εἰς
ἣν τοῦ ἀνδρὸς ἐξύβρισα κοίτην. Ταῦτα λέ-
, καὶ συγχύσεως μὲν τὴν καρδίαν, δακρύων
ηροῦσα τὸ ἔδαφος, καὶ μηδὲ τὸ ὄμμα πρὸς
ὺς αἴρειν τολμῶσα, ἀλλὰ καὶ τούτου ἀπείρ-
λέγουσα, ὡς καὶ τῷ ἀέρι μολυσμὸν δοῦσα τῇ ἀτοπίᾳ τοῦ ἐγχειρήματος, μὴ προσθεῖναι τὸν
ἔγνω κόσμῳ προσμεῖναι καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ, ἀλλὰ σοφωτάταις ἐπινοίαις πτερνίσαι τὸν ἀπατή-

Καὶ ἀνδρεῖον αὐτίκα σχῆμα περιθεμένη, ὡσὰν B
τοὺς διάκοντας λάθῃ (ἤδει γὰρ ὡς σφόδρα τῷ
μελήσει περὶ αὐτῆς καὶ οὐ παύσεται ταύτην
τῶν), ἀνδρῶν πρόσεισι κοινοβίῳ, σημείοις ὀκτω-
α τῆς Ἀλεξανδρέων ἀπέχοντι· καὶ ἔτι τοῦ
ος ἔξω τυγχάνουσα, εἰσδεχθῆναί τε αὐτὴν
καὶ τοῦ ἀριθμοῦ γενέσθαι τῶν ἀσκουμένων.
οὐ πρότερον ἔφησαν αὐτὴν εἰσοικίσασθαι,
ἄνδρα τούτοις καὶ οὐχὶ γυναῖκα νομιζομέ-
μὴ παρ' ὅλην ἐκεῖ τὴν νύκτα αἴθριος δια-
καὶ δοκίμιον οὕτω καρτερίας παράσχῃ τοῖς
οῖς. Ἡ δὲ οὐ μόνον ἡδέως ἐδέξατο τὸ
, καὶ ταῦτα μὴ ἀγνοοῦσα ὅτι θηρία πολλὰ
υκτὸς προσβάλλει διὰ τὸ τοῦ τόπου ἔρημόν τε
ομιδῇ ἄγριον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔργον τὸ προστα-
ἦγαγε· καὶ διενυκτέρευσεν οὕτω προσμένουσα C
λῶνι. Διὸ καὶ ὁ τῷ Δανιὴλ πάλαι καθημερώσας
εοντείαν ὠμότητα, αὐτὸς καὶ νῦν τὴν ὁσίαν
ὡς εἰς οἷον ὕψος ἀναδραμεῖται τῆς ἀρετῆς,
ησὶν ἅληπτον διετήρησεν· ὃ καὶ αὐτῇ πεῖρα
αθόντες οἱ μοναχοὶ τὸ συνεῖναι τούτοις θεο-
ἔκριναν. Ἀσμένως οὖν εἰσδεχθείσης, ὁ τῆς
προεστὼς, ἐντυχὼν αὐτῇ κατὰ μόνας, ἐπι-
ἠρώτα, τίς τε εἴη, καὶ κατὰ ποίαν δὴ τὴν
, πρὸς τὰ τῶν μοναχῶν παραγένοιτο. Μὴ
ιμασι χρεῶν, φησὶ, βαρυνόμενος, ἢ φόνῳ
ἁλοὺς, ἢ τρέφειν παῖδας ἠπορηκὼς, τὸ κοσμι-
ποβαλεῖν σχῆμα προείλου ; Δι' οὐδὲν τούτων,
δῶρα εἶπεν, ὦ πάτερ, ἀλλὰ παρὰ τὸ σχολάσαι
νον τοῦ κοσμικοῦ θορύβου, καὶ τὰς οἰκείας
κύσασθαι ἁμαρτίας. Πῶς δὲ καὶ, ἀνθυπέφε- D
μέγας, καλῇ ; Καὶ ἡ γενναία, Θεόδωρος, εἶπεν,
το ὄνομα. Ὁ δὲ, καὶ μὴ ὑπολάμβανε, ἔφη,
Θεόδωρε, ὅτι ἐκτὸς ἔσται σοι πόνων ἡ
α διαγωγή· ἀλλ' εἰ βούλει τῷ ὄντι τὸν τῆς
ῆς ζυγὸν ὑπελθεῖν, πάσαις ἴσθι χρείαις
ήσων τῶν ἀδελφῶν, οὐ ταῖς ἐν τῇ μονῇ
οἷον τῶν φυτῶν καὶ λαχάνων ἐπιμελούμενος,
; τε μετακομιδῇ λειτουργῶν καὶ ἀμελλητὶ
ν, ἀλλὰ δὴ καὶ ταῖς ἔξω ταύτης διακονούμενος,
τε χρεία καλοίη πρὸς τὴν πόλιν ἀπιέναι, μὴ

Quod quidem cum primum evolvisset, simul atque injecit oculos invenit illud scriptum: Quod scripsi, scripsi [4]. » Et simul gravi animi dolore sauciata, et manibus suam pulsans faciem : Hei mihi miseræ, magna voce exclamavit ; o errorem, o audax facinus ! violavi viri cubile. Hæc dicens, et cor quidem confusione, solum autem replens lacrymis, et nec ad cœlum quidem audens oculos attollere, sed etiam ab hoc dicens se arceri, ut quæ nefario suo flagitio ipsum etiam aerem polluerit, statuit deinceps non amplius manere in mundo, et in iis quæ sunt mundi, sed sapientissimis cogitatis supplantare eum qui deceperat.

IV. Virili autem induta habitu, ut lateret eos qui eam persequerentur (sciebat enim fore, ut ipsa marito magnæ esset curæ, et eam non cessaret quærere) accedit ad virorum cœnobium, quod decem et octo milliaria distat Alexandria. Et cum esset extra vestibulum, rogabat ut intro admitteretur, et esset ex numero eorum qui exercebantur. Illi autem dixerunt, se non prius eam esse intromissuros, etsi vir ab eis existimaretur esse et non femina, nisi tota nocte illic maneret sub dio, et tolerantiæ experimentum sic præberet fratribus. Illa autem libenter accepit, quod dictum fuerat ; idque cum non ignoraret, quod noctu multæ bestiæ ingrediebantur per locum desertum et admodum agrestem, sed etiam deduxit ad opus id quod imperatum fuerat : et sic pernoctavit, manens ante vestibulum. Quamobrem qui olim Danieli leoninam mansuefecit crudelitatem [5], ipse quoque sciens ad quantam virtutis altitudinem sit sancta perventura, conservavit eam, ne a feris caperetur. Quod cum monachi ipsa didicissent experientia, judicarunt esse Deo gratum, ut cum eis versaretur. Ea ergo libenter admissa, præfectus monasterii eam seorsim allocutus, diligenter eam rogavit quisnam esset, et quanam de causa venisset ad monasterium. Num, inquit, fœnore gravatus, aut factæ cædis convictus, aut cum non haberes unde filios aleres, statuisti mundanum deponere habitum ? Propter nullum horum, o Pater, dixit Theodora, sed ut solus quietem agam a mundano tumultu, et mea defleam peccata. Quomodo autem, subjunxit magnus præfectus, appellaris ? Dixit autem illa generosa mulier : Est mihi nomen Theodorus. Ille autem, Ne existimes, inquit, o frater Theodore, citra laborem tibi futuram eam quæ est hic conversationem : sed si velis revera subire jugum obedientiæ, scias te inserviturum fratribus in omnibus quæ sunt necessaria, non solum in monasterio, ut qui sis curaturus plantas et olera, et ministraturus in aqua exportanda, et hortum irrigaturus, sed

[4] Dan. xix, 22. [5] Dan. vi, 1 seqq.

foris etiam serviturus, et quando usus exegerit, ut eas in civitatem, minime recusaturus. Neque tamen hoc prætextu contemptui habebis labores exercitationis, sed oportet nihilosecius vacare jejunio et orationi, et de more psallere, vespertinamque et matutinam glorificationem quotidie peragere ; præterea autem nec horarum, quæ vocantur, ullam prætermittere ; quin etiam in genibus flectendis laborare, et sic corpus affligere propter insidias eorum qui bellum gerunt. Atque beata quidem, cum hæc omnia suis accepisset auribus, et ea esse putasset, tanquam aliquas animæ delicias, cum magno et alacri animi studio se ea esse facturam est pollicita. Et sic admittitur in eumdem ordinem cum egregio illo choro monachorum.

A παραιτούμενος. Οὐ μὴν ἔσται σοι ταῦτα πρόφασις πρὸς τοὺς ἀσκητικοὺς πόνους ὀλιγωρεῖν, ἀλλὰ καὶ οὕτω μᾶλλον ἀπαραλείπτως νηστείᾳ δεῖ σε προσανέχειν καὶ προσευχῇ, ψάλλοντα συνήθως καὶ τὴν ἑσπερινὴν ὁσημέραι καὶ ὀρθρινὴν δοξολογίαν ἐπιτελεῖν· πρὸς δὲ καὶ τῶν καλουμένων ὡρῶν μηδεμίαν παραλιμπάνειν, προσπονεῖσθαι δὲ καὶ γονάτων κλίσει, καὶ οὕτω τρύχειν τὸ σῶμα διὰ τὰς ἐκεῖθεν τῶν πολεμούντων ἐπιβουλάς. Ἡ μακαρία μὲν οὖν, ταυτὶ πάντα ἐνθεῖσα ταῖς ἀκοαῖς, καὶ ὥσπερ τι ψυχῆς εἶναι λογισαμένη ἐντρύφημα, μετὰ πολλῆς αὐτὰ τῆς προθυμίας ἐπηγγείλατο πράττειν, καὶ οὕτως ὁμοτελὴς τῷ καλῷ ἐκείνῳ τῶν μοναχῶν χορῷ γίνεται.

B

V. Quoniam autem ejus cum Deo pacta conventa futura erant vera, et a mendacio aliena, valere jubens omnem carnis prudentiam, se statim exuit ad certamina, nullam moram, neque prætextum ullum afferens, quo minus ministraret. Cum ergo octo annos quotidie perseveraret in irrigatione plantarum et olerum, quæ usum præbebant iis qui erant in monasterio, molendique et pinsendi frumentum et ad panem præparandi munus nihilosecius exsequeretur, et coqueret olus quo se alebant qui corpus studebant mortificare, nunquam tamen abfuit a synaxi, quæ peragebatur in ecclesia, sed in ea quoque pium suum ostendebat animum. Sed licet ita degeret, et vitam elegisset tam laboriosam, præcedentis delicti cogitatio non sinebat C eam omnino quiescere ; sed nocte, quæ sequebatur hæc diurna ministeria, quando et somno et mediocri oportebat quiete frui, pectus pulsans, et animam movens ad lacrymas : Condona mihi peccatum, dicebat, Domine, quod perdidit decus meæ continentiæ. Cum monachis autem aliquando defecisset oleum, jubetur ut accipiat camelos, et veniens in civitatem, eis afferat oleum, quo sibi erat opus. Cum autem jam iter esset ingressa, accidit ut præter exspectationem maritum aspiceret, divina huic omnino opem ferente Providentia. Nam cum seipsum consolari non posset ejus maritus, ut qui esset a tali conjuge separatus, et ea de causa absque intermissione effunderet lacrymas, et nec tempore quidem posset extinguere animi ægritudinem, D petiit a Deo, qui noverat telum, quod ejus cor sauciabat, ut sibi manifestum fieret, an Theodora statuerit alium virum sequi. Hoc enim suspicabatur, et propterea major flamma cordis alebatur.

Ε'. Ἐπεὶ δὲ αἱ πρὸς Θεὸν αὐτῆς συνθῆκαι τὸ ἀψευδὲς ἔξειν ἔμελλον, πᾶσι τοῖς τῆς σαρκὸς φρονήμασι χαίρειν εἰποῦσα, εὐθὺς ἀπεδύσατο πρὸς τοὺς πόνους, μηδένα ὄκνον μηδὲ πρόφασιν εἰς διακονίαν προβαλλομένη. Εἰσιν οὖν ὁκτὼ τῇ τε τῶν φυτῶν ἀρδείᾳ καὶ τῶν λαχάνων ἃ τοῖς ἐν τῇ μονῇ τὴν χρείαν παρεῖχεν, ὅσαι ἡμέραι προσκαρτερούσα· τοῦ τε ἀλῆθειν τὸν σῖτον καὶ τρυγᾶν τὸ ἀλούμενον, καὶ εἰς ἄρτους παρασκευάζειν, οὐχ ὑστερίζουσα, ἕψουσά τε τὸ λάχανον ᾧ καὶ ἀπέτρεφον ἑαυτοὺς οἱ νεκροῦν τὸ σῶμα σπουδάζοντες, οὐδὲ τῆς ἐν ἐκκλησίᾳ τελουμένης συνάξεως ἀπελείφθη ποτὲ, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐν ταύτῃ τῆς ψυχῆς ἐνέφαινε τὸ φιλόθεον. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχουσαν ἀγωγῆς, καὶ βίον ἄγαν ἐπίπονον ἑλομένην, ὁ τοῦ προλαβόντος σφάλματος λογισμὸς οὐκ ἀνῆκεν ὅλως αὐτὴν ἡρεμεῖν, ἀλλὰ ταῖς πανημέροις ταύταις διακονίαις τῆς νυκτὸς ἐπιούσης, ὅτε καὶ ὕπνου καὶ μετρίας ἔδει μεταλαχεῖν ἀναπαύσεως, πλήττουσα τὸ στῆθος, καὶ τὴν ψυχὴν κινοῦσα πρὸς δάκρυα, Συγχώρησόν μοι τὴν ἁμαρτίαν, ἔλεγε, Κύριε, ἣ τὸ εὔσχημον τῆς ἐμῆς ἀπώλεσε σωφροσύνης. Ἐλαίου δέ ποτε τοὺς μοναχοὺς ἐπιλιπόντος, ἐπιτρέπεται αὐτὴ τὰς καμήλους λαβεῖν, ἐφ' ᾧ πρὸς τὴν πόλιν ἀφικομένη τὸ εἰς χρείαν μεταχομίσειν αὐτοῖς ἔλαιον. Ὡς οὖν εἶχετο τῆς ὁδοιπορίας, εἰς θέαν ἀδοκήτως τοῦ ἀνδρὸς περιπίπτει, τῆς θείας εἰς τοῦτο πάντως συναραμένης προνοίας. Παρηγορεῖν γὰρ ἑαυτὸν οὐχ οἷός τε ὢν ὁ ταύτης ἀνὴρ τοιαύτης συζύγου διατμηθείς, ἄπαυστόν τε τὸ ἐπὶ ταύτῃ σταλάζον δάκρυον· καὶ μηδὲ τῷ χρόνῳ δυνάμενος σβέσαι τὴν ἀθυμίαν, τὸν εἰδότα οἷον αὐτῷ τὸ βέλος ἐτίτρωσκε τὴν καρδίαν ᾔτει τὸν Θεὸν φανερὸν αὐτῷ γενέσθαι, εἰ Θεοδώρα προσείλετο ἀνδρὶ ἑτέρῳ ἀκολουθεῖν· τοῦτο γὰρ αὐτῷ καὶ ὑπονοούμενον ἦν, καὶ διὰ τοῦτο μείζων ἡ τῆς καρδίας ἐτρέφετο φλόξ.

VI. Qui contritis ergo medetur animis ad eum mittit angelum, qui ejus suspicionis depelleret molestiam : Si velis inquiens, venire in ejus conspectum, fac ut mane surgas, et vadas recta ad martyrium Petri apostoli, et attendas vultum ejus qui tibi primo est occursurus, et te contemplaturus. Sic enim fiet, ut nequaquam frustreris eo

ς'. Ὁ τοίνυν ἰώμενός τὰς συντετριμμένας ψυχὰς ἄγγελον αὐτῷ ἐπιπέμπει τὸ λυπηρὸν τῆς ὑπονοίας διασκεδάζοντα· Εἰ βούλοιτο δὲ, φησὶ, καὶ εἰς ὄψιν αὐτῇ προσελθεῖν, ὀρθριώτερον ἀναστῆναι καὶ εὐθὺ βαδίσαι τοῦ μαρτυρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, προσέχειν τε τῇ ὄψει τοῦ πρώτου αὐτῷ συναντήσοντος καὶ προσαγορεύσοντος. Οὕτω γὰρ, εἶπεν, οὐκ

ἀποτεύξῃ τοῦ ζητουμένου. Ἤκουσεν ἐκεῖνος, καὶ κατὰ τὰ ἐπηγγελμένα ποιεῖ, καὶ συνίασιν ἀλλήλοις ἀντιπρόσωπον καὶ κατ' ὀφθαλμούς. Ἀλλὰ πόθεν ἂν ἐκείνῳ συμβαλεῖν τὴν ὁμοζυγον εἶναι, ἄνδρα τὸ φαινόμενον καθορῶντι, καὶ κατ' ἄνδρας ἐνδεδυμένον, καὶ ἄλλως ἐσθῆτος οὔσης μοναχικῆς, ἤδη δὲ καὶ τῆς ὥρας ὑπομαρανθείσης αὐτῇ τῇ ἀμέτρῳ κακοπαθείᾳ καὶ τῷ τραχεῖ τῆς ἀσκήσεως ; Ἐκείνη μέντοι τῷ μόνον αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ τὴν ὄψιν αὐτῇ μηνύσαι τίς ὁ βλεπόμενος (ἔσωζε γὰρ ὁ χαρακτὴρ ἐκείνου ἀτρέστατα τὰ γνωρίσματα), ἀνάμνησιν εὐθὺς ἐλάμβανε τοῦ εἰς αὐτὸν φίλτρου καὶ ἁμαρτήματος, καὶ Οἵ μοι ! ἄνερ, ἀνακλαύσασα εἶπεν, εἰς οἵους πόνους ἐκδέδωκα ἐμαυτὴν θεραπείαν μηχανωμένη τοῦ πρὸς σὲ σφάλματος, καὶ δάκρυσιν ἐκεῖνο πολλοῖς ἀναλεῖψαι σπουδάζουσα. Καὶ δὴ καὶ πλησίον αὐτοῦ γενομένη, Χαῖρε τε αὐτῷ προσφωνήσασα, τὸ τάχος ἀντιπαρήρχετο. Ὁ δὲ τῇ ὁμοίᾳ μὲν καὶ αὐτὸς ἀντιπροσαγορεύει φωνῇ. Παρῆλθε δὲ τῶν ῥηθέντων αὐτῷ πρὸς τοῦ ἀγγέλου καθάπερ ἐπιλαθόμενος, ὡς τῇ μεταβολῇ τε τοῦ σχήματος καὶ τῷ ἀνομοίῳ τῆς ὄψεως τὸ παράπαν ἀπατηθείς.

A quod quæris. Audivit ille, et fecit sicut jussus fuerat. Et conveniunt adversis frontibus, et se invicem aspicientes ; sed undenam posset ille conjicere eam esse suam conjugem, cum id quod ei apparebat videret esse virum, et virili veste indutum, maxime cum vestis esset monastica, et jam ei emarcuisset species immodica afflictione et asperitate exercitationis? Illa autem cum eum solum vidisset, et ei indicaret vultus, quisnam esset qui videbatur (servabat enim illius figura indicia immutabilia), recordata est protinus sui in eum amoris et peccati, et, Hei mihi, o marite, flens et humili voce dixit, ad quantos me labores tradidi, dum mei in te delicti quæro medicinam, et studeo multis illud delere lacrymis ! Et cum ei fuisset propius, et ei, Salve, dixisset quam primum præteriit. Ille autem eam quoque simili voce resalutavit. Præteriit autem veluti oblitus eorum quæ ei dixerat angelus, ut qui figuræ mutatione et vultus dissimilitudine fuisset omnino deceptus.

Ζ'. Πολλῇ οὖν τῇ ἀθυμίᾳ βαλλόμενος οἷα διαψευθεὶς τὴν ἐπαγγελίαν, Ἵνατί με, δέσποτα, παριδὼν, ἔλεγε, μὴ εἰς τέλος τὰ ἐπηγγελμένα προήγαγες ; Ἀλλ' αὖθις ὁ φανεὶς αὐτῷ παραστὰς, Οὐκ ἠπάτησαι, εἶπεν. Ὁ τῇ προτεραίᾳ γὰρ συναντήσας σοι μοναχὸς καὶ Χαῖρέ σοι προσειπὼν, αὐτὸς ἦν, ἐκεῖνος αὐτός, ἧσοι σπουδαίως ἐπιζητεῖται γυνή. Καὶ οὕτω μὲν αὐτῷ τὰ τῆς ὑπονοίας ἐλύετο, τὸ μὴ ἑτέρῳ ταύτην ἀνδρὶ προσελθεῖν ὅπερ ἡ τῶν μοναχικῶν ἀμφίων ἐδήλου περιβολή. Ἔμενε δ' οὖν οὕτω περιαλγῶν, καὶ τῇ τῆς ὁμοζύγου στερήσει διακαιομενος. Ἡ δὲ μακαρία Θεοδώρα, τὸ πρὸς Κύριον φιλάνθρωπον πλέον ἐξάπτουσα, ἅτε καὶ τῆς αὐτου γλυκύτητος ἤδη γευσαμένη, καὶ μείζοσιν ἀγῶσιν ἑαυτὴν ἐμβαλεῖν προθυμος ἦν, καὶ ἅπαξ, τῆς ἡμέρας ἐσθίειν τὸ σῶμα ἐπαιδαγώγει · ἔπειτα τοῖς πόνοις προσθεῖσα κατὰ δύο, τὰ σιτία παρεῖχε, καὶ οὕτω κατολίγον τοῖς ἐπιπονωτέροις προσβαίνουσα, καὶ εἰς ἕξιν ἄκρας ἐγκρατείας ἐλθοῦσα κινεῖ πρὸς ἱκεσίαν τοὺς συνασκουμένους αὐτῇ μοναχοὺς, ἐπιτροπὴν τοῦ προεστῶτος λαβεῖν, ἀρκεῖσθαι δι' ἑβδομάδος προσαγωγῇ τῆς τροφῆς. Ἀλλὰ καὶ τούτου κατὰ γνώμην τυχοῦσα πρὸς ἑτέραν ἀπεῖδε δέησιν, τριχίνοις ἐνδύμασιν ἐπιτρίψαι τὸ σῶμα, ὥσπερ ἀμυνομένη τὴν πλήξασαν ἡδονήν. Οὔπω γὰρ οὐδὲ μετὰ τοσούτους ἀγῶνας λήθην ἠδύνατο τῆς πληγῆς ἐκείνης λαβεῖν, ἀλλ' ἔμεινεν ἀεὶ τῇ προσθήκῃ τῶν ἐπιπόνων, τὸν βεβληκότα βάλλουσα, καὶ πολλῷ μείζονα τὴν αἰσχύνην ἧς αὐτὴ πέπονθεν ἐκείνῳ περιτιθεῖσα, γυνὴ τὸν καὶ πολλοὺς νικήσαντα τῶν ἀνδρῶν καὶ σάρκα φοροῦσα τὸν ἀσώματον τροπουμένη.

VII. Multa itaque afflictus animi ægritudine, ut qui frustratus fuisset promissione : Cur me, Domine, despiciens, dicebat, non deduxisti ad finem ea quæ promissa fuerant? Sed rursus accedens is, qui ei apparuerat : Non fuisti deceptus, dixit. Nam qui tibi pridie occurrit monachus, et dixit tibi, Salve, is ipse erat illa tua conjux, quæ a te studiose quæritur. Et sic quidem soluta ei fuit suspicio, quod ea ad alterum virum non accessisset : quod quidem significabat amictus monasticarum vestium. Ille tamen deinceps manebat dolore affectus et cruciatus propter privationem conjugis. Beata autem Theodora amore Domini magis accensa, ut quæ jam gustarat ejus suavitatem, et parata erat seipsam in majora conjicere certamina, et semel in die comedens, corpus castigabat; deinde adjiciens laboribus, secundo quoque die cibum sumebat ; et sic paulatim aggrediens magis laboriosa, cum pervenisset ad habitum summæ abstinentiæ, monet monachos, qui cum ea exercebantur, ut a præfecto peterent ei permitti, ut cibum semel tantum sumeret in hebdomada. Sed cum id quoque esset, ut volebat, consecuta, ad alteram aspexit petitionem, nempe ut corpus contereret cilicio, veluti ulciscens eam, quæ ipsam sauciarat, voluptatem. Nondum enim nec post tam multa quidem certamina poterat eam capere oblivio illius plagæ, sed semper pergebat, adjiciendo labores, ferire eum qui percusserat, et ei majorem inurere ignominiam ea quam passa fuerat, femina eum qui multos viros vicerat, et carnem gestans, eum fundens ac profligans, qui erat incorporeus.

Η'. Ἵνα δὲ καὶ ὁ πολὺς ἐν ἐλέει Θεὸς δοξασθῇ, καὶ ἡ ἐκείνης ἀξιοθαύμαστος ἀγωγὴ γνώριμος καταστῇ, θαυματουργεῖταί τι τοιοῦτον λόγου καὶ μνήμης ἄξιον. Λίμνη τῆς μονῆς ὑπῆρχεν ἐγγύς · ταύτῃ κροκόδειλος ἐμφιλοχωρῶν, ᾧ ἂν ἐντύχοι τῇ

VIII. Ut autem glorificaretur Deus, qui est magnus et copiosus in misericordia, et cognosceretur illius vita admirabilis, fit tale miraculum, dignum quod scribatur et mandetur memoriæ. Erat quidam lacus prope monasterium. In eo

foris etiam serviturus, et quando usus exegerit, ut eas in civitatem, minime recusaturus. Neque tamen hoc prætextu contemptui habebis labores exercitationis, sed oportet nihilosecius vacare jejunio et orationi, et de more psallere, vespertinamque et matutinam glorificationem quotidie peragere ; præterea autem nec horarum, quæ vocantur, ullam prætermittere ; quin etiam in genibus flectendis laborare, et sic corpus affligere propter insidias eorum qui bellum gerunt. Atque beata quidem, cum hæc omnia suis accepisset auribus, et ea esse putasset, tanquam aliquas animæ delicias, cum magno et alacri animi studio se ea esse facturam est pollicita. Et sic admittitur in eumdem ordinem cum egregio illo choro monachorum.

A παραιτούμενος. Οὐ μὴν ἔσται σοι ταῦτα πρόφασις πρὸς τοὺς ἀσκητικοὺς πόνους ὀλιγωρεῖν, ἀλλὰ καὶ οὕτω μᾶλλον ἀπαραλείπτως νηστείᾳ δεῖ σε προσανέχειν καὶ προσευχῇ, ψάλλοντα συνήθως καὶ τὴν ἑσπερινὴν ὁσημέραι καὶ ὀρθρινὴν δοξολογίαν ἐπιτελεῖν· πρὸς δὲ καὶ τῶν καλουμένων ὡρῶν μηδεμίαν παραλιμπάνειν, προσπονεῖσθαι δὲ καὶ γονάτων κλίσει, καὶ οὕτω τρύχειν τὸ σῶμα διὰ τὰς ἐκεῖθεν τῶν πολεμούντων ἐπιβουλάς. Ἡ μακαρία μὲν οὖν, ταυτὶ πάντα ἐνθεῖσα ταῖς ἀκοαῖς, καὶ ὥσπερ τι ψυχῆς εἶναι λογισαμένη ἐντρύφημα, μετὰ πολλῆς αὐτὰ τῆς προθυμίας ἐπηγγείλατο πράττειν, καὶ οὕτως ὁμοτελὴς τῷ καλῷ ἐκείνῳ τῶν μοναχῶν χορῷ γίνεται.

B

VI. Et cum sic maneret in domo privata, publicas tamen effundebat curationes. Etenim cum esset domus bonæ animæ, non satis habebat unis ædibus sua circumscribere miracula : sed erat communes deliciæ Mopsuestanorum, imo vero eorum quoque qui aliunde ventitabant, usus fructus, qui non consumebatur. Procedente autem tempore, templum
C quoque excitatur martyri, et ipsum corpus suscipit venerandum, apertissima de cætero conferens beneficia, et resistens omnibus morbis et vitiis. Illa tamen domus, quæ athletam primo accepit hospitio, ditatur pollice sacræ illius manus, hanc propriam gratiam amico Mariano dat ille egregius Nicetus, honorans amicitiæ leges et hospitalitatis. Quod quidem nulli alii sinit facere, in hoc quoque amico gloriam tribuens. Etenim Auxentius (11), qui erat dictæ civitatis episcopus, cum aggressus esset ejus corporis aliquid dividere et accipere, nihil quidem accepit eorum, quæ volebat : eum autem non parvus invasit metus, nec ejusmodi, ut non in apertum prodiret, aut lateret, sed quo ejus quoque anima fuerit valde agitata, et alios docuerit iis quæ vidit, et terrore, quo est affectus, ut nemo deinceps
D manum audacem porrigeret, neque ullam partem ejus corporis, cum esset præter ipsius sententiam, avelleret.

VII. Quonam modo autem metus hic accidit, et quibusnam verbis prohibitus fuerit, ne aggrederetur, explicabimus. Excitavit hic quidem pontifex, amicus martyrum, templum victoria insignibus

(10) Additur in Latina versione : (Et tunc ipsum domi suæ deponit.) At illa non sunt in apographo nostro Græco. Ex sequentibus tamen liquet, in privata domo corpus fuisse positum.

(11) In Catalogo antistitum Mopsuestenorum apud Lequien., tom. II *Orientis Christiani*, col. 890 et seq. duo reperiuntur Auxentii, quorum primus sancto Niceta videtur paulo antiquior, aut certe eidem non supervixisse. Alter Auxentius, qui ex solis fere diptychis innotescit, secundum ordinem ibi fixum sedit seculo quinto. Hoc autem tempus satis congruit hic relatis.

martyribus, Taracho, Probo et Andronico (12), quod positum est ante muros civitatis Mopsuestiæ. Cum autem ipsorum sanctorum ei deessent reliquiæ ad consecrationem templi ædificati, eas autem haberet urbs illi propinqua, nomine Anazarba (13), ei promissa parte reliquiarum hujus præclari Nicetæ, illorum martyrum accipit reliquias. Cum itaque oporteret impleri id quod promissum fuerat, et sepulcrum fuisset effossum, et sublatus esset lapis, qui fuerat impositus, protinus quidem confringitur marmor, nulla apparente causa : apparet autem mortuus, habens membra honeste composita, et corpus a priori corpore nihil differens. Cum ergo eum oporteret accipere partem corporis, et illud tetigisset manus ejus, qui sepulcrum effoderat (hic mihi attendendum est) nihil quidem ea accipit, fit autem mox arida, metusque et tremor statim invadit eum qui id ausus fuerat. Deinde fit terræ motus, et erumpunt tonitrua, et frequentia micant fulgura, iis, qui aderant, afferentia metum intolerabilem.

VIII. Quod quidem cum sacrosanctus aspexisset Auxentius (satis enim intelligebat, quid Deus significaret), ejus quidem, qui passus fuerat, manum aridam adducit ad reliquias, non ut rursus alquid accepturam, sed potius ut tacite petituram veniam audaciæ, et consecuturam curationem. Est enim, dicebat, tibi, o sancte, multo facilius, cum sis bonus et boni imitator, curare quam lædere : et si illud vel nolens præbuisti, quomodo non hoc magis dabis ex tui animi sententia? Curatur itaque affecta manus, et prædicat virtutem et bonitatem ejus, qui curaverat, illam quidem ob castigationem, hanc vero ob sanationem post agnitionem erroris. Deinde vero pontifex, cum sacrum ejus sepulcrum honorasset hymnis et glorificationibus, ei pristinam figuram restituit, nulla in re mutato, nisi quod se habebat melius et honestius. Sic glorificat Deus eos, qui ipsum glorificant; sic magnificat eos, qui ipsum magnificant. Non universum hic donans; minime : sed ex his futura præbens conjicienda. Nam quæ hic dantur, etsi inter omnia sensilia sint præstantissima, auribus tamen significantur, et oculis comprehenduntur. Quæ autem illic sanctis manent, neque oculus vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt. Talia enim sunt ut didicimus, quæ a Deo parata sunt iis qui ipsum diligunt. Quæ detur nobis omnibus consequi gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et potentia in sæcula sæculorum Amen.

Ἀ τῷ καὶ Ἀνδρονίκῳ, ὃς καὶ πρὸ τῶν τειχῶν τῆς πόλεως τῆσδε Μοψουεστίας ἵδρυται. Ἐπεὶ δὲ καὶ λειψάνων ἐδεῖτο τῶν αὐτῶν ἁγίων ἐπὶ καθιερώσει τοῦ οἰκοδομηθέντος ναοῦ, ἐπλούτει δὲ ταῦτα ἡ γείτων ἐκείνης πολις Ἀνάζαρβα, ἐπαγγελίᾳ λειψάνου μαρτυρικοῦ, μαρτύρων λαμβάνει λείψανα, καὶ ὑποσχόμενος δουναι Νικήτα του φαιδροῦ μερίδα τῶν εἰρημένων ἀνακομίζεται. Ὡς οὖν ἔδει πληροῦσθαι τὸ ἐπηγγελμένον, καὶ ὁ τάφος ἀνώρυκτο, καὶ ὁ ἐπικείμενος ἀνῄρητο λίθος, θραύεται μὲν εὐθὺς ἡ μάρμαρος παρ' οὐδεμίαν ἐμφανῆ αἰτίαν· ἀναφαίνεται δὲ ὁ νεκρὸς, ἔχων τε τὰ μέλη κατὰ σχῆμα κείμενα, καὶ τὸ σῶμα, οὐδὲν τοῦ προτέρου χρωτὸς παραλλάττον. Ἐπεὶ οὖν καὶ λαμβάνειν ἐχρῆν μέρος τοῦ σώματος, καὶ ἡ χεὶρ ἥπτετο τοῦ τὸν τάφον ὀρύξαντος, (ἐνταῦθα B μοι προσεκτέον τὸν νοῦν) λαμβάνει μὲν γὰρ οὐδὲν, γίνεται δὲ παραχρῆμα ξηρὰ, καὶ δίος εὐθὺς καὶ τρόμος εἶχε τὸν τολμητήν. Εἶτα σεισμὸς ἐπιγίνεται, καὶ βρονταὶ καταῤῥήγνυνται, καὶ ἀστραπῶν ἐξάλματα συνεχῆ, φόβον ἐμβάλλοντα τοῖς παροῦσιν οὐ φορητόν.

Η'. Ἅπερ ὁ ἱερὸς Αὐξέντιος θεασάμενος, (ἦν γὰρ καὶ θείων μηνυμάτων οὐκ ἀμαθὴς) τὴν μὲν ξηρανθεῖσαν χεῖρα τοῦ παθόντος προσάγει τοῖς λειψάνοις, οὐχ ὡς αὖθις τὰ ληψομένην, ἀλλ' ὡς αἰτησομένην μᾶλλον ἀφθέγκτως συγγνώμης ὑπὲρ τῆς τόλμης, καὶ τευξομένην τῆς θεραπείας. Πολλῷ γάρ σε ῥᾷον, ἔλεγεν, ἀγαθὸν ὄντα, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ μιμητὴν, τοῦ βλάψαι τὸ θεραπεῦσαι· καὶ ἐκεῖνο παρέσχε καὶ μὴ βουλόμενος, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τοῦτο κατὰ γνώμην C δώσεις; Ἰᾶται τοιγαροῦν ἡ παθοῦσα χεὶρ, καὶ κήρυξ γίνεται τῆς τοῦ ἰασαμένου καὶ δυνάμεως καὶ χρηστότητος τὸ μὲν ἀπὸ τῆς παιδείας, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ σφάλματος θεραπείας. Τὸ λοιπὸν τοίνυν ὁ ἀρχιερεὺς τὸν ἱερὸν τάφον δοξολογίαις τε καὶ ὕμνοις τιμήσας, τὸ ἀρχαῖον ἀποδίδωσι αὐτῷ σχῆμα, τῷ κοσμιωτέρῳ μόνῳ τὴν παραλλαγὴν ἔχοντι. Οὕτω δοξάζει Θεὸς τοὺς αὐτὸν δοξάζειν προελομένους· οὕτω μεγαλύνει τοὺς μεγαλύνοντας· οὐ τὸ πᾶν ἐνταῦθα διδοὺς, οὐμενοῦν· ἀλλὰ τὰ μέλλοντα τούτοις τεκμαίρεσθαι παρεχόμενος. Τὰ γὰρ ἐνταῦθα, σὺν τοῖς αἰσθητοῖς ἅπασι το ἐξαίρετον ἔχη, ἀλλ' οὖν καὶ ἀκοῇ δηλοῦται, καὶ ὄψει καταλαμβάνεται· ὁ δὲ τοὺς ἁγίους ἐκεῖ περιμένει, οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, καὶ οὓς οὐκ ἤκουσε, οὔτε εἰς ἀνθρωπίνην ἀνέβη καρδίαν. Τοιαῦτα γὰρ ὡς ἐμάθομεν τὰ πρὸς Θεοῦ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τεθησαυρισμένα. Ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων. Ἀμήν.

(12) Præclari hi martyres, qui passi sunt in Cilicia, coluntur legunturque in Martyrologio Romano ad XI Octobris, ubi eorum danda sunt Acta.

(13) Anazarba, alias Anazarbus, subinde etiam dicta Cæsarea ad Anazarbum, montem vicinum, a quo nomen traxisse creditur, in divisione Ciliciæ facta est metropolis Ciliciæ secundæ. Passos in ea urbe sanctos martyres Tarachum, Probum et Andronicum, ex sinceris horum Actis ostenditur. Cæterum quæ sequuntur Græca, prolixiora paulo sunt quam Latina; sed Latina verba sufficiunt ad rem exponendam.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΕΥΦΗΜΙΑΣ.

—

MARTYRIUM
SANCTÆ EUPHEMIÆ.

(Latine ap. Surium ad diem 16 Septembris, Græce ex cod. ms. Paris.)

—

Α'. Διοκλητιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος, Πρίσκου τε περὶ τὴν Ἀσίαν ἀνθυπατεύοντος, ὁ κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸς δεινὸν ἔπνει καὶ ἐπὶ μέγα καὶ φοβερὸν ἤρετο. Ἦν δὲ τῷ Πρίσκῳ συμπαρεδρός τις τῶν σοφιστῶν, Ἀπελλιανὸς ὄνομα, ἱερατείας χρείαν πληρῶν, τῷ παρ' αὐτοῖς ψευδωνύμῳ θεῷ Ἄρει. Ἐπεὶ οὖν ἐτήσιος ἑορτὴ τοῦ νοθου τούτου ἐνειστήκει θεοῦ, γράμματα καὶ προθέματα κατὰ πᾶσαν ἐφοίτα τὴν Χαλκηδόνα· ἐν αὐτῇ γὰρ καὶ τὰ τῶν θυσιῶν ἐτελεῖτο. Καὶ ναὸς ἦν τοῦ Ἄρεος καὶ εἰδώλων ἐκείνου τῶν ἐπισήμων· ἐκάλει δὲ καὶ πολίτας καὶ ὅσους Χαλκηδόνος πέριξ, εἰς τὴν ἑορτὴν τὰ προθέματα, θάνατοι δὲ καὶ τιμωρίαι συνηπείληντο τοῖς προσταγμασιν, οἷς περιπίπτειν ἔμελλον, ὅσοι μὴ πείθοιντο, δαίμοσι προσκυνεῖν, σάλπιγξ τε διάτορον ἠχοῦσα καὶ φοβερὸν σύστημα ἦν τῆς πρὸς τὸν ναὸν συνδρομῆς τε καὶ συνελεύσεως. Ὁπόσοις οὖν ἐναγεῖς μὲν θυσίαι καὶ σεβάσματα μιαρὰ τοιαῦτα μεμίσητο, ὁσιότης δὲ καὶ εὐσέβεια καὶ ἡ πρὸς Θεὸν πίστις ἔῤῥωτο· οὗτοι δὲ ἄρα τὴν μετὰ παρανομούντων συνέλευσιν καὶ τὴν ἐν συνεδρίῳ ματαιότητος διαφεύγοντες παρουσίαν, κατὰ συμμορίας τινὰς ἐν οἰκίσκοις ἢ ἐρημίαις ἑαυτοὺς ἐγκλεισάμενοι προσευχαῖς καὶ δεήσεσι σχολάζοντες ἦσαν, καὶ τῷ ἀληθεῖ καὶ μόνῳ Θεῷ τὴν λογικὴν λατρείαν προσφέροντες, ὧν εἷς ἅγιος ὑπῆρχε χορὸς καὶ ὁ τῇ πανευφήμῳ καὶ λαμπρᾷ μάρτυρι Εὐφημίᾳ ἐλλαμπρυνόμενος, Εὐφημίᾳ τῇ πᾶσαν φερωνύμως τῇ αὐτῆς φήμῃ περιλαβούσῃ τὴν οἰκουμένην, ἣ πατέρα μὲν ἔσχε τῆς συγκλήτου τινὰ καὶ τούτων δὴ τῶν ἄρχειν ἠξιωμένων, Ψιλόφρων αὐτῷ ὄνομα, μητέρα δὲ λίαν εὐσεβῆ καὶ κοσμίαν, Θεοδωρησιανὴν οὕτω καλουμένην, ἥτις καὶ δῶρον ἐκ Θεοῦ πενομένοις πᾶσι δεδώρητο, τὰ αὐτῆς ἐκείνων πάντα ποιοῦσα. Καὶ χεὶρ αὐτοῖς οὖσα δαψιλής τε καὶ μεγαλόδωρος, ἐξ ὧν Εὐφημία προελθοῦσα, βλαστὸς ἐφάνη τῇ ῥίζῃ προσήκων, κλάδος ἐπινεύων εἰς θεοσέβειαν καὶ καρπὸς ὄντως ἐλέους πιότατος.

I. Diocletiano tenente sceptra Romani imperii, Prisco autem Asiæ proconsule, adversus Christianos gravis spirabat persecutio, sævaque et formidabilis. Erat autem Prisco assessor quidam Sophista, nomine Apellianus, fungens munere sacerdotii dei, qui apud eos falso nominatur, Martis. Cum ergo hujus adulterini dei festum instaret anniversarium, litteræ et edicta per universam venerunt Chalcedonem. In ea enim peragebantur sacrificia ; nam ibi erat templum Martis, et insigne illius simulacrum. Vocabant autem edicta cives ad festum, et eos qui habitabant circa Chalcedonem. Minabantur vero mortem et supplicia iis, ad quos erant ventura, si non persuaderentur, ut adorarent dæmones. Tubæque clare sonantes et terribiliter, erant signum conveniendi ad templum. Quibuscunque ergo exsecranda quidem sacrificia et abominanda ejusmodi religio erat odio, contra autem firma erat sanctitas, et pietas, et fides in Christum, ii vitantes congressionem cum impiis et concilium vanitatis, per quasdam classes se in domibus includentes, aut in solitudinibus, vacabant precibus et orationibus, veroque et soli Deo cultum offerebant rationalem. Quorum unus quoque erat chorus, qui imprimis benedicta et clara martyre Euphemia decorabatur, Euphemia, inquam, quæ convenienter suo nomini universum orbem terræ sua fama erat complexa. Quæ patrem quidem habebat quemdam e senatu, et qui aliquot gesserat magistratus : erat autem ei nomen Philophron [Philosophron, *Ado*] : matrem vero valde piam et honestam, quæ vocabatur Theodorosia [Theodora, *Ado*] : quæ etiam a Deo donum data fuerat omnibus egentibus, illorum faciens omnia, quæ sua erant, et cujus erat in eos manus larga et munifica. Ex quibus orta Euphemia, apparuit germen radici conveniens, ramus annuens ad pietatem veramque religionem, et longe pinguissimus fructus misericordiæ.

Β'. Τῆς οὖν δαιμονικῆς ἐκείνης ἐπιτελουμένης θυσίας, Ἀπελλιανὸς οὐ παροπτέα, οὐδὲ φροντίδος

II. Cum illud ergo dæmonum perageretur sacrificium, non negligendum, sed maxime curandum

ducens hunc cœtum piorum Apellianus, cum de eo diligenter inquisiisset, et certior factus esset, ea significat proconsuli. Protinus autem comprehenditur cum multa alia multitudo Christianorum, tum ipse quoque divinus chorus, in quo erat præclara hæc virgo Euphemia, quæ et corporis pulchritudine, et virtutis specie, et ætatis flore, et generis claritate, inter eos lucebat veluti stella lucidissima. Ad quadraginta autem et novem congregatorum erat ille sacer chorus. Qui cum fuissent comprehensi, producti sunt in conspectum proconsulis. Ille autem eos prius inducens admonitione, conabatur abducere a pietate, bonis terræ volens eos demulcere, qui cupiebant cœlestia, dicebat enim : Sacrificate magno deo Marti, ut ejus benevolentia, et ab imperatoribus danda felicitate vos dignos efficiatis, et plurima consequamini munera et honores. Cui divinus ille chorus, tanquam uno animo et uno ore : Nos, dixerunt, o proconsul, Deum verum colere didicimus, cujus verbo ex iis quæ non erant constitutum est universum, cœlum et terra, et omnia quæ sunt in eis ; neque ullum alium Deum scimus, præter hunc, neque adorare (absit, Rex Christe) sustinebimus. Tua autem dona et honores alios alliciant, eosque qui sunt pusillanimi, et parva concupiscunt, deliniant. Hæc enim a nobis parvi fiunt, et vix ullam eorum ducimus rationem, cum solum amemus honorem, qui est in cœlis, quem vitam immortalem et regnum Dei vocamus. Sic quidem dixit ille gloriosus exercitus, qui habebat ducem benedictam Euphemiam.

A ἀνάξια τὰ κατὰ τὸν θεοσεβῆ τοῦτον θίασον θέμενος, ἀλλ' ὡς μάλιστα περιεργασάμενος καὶ μαθών, ᾗλα ταῦτα τῷ ἀνθυπάτῳ ποιεῖ, καὶ παραχρῆμα συνελαμβάνοντο ἄλλα τε πολλὰ τῶν Χριστιανῶν πλήθη, καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος οὗτος χορὸς, ὃς ἐπλούτει τὴν καλλιπάρθενον Εὐφημίαν, ἣ κάλλει τε σώματος καὶ ἀρετῆς ὥρᾳ, ἄνθει τε ἡλικίας καὶ γένους περιφανείᾳ, μέσον αὐτῶν κατὰ τοὺς λαμπροὺς ἀστέρας λάμπουσα ἦν. Εἰς ἐννέα μὲν οὖν καὶ τεσσαράκοντα τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο συνείλεκτο ἄθροισμα, οἳ καὶ κατ' ὄψιν ἐπεὶ συνελήφθησαν τῷ ἀνθυπάτῳ παρέστησαν · ὁ δὲ παραινέσει πρότερον ἀπάγειν αὐτοὺς ἐπειρᾶτο τῆς εὐσεβείας, τοῖς ἀγαθοῖς τῆς γῆς θέλγειν βουλόμενος, τοὺς τῶν. . . . . εφισμένους, Θύσατε, λέγων, τῷ μεγάλῳ θεῷ Ἄρει ὡς ἂν τῆς τε παρ' B αὐτοῦ εὐμενείας καὶ τῆς ἐκ βασιλέων εὐδαιμονίας ἀξίους ἑαυτοὺς καταστήσητε, καὶ δωρεῶν πλείστων ἀπολαύσητε καὶ τιμῶν · πρὸς ὃν ὁ θεῖος ἐκεῖνος χορὸς, ὥσπερ ἐκ μιᾶς καὶ ψυχῆς καὶ γλώττης. Ἡμεῖς ἀνθύπατε, εἶπον, λατρεύειν ἀληθεῖ Θεῷ δεδιδάγμεθα, οὗ ῥήματι ἐκ μὴ ὄντων ὑπέστη τὸ πᾶν . . . καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἅπαντα, οὗτε δὲ θεὸν ἄλλον παρὰ τοῦτον ἴσμεν οὔτε προσκυνεῖν, μὴ γένοιτό ποτε χ. . . . . βασιλεῦ, ἀνεξόμεθα, τὰ δὲ σὰ δῶρα καὶ αἱ τιμαὶ ἄλλων ἔστωσαν θεραπεῖαι, μικρούς τε καὶ μικρῶν ἐπιθυμητὰς θελγέτωσαν. Ἡμῖν γὰρ φαύλου λόγου καὶ τοῦ τυχόντος ἄξια ταῦτα, μιᾶς μόνης ἐρῶσι τιμῆς τῆς ἐν . . . ἣν δὴ καὶ ἀθάνατον ζωὴν καὶ βασιλείαν Θεοῦ καλεῖν οἴδαμεν. Οὕτω μὲν οὖν ὁ καλλίνικος ἐκεῖνος ἔφη στρατὸς, τῇ παC νευφήμῳ στρατηγούμενος Εὐφημίᾳ.

III. Tyrannus autem ne sic quidem desperans fore, ut eis persuaderet, sed sibi bonam de eis spem præbens (admirabatur enim illos aspiciens, et videns illorum liberale ingenium, et generosos spiritus, neque volebat tam pulchrum et ornatum cœtum pœna affici), fecit rursus periculum martyrum constantiæ, et pro viribus studuit eos a sua traducere sententia : Cum videam, dicens, in vobis multam elucere intelligentiam, de vestra mutatione nondum spem abjicio, sed scio fore, ut mihi credatis consulenti ea, quæ sunt bona et utilia, et non pro honore eligastis ignominiam, et pro deliciis et gloria dedecus, et videre tam pulchram juventutem et florem corporis, quæ sunt omnibus hominibus jucundissima, gravibus tormentis affici et laniari. Ad hæc rursus libere sancti : Nos, dixerunt, o proconsul, eadem rursus dicimus, quod maximum existimamus dedecus, si cum mentem et intelligentiam a Deo acceperimus, deos nominemus ea quæ non sunt solum muta et surda, sed etiam mente et sensu vacua. Quæ autem nobis inferes supplicia, tantum abest, ut ea existimemus terribilia, ut contra magis timeamus, ne si sint levia et moderata, non possint esse satis accuratum testimonium Dei in nos virtutis et potentiæ. Sed ne prolixiori utaris oratione, fac ejus rei periculum : et tunc scies aperte, nos facilius

Γ'. Ὁ τύραννος δὲ τὸ μεταπείσειν αὐτοὺς οὐδ' οὕτως ἀπαγορεύσει · ἀλλὰ καὶ ἔτι χρηστὰς ὑποτείνων ἑαυτῷ τὰς ἐλπίδας (ἐθαύμασε γὰρ ἐκείνους βλέπων ἐλεύθερόν τε ὁρῶν φρόνημα, καὶ ψυχῆς παράστημα εὐγενὲς, καὶ οὐκ ἠβούλετο ζημιωθῆναι σύστημα οὕτω κόσμιον καὶ καλὸν), ἀπεπειρᾶτο καὶ αὖθις τῆς στερρότητος τῶν μαρτύρων, καὶ ὡς οἷόν τε μεταπείθειν αὐτοὺς ἔσπευδεν, Ὁρῶν ὑμῖν, λέγων, πολλὴν ὄσην ἐμφαινομένην τὴν σύνεσιν, οὐκ ἀνέλπιστον ἔτι καὶ τὴν μεταβολὴν ποιοῦμαι, ἀλλ' οἶδ' ὅτι καὶ πεισθήσεσθέ μοι τὰ χρηστὰ συμβουλεύοντι, καὶ οὐκ ἂν ἕλοισθε ἀτιμίαν ἀντὶ τιμῆς, καὶ ἀντὶ τρυφῆς καὶ δόξης αἰσχύνην, καὶ τὸ ἰδεῖν νεότητα οὕτω καλὴν καὶ ἄνθος σώματος τὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ᾐδιστα χαλεπαῖς D βασάνοις ὑβριζόμενά τε καὶ σπαραττόμενα. Πρὸς ταῦτα πάλιν εὐπαῤῥησίαστοι οἱ ἅγιοι, Ἡμεῖς, εἶπον, ἀνθύπατε, καὶ πρότερον εἰπόντες, καὶ νῦν τῶν ἴσων ἐχόμεθα λόγων, ὅτι αἰσχύνην ἡγούμεθα καὶ μεγίστην, εἰ νοῦν καὶ φρένας λαβόντες παρὰ Θεοῦ θεοὺς ὀνομάζοιμεν τὰ μὴ ἁπλῶς ἄφωνα καὶ κωφὰ, ἀλλὰ καὶ φρενῶν ἔρημα καὶ αἰσθήσεως. Ἃς δὲ ἡμῖν ἐπισείεις βασάνους, τοσούτου δέομεν φοβερὰς ἡγεῖσθαι, ὥστε τοὐναντίον καὶ φοβούμεθα μᾶλλον, μὴ, κούφως ἔχουσαι καὶ μετρίως, οὐ δυνήσονται μαρτύριον ἀκριβὲς εἶναι τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς ἰσχύος τε καὶ δυνάμεως. Ἢ ἀλλὰ μὴ πλέον οἱ λόγοι, τῇ πείρᾳ δὲ τοὺς ἐλέγχους ἐπίτρεψον, καὶ τότε εἴσῃ σαφῶς ὅτι

ῥᾷον ἡμεῖς οἴσομεν ἢ ἐπάξεις αὐτὸς τὰς κολάσεις.

Δ'. Ἀνάπτει τὸν τύραννον εἰς ὀργὴν ὁ λόγος, καὶ εὐθὺς βάσανοι τοὺς μάρτυρας εἶχον. Αἱ βάσανοι δὲ οὐ μικραὶ οὐδὲ ἐπὶ μικρὸν ἀρκέσασαι χρόνον, ἀλλ' ἐπὶ εἴκοσι μιᾶς δεούσης ἡμέρας παραταθεῖσαι. Ἴσασι δὲ πάντως ὅσοι πεῖραν τῶν ἀλγεινῶν ἔχουσιν, ὅτι πληγαῖς σώματος ἐπιγινόμεναι πάλιν ἕτεραι, μήπω τῆς προτέρας ὑπομαρανθείσης ὀδύνης. ἀλλὰ τὸ σφοδρὸν ἔτι καὶ ἀκμάζον ἐχούσης· ἀφόρητον οἵαν καὶ δεινὴν τὴν αἴσθησιν τοῖς πάσχουσιν ἐμποιοῦσιν. Τὸ μὲν οὖν βῆμα ξομένους τοὺς μάρτυρας ἐθεάτριζε καθ' ἡμέραν, εἶτα καὶ εἱρκταὶ τούτους μετὰ τὰς πληγὰς διεδέχοντο, κάκωσις ἄλλη ἐπὶ κακώσει καὶ προσθήκη τῶν λυπηρῶν. Οἱ δὲ τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ λύπην αὐτὰ καὶ ὀδύνην λογίζεσθαι, ὥστε καὶ διπλῇ χαίρειν, τῷ τε διὰ Χριστὸν κολάζεσθαι, καὶ τῇ προσθήκῃ τῶν λυπηρῶν προσθήκην αὐτοῖς τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀγαθὰ δέχεσθαι. Τῆς εἰκοστῆς δὲ ἤδη ἐπιστάσης ἡμέρας, μετάκλητοι πάλιν οἱ γενναῖοι τῷ τυράννῳ καθίστανται. Καὶ ἡ καλλίνικος δὲ συμπαρῆν Εὐφημία, οἷον ἀστέρων διαφαινόντων σελήνη μέσον αὐτῶν εὔκυκλος, καλὸν λίαν καὶ ἡδὺ λάμπουσα. Τί οὖν ὁ τύραννος πρὸς αὐτούς ; Εἰς πεῖραν, ἔφη, καταστάντες ὧν οὐδέποτε ἂν πειραθῆναι ᾠήθητε, εἰ μεταβεβούλευταί τι σωτήριον καὶ λυσιτελὲς ὑμῖν, εἴπατε. Βέλτιον γὰρ ἀπολιπόντας τὴν ματαίαν ταύτην τῆς δόξης καινοτομίαν, καὶ τὸ μόνους ἐπὶ κακῷ τῆς ἰδίας ζωῆς ἀντιφέρεσθαι, ὃ πάντες δρῶσι καὶ ὑμᾶς ὁμοίως ποιεῖν καὶ προσελθόντας θύειν. Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ γενναῖος στρατὸς ἅμα τῇ πανευφήμῳ, Μέχρι τίνος, εἶπον, ὦ δικαστά, σεαυτὸν ἀπατᾷς, ἐπιχειρῶν πράγμασιν ἀδυνάτοις ; Τὸ γὰρ ἡμᾶς δοκεῖν μεταπείσειν, ὁμοιόν ἐστι τῷ τοὺς ἀστέρας οἴεσθαι τῆς οἰκείας μεταθεῖναι στάσεως ἢ πορείας, ἢ ἔν τι μεταστῆσαι τῶν ἀκινήτων. Ὥστε βέλτιον ἦν σεαυτὸν μᾶλλον τῆς πλάνης μεταβαλεῖν, καὶ τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἐπιγνῶναι, οἰκονόμον ἄριστον τῆς ἰδίας γενόμενον σωτηρίας.

Ε'. Θυμῷ πλείονι ὁ Πρίσκος κατασχεθείς, σκύτεσιν ὠμοῖς κελεύει τὰ τῶν ἁγίων τύπτεσθαι πρόσωπα, λόγους ἀγαθοὺς πονηροῖς ἔργοις ἀμειβόμενος ὁ ἀνόητος. Οἱ δὲ, καὶ τὴν καινὴν ταύτην ἀνδρείως ὑποφέροντες βάσανον, λαμπρότεροι τὰς ὄψεις ἐδείκνυντο, τοῦ αἵματος μὲν τῆς σαρκὸς ἀπορῥέοντος, τῆς Δημιουργοῦ δὲ χάριτος ἐξωραΐζούσης ἃ διέπλασε πρόσωπα. Οἱ μαστίζοντες δὲ τοὐναντίον ἀπαγορεύσαντες, ἡμιθνῆτες εἰς τὴν γῆν κατέπιπτον. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἄλλους ἁγίους κελεύσει πάλιν τοῦ δικαστοῦ, παραλαμβάνει τὸ δικαστήριον, ἕως αὐτοὺς Διοκλητιανῷ παραπέμψει· οὕτω γὰρ Ἀπελλιανὸς εἰσηγήσατο· ἡ πανεύφημος δὲ πρὸ τοῦ βήματος αὐτῷ παρίσταται μόνη (ᾤετο γὰρ μονωθεῖσαν οὕτω ῥᾳδίως ὑπαγαγέσθαι). Ἐγγύτατα οὖν ταύτην παραστησάμενος, ἵνα καὶ βλέψῃ ταῖς οἰκειώσεσι, Πείσθητί μοι, ἔλεγε, τὰ ἀριστά σοι συμβουλεύοντι, Εὐφημία,

A laturos esse cruciatus, quam tu sis intentaturus.

IV. Ad iram tyrannum accendit hæc oratio, et statim tormentis subjecti fuere martyres. Tormenta autem fuerunt non parva, neque parvo tempore durarunt, sed ad novemdecim dies fuere producta. Sciunt autem omnino, quicunque rerum asperarum et tristium faciunt periculum, quod plagis corporis rursus accedentes aliæ, cum prior dolor nondum emarcuerit, sed sit adhuc in ipso vigore, iis qui patiuntur, efficiunt gravem sensum et intolerabilem. Atque tribunal quidem martyres, qui cædebantur, producebat quotidie, veluti in theatrum. Deinde post plagas eos quoque excipiebant carceres, alia afflictio accedens afflictioni, et dolorum additamentum. Tantum autem aberat, ut illi ea dolorem existimarent et molestiam, ut etiam gauderent dupliciter, et quod propter Christum punirentur, et quod propter rerum molestarum augmentum bona quoque quæ erant in spe, accessionem acciperent. Cum jam autem dies adesset vicesimus, a tyranno rursus viri accersuntur præclari, cum quibus gloriosa quoque aderat Euphemia, veluti in medio stellarum luna toto orbe plena, pulchre et jucundissime resplendens. Quid ergo eis tyrannus ? Ea, inquit, experti, quæ nunquam putastis fore ut experiremini, an aliquod salutare et vobis utile consilium ceperitis, dicite. Satius est enim, ut relicta hac vana et nova gloriæ cupiditate, et mittentes soli vestræ vitæ malo vestro repugnare, quod omnes faciunt, id vos quoque faciatis, et accedentes sacrificetis. Christi autem fortis exercitus simul cum benedicta Euphemia : Quousque, dixerunt, o judex, teipsum decipis, res aggrediens, quæ non possunt fieri ? Putare enim posse te nos a nostra traducere sententia perinde est, ac si putes posse te transmovere stellas a sua statione vel motione, aut transferre aliquid ex iis quæ sunt immobilia. Quamobrem satius est, ut a tuo errore convertaris, et verum Deum agnoscas, qui fuit tuæ salutis optimus dispensator.

V. Majori ira percitus Priscus, jubet crudis loris feriri vultus sanctorum, pro bonis verbis mala facta rependens stolidus. Illi autem hoc quoque novum fortiter ferentes tormentum, evaserunt facie splendidiore, sanguine quidem e carne defluente, Opificis autem gratia reddente pulchros et elegantes eos vultus, quos effinxerat. Contra autem, qui flagellabant defessi, eciderunt in terram semimortui. Sed alii quidem sancti jussu judicis rursus conjiciuntur in carcerem, donec eos transmitteret ad Diocletianum (sic enim constituerat Appellianus), benedicta autem ante tribunal ejus stabat Euphemia ; existimabat enim fore, ut sola sic facile induceretur. Cum itaque curasset, ut ea proxime sisteretur, ut se familiaritate magis insinuaret : Crede mihi, aiebat, tibi optime consulenti, o Euphemia, et accedens magno deo Marti sacri-

fica ; nam sic quidem et liberaberis ab omnibus molestiis, citra laborem autem lucraberis, quæ sunt maxime optanda, nempe ut et divitiis, et gloria potiaris, et agas deinceps vitam beatam et felicem. Christi autem martyr: Mulierem quidem videns, o judex, inquit, putas posse facile decipere : videbis vero me non esse, ut existimas, mulierem tuis insidiis expositam. Confido enim in Christum, quod adjutricem habens invictam ejus dexteram, tuas callidas superabo insidias. Postquam ergo sic responso victus fuit tyrannus, et qui solo aspectu putabat se posse quod volebat efficere, ab una contemnebatur femina, pudore quidem fuit affectus : pudor autem movit iram. Res est enim ejusmodi supercilium, cui accessit potestas. Deinde perinde ac ea quæ præcesserant, tormenta parva esset arbitratus, et quæ imponere non possent necessitatem, nova excogitavit : et jubet construi rotas inauditis quibusdam machinis, quæ carnes premere, et ab ossibus exprimere, et ipsa confringere possent violentissime, et in eas sapientissimam injici Euphemiam.

VI. Postquam autem ipsæ machinæ dicto citius fuerunt constructæ, et martyr in eas erat injicienda, validis continuo in se paratis armis, nempe divina crucis figura ac ea signata, aut, ut melius dicam, munita, adversus rotas processit, nullam quidem vultu ostendens tristitiam, sed severo et honesto vultu, Deumque benedicens, et aperte ostendens se iis quæ pro ipso patiebatur, admodum gaudere. Quin etiam proferens aliquid generosum et valde dignum ejus candore : Tuæ rotæ, dicebat, o tyranne, et hæ imbecillæ tuæ machinationes majus mihi accendunt Christi desiderium. Hæc audientes ministri, rotas versabant, quam poterant fortissime, graviorem sensum doloris martyri afferentes. Quamobrem ejus quidem membra et partes confringebantur, et disrumpebantur, et divellebantur omnes compages ; mens autem non abscedebat a Christo, sed in cœlum tollens oculos, unde se speravit habituram auxilium : Domine mi, clamabat, Jesu Christe, animæ meæ illuminatio, fons vitæ, qui das salutem eis, qui in te confidunt, adsis nunc mihi adjutor, et cognoscatur ab omnibus, quod tu es Deus solus, certa spes eorum qui in te habent fiduciam : et quod non accedent mala, neque appropinquabit flagellum tabernaculo eorum qui te altissimum suum posuerunt refugium[1]. Sic quidem martyr est precata : Deus autem effectum reddidit, quod precabatur. Cœlestis enim continuo adveniens virtus, momento temporis facit hæc omnia. Eam quidem solvit a rota : corpus autem curat a plagis adeo pulchre, ut ne minimum quidem vulnerum vestigium in eo appareret. Deinde etiam ministros iniquitatis specie terrens terribili, facit ut non operentur. E rotis vero

[1] Psal. xc, 9.

καὶ προσελθοῦσα τῷ μεγάλῳ θεῷ Ἄρει, θῦσον· οὕτω καὶ ἔσται σοι τῶν μὲν λυπηρῶν ἀποστῆναι πάντων, κερδῆσαι δὲ ἀπόνως τὰ εὐκταιότατα, ὅπερ ἐστὶ πλούτου τε καὶ δόξης ἀπολαῦσαι, καὶ τὸ λοιπὸν Χριστοῦ μάρτυς. Γυναῖκα μὲν, εἶπεν, ὁρῶν, ὦ δικαστὰ, οἴει προχείρως ἡμᾶς ἀπατᾷν· ὄψει δὲ οὐ κατὰ γυναῖκα πρὸς τὰς σὰς ἐνέδρας διακειμένην· πέποιθα γὰρ εἰς Χριστὸν ὅτι βοηθὸν αὐτοῦ τὴν ἄμαχον πλουτήσασα δεξιὰν, κρείττων ὀφθήσομαί σου τῶν κακοτέχνων ἐπιβουλῶν. Ὡς οὖν οὕτω ταῖς ἀποκρίσεσιν ἡττήθη ὁ τύραννος, καὶ ὁ βλέμματι μονῷ πλήθη φοβεῖν οἰόμενος ὑπὸ γυναικὸς κατεφρονεῖτο μιᾶς, αἰσχύνη μὲν αὐτὸν εἶχεν· ἡ αἰσχύνη δὲ τὸν θυμὸν ἐκίνει· τοιοῦτον γὰρ ὀφρὺς ἐξουσίας ἐπειλημμένη. Εἶθ' ὥσπερ τὰς προλαβούσας βασάνους μικρὰς εἶναι νομίσας καὶ ἀνάγκην ἐπιθεῖναι μὴ δυναμένας, καινὰς ἐπενόει, καὶ κελεύει τροχοὺς ξέναις τισὶ μηχαναῖς κατασκευασθῆναι, πιέζειν σάρκας, ὀστᾶ ἀποθλίβειν, αὐτά τε συνθλᾶν βιαιότατα δυναμένους, ἐν αὐτοῖς τε τὴν πάνσοφον ἐμβληθῆναι.

ς'. Ὡς δὲ καὶ τουτὶ τὸ μηχάνημα θᾶττον ἢ προσεταγη κατεσκευάσθη, καὶ ἡ μάρτυς ἔμελλεν ἐμβληθῆναι, ὅπλον εὐθὺς ἰσχυρὸν τὸν θεῖον τοῦ σταυροῦ τύπον ἑαυτῇ σχεδιάσασα, καὶ τοῦτο σφραγισαμένη ἢ καὶ φραξαμένη μᾶλλον εἰπεῖν, κατὰ τῶν τροχῶν ἐχώρει, ἐμφαίνουσα μὲν οὐδὲν κατηφὲς καὶ ἀπρόσωπον, εὐκόσμῳ δὲ ἤθει καὶ σεμνῷ παραστήματι. Εὐλογοῦσά τε τὸν Θεὸν καὶ οἷς ὑπὲρ αὐτοῦ ἔπασχεν ἑορτὴν ἄγειν φανερὰ γινομένη, πρὸς δὲ καὶ ὑπολαλοῦσα γενναῖόν τι καὶ τῆς ὥρας κομιδῇ ἄξιον. Οἱ γὰρ τροχοί σου, ἔλεγε, τύραννε, καὶ τὰ σαθρὰ ταυτὶ μηχανήματα, πλείονά μοι τον πόθον ἐξάπτουσι τοῦ Χριστοῦ. Τούτων ἀκούοντες ἰσχυρότερον ὅσον ἦν τοὺς τροχοὺς ἔστρεφον, ἀριμυτέραν τῇ μάρτυρι τῆς ὀδύνης τὴν αἴσθησιν ἐμποιοῦντες, ὅθεν μέλη μὲν αὐτῆς καὶ μέρη συνεθραύετό τε καὶ διερρήγνυτο. Καὶ τῶν ἁρμονιῶν ἅπαντα διεσπᾶτο, ὁ νοῦς δὲ τοῦ πρὸς Χριστὸν ὁρᾷν οὐκ ἀφιστατο, ἀλλὰ τὸ ὄμμα εἰς οὐρανοὺς αἴρουσα ὅθεν ἤλπισεν ἥξειν καὶ τὴν βοήθειαν, Κύριέ μου, ἐβόα, Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ τῆς ἐμῆς ψυχῆς φωτισμὸς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, ὁ σώζων τοὺς ἐπὶ σοὶ πεποιθότας, πάρεσό μοι καὶ τὸ νῦν βοηθὸς, καὶ γνωσθήτω πᾶσιν ὅτι σὺ εἶ Θεὸς μόνος, ἔλπὶς ἀδιάψευστος τῶν ἐν σοὶ τὸ θαρρεῖν ἐχόντων, καὶ ὅτι οὐ προσελεύσεται κακὰ, οὐδὲ μάστιξ ἐγγιεῖ τῷ σκηνώματι τῶν σὲ τὸν ὕψιστον καταφυγὴν τιθεμένων. Οὕτως ἡ μάρτυς μὲν ηὔξκτο, Θεὸς δὲ τὴν εὐχὴν ἐτελείου· οὐρανία γὰρ εὐθὺς ἐπιστᾶσα δύναμις ἐν ἀκαρεῖ πάντα ποιεῖ, καὶ λύει μὲν αὐτὴν τοῦ τροχοῦ, τὸ σῶμα δὲ τῶν πληγῶν ἰᾶται, οὕτω καλῶς, ὡς μηδὲ βραχύ τι τῶν τραυμάτων ἴχνος ἐν αὐτῷ φαίνεσθαι· εἶτα καὶ τοὺς τῆς ἀνομίας ὑπηρέτας ἐμφανείᾳ καταπλήξασα φοβερᾷ, ἥκιστα ἐνεργοὺς δείκνυσι, τῶν τροχῶν δὲ ἡ ἀθλοφό-

ρος ἐκβᾶσα, οὐ μόνον ἄρτιός τε καὶ ὑγιὴς, ἀλλὰ καὶ φαιδροτέρα τὴν ὄψιν ἐωρᾶτο, ὦ τῆς θαυμαστῆς σου, Χριστὲ, δυνάμεως, ὅπου γε καὶ, πασχόντων ἄλλων, κατήφεια πολλάκις τῇ ὄψει τῶν φιλανθρωποτέρων ἐγγίνεται.

Ζ'. Ἀλλ' ὁ Αἰθίοψ οὐκ ἐλευκαίνετο, καὶ τὸ ξύλον δὴ τὸ στρεβλὸν οὐκ ὠρθοῦτο, καὶ ὁ καρκῖνος ὀρθῶς βαδίζειν οὐκ ἐδιδάσκετο. Ὁ Πρίσκος ταῦτα ὁ μιαρὸς καὶ τὴν κακίαν οὐδ' ὁτιοῦν ἰάσιμος, καὶ τοιαύτης γὰρ γενομένης θεοσημείας, ἐκεῖνος ὥσπερ τῶν αὐτοῦ θεῶν τυφλότερος ὤν, οὐ μόνον οὐδὲν συνῆκεν, ἀλλὰ καὶ τὴν μάρτυρα ζῶσαν ἠπείλησε κατακαύσειν· ἡ δὲ οὐδὲν ὑποστειλαμένη τὸ μὲν πρόσκαιρον εἶπεν· Ὦ τύραννε, τοῦτο τὸ πῦρ ὅπερ ἐμοὶ νὺν ἀπειλεῖς, ταχὺ μὲν ἀνάπτεται, ταχὺ δὲ καὶ τῷ βουλομένῳ σβέννυται. Καὶ οὐχ οὕτως ἐγὼ τὴν ψυχὴν ἀγεννὴς ὡς πρὸς τοιοῦτον πῦρ ἀποδειλιάσαι, οὐ μὰ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας τῶν διὰ Χριστὸν γενναίως ἀνδρισαμένων, οὐδένα ἐμβάλλει τοῦτο φόβον ἐμοὶ, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ πῦρ δέδοικα, ἐκεῖνό μοι καὶ εἰς νοῦν μόνον ἐρχόμενον καθίσταται φόβερὸν, ὃ τοὺς ἀρνουμένους τὸν Χριστὸν περιμένει, αἰωνίαν ἔχον καὶ οὐδὲ βραχὺ λήγουσαν τὴν ἐνέργειαν. Ὁ τύραννος μέν τοι τὰ ἠπειλημένα πρὸς ἔργον ἐξάγων, κάμινον ἐξαφθῆναι κελεύει, πίσσῃ καὶ θείῳ καὶ στυπείῳ καὶ κληματίδι λίαν ἐκτρεφομένῃ, καὶ ἡ φλὸξ εἰς πήχεις πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἤρτο. Ἐμβάλλεσθαι δὲ ἡ μάρτυς μέλλουσα τῷ πυρὶ, τὸ τῶν τριῶν παίδων ὅπλον, τὴν προσευχὴν περιβάλλεται, καὶ πῦρ εὐχῆς ἀνάπτει κατὰ πυρὸς, τό τε ὄμμα εἰς οὐρανοὺς ἄρασα, Ὁ Θεὸς, εἶπεν, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, ὁ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι τρεῖς παῖδας διὰ τὸν σὸν νόμον ἐκδοθέντας πυρὶ δι' ἁγίου ἀγγέλου σου κακῶν ἀπαθεῖς συντηρήσας, καὶ δρόσον αὐτοῖς ἄνωθεν ἐπιπέμψας, αὐτὸς καὶ ἐμοὶ τῇ σῇ δούλῃ παράστηθι βοηθὸς, τῆς σῆς, Χριστὲ, δόξης ὑπεραθλούσῃ. Οὕτω τε εἶπε, καὶ τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ πάλιν ὡς ἑτέρῳ ὅπλῳ ἑαυτὴν καθοπλίσασα, εὐτρεπὴς ἵστατο τὸ τυράννικὸν ἐπίταγμα περιμένουσα.

Η'. Ὡς δὲ ἐκεῖνος τῇ καμίνῳ ταύτην ἐδίδου, καὶ χεῖρες αὐτὴν ἔμελλον συλλαβεῖν, Σωσθένης καὶ Βίκτωρ οἱ προηγούμενοι τῶν εἰς ταῦτα διακονούντων, προσελθόντες τῷ Πρίσκῳ, ὅτι μὲν, ἔφησαν, οἷς προστάττεις πρόθυμοι λειτουργεῖν ἡμεῖς· καίτοι πολλοὺς ἔχοντες μάρτυρας, οὐκ ἄλλους ἢ τοὺς σοὺς προβαλλόμεθα ὀφθαλμούς. Νυνὶ δὲ οὐχ οἷοί τέ ἐσμεν, τοῦ τῆς παρθένου ταύτης ἅψασθαι σώματος, ἄνδρας γὰρ ὁρῶμεν φοβεροὺς τὴν ὄψιν ἑστῶτας, ἡμᾶς μὲν δριμὺ λίαν καὶ βλοσυρὸν προσβλέποντας, ἑτοίμους δὲ ὄντας τῆς παρθένου προστῆναι, καὶ φλογὸς αὐτὴν κρείττονα δεῖξαι. Τί γὰρ ἄλλο αὐτοῖς βούλεται τὸ διασκορπίζειν ἔνθα καὶ ἔνθα τὸ πῦρ; Ὡς οὖν ὁ Πρίσκος ἤκουσε ταῦτα, τούτους μὲν ἤδη μεταμαθόντας τὴν θεοσέβειαν, τῇ εἱρκτῇ παραπέμπει, Καίσαρα δὲ καὶ Βικάριον οὕτω καλουμένους, εἰς τὴν ἐκείνων ἀντικαθίστησι λειτουργίαν. Καὶ οἱ μὲν, προθύμως τὴν καλλιπάρθενον Εὐφημίαν τῆς τῶν ἀγγέλων θείας παραχωρούσης δυνάμεως· οὐ γὰρ

A egressa gloriosa certatrix, non solum conspecta fuit integra et sana, sed etiam vultu alacris (o admirabilem tuam, Christe, virtutem) cum, aliis etiam patientibus sæpe insit tristitia in vultu eorum qui spectant et sunt humaniores.

VII. Sed Æthiops non deanbatur, et lignum incurvum non dirigitur, et cancer recte ingredi non docetur. Hæc Priscus sceleratus, et cujus nullo modo poterat curari vitium. Nam cum divinitus factum esset tale signum, ille, ut qui esset suis diis cæcior, non solum nihil intellexit, sed minatus est etiam se esse vivam exsuturum martyrem. Illa autem nequaquam se reprimens : Ad tempus quidem est, inquit, o tyranne, ignis, quem mihi nunc minaris : et cito quidem accenditur, cito B etiam a volente exstinguitur ; neque ego sum tam pusilli et abjecti animi, ut hunc ignem formidem. Non, per sacra certamina eorum qui se pro Christo strenue et fortiter gesserunt, hoc quidem mihi illum affert timorem : sed illum ignem extimesco, ille mihi vel solum in mentem veniens ignis est terribilis, qui manet eos qui Christum negant, ut qui æternam habeat operationem, et ne tantillum quidem desinentem. Itaque tyrannus quidem ad effectum deducens ea quæ minatus fuerat, jubet accendi fornacem, quæ valde aleretur pice, sulfure, stuppa et sarmentis. Et alta quidem erat flamma quadraginta et quinque cubitos. In ignem autem injicienda martyr, induit arma trium puerorum, nempe preces; et contra ignem C accendit ignem orationis, et oculos in cœlum tollens : Deus, inquit, qui in excelsis habitas, et humilia intueris: qui Babylone tres pueros, propter tuam legem igni traditos, per sanctum angelum tuum a malis illæsos conservasti, et eis rorem desuper immisisti, tu quoque mihi tuæ ancillæ adsis adjutor, quæ pro tua, o Christe, decerto gloria. Sic dixit : et cum figura crucis rursus, tanquam aliis armis, seipsam armasset, stabat parata, exspectans jussum tyranni.

VIII. Cum autem ille jussisset eam in ignem conjici, et eam manus essent lictorum comprehensuræ, Victor et Sosthenes, qui præerant iis qui ad hæc inserviebant, ad Priscum accedentes : Quod iis quidem, quæ imperas, prompto et alacri animo inserviamus, aiunt, etsi multos habeamus testes, D non alios, quam tuos oculos producimus. Nunc autem non possumus tangere corpus hujus virginis. Videmus enim viros stantes aspectu formidabiles, nos quidem torve admodum intuentes, et paratos virginem defendere, et eam efficere flamma superiorem. Quid enim aliud sibi vult, quod ignem huc et illuc dispergunt? Postquam autem hæc audivit Priscus, eos quidem, ut qui jam a cultu deorum defecissent, mittit in carcerem : æsarem autem ac Vicarium (sic enim vocabantur) sufficit in eorum ministerium. Et illi quidem prompto et alacri animi studio egregiam virginem Euphemiam, cedente divina virtute an-

gelorum (neque enim poterant ipsi mutationem suscipere ad pietatem), injiciunt in fornacem. Sed eos continuo arguebant res inanimæ, et puniebantur impii. Ignis enim repente effervescens, et in orbem circumfusus, quomodo prius Babylone, ultus est eos, qui injecerant : gloriosa autem virgo perinde ac si non ad supplicium, sed ad recreationem tradita esset et delicias, mansit quidem aliquandiu ab igne illæsa ; securissime autem movebat labra ad hymnos divinos, aura molli et roscida eam refrigerante.

IX. Postquam autem et flamma contabuit, et in Cæsarem et Vicarium divinitus immissum supplicium alios ministros procul dispersit ; egreditur martyr adeo integra et illæsa, ut ne in tunica quidem ignis ullum servaret vestigium. Sed ipsam quidem rursus vinctam tenebat custodia. Die autem sequenti educit proconsul Victorem et Sosthenem, et jussit eos sacrificare diis suis. Illi autem : Nos, aiebant, o proconsul, magno prius errore implicati, quomodo tu quoque hucusque, nunc tandem bono Dei nutu resipiscentes, digni habiti sumus, qui veritatem agnosceremus per hanc virginem. Scias ergo nos neque diis inanimis sacrificaturos (absit ut simus adeo emotæ mentis), neque tuis esse cessuros edictis. Postquam hæc dixissent, abducti sunt in stadium, et jussi sunt pugnare cum bestiis. Illi autem imperatum libenter accipiebant, et exsultabant, non solum quod existimarent esse satius decertare cum feris, quam cum tam malis hominibus, sed etiam quod per dentes ferarum erant illi confracturi maxillas bestiæ, quæ caret carne. Quod quidem cum precati essent, audierunt de cœlo vocem, quæ significabat fuisse auditam eorum orationem. Cum ergo immisæ fuissent bestiæ in martyres, et in eos insiliissent, gravi flagello incitatæ, nempe fame, et eos solum momordissent, et bibissent sanguinem (oportebat enim ad effectum deduci illorum preces), abstinuerunt a corporibus, et ea nullo modo devorarunt. Nam neque tunc negligens erat gratia, quæ prius Danieli frenavit ora leonum, et sic breve pro Christo martyrium pertulerunt athletæ. De ipsis autem sacris corporibus curæ fuit iis qui ex piis erant paulo studiosiores, ut ea tollerent, psalmisque et hymnis mandarent sepulturæ.

X. Die autem sequenti pro judiciario tribunali præsidens tyrannus, gloriosam Euphemiam educit e carcere. Et erat quidem læta vultu, animo autem lætior. Submisse vero canebat accedens ad judicem hæc cantica Davidica : « In via testimoniorum tuorum delectata sum, tanquam in omnibus divitiis. In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar legis tuæ [1], » et quæ deinceps consequuntur. Dicit ergo ei tyrannus : Quousque te adeo afflictam despicis, et deos quidem molestia afficis, et ipsum ad iram provocas imperatorem ? Fac aliquid sa-

[1] Psal. cxviii, 15, 16.

A αὐτοὶ οἷοί τε ἦσαν μεταβολὴν δέξασθαι πρὸς εὐσέβειαν, ἐμβάλλουσιν εἰς τὴν κάμινον. Ἀλλ' εὐθὺς ἠλέγχοντο παρὰ τῶν ἀψύχων, καὶ οἱ ἀσεβεῖς ἐκολάζοντο. Τὸ γὰρ πῦρ ἀθρόον ἀναπαφλάσαν καὶ κύκλῳ περιχυθὲν, ὥσπερ ἐν Βαβυλῶνι, τὸ πρότερον τοὺς ἐμβαλόντας ἠμύνατο· ἡ δέ γε καλλίνικος ἀθλοφόρος ὥσπερ οὐκ εἰς τιμωρίαν, ἀλλ' εἰς ἄνεσίν τε καὶ τρυφὴν ἐκδοθεῖσα, ἐφ' ἱκανὸν μὲν τῷ πυρὶ παρέμενεν ἄψαυστος. Κατὰ πολλὴν δὲ τὴν ἄδειαν πρὸς θείους ὕμνους ἐκίνει τὰ χείλη, αὔρας αὐτὴν ἀναψυχούσης μαλακῆς τε καὶ δροσερᾶς.

Θ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ φλὸξ ἐμαραίνετο καὶ ἡ περὶ τὸν Καίσαρά τε καὶ Βικάριον θεόπεμπτος τιμωρία τῶν ὑπηρετῶν τοὺς ἄλλους πόρρω που διεσκέδασεν, ἔξεισιν ἡ μάρτυς, οὕτως ἀβλαβὴς, ὡς μηδ' ἐν τῷ B χιτῶνι μηδὲν ἴχνος τοῦ πυρὸς διασώζεσθαι, ἀλλ' αὐτὴν μὲν καὶ αὖθις ἡ φυλακὴ δεσμῶτιν ἐτήρει. Ἄγει δὲ τῇ ἑξῆς ὁ ἀνθύπατος τὸν Βίκτωράτε καὶ τὸν Σωσθένην, καὶ θύειν ἐκέλευε τοῖς αὐτοῦ θεοῖς, οἱ δὲ, Ἡμεῖς, ἔφησαν, ὦ ἀνθύπατε, μακρᾷ πλάνῃ τὸ πρότερον χειρωθέντες, καθάπερ δὴ καὶ αὐτὸς, εἴ ἔτι νῦν, μόλις Θεοῦ νεύμασιν ἀνανήψαντες, ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν διὰ τῆς παρθένου ταύτης, ἠξιώμεθα. Ἴσθι οὖν ὡς οὔτε θύομεν ἀψύχοις θεοῖς (μὴ οὕτω νοῦ τε καὶ φρενῶν διαμάρτωμεν), οὔτε τοῖς σοῖς ὑπείκομεν διατάγμασιν. Ἐπεὶ ταῦτα εἶπον, εἰς τὸ στάδιον εὐθὺς ἀπήγοντο καὶ θηριομαχεῖν ἐκελεύοντο. Οἱ δὲ ἀσμένως τὸ κελευσθὲν ἐδέχοντο καὶ ἠγάλλοντο οὐ μόνον ὅτι βέλτιον ἡγοῦντο τὸ πρὸς θῆρας μᾶλλον ἢ οὕτω πο- C νηροὺς ἀνθρώπους διαπαλαίειν, ἀλλ' ὅτι καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἔμελλον τὰς μύλας συνθλᾶν ἐκείνου τοῦ ἀσάρκου θηρός. Ὅ καὶ δι' εὐχῆς θέμενοι φωνῆς ἤκουον οὐρανόθεν διασαφοῦς, ἀκουστὴν αὐτῶν γενέσθαι τὴν αἴτησιν. Ὡς οὖν τὰ θηρία τοῖς μάρτυσιν ἐπαφείθη, ἐφήλατό τε αὐτοῖς, χαλεπῇ μάστιγι παρορμώμενα τῷ λιμῷ, καὶ ἐνδακόντα καὶ ἐμπιόντα τοῦ αἵματος μόνον (ἔδει γὰρ τὴν ἐκείνων εὐχὴν εἰς πέρας ἐλθεῖν)· ἀπέσχοντο τῶν σωμάτων, καὶ οὐδαμῶς αὐτὰ βορὰν ἔθεντο, ἠμέλει γὰρ οὐδὲ νῦν ἡ χάρις ἡ τῷ Δανιὴλ πρότερον δεινῶν λεόντων στόματα ἐχαλίνου, καὶ οὕτω σύντομον τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτύριον οἱ ἀθλοφόροι διήνεγκαν. Περὶ μέντοι τῶν ἱερῶν σωμάτων αὐτῶν ἐμέλησε τῶν εὐσεβῶν τοῖς σπουδαιοτέροις, ἀνελέσθαι τε αὐτὰ καὶ ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις ταφῇ παραδοῦναι.

D Ι'. Εἰς τὴν ἐπιοῦσαν δὲ τοῦ δικαστικοῦ βήματος ὁ τύρσννος προκαθίσας, ἄγει τὴν καλλίνικον Εὐφημίαν ἐκ τῆς εἱρκτῆς, καὶ ἦν φαιδρὰ μὲν τὴν ὄψιν, φαιδροτέρα δὲ τὴν ψυχὴν, ὑπέψαλλε δὲ καὶ προσιοῦσα τῷ δικαστῇ τὰ Δαυιτικὰ ταυτὶ ᾄσματα· Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ. Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαί τοῦ μόνου σου, καὶ ὅσα τούτοις ἑξῆς. Ἔφη οὖν πρὸς αὐτὴν ὁ τύραννος· Μέχρι τίνος καὶ σεαυτὴν οὕτω ταλαιπωρεῖσαν ὑπερορᾷς, καὶ τοὺς θεοὺς μὲν λυπεῖς, παροργίζεις δὲ καὶ τὸν αὐτοκρά-

τόρα ; πρᾶξον τι συνετὸν, καὶ τοῖς θεοῖς πείσθητι θυσίαν προσενεγκεῖν. Ἡ δὲ, Πρᾶξαί τι συνετὸν, ἔφη, προτρέπεις ἡμᾶς, ὦ δικαστά ; καὶ τί δ' ἂν τις συνετώτερον δράσειεν, ἢ τὸ μὴ πείθεσθαι λίθους ἀψύχους τε καὶ κωφοὺς ἡγεῖσθαι θεούς ; ὥσπερ τοὐναντίον τὸ πείθεσθαι ἀνοίας ἐστὶ μεστὸν, καὶ οὐδὲ μανίας ἐλεύθερον. Ὀργισθεὶς ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσιν ὁ τύραννος, πρὸς καινοτέραν τρέπεται τιμωρίαν· λίθοι δὲ καὶ σίδηρος τὴν τοιαύτην βάσανον διεσκεύαζον, οἱ μὲν τῶν τιμωρητικῶν ὀργάνων κατά γε τὰς γωνίας ἐξηρτημένοι, ὁ σίδηρος δὲ τῇ τῶν λίθων βίᾳ ἄνω τε καὶ κάτω συνεχῶς περισπώμενος, κατατέμνειν οὕτω καὶ σπαράττειν εἶχε τὸ σῶμα τῆς μάρτυρος. Ὡς δὲ καὶ ἡ κόλασις αὕτη παρείληφε τὴν γενναίαν, οὐδὲν πάσχουσαν γυναικεῖον οὐδ' ἀγεννὲς, ἀλλὰ καὶ ὁμολογοῦσαν χάριν τῷ δι' ὃν ἔφερε ταῦτα Θεῷ, αἱ μὲν τῶν δημίων ἔκαμον χεῖρες τῇ μηχανῇ τοὺς λίθους ἑλκύουσαι, οἱ λίθοι δὲ πάλιν ἐκ βίας ἑλκόμενοι, συνετρίβησάν τε καὶ εἰς μικρὰ διελύθησαν. Ἡ δὲ μάρτυς ἀπαθὴς ὅλως ἐν τούτοις ἐωρᾶτο.

ΙΑ'. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ὁ Πρίσκος τῆς ὀργῆς κρείσσων ἦν καὶ τῶν κολάσεων, δεινὸν μὲν εἶναι καὶ γελοῖον ἡγούμενος, εἰ γυναικὸς ἥττων ὀφθείη. Ἀγνοῶν δὲ παράφορος ὡς οὐχὶ τῷ βιάζεσθαι κρείττων, ἀλλὰ τῷ μὴ πείθειν μᾶλλον ἑωρᾶτο νενικημένος, ὥσπερ τοὐναντίον ἡ μάρτυς τῷ μὴ τῶν βασάνων ἡττᾶσθαι, τὴν νίκην ἤρατο. Προστάττει τοιγαροῦν κατὰ τὸ τοῦ σταδίου μεσαίτατον, λάκκον ὀρυγῆναι μέγαν, ὕδατός τε πλησθῆναι καὶ θηρία τούτῳ ἐμβληθῆναι ὅσα δὴ σαρκοβόρα θάλασσα τρέφει, εἶθ' οὕτως ἐκέλευε τοῖς παρισταμένοις ἀγαγεῖν τε ὡς τάχος καὶ ἐν αὐτῷ καθεῖναι τὴν μάρτυρα, βρῶσιν οὕτω τοῖς θηρίοις ἑτοιμον ἐσομένην. Ὡς οὖν ἔγνω τοῦτο ἡ μακαρία αὐτόκλητος παραστᾶσα, ὠνείδιζέ τε τὸν τύραννον ἐφ' οἷς οὕτως ἀνηνύτοις ἐπεχείρει κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ δούλων, μετὰ τοῦ κακὸς φαίνεσθαι καὶ γέλωτα ὄφλειν, εἶτα τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀνατείνασα, καὶ δακρύων τοὺς ὀφθαλμοὺς πλήσασα. Τὸ φῶς μου ἔλεγεν, Ἰησοῦ, τὸ ἐμὸν καύχημα, ἡ ἐμὴ ζωὴ, ὁ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας ἐπίκουρος, ὁ ἐν ἀπόροις εὑμήχανος, ὁ γαστέρα μὲν θηρὸς δείξας, καλὸν τῷ Ἰωνᾷ θάλαμον, λεόντων δὲ στόματα τὸν Δανιὴλ δυσωπούμενα, αὐτός με, Δέσποτα, τῇ κραταιᾷ, καὶ ἀμάχῳ σου δεξιᾷ διάσωσον, δόξης μὲν ὑπόθεσιν γινομένην τῶν σεβομένων τὸ κράτος σου, αἰσχύνης δὲ καὶ ἀτιμίας τῶν ἀσεβῶν πληροῦσαν τὰ πρόσωπα. Οὕτω προσευξαμένη, καὶ σφραγισαμένη ὅλῳ τῷ σώματι, ἐνήλατο τῷ ὕδατι μάλα γενναίως. τὰ δὲ θηρία προσήει μὲν εὐθὺς μετὰ πολλῆς τῆς ὁρμῆς. Ὡς δὲ καὶ ἐγγὺς τοῦ μαρτυρικοῦ χρωτὸς γένοιτο, τροφῆς ὅλως ἐπελανθάνετο, καὶ δορυφόρων ἀπεπλήρου τάξιν. Καὶ ὑπολαβόντα τὴν μάρτυρα, νώτοις τοῖς ἑαυτῶν ἀνεῖχον οἱονεὶ πρόνοιαν αὐτῆς ἔχοντα, μή τι καὶ δεινὸν ὑποσταίη προσκαταβᾶσα τῷ ὕδατι.

ΙΒ'. Ὁ δὲ Πρίσκος, συμβάλλων ἐν ἑαυτῷ τὰ παραδόξως τελούμενα, διηπορεῖτο μὲν καὶ ἐθαύμαζεν. Ἀναβλέψαι δὲ πρὸς τὸ φέγγος τῆς ἀληθείας, καὶ συνεῖναι τίς ἡ τῶν γινομένων δύναμις οὐχ οἷός τε

pienter, et persuadere diis offerre sacrificium. Illa autem : Suades, inquit, nobis, o judex, ut aliquid sapienter faciamus : et quidnam fecerit quispiam sapientius, quam non persuaderi, ut lapides inanimos et surdos, deos existimet ? quomodo contra persuaderi, plenum est stultitia, et nec liberum quidem ab insania. His dictis ira percitus tyrannus, ad novum convertitur supplicium. Lapides autem et ferrum tale tormentum instruxerunt. Illi quidem a tormentorum instrumentis suspensi per angulos, ferrum autem violentia lapidum susque deque assidue attractum, sic lacerabant corpus virginis. Cum autem sic cruciaretur virgo, nec muliebre aliquid præ se ferret aut illiberale, sed Deo etiam ageret gratias, propter quem hæc ferebat, defessæ quidem erant lictorum manus, machina trahentes lapides, rursus vero lapides, qui vi trahebantur, contriti erant, et in minuta fragmenta dissoluti. Martyr autem in his omnino cernebatur illæsa.

XI. Sed ne sic quidem Priscus iram remisit et supplicia, grave quidem esse arbitrans et ridiculum, si videretur superari a femina. Sed ignorabat stolidus, quod non eo quod vim afferret, superior, sed eo quod non persuaderet, victus potius videretur. Jubet ergo in medio stadio effodi magnam cisternam, aqua autem impleri, et in eam injici, quæcunque animantia carnivora alit mare. Deinde jussit iis qui aderant, ut martyrem quamprimum adducerent, et in eam injicerent, sic protinus exedendam a bestiis. Postquam ergo cognovit hoc beata, sua sponte astans, exprobrabat tyranno, quod res aggrederetur adeo inefficaces adversus Christi servos : et quod videretur improbus, et haberetur ludibrio. Deinde cum manus in cœlum sustulisset, et oculos implesset lacrymis : Lux mea, dixit, Jesu, mea gloriatio, mea vita, adjutor meæ imbecillitatis, qui in rebus dubiis facilem exitum invenis : qui belluæ quidem ventrem, Jonæ pulchrum fecisti thalamum, leonum autem ora revereri Danielem, tu me, Domine, valida et invicta tua conserva dextera, ut sim quidem argumentum gloriæ iis, qui tuam colunt potentiam : vultus autem impiorum, dedecore impleam et ignominia. Cum sic precata esset, et se toto signasset corpore, in aquam forti et generoso animo insiluit. Bestiæ autem protinus quidem cum magno impetu accesserunt ; postquam vero fuerunt prope corpus martyris, cibi omnino sunt oblitæ, et functæ sunt munere satellitum : et martyrem excipientes, eam dorsis suis sustinebant, perinde ac si ejus curam gererent, ne quid ei grave eveniret in aquam descendenti.

XII. Priscus autem apud se conjiciens, quæ fiebant admirabiliter, erat quidem animi dubius, et admirabatur : cum aspicere autem ad lucem veritatis, et intelligere quænam esset eorum quæ fiunt,

virtus, non posset, undenam hoc esset, rogabat Apellianum. Ecce enim, ut vides, et ignis, et plagæ, et rotæ, et bestiæ, ab una femina victa sunt omnia. Ille autem (quid enim aliud existimasset scelesta anima, et ad divinam lucem plane cæcutiens ? (præstigiis et artibus magicis ascribebat universum, et eam sic dicebat efficere, ut esset superior. Cui proconsul, perinde ac mentis profunda penetrans, et altiorem inducens interrogationem : Cur autem, inquit, non ulti sunt eam dii, cum malos odio habeant ? Ille vero cum non posset veram reddere rationem, imbecillitatem nominabat benignitatem : Cum sint, inquit, clementes, ei pepercerunt. Interim martyr, cum integra et illæsa emersisset ex aqua, videntibus omnibus, astitit coram proconsule. Tyranni autem simul inter se disserebant, non in occulto, sed palam : ita ut qui aderant, audirent, et aliquid lucrifacerent ex iis quæ dicebantur, suos deos aut dæmones defendentes, et præstigias et artem magicam attribuebant martyri, et ea dicebant ipsam aquas superasse. Propter hæc cum Priscus simul cum assessore perplexo essent animo, et nescirent quidnam facerent amplius, tanquam in consilium suam adhibentes sævitiam, ad puniendum rursus se contulerunt. Quid enim possent aliud facere, cum essent discipuli ejus, qui fuit homicida ab initio [3] ? Illi ergo rursus exsculpserunt lapides, et effecerunt acutos ferreosque obeliscos, et serras sunt fabricati : deinde jusserunt etiam fodi fossam, quæ acutos hos lapides et obeliscos et serras latentes infixas esset habitura, pauca terra ei desuper infusa, ut procedens martyr, in eam imprudens incideret, et sic interiret. Existimabant enim stolidi, eam illa solum posse vincere arte magica, quorum jam accepisset prius cognitionem, et ideo studebant efficere, ut non esset manifestum periculum. Eos autem latebat, quod tu, Domine, qui corda hominum seorsum finxisti, es cum ipsis, et intelligis omnia opera ipsorum [4].

XIII. Certe cum eam urgerent ministri, ut per eum locum transiret, in quo fossa facta fuerat, illa quidem, cum nihil omnino prævidisset, quæ autem cohabitabat gratia, ipsam sublevaret, percurrit supra constructam fossam, perinde ac si terram non tangeret, sed alata sublime ferretur. Deinde quid fit ? Res justa, et per quam cognoscitur Deus judicia faciens, et factum revera dignum ea quæ omnia intuetur, Providentia. Quidam enim ex iis qui martyrem traducebant, forte ignorantes paratas insidias, et volentes, postquam illa sine lapsu transiit, eodem uti transitu : ut id totum, quod a divino Davide dictum est [5], esset prædictio ejus, quod tunc factum est : nempe illos quidem fodisse foveam, et in eam fossam, quam fecerant, cecidisse : cum repente fracta esset, quæ in superficie disjecta erat terra, inciderunt in foveam : et

ὤν, πόθεν ἂν εἴη τοῦτο πρὸς τὸν Ἀπελλιανὸν ἐπινθάνετο. Ἰδοὺ γὰρ, ὡς ὁρᾷς, καὶ πῦρ, καὶ πληγαὶ, καὶ τροχοὶ, καὶ θηρία, μιᾶς γυναικὸς ἥττηνται πάντα. Ὁ δὲ (καὶ τί γὰρ ἄλλο, ψυχὴ μιαρὰ καὶ πρὸς τὸ θεῖον τυφλώττουσα φῶς ὑπέλαβεν ἄν ;) γοητείαις ἐδίδου τὸ πᾶν, καὶ οὕτως ἔλεγεν αὐτῇ περιγίνεσθαι τὰ κατὰ γνώμην ἀνύειν. Πρὸς ὃν ὁ ἀνθύπατος, ὥσπερ εἰς νοῦν βάπτων καὶ βαθυτέρας φρενὸς ἐπάγων ἐρωτήματα, Τί δὲ μὴ ἠμύναντο ταύτην οἱ θεοὶ, ἔφη, μισοπόνηροι ὄντες ; Καὶ ὃς οὐκ ἔχων ἀπὸ τῆς ἀληθείας εἰπεῖν, φιλανθρωπίαν ὠνόμαζε τὴν ἀσθένειαν, Εὐμενεῖς ὄντες, λέγων, ἐφείσαντο ταύτης. Ἐν τούτῳ δὲ ἡ μάρτυς, ἀβλαβὴς τοῦ ὕδατος ἀναδῦσα, πάντων ὁρώντων, παρίστη τῷ ἀνθυπάτῳ· καὶ ἅμα πρὸς ἀλλήλους οἱ τύραννοι οὐκ ἐν παραβύστῳ, ἀλλ' ἐν τῷ προφανεῖ διελέγοντο, τῷ καὶ τοὺς παρεστῶτας ἀκούειν, καὶ παρακερδαίνειν τι τῶν λεγομένων, ἐφ' οἷς ὑπὲρ τῶν οἰκείων θεῶν ἢ δαιμόνων ἀπολογούμενοι γοητείαν τῇ μάρτυρι περιῆπτον· καὶ ταύτῃ ἔλεγον κρατῆσαι καὶ τῶν ὑδάτων. Ἐπὶ τούτοις ὁ Πρίσκος ἅμα τῷ συμπαρέδρῳ διαπορούμενοι, καὶ μὴ ἔχοντες ὅπερ ἂν δράσωσι πλέον, σύμβουλον ὥσπερ τὴν οἰκείαν παραλαβόντες ὠμότητα, καὶ αὖθις πρὸς τὸ κολάζειν ἐχώρουν. Καὶ τί γὰρ ἄλλο εἶχον ποιεῖν, μαθηταὶ τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνου τυγχάνοντες ; Λίθοι οὖν πάλιν αὐτοῖς εἰς ὀξὺ διεγλύφοντο, ὀβελίσκοι τε σιδήρου καὶ πρίονες ἐχαλκεύοντο, εἶτα καὶ βόθρον ὀρυγῆναι διεκελεύοντο, ὃς ἔμελλεν ἔνδον τοὺς ὀξεῖς τούτους λίθους καὶ ὀβελίσκους καὶ πρίονας ἀφανεῖς ἔχειν ἐμπεπηγότας, ὀλίγης αὐτῷ γῆς ἐπιχυθείσης ἄνωθεν, ὥστε τὴν μάρτυρα διοῦσαν ἐμπεσεῖν αὐτῷ κατὰ τὸ λανθάνον, καὶ οὕτω διαφθαρῆναι. Ἐνόμιζον γὰρ οἱ ἄφρονες ἐκείνων μόνον ἐπικρατεστέραν γίνεσθαι διὰ γοητείας, ὧν ἤδη φθάσει τὴν γνῶσιν παραλαβεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο ἔσπευσαν ἄδηλον αὐτῇ τὸν κίνδυνον διαθεῖναι· ἐλάνθανε δὲ αὐτοὺς ὅτι σὺ, Κύριε, μετ' αὐτῆς εἶ, ὁ κατὰ μόνος πλάσας τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων.

ΙΓ'. Ἀμέλει καὶ συνωθούντων αὐτὴν τῶν ὑπηρετῶν δι' αὐτῆς διελθεῖν, ἔνθα δὴ καὶ ὁ βόθρος ἐτύγχανε ῥᾳδιουργηθείς, ἐκείνη μηδὲν ὅλως προειδομένη, τῆς συνοίκου δὲ χάριτος αὐτὴν ὑποκουφιζούσης, διέδρα μὲν ὑπεράνω τοῦ σκαιωρηθέντος ὀρύγματος, ὥσπερ οὐ γῆς ἁπτομένη, ἀλλὰ μετέωρός τις καὶ ὑπόπτερος φερομένη. Εἶτα τί γίνεται ; Πρᾶγμα δίκαιον καὶ δι' ὧν γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν, καὶ ἔργον τῆς πάντα ἐφορώσης Προνοίας ἀληθοῦς ἄξιον. Τῶν γὰρ τὴν μάρτυρα διαβιβαζόντων τινὲς, ἄγνοιαν ἴσως ἔχοντες τοῦ πραχθέντος ἐνέδρου, βουληθέντες μετὰ τὸ ἐκείνην ἄπτωτον διελθεῖν τῇ αὐτῇ χρήσασθαι διόδῳ, ἵν' ὅλον τὸ ὑπὸ τοῦ θείου Δαυὶδ εἰρημένον προαγόρευσις ᾖ τοῦ τότε γενομένου, τὸ λάκκον ὀρύξαι μὲν ἐκείνους καὶ ἀνασκάψαι, ἐμπεσεῖν δὲ παραδόξως εἰς βοθρον ὃν εἰργάσαντο, ὑποῤῥαγείσης αὐτῆς ἀθρόον τῆς ἐξ ἐπιπολῆς ἄνω διὰ-

[3] Joan. VIII, 44. [4] Psal. XXXII, 15. [5] Psal. LVI, 7.

ίσης γῆς. Ἐμπεπτώκασί τε τῷ βόθρῳ, καὶ ὑπὸ A cum in illa acuta incidissent instrumenta, celeriter
μητικῶν ἐκείνων ὀργάνων, ὀξέως ἐμπεσόντες, interierunt. Sancta autem cecinit hymnos, quibus
ον διεφθάρησαν. Ἡ ἁγία δὲ χαριστηρίους Deo agebat gratias: « Quis loquetur, dicens, poten-
ς προσῇδε τῷ σεσωκότι Θεῷ, Τίς λαλήσει τὰς tias Domini, auditas faciet omnes laudes tuas,
τείας σου, λέγουσα, ἀκουστὰς ποιήσει πάσας Domine[6]? » Quoniam flagellatam ancillam tuam a
ινέσεις σου, Κύριε ; ὅτι μεμαστιγωμένην τὴν flagris illæsam conservasti ; quoniam ab igne ra-
ν σου μαστίγων ἀπείρατον διεφύλαξας · ὅτι puisti. Quoniam a bestiis, et aqua, et rotis custo-
; ἥρπασας · ὅτι θηρῶν, καὶ ὕδατος, καὶ τροχῶν diisti, et a fossa conservasti. Et nunc, Domine mi-
ωσας, καὶ βόθρου διέσωσας. Καὶ νῦν, Δέσποτα sericors, libera animam meam e manu ejus qui a
ΙΓ'. Οὐ συχνὸν δὲ τὸ μεταξὺ, καὶ τούτου Διονύσιος ἀπογνοὺς, ἐπὶ τὸν Τρόφιμον μεταβαίνει πάλιν· ἠπάτα γάρ τις αὐτὸν ἐλπὶς, ὅτι κἂν ἴσως αὐτὸν κερδάνῃ, ὃν μᾶλλον τὸ πρότερον ἐζημίωτο. Παραστησάμενος τοίνυν ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου τὸν ἄνδρα, Εἰ μὴ ὁ τοσοῦτός σε τῆς ἀνέσεως χρόνος, ἔφη, μεταβαλεῖν καὶ σκέψασθαι τὸ δέον προέτρεψε, τὰ θηρία σε σωφρονίσει πάντως, τὸν λόγῳ τετιμημένον, B καὶ ὑπόδειγμα θήσεται τοῖς πολλοῖς, ὥστε ἀφ' ὧν αὐτὸς τὰ ἔσχατα πείσῃ, ἑτέροις πρόξενον κέρδους πολλοῦ καταστῆναι. Καὶ ὁ μάρτυς· Ὁ αὐτὸς ἐγώ σοι καὶ νῦν Τρόφιμός εἰμι, ἔφη, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ θερμότερος πολλῷ περὶ τὴν ἀσέβειαν τῷ μεταξὺ γέγονα χρόνῳ, κατιδίαν ἐν ἐμαυτῷ γεγονώς, καὶ ὧν ἀπολαύσεσθαι μέλλω ἀναλογισάμενος. Χώρει τοιγαροῦν πρὸς ὅ τι καὶ βούλει· ὡς ἔγωγε βουλοίμην ἂν ἡδέως ὑπόδειγμα γενέσθαι τοῖς μετ' ἐμὲ, ὅπως, εἰ πρὸς ἐμὲ βλέποιεν μὴ τῆς ἴσης μαρτυρίας ἀπολειφθῶσι. Τί τὸ ἐντεῦθεν ; ἐπὶ ξύλον καὶ πάλιν ὁ ἀθλητὴς ἀναρτᾶται, καὶ ὄνυξι ξαίνεσθαι, εἶτα ἐκεῖθεν κατάγεται, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς πεπυρωμένους ὀβελίσκους ἐκκόπτεται, καὶ συνεχεῖς ἐπήγοντο μηχαναὶ, πάντοθεν εἴ πως τῷ πολυειδεῖ τῆς κολάC σεως ἥττων γένηται καθ' ὑφὴ τῆς ἐνστάσεως. Ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' Εὐχαριστῶ σοι, Χριστὲ Σῶτερ, ἔλεγεν, ὅτι μετὸ πρώτα καταθῦσάι τοῦ σώματος μέλη, καὶ ἀπαρχὰς τῆς ὅλης σοι προσενεγκεῖν θυσίας εὐδόκησας, ὅλον καταθύειν ἐμαυτὸν μέλλοντα ὑπὲρ σοῦ, καὶ τοῦ σοῦ ἐνδόξου ὀνόματος. Ταῦτα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκοπτόμενος ἔλεγε, καὶ τῇ φυλακῇ πάλιν ἐδίδοτο.

ΙΔ'. Βραχὺς ἀσχολεῖ τὸν ἡγεμόνα χρόνος, καὶ τὸ σύνθημα δοὺς, καὶ πάνδημον ἀθροισάμενος θέατρον ἀρχιθεωρὸς αὐτὸς ἐφ' ὑψηλοῦ προκαθίζει τοῦ θρόνου, καὶ Τροφιμον εἰς μέσον καὶ Δορυμέδοντα τοὺς μάρτυρας παραγαγὼν, πρῶτα μὲν ἄρκτον, λιμῷ πρότερον ἐκ προνοίας ἰσχυρῶς ὁπλισθεῖσαν, ἀφίησι κατ' αὐτῶν. Ἡ δὲ, μέχρι μὲν τοῦ πλησιάσαι τοῖς μάρD τυσι, τῷ τε δρόμῳ, καὶ τῷ θυμῷ, καὶ τοῖς ἅλμασι θηρίον ἦν, καὶ ἄρκτος τὸ χαλεπώτατον. Ἐπεὶ δὲ πλησίον ἦλθοι, καὶ φύσεως ἐπελάθετο, καὶ λιμοῦ, καὶ τὸ στόμα τούτοις ἥμερον παρεῖχε· καὶ ἐκ διαμέτρου πρὸς τὴν ἀγριότητα τῆς τοῦ ἡγεμόνος γλώττης ἀντικείμενον, καὶ τοῦ ὠτὸς αὐτῆς ἀπτομένου τοῦ Δορυμέδοντος, καὶ ταύτῃ καθ' ἑαυτοῦ κινοῦντος, εὐλαβεῖτο μᾶλλον ἐκείνη, καὶ τῶν ποδῶν προκυλινδεῖσθαι ἤθελεν. Εἰ δὲ καὶ τὸ οὖς ἕλκοντι παράσχοι, ἁπαλὸν αὐτὸ παρεῖχε καὶ πρᾷον. Ὁ μέντοι θηρίων ἁπάντων ἀγριώτατος ἡγεμὼν, χειροήθη τὴν ἄρκτον καὶ φιλανθρωποτέραν εἰπὼν, πάρδαλιν αὐτοῖς ἐπαφῆκεν. Ἡ δὲ τὴν ἐκείνου τε καὶ αὐτὴ ὠμότητα ἤλεγξε, καὶ διδασκάλῳ τῇ ἄρκτῳ ἐχρᾶτο. Οὐ γὰρ

ἀναιδῶς ἐφήλατο, οὐκ ἄγριον εἶδεν, ἀλλὰ καὶ περιέλειχε τὰ ἕλκη, καὶ ἀπέματτε τοὺς ἰχῶρας καὶ δήλη ἦν τούτους τιμῶσα, καὶ διὰ πάσης αἰδοῦς, τιθεμένη. Ταῦτα ὁ μὲν περιεστὼς δῆμος θαῦμα ἐποιεῖτο καὶ διεθερμαίνοντο πρὸς εὐσέβειαν. Ὁ δὲ τὸ θέατρον διαθεὶς Διονύσιος, ἐλάνθανε καθ' ἑαυτοῦ τοὺς παρόντας συνειλοχώς, καὶ τῆς οἰκείας μᾶλλον αἰσχύνης θεωροὺς, οὐ τῆς τῶν μαρτύρων ἀγωνίας καλέσας, ἐφ' οἷς μᾶλλον αὐτὸς ἐξεθηριοῦτο· καὶ τῷ τῶν θηρίων ἐπιμελητῇ βαρύτατον θανάτου τρόπον ἠπείλει. Ὁ δὲ δείσας, καὶ λέοντα κατὰ τῶν μαρτύρων ἀφίησιν· ἀλλ' οὐδὲ οὗτος τῶν φθασάντων θηρίων ἥττων ἐφάνη πρὸς ἡμερότητα. Τοὐναντίον μὲν οὖν, καὶ γενναῖόν τι κατὰ τοῦ λεοντοκόμου ἐπεδείξατο. Ὁ μὲν γὰρ ἠρέμα πρόσεισι τοῖς ἁγίοις, καὶ κάτω νεύων τὴν κεφαλὴν, οὐδὲ ἀντιβλέπειν αὐτοῖς εἶχεν. Ὁ δὲ, ἀνηρέθιζε τοῦτον ὀξὺ ἰμβοῶν, καὶ κατὰ τῶν ἁγίων ἐνεκελεύετο. Ἀμέλει καὶ ἀθρόον ἐπιπηδήσας ὁ λέων αὐτῷ παραχρῆμα διασπαράττει Ἁπάντων τοίνυν ἀπογνοὺς Διονύσιος, τὸν διὰ ξίφους αὐτῶν θάνατον κατακρίνει, καὶ κελεύει θυμῷ τοῖς δημίοις τὸ στάδιον εἰσπηδήσαντας, τὰς τῶν γενναίων τεμεῖν κεφαλάς· ἦγε μὲν οὖν ἑνάτην τότε πρὸς τοῖς δέκα Σεπτέμβριος, καὶ οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες οὕτω τοῦ δι' αὐτὸν τέλους ἐπιτυχόντες, τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ταῖς ἐκείνου χερσὶ παρατίθενται. Τὰ μέντοι μαρτυρικὰ τούτων σώματα, σπουδῇ πολλῇ διὰ τὸν τοῦ ἡγεμόνος φόβον, τῶν εὐλαβῶν τινες ἀνελόμενοι, καὶ φιλοτίμως αὐτὰ περιστείλαντες, ἐν ἀποκρύφῳ κατατιθέασι· δοξάζοντες Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A batur, et inflammabatur ad pietatem. Qui autem theatrum coegerat Dionysius, non animadverterat se eos qui aderant, contra se congregasse : et sui potius dedecoris spectatores, quam certaminis martyrum convocasse. Propter quæ ipse magis efferabatur, et ei, qui curam gerebat bestiarum, mortem minabatur gravissimam. Ille autem timore affectus, leonem quoque immisit in martyres. Sed nec is fuit minus placidus, quam priores bestiæ. Contra autem rem fecit præclaram in eum, qui illius curæ præerat. Nam ille quidem sensim, et caput deorsum inclinans, accedit ad sanctos. Is autem ipsum irritabat acriter exclamans, et exhortabatur adversus sanctos. Leo autem in eum repente insiliens, lacerat et discerpit protinus. Omni itaque spe abjecta, Dionysius eos condemnat, ut gladio eis mors afferatur: et ira percitus, jubet carnificibus, ut irrumpentes in stadium, præclarorum martyrum capita amputarent. Tunc autem erat nonus decimus Septembris. Et Christi martyres propter ipsum hunc finem assecuti, in illius manus suas tradiderunt animas. Martyrica autem eorum corpora cum magno studio, occulte tamen propter metum præsidis, quidam pii sustulissent, et ea honorifice composuissent, deposuerunt, glorificantes Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

B

C

D

DE S. MATTHÆO APOSTOLO

ET EVANGELISTA,

(Acta Sanctorum Bolland. ad diem 21 Septembris, tom. VI.)

§ I. *Memoria Sancti in Fastis variarum gentium diversis diebus annuntiata: acta plura aliaque de sancto monumento enumerantur.*

1. Quandoquidem pauca de gestis sancti Matthæi apostoli et evangelistæ comperta sunt et indubitata, eamque ob causam plura de eo examinanda veniunt, quam simpliciter enarranda ; enumerare primum placet vetustiora Martyrologia, quibus sancti memoria legitur inserta ; et mox non modo assignare, sed etiam utcunque ponderare documenta varia, ex quibus gesta sancti Matthæi haurienda sunt. Ecclesia Latina sanctum Matthæum præcipue celebrat die 21 Septembris, quo omnibus fere Martyrologiis et Kalendariis Latinis memoria ejusdem inserta est. Hac enim die legitur in Martyrologiis Hieronymianis, in Romano Parvo, apud Bedam, Florum, Rabanum, Wandelbertum, Adonem, Usuardum, Notherum, in Martyrologiis et Kalendariis plerisque particularium ecclesiarum, ac demum in Romano Martyrologio et Breviario, et in omnibus passim recentioribus. Elogia hic nulla affero, quia suis singula producam locis, ubi expedire videbitur ad prædicationem, mortem, aut alia ad sanctum spectantia elucidandum. Martyrologiis consonat liber Sacramentorum a Menardo editus, et S. Gregorio attributus, in quo ad hunc diem legitur Missa de sancto Matthæo, et pridie notatur vigilia, quemadmodum ejusdem vigilia annuntiatur in multis Kalendariis et Martyrologiis recentioribus.

2. Celebratur tamen aliis quoque diebus sanctus Matthæus in aliquot Martyrologiis Latinis Nam in Hieronymianis etiam legitur ad 1 Maii, rursum ad 6 Maii, et ad 9 Octobris. In aliquot etiam codicibus, videlicet in Epternacensi, Corbeiensi, aliisque sancti Matthæi fit mentio ad 21 Maii, ubi apud Flo-

rentinium legitur *Mathiæ* ; nec potest certo edici, utra lectio sit magis genuina, cum ne sciamus quidem, qua de causa sancti Matthæi memoria in aliis Fastis toties fuerit repetita. Suspicari possumus, priores corporis translationes, ortasque inde festivitates designari ; sed nec de tempore priorum translationum satis constat, nec de designari potest ea translatio, qua sancti corpus acceperunt Salernitani, cum hæc laudatis Martyrologiis longe sit posterior. Attamen Salernitana translatio recentioribus Fastis inserta est. In ms. Florario sanctorum ea commemoratur ad 28 Aprilis, ut ibi dictum est in Prætermissis. In Hagenovensi codice Usuardini Martyrologii eadem translatio annuntiatur ad 6 Maii, quemadmodum et in codice Vaticano, qui sic habet : « Apud Salernum, translatio sancti Matthæi apostoli et evangelistæ. » Secutus est Baronius, qui sic habet in Martyrologio Romano : « Salerni, translatio sancti Matthæi apostoli, cujus sacrum corpus olim ex Æthiopia ad diversas regiones, et demum ad eam urbem delatum, ibidem in ecclesia ejus nomine dicata summo honore conditum fuit. » Consonant officia propria Ecclesiæ Salernitanæ, quæ seculo XVI impressa habemus : in iis enim notatur Officium translationis cum octava ad 6 Maii. In laudato Florario ms. eodem die notatur translatio sancti Matthæi, sed non additur, Salernitanam esse, uti additur ad 28 Aprilis. Plura de translationibus disseram suo loco.

3. Græci, eosque passim sequentes Mosci, sanctum Matthæum præcipue celebrant ad 16 Novembris. Ad hunc diem in omnibus, quos consului, Græcorum Fastis memoria sancti hujus apostoli recolitur, et festivitas solemnis celebratur. Menæa impressa prolixissimum exhibent elogium, sed fabulosum, ex quo suis locis afferemus ea quæ ad propositum nostrum conducere videbuntur, quemadmodum etiam ex elogio minus prolixo, quod insertum est Menologio Basiliano. Matthæum una cum reliquis apostolis Græci etiam colunt die 30 Junii, ubi et brevia exhibent elogia in Menæis et Menologio mox laudato. Græcis pro festivitate S. Matthæi celebranda die 16 Novembris consentiunt etiam Armeni, ut habeo ex Ordine perpetuo celebrandi Officia et festivitates apud Armenos, quem Latine reddidit et in *Bibliotheca Orientalis*, tom. III, pag. 645 edidit doctissimus Assemanus. Ægyptii demum et Æthiopes eumdem elegerunt diem 16 Novembris, quo sanctus Matthæus annuntiatur in Fastis Coptitarum per Ludolfum editis, et in duobus aliis Menologiis eorumdem aut Synaxariis mss. Apud Ludolfum Matthæi apostoli item fit mentio ad 9 Octobris ; sed eam illo die non reperio in laudatis Fastis mss. Hæc interim de Martyrologiis sufficiant.

4. Acta sancti Matthæi apostoli, quæ in Ecclesia Latina a multis sæculis nota fuerunt, et ex quibus recentiores hauserunt, quæ de S. Matthæo scriptis mandarunt, in plurimis exstant codicibus mss., iisque valde antiquis ; non tamen eodem prorsus modo in omnibus. Habemus nos ea in septem diversis codicibus, quorum vetustiores sæculo IX videntur conscripti. Contuli codices istos, ut examinarem an præcipua vitia, quibus Acta laborant, reperiantur in omnibus ; nec ullum inveni ex codicibus nostris, in quo non legantur vitia mox memoranda, quæ similiter leguntur in apographo, quod habemus ex codice Ultrajectino, et in aliis pluribus, quibuscum apographum istud olim est collatum. Auctor illorum Actorum, sicut et aliorum apostolorum, vulgo vocatur Abdias, qui se primum Babyloniæ episcopum mentitus est. In S. Bartholomæo tom. V Augusti, pag. 32, satis ostendi, totam Historiam apostolorum pseudo-Abdiæ non esse fide dignam, ibique adduxi verba Bellarmini, hæc de eo pronuntiantis ; « Vitæ apostolorum, quæ sub nomine ejus circumferuntur, fabulis similiores sunt, quam veræ narrationi. » Communis hic modo est eruditorum consensus de illa Historia universa. Libet tamen addere censuram Joannis Hesselii Lovaniensis, quæ impressa habetur post Usuardum Molani. « Passio, inquit, sancti Matthæi non placet. » Tum dat initium prologi : « Quoniam Deo cura est de hominibus. » Et mox Actorum : Erant itaque duo magi Zaroes et Arfaxat. » In omnibus codicibus nostris, uno excepto, in quo omissus est prologus, idem est plane utrumque principium. In Ultrajectino similiter utrumque reperitur principium ; sed præmissa sunt pauca de nomine Matthæi, quæ alterum ibi faciunt prologum. Rationes Hesselii modo audiamus.

5. « Dicit, eunuchum illum, quem Philippus baptizavit, vocatum Candacem, cum Lucas Act. VIII dicat, reginam Æthiopum dictam Candacem. Est enim Candace nomen reginarum Æthiopiæ, sicut Pharao regum Ægypti. Dicitur in eadem historia, quod Christus terrestrem paradisum aperuiti latroni et animabus sanctis de corpore exeuntibus, in die autem novissimo resurgentibus regna cœlorum : cum secundum Paulum et fidem catholicam animæ sanctorum jam etiam ante resurrectionem adeant cœlos. Dicit et primum hominem potuisse loqui in paradiso cum omnibus animalibus. Ejusdem auctoritatis est, cujus Vita sancti Bartholomæi, ut patet ex philosophia ejus de virginitate terræ, ex qua homo factus est. » Hactenus Hesselius, qui hisce adjungit auctoritatem Bedæ, Historiam illam pseudo-Abdiæ reprobantis. Beda autem lib. *Retractationis in Acta apostolorum*, cap. 1, laudat dictam Historiam pro Simone et Juda apostolis, atque ita loquitur ad propositum nostrum : « Hos referunt historiæ, in quibus apostolorum passiones continentur, et a plurimis reputantur apocryphæ, prædicasse in Perside, ibique a templorum pontificibus in civitate Suanir occisos. Leguntur hæc apud Abdiam, cap. 6, circa finem. » Post pauca rursum Beda hæc scribit :

« Cum ille, qui præfatas apostolorum passiones scripsit, ipse se certissime incerta et falsa scripsisse prodiderit. Dicit enim, quia Candacis eunuchus quem baptizasset Philippus in Judæa eo tempore fuerit in Æthiopia, quo Matthæus ibi docebat, eique docenti auxilium tulerit, cum manifestum sit Candacem nomen esse non viri, sed feminæ ; id est, non eunuchi, sed dominæ ejus, reginæ videlicet Æthiopum, quæ, sicut ex veterum monumentis comperimus, omnes antiquitus sic appellari solebant. » Hæc Beda, non solum Acta pro apocryphis habens, sed eorum etiam auctorem mendacii arguens. Possent et multa alia ex Actis allegari ad fidem iis detrahendam, cum auctor ab initio usque ad finem mirabilia magis narret, quam credibilia ; multaque plura nugetur de paradiso terrestri, quam observavit Hesselius ; et conceptionem beatissimæ Virginis exponat modo incongruo et indecenti, ut mittam alia. Verum dicta sufficiunt ad omnem fidem Abdiæ personato abrogandam : at ex his alia mihi oritur dubitatio.

6. Anno 1753 in bibliotheca Vaticana invenimus alia S. Matthæi Acta in codice Latino 1188, eaque exscribenda curavimus, et nos ipsi cum codice contulimus. Hæc Acta carent omnibus vitiis modo relatis, ob quæ Hesselius Acta pseudo-Abdiæ reprobavit, eamdem de rebus gestis sancti Matthæi continent relationem. Quare dubitari potest, utrum pseudo-Abdias vetustiora sancti Apostoli Acta interpolaverit, et multis ineptiis impleverit ; an vero non nemo Abdiæ de S. Matthæo lucubrationem crassioribus erroribus voluerit expurgare, et sic Acta hujus apostoli utcunque probabilia reddere. Utrumque fieri potuit, sed secundum verisimilius est ob varias rationes. Primo ex allegatis Bedæ verbis habemus, apocrypham illam de gestis apostolorum Historiam certo antiquiorem esse sæculo VIII, cum Beda floruerit sub initium illius sæculi et illam Historiam alleget, non ut novellam aut nuper conflctam, sed ut multorum judicio apocrypham. Ex eo ulterius colligo, jam sæculo VI, quo florebat Venantius Fortunatus, vetustam visam esse illam Historiam, cum verisimiliter ex illa dicat, corpus S. Matthæi esse in Naddaver. Tanta certo non est vetustas codicis Vaticani, in quo tolerabiliora exstant S. Matthæi Acta. Quapropter videntur in illo codice nonnihil correcta fuisse, et absurdioribus vitiis expurgata, præsertim cum reliqui passim codices Acta contineant, qualia sunt apud Abdiam, et necdum alium viderim codicem, qui consentiat cum illo Vaticano. Præterea in hoc codice præfatio vulgaris omissa est, et substituta alia, quæ cum ipsis pugnat Actis. Nam secundum præfationem S. Matthæus passus est in Perside ; secundum Acta, in Æthiopia. Actis ipsis assutum est aliud principium de scripto per Matthæum Evangelio, et post illud sequuntur Acta personati Abdiæ, sed nonnihil expurgata. Itaque vix dubitare possim quin hæc recentiora sint, eademque cum aliis, sed utcunque emenda.

7. Verumtamen non tanta adhibita fuit correctio, ut gesta in iis relata fierent satis probabilia, etiamsi non constaret de origine ex fonte impuro. Nam primo statim advenienti in Æthiopiam Matthæo dicitur occurrisse eunuchus reginæ Candacis, qui baptizatus erat a Philippo Act. VIII, ut auctor omnino asserat, Matthæum venisse ad urbem, in qua regina Candace regnabat, quando dictus eunuchus fuit conversus. At ibi tum dicitur fuisse rex Egyppus, regina Eufenissa. De Candace, quæ paulo ante regnasset, nulla fit mentio. Itaque nomen reginæ Eufenissa videtur contrarium verbis Bedæ mox datis, cum asserat, omnibus commune fuisse nomen Candace. Consentit Plinius, lib. VI, cap. 29 docens, « regnare feminam Candacem, quod nomen multis jam annis ad reginas transiit, » in illo nimirum Æthiopiæ regno, cujus metropolis erat Meroe. Asserit autem laudatus Plinius, ea de regnis Æthiopiæ et Meroes cognita et relata fuisse per exploratores Neronis. Regnabat igitur regina Candace Nerone imperante et diu Candace aliqua ibidem regnaverat, saltem a temporibus Augusti, ut colligitur ex Strabone, qui sub Augusto floruit. Strabo enim, lib· XVII, pag. 820, narrat bellum, quo « Candace, quæ per nostra, inquit, tempora Æthiopibus imperavit, » Romanos Ægypti dominos impetiit, imperante Augusto. Itaque regnarunt in Æthiopia reginæ, quibus nomen erat Candace, saltem ab Augusto usque ad Neronis tempora ; nec addit Plinius, alio modo suis temporibus administratum fuisse Æthiopiæ regnum. Atqui sanctus Matthæus, si prædicavit in Æthiopia, eo verisimiliter venit ante imperium Neronis, aut certe Nerone non diu imperante. Omnia igitur, quæ de statu regni Æthiopiæ traduntur in Actis, prorsus videntur fictitia, nec ullam merentur fidem.

8. Non minus fictitia videntur, quæ de progressu fidei Christianæ in Æthiopia tradunt Acta. Si quis enim Actis credere voluerit, convertit S. Matthæus regem Egyppum, reginam Eufenissam, eorumque filium, a morte prius suscitatum, qui Eufranon vocatur, filiamque Ephigeniam, modo Iphigeniam passim dictam. Ecclesia quoque constructa dicitur, in qua Matthæus sederit annis 23. Hoc tempore multas fabricavit ecclesias, « constituit presbyteros et diacones,... et per civitates et castella ordinavit episcopos. » Præterea « omnia simulacra, omniaque templa » asseruntur « destructa. » Filia regis « Ephigenia » virginitatem professa, « erat præposita virginum amplius quam ducentarum. Hæc omnia facta dicuntur, vivente rege Egyppo. Eo dèfuncto, occisoque S. Matthæo ob recusatum ab Ephigenia matrimonium cum novo rege Hyrtaco, res Christianorum modico tempore minus erant prosperæ. At cum punitus a se esset Hyrtacus, et proprio se gladio occidisset, frater Ephigeniæ dici-

tur regnum adeptus, illudque tenuisse annis sexaginta tribus. « Omnes autem provinciæ Æthiopum ecclesiis repletæ Catholicis usque in hodiernum diem, inquit auctor, per Ephigeniam benedicunt Deum, et fiunt mirabilia magna ad confessionem beati apostoli Matthæi. » Itaque, si Actis credimus, circa medium sæculi II magis Catholica fide florebat Ecclesia Æthiopiæ, quam ulla alia in toto mundo.

9. At ea prorsus incredibilia sunt ex silentio omnium scriptorum antiquorum. Cum enim Æthiopia Ægypto sit contermina, non potuissent Patres aliique scriptores Christiani, qui prioribus Ecclesiæ sæculis floruerunt in Ægypto, in Palæstina, in Africa, aut etiam in provinciis ab Æthiopia magis remotis, ignorare Ecclesiam regni amplissimi adeo florentem, et de ea prorsus tacere. Deinde vero si Christiana fides tam bene fundata fuisset in Æthiopia, non potuisset eliminari, nisi gravissimis persecutionibus et longo tempore. De his autem persecutionibus saltem innotuisset illorum temporum scriptoribus, qui de illis non tacuissent, prout non omnes tacuerunt de persecutionibus Christianorum in Perside, ubi fides nunquam tam bene fuit stabilita, quam stabilitam fuisse in Æthiopia auctor Actorum confinxit. Hoc tamen argumentum nolim lector vertat contra prædicationem ipsam sancti Matthæi in Æthiopia, de qua suo loco agam : magna enim est discrepantia inter simplicem fidei prædicationem cum nonnullo etiam fructu, et conversionem totius regni, quæ ad integrum fere sæculum sine persecutionibus fuisset continuata secundum Acta, et sic optime firmata. Cæterum multa quoque alia in Actis sunt improbabilia, quæ breviter in adnotatis assignabo : nam hæc Acta, quamvis fabulosa sint, edere statui, quia Latini recentiores, qui agunt de sancto Matthæo, omnia fere sua ex illis hauserunt.

10. Acta Græca, ex quibus recentiores quidam de sancto Matthæo egerunt, nobis similiter ad manum sunt, descripta ex codice Vaticano 808 inter Græcos. Nihil hæc habent commune cum Latinis modo improbatis ; sed hisce etiam magis sunt informia, magisque ridicula, cum non nisi paucorum dierum gesta fere contineant, et nihil referant præter aliquot facta et prodigia plane incredibilia. Horum Actorum compendium dat Nicephorus Callistus, lib. II Historiæ, cap. 41. De hoc compendio Baronius in adnotatis ad Martyrologium ita loquitur. « Nonnulla de Matthæo scribit Nicephorus, lib. II, cap. 41 ; sed quæ nullius prorsus sunt testimonio comprobata. » Vel sic tamen Nicephori compendium Actis ipsis minus saltem est ridiculum ; cum multa omiserit adjuncta magis aperte fabulosa, et initio pauca præmiserit de sancto Matthæo aliunde nota. Ex iisdem Actis contractum est elogium, quod exhibent Menæa impressa ad XVI Novembris ; sed et ibi aliqua initio dicuntur ex aliis documentis accepta. Cum operæ pretium non facerem, si hæc Acta ederem, ex apographo nostro brevissimum dabo compendium, quod sufficiet ad fidem iis detrahendam.

11. Constituitur sanctus Matthæus quasi ex abrupto solus in monte orans, videnque pueros multos cum Jesu parvulo in paradiso cantantes. Mox adest Jesus oranti, et apostolus videns puerum pulcherrimum, multum sollicitudinis insinuat, quo eum modo nutrire possit in loco deserto, omni cibo et potu destitutus. At Jesus explicat quis sit, et post multos sermones minime verisimiles, quibus inter alia dicit, Herodem in inferno esse ob occisa undecim puerorum millia, Matthæo dat virgam, quam jubet plantare juxta portam ecclesiæ fundatæ ab ipso et Andrea apostolo in civitate Anthropophagorum. Virgam dicit evasuram in arborem, indeque oriturum fontem, de quo uti et de arbore adjunguntur fabellæ plurimæ ; prædictoque demum martyrio Matthæi per iguem, puer subito ad cœlum revertitur. Matthæus vero ad urbem properat, quando occurrunt Phulbana regina, Phulbanus ejus filius, et hujus uxor Erba, omnes energumeni, et Matthæo minitantes, ne plantaret virgam. At his singulis manus imponens, ejecit dæmones, et mox obvium habuit Platonem episcopum cum toto clero. Congregato deinde populo, sermonem instituit, et virgam plantat, et, jubente apostolo, Plato reginam ejusque filium et nurum baptizat. Postridie virga in arborem creverat et fluvius ex arbore egrediebatur. Populus vero manducans fructum arboris cognovit se nudum esse, erubescentesque singuli domum cucurrerunt ad vestes comparandas. Mitto nugas similes, ut citius ad fabulæ catastrophen perveniamus.

12. Phulbanus rex, excitatus a dæmone, diu frustra Matthæum comprehendere conatur, ac demum, ubi ipsum advocaverat, cæcitate percutitur. Sanatus ab apostolo; hunc vel sic comprehendit, et longis clavis terræ affigi jubet, materiemque multam facile combustibilem circa ipsum congregari, et sic comburi. Verum combusta quidem materia circumposita, non item læsus apostolus. Jussit igitur rex duodecim deos aureos et argenteos circum pyram poni, ne vis flammæ impediretur ; ipseque ad locum accessit. At ubi incensa est pyra, mox ignis recessit a Matthæo, combussitque omnes deos aureos et argenteos, fugientemque regem serpentis specie insecutus, prohibebat ab ingressu palatii sui, donec reverteretur ad Matthæum, ab eoque misericordiam peteret. Tum, orante Matthæo, igneus draco evanuit ; apostolus vero orans spiritum Deo tradidit, et quidem die 16 Novembris, si fabulatori credimus. At necdum fabularum finis. Jubet rex defuncti corpus, aureo impositum lecto, ad palatium suum perferri : deinde inclusum arcæ ferreæ; plumbo etiam gravatæ, in mare projici, ut crederet, si corpus ex mari rediret incolume. His peractis, apparet sanctus Matthæus Platoni episcopo, monetque, ut ad mare procedat ritu

ni cum clero suo. Cum ibi essent, circa sex- A et in idem recidit, sicut et reliqua omnia, duobus
ei horam videt e longinquo episcopus sanctum exceptis locis, in quibus interpres alteruter aber-
eum inter duos viros ambulantem per mare : ravit, aut codicem habuit corruptum, ut latius di-
oram videt crucem e mari emergentem, et cam, ubi agetur de prædicatione sancti Matthæi,
em crucis arcam, in qua erat Sancti corpus. ad quam locus uterque spectat, aut in Adnotatis.
utem crucem sequebatur usque ad terram. Dabo hæc Acta, etiamsi non sint auctoritatis sum-
Re intellecta, accurrit populus, et rex ipse, mæ, quia non habemus meliora de sancto Matthæo ;
ita omni incredulitate, accedit, prostratus ve- sequarque editionem Surii, altera planiorem, me-
›etit, et fidem amplectitur. Quare honorifice lioremque, ut existimo, imo ab ipso etiam Lipo-
lesiam portatur corpus sancti Matthæi. Ba- mano datam, tom. VII, ubi fol. 256 docet, inter-
› regi noctu sanctus Matthæus apparuit, et pretis esse Sirleti. Ex his autem Actis prudens
eum vocari jussit, et presbyterum ordinavit, lector colligere poterit, Metaphrasten non esse fa-
vero ejus diaconum, utriusque uxores dia- bularum inventorem, ut frequenter asserunt aliqui
as, omnium quoque mutatis nominibus. Rex critici, maxime Bailletus. Si enim fingere voluisset,
omnes in regno suo jussit esse Christianos, id facere potuisset non minus de sancto Matthæo
e rege constituto, et mortuo post triennium B et aliis apostolis, de quorum gestis pauca solum
ie, factus est episcopus, uti et filius ejus post commemoravit, quod non reperiret plura apud
. Hactenus Acta satis prolixa, sed multo ma- antiquiores. Non confinxit igitur Vitas fabulosas
bulosa, quæ patienter perlegi et in compen- Metaphrastes, sed nonnullas adoptavit, et suo
contraxi, omissis tamen visionibus et aliis stylo exposuit.
ilibus non paucis, ut quilibet videre possit, 15. Orationem encomiasticam de sancto Mat-
› quoque fidei esse tradita apud Nicephorum, thæo apostolo evangelista etiam scripsit Nicetas
iæis, et fortasse alibi. Civitas Myrmene, quæ David, aut Paphlago, qui eodem fere cum Meta-
ntum Actorum loco nominatur, æque ficti- phraste vixit tempore, paulo tamen videtur anti-
, opinor, quam reliqua omnia ; et regio An- quior. Hanc Nicetæ orationem Græco-Latinam edi-
›phagorum, etiamsi non defuerint Anthropo- dit Combefisius in *Auctario novissimo*, pag. 401.
, sive humana vescentes carne, similiter ab Illam recudere nequaquam libet, quia nihil fere
e videtur conficta. Plato episcopus, ejusque habet de gestis sancti Matthæi præter vocationem et
sor Phulbanus, et hujus filius non minus Evangelium scriptum. De prædicatione vero pau-
iæ videntur commentitiæ. Certe de Platone ciora narravit, quam Metaphrastes, cum tamen
unde nihil invenio, nedum de aliis, ut om- C oratio multo sit prolixior ob vagas laudationes.
iat verisimile, Platonem ex his quoque Actis Afferam itaque ex ea in Commentario, quidquid
rari in elogio S. Matthæi, quod reperitur in utile videbitur ad propositum nostrum. Laudatus
›gio Basiliano, et plura in isto elogio ex his Allatius pag. 122, inter Vitas Sanctorum, quæ non
leprompta esse, licet non omnia congruant. sunt Metaphrastæ, recenset. « Acta sancti apostoli
Alia rursum sancti Matthæi Acta conscripsit et evangelistæ Matthæi, quorum tale dat princi-
n Metaphrastes, quæ Græca ad manum non pium : Ματθαῖος ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς ἦν μὲν
, nec tanti facienda sunt, ut studiose modo ἐκ πόλεως Ἱερουσαλήμ. « Matthæus apostolus et
nda existimem : nam ea Latine edidit Lipo- evangelista erat ex civitate Hierosolymitana. »
, tom. V, fol. 137 et 138, et Surius ad hunc Auctoris est ignoti, et verisimiliter posterioris
Hæc minus fabulosa sunt, sed brevia omnino Niceta et Metaphraste. Prodit ille jam allegatis
na, ut vix quidquam afferant de Sancto, quod verbis, quam nihili sit faciendus, dum sanctum
e non sit notum. Pauca autem illa, quæ de Matthæum facit Hierosolymitanum, cum vix ullum
›atione Sancti dicuntur, non sunt fidei indu- sit dubium, quin sit Galilæus, ut suo loco dicetur ;
; sed tantæ solum auctoritatis, quanta solet ut certe nulla sit ratio quæ persuadere possit
esse auctoritas Metaphrastis. Surius eamdem Hierosolymitanum fuisse. Non habeo ad manum
Metaphrastis lucubrationem, sed alio modo D hæc Acta, facitque allegatum initium, ut ea stu-
redditam, quo factum est, ut Baronius di- diose quærenda non censeam. Exstant et plures de
crediderit lucubrationes, cum non sit nisi sancto Matthæo sermones, sed qui ad gesta ipsius
idemque Græca, quam inter Vitas a Meta- examinanda aut enarranda nihil conducunt. Tres id
e scriptas memoravit Allatius de Simeonum genus sermones habet S. Petrus Damianus tom. II
s, pag. 126, recitans initium Actorum Græ- Operum.
, ἤδη μὲν τὸν παρὰ τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς δο- 16. Scriptores posteriorum sæculorum Latini,
φυλάττοντες ἐντολήν, quod ita expressum est qui gesta S. Matthæi enarrare voluerunt, omnia
ipomanum : « Jam quidem nos, quod ab eo, fere hauserunt ex Actis primo loco edendis, quæ
s finxerat, datum fuerat præceptum, servan- certo antiqua magis sunt, quam probabilia. Illa
Apud Surium vero : « Si præceptum illud, fere integra dat Vincentius Bellovacensis, in *Spe-*
b eo, qui formavit, injunctum nobis fuit, *culo*, lib. IX. cap. 74 et seqq. Jacobus Januensis
s voluissemus. Utraque expositio apta est, cap. 135 ex iisdem Actis omnia deprompsit præter

ea quæ ratiocinando de virtutibus Sancti addidit. Eadem rursum Acta fere sequitur Petrus de Natalibus, lib. VIII, cap. 100 ; tam presse tamen Actis non inhæret, ut subinde non addat aliquid aut mutet secundum ea quæ alibi legerat. Baronius in Adnotatis ad Martyrologium duos sui temporis de S. Matthæo scriptores recenset his verbis : « Perionius alia nuper conscripsit, » Acta videlicet : « Novissime vero ex antiquis monumentis, et sanctorum Patrum scriptis collegit rev. dominus Marcus Antonius Columna, archiepiscopus Salernitanus, et sane quidem erudite. » Uterque Acta prima præ oculis habuit, et sine scrupulo secutus est : aut potius ipsa Acta pseudo-Abdiæ dedit Perionius, omissis duntaxat paucissimis, et additis initio paucis, prout Acta in codice aliquo forsan invenit : B nam et in editione Historiæ apostolorum, quam anno 1571 dedit Joannes Faber, non pauca sunt omissa, quæ in plerisque codicibus leguntur. Illustrissimus Columna undique sua collegit sine crisi sufficiente, quod ætati ipsius condonari potest. Reliquis tamen Actis prætulisse videtur personati Abdiæ Historiam, cui nonnulla ex Metaphraste, et plura ex Actis Græcis, sive ex compendio Nicephori adjunxit. Meliora tamen etiam dedit ex sacris Litteris et Patribus. Examinabo igitur et subinde laudabo asserta Columnæ, uti et Baronii in Annalibus, Tillemontii in *Monumentis Ecclesiæ*, tom. I, aliorumque recentium, qui accuratiorem crisim profitentur.

17. Laudatus Columna archiepiscopus non solum C de gestis et martyrio sancti Matthæi Commentarium edidit, sed varias quoque corporis translationes sermone prolixo magis, quam probabili, enarravit. Vidit procul dubio Baronius non cohærere relationem Columnæ, cum illam non ignoraverit, nec tamen quidquam ex ea Annalibus suis inseruerit ; quamvis ad annum 954 ex Leone Ostiensi, et ad annum 1080 ex Gregorii Papæ VII Epistola de inventione et translatione corporis agat. Quapropter vel solo silentio suo eminentissimus scriptor declaravit, suspecta sibi falsitatis esse adjuncta locorum, personarum et temporum, quæ in Historia translationum apud Columnam reperiuntur. Habeo Acta ms., Salerno olim ad majores nostros transmissa, ex quibus video sua hausisse laudatum Marcum Antonium Columnam Marsilium. D Vellem sane, ut ea potius severa crisi castigasset, aut omnino etiam abjecisset, tanquam improbabilia. At, cum istud non fecerit, pro instituto Operis nostri id mihi faciendum video. Geminum est scriptum, alterum altero paulo prolixius ; sed eadem in utroque referuntur facta. Quod brevius est, hunc habet titulum : « Sermo venerabilis Paulini, Legionensis Britanniæ urbis episcopi, de translatione sancti Matthæi apostoli ab Æthiopia in Britanniam, itemque de Britannia in Italiam. » Post medium rursum hic legitur titulus : Miracula sancti apostoli et evangelistæ Matthæi per eumdem Paulinum. » In prolixiori unicus initio est titulus ita expressus : « Incipit translatio B. Matthæi apostoli et evangelistæ. » In utroque præmittitur Actorum compendium ex pseudo-Abdiæ Historia ita desumptum ut paucissima tamen, eaque nihilo meliora, addita sint aut mutata.

18. Deinde sequitur translatio tam ridicule conficta ex Æthiopia in Britanniam, ut vel ex ea liqueat, auctorem crisi historica prorsus fuisse destitutum. Nam, ut alia mittam improbabilia, mercatores Britannos auctor perducit in Æthiopiam, paucisque diebus reducit in Britanniam. Inter gentes vero, a quibus vastatam circa sæculum IV Æthiopiam fingit, nominat Sarmatas. Utrumque certo tam improbabile videbitur historico cuilibet geographiæ utcunque perito, ut necesse non sit exagitare alia rei peractæ adjuncta plane ridicula, præsertim cum auctor certo non vixerit ante sæculum X, nec ullos nominet testes vetustos, ex quorum scriptis sua hausisset. Quin imo ipse Paulinus, Legionensis aut Leonensis in Britannia Armorica episcopus, cui scriptum illud attribuitur, persona videtur fictitia, cum Sammarthani tom. II *Galliæ Christianæ*, ubi dant catalogum episcoporum Leonensium, nullum inter illos exhibeant Paulinum, neque hunc alibi inveniam. Chronotaxis non est melior, quam crisis historica : nam mortuus statuitur sub Galba, id est, anno æræ Christianæ 68 aut 69. Tum dicitur trecentis annis et ultra religio Christiana floruisse in Æthiopia. Mox sequitur regni vastatio et translatio, ut hæc figenda esset sæculo IV exeunte aut sæculo V. Attamen asserit auctor, corpus in Britanniam Armoricam venisse, dum regnabat ibidem Salomon, qui post medium sæculi IX regnare cœpit secundum chronotaxim Lobineau in *Historia Armoricæ* ad annum 857. Rursum quadraginta et novem annos numerat a corporis translatione in Britanniam, quando Salomon rex a suis fuit occisus. At laudatus Lobineau non totos viginti annos regno Salomonis attribuit.

19. Mox ineptus commentorum consarcinator inducit Flavium Romanorum patricium, Salomonis occisi socerum, de ejus morte scribente ad Valentinianum imperatorem ; Valentinianum vero ingentem in Italia classem collegisse asserit, eique exercitum imposuisse, et sic expugnasse regnum Britanniæ, et ea occasione corpus in Italiam translatum. At quam illa sint inepta, nemo non videbit, modo consideraverit, ultimum ex tribus Valentinianis plus quam quatuor sæculis mortuum esse ante Salomonem Britanniæ regem. Mitto adjuncta rerum plurima æque inepta, et pergo ad inventionem in prolixiori solum scripto relatam. Dicitur illa contigisse anno 954, quando principatum Salernitanum obtinebat Gisulphus. Hæc epocha suo loco confirmanda veniet. Interim moneo, multa rursum improbabilia et inepta historiæ inventionis admisceri. Has ob causas totam illam translationis historiam, utpote sexcentis fabulis aut ineptiis fœdatam, omit

statui. Cum tamen posteriora minus saltem a appareant, quod scriptor hisce propinquior ; illa subinde conferam cum aliis documentis, n relatis ab illustrissimo Columna Marsilio, Commentario studiosus lector sit inventurus, quid tolerabile in illis scriptis apparet Ughel- om. VII *Italiæ sacræ* in archiepiscopis Saler- is variis locis de translatione et inventione i Matthæi agit, et multum laudat Opusculum lii, quod ex mss., de quibus agimus, concin- n est. Quapropter studiose ex scriptoribus ævi singula suis locis examinare conabimur.

3. Matthæi vocatio ex Evangelio cum observa- tibus Patrum : aliquot controversiæ ad San- m spectantes.

Pauca admodum de sancto Matthæo innotuerunt angelio, in quo sola Sancti vocatio cum secuto vio, et deinde electio ad apostolatum enarra- xceptis tamen nonnullis, quæ generatim de ous apostolis referuntur Matthæus ipse cap. lata Capharnai sanatione paralytici, ℣ 9 voca- n suam narrat his verbis : « Et cum transiret Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, æum nomine, et ait illi : Sequere me ; et ns secutus est eum. » Marcus cap. II, ℣ 13 idem at hoc modo : « Et egressus est rursus (Jesus) are : omnisque turba veniebat ad eum, et at eos. Et cum præteriret, vidit Levi Alphæi tem ad telonium, et ait illi : Sequere me, et ns secutus est eum. » Uterque subjungit illa, facta sunt, quando in domo Matthæi accum- Jesus. At satis erit, si de illo convivio dede- verba Lucæ, qui cap. V a ℣ 27 de vocatione uto convivio ita loquitur : « Et post hæc exiit, lit publicanum nomine Levi, sedentem ad um, et ait illi : Sequere me. Et relictis om- , surgens secutus est eum. Et fecit ei con- n magnum Levi in domo sua, et erat turba publicanorum, et aliorum, qui cum illis erant nbentes. Et murmurabant Pharisæi et Scribæ , dicentes ad discipulos ejus : Quare cum anis et peccatoribus manducatis et bibitis ? pondens Jesus, dixit ad illos : Non egent, qui unt, medico, sed qui male habent. Non veni e justos, sed peccatores ad pœnitentiam. » nus evangelistæ de vocatione.

Ad allegata autem evangelistarum verba vare possumus, sanctum Matthæum fuisse um prope civitatem Capharnaum ad mare æe, sive Tiberiadis, alias lacum Genesareth in uris dictum, ubi erant solvenda vectigalia. Marcus clare ait ℣ 1, Jesum venisse Caphar- , ibique sanasse paralyticum, tum rursum egressum, et Matthæum sive Levi vocasse. æus vero dicit, Jesum venisse in civitatem , ubi nimirum tunc habitabat, ut idem Mat- cap. IV ℣ 13 testatur his verbis : « Cum audisset Jesus, quod Joannes traditus esset, sit in Galilæam : et relicta civitate Nazareth, venit, et habitavit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon et Nephthalim, ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam : Terra Zabulon et terra Nephthalim, via maris trans Jordanem, Galilæa gentium, populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam ; et sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. » Recte Chrysostomus, hom.29, aut 30 in Matthæum, de verbis allegatis dicit : « Civitatem suam hic Capernaum appellat : nam, quæ tulit ipsum Bethleem fuit : quæ educavit. Nazareth ; quæ inhabitantem habuit, Capernaum. » Habitabat igitur Capharnai Jesus, ubi Matthæus procul dubio eum frequenter viderat, multaque audierat miracula, quæ partim Capharnai, partim in locis vicinis patrata fuerant a Jesu, antequam ipsum vocabat, ut rursum observat Chrysostomus, hom. 30, aut 31. Datæ autem observationes sanatioque paralytici paulo ante facta ostendunt, quam inepte Julianus et Porphyrius vocationem Matthæi Christianis objecerint tanquam incredibilem, ut recte advertit S. Hieronymus in caput IX Matthæi, ubi illis plura respondet.

22. Vel sic tamen nihil detrahendum est promptæ obedientiæ Matthæi, de qua laudatus Chrysostomus ita ratiocinatur : « Ut didicisti vocantis potestatem, sic disce vocati obedientiam. Neque enim repugnavit, neque dubitans dixit : Quid hoc est ? Num me hominem hujusmodi fraudulenter vocat ? Nam certe intempestiva fuisset hujusmodi humilitas. Sed statim obedivit : neque petiit ut domum ire liceret, ut rem cum suis communicaret, quemadmodum etiam piscatores fecerunt. Ut enim illi retia, naviculam, et patrem, ita et hic teloniariam mensam et lucrum reliquit, ut sequeretur, ad omnia paratum animum exhibens : et a rebus omnibus sæcularibus se statim abscindens, per obedientiam perfectam testificabatur, quam tempestive vocatus fuisset ». S. Basilius in Regulis fusius tractatis, interr. 8, magis etiam exaggerat promptam sequentis obedientiam, ita scribens : « Matthæus vero, cum ab ipso telonio surrexit, Dominumque secutus est, (nos docuit :) qui non telonii solum emolumenta reliquit, sed pericula etiam contempsit, quæ a magistratibus tum sibi tum consanguineis suis impendebant, quod vectigalium rationes reliquisset infectas. Antiquus anonymus ad præsidium, cujus Epistola inter Opera S. Hieronymi editionis Martianeæ habetur tom. V, col. 146, observat etiam alia, ita loquens : « Matthæus sedens ad teloneum audit : Sequere me. Numquid prius, ratiocinia supputavit, et reversus domum suorum passus est lacrymas, prædiorumque auctione sollicitus, nequaquam potuit Domini sequi vestigia, nisi mundi se prius onere liberaret ? » Ita quidem anonymus hic cum S. Basilio videtur insinuare, rationes fuisse reddendas sancto Matthæo de accepta ex vectigalibus pecunia, nec tamen de iis reddendis fuisse sollicitum. Verum ea observatio æque mihi in-

certa et parum probabilis apparet, ac aliis jam visa est, nisi eam solum intelligamus de prompta voluntate ad faciendum quidquid juberet Dominus, cum satis nosse posset nihil mali jussurum. Quod vero spectat ad rationes officii magistratibus reddendas, conjicere possumus, aut obligatum non fuisse Matthæum ad eas reddendas, quod fortasse pater ipsius Alphæus etiam tum viveret, aut, si Matthæus omnino caput familiæ suæ esset, et vectigalibus præfectus, Dominum eidem post primam obedientiam mandasse, ut vel rationes cito redderet, vel eam curam alteri demandaret. Certe convivium, quod in domo sua Christo multisque publicanis exstruxit Matthæus, abunde insinuat, ipsum facile in alios transfundere potuisse, quidquid obligationis ex officio contraxerat.

23. Porro laudati Chrysostomus et Hieronymus cum laude observant candorem et humilitatem S. Matthæi, quod ipse in Evangelio professus sit, publicanum se fuisse, ususque sit nomine suo magis vulgato, cum Marcus et Lucas Levi ipsum nominent, dum scribunt vocationem ; Matthæum vero, dum eumdem apostolis annumerant. Si idem fecisset Matthæus ipse, et similiter in catalogo apostolorum publicanum se non nominasset, nullus deinde ex Evangelio nescire potuisset, publicanum fuisse Matthæum, aut eumdem cum Levi. Audiamus verba sancti Hieronymi : « Cæteri evangelistæ, inquit, propter verecundiam et honorem Matthæi, noluerunt eum nomine appellare vulgato, sed dixerunt, Levi ; duplici quippe vocabulo fuit. » Ipse autem Matthæus secundum illud, quod a Salomone præcipitur : « Jesus accusator est sui in principio sermonis. » Et in alio loco : « Dic tu peccata tua, ut justificeris ; Matthæum se et publicanum nominat, ut ostendat legentibus, nullum debere salutem desperare, si ad meliora conversus sit, cum ipse de publicano in apostolum sit repente mutatus. » Eadem fere observat Chrysostomus, qui adjungit etiam sequentia : « Cur porro dixit, ipsum sedisse in telonio ? Vocantis vim ostendens, quod cum nondum destitisset, et improbo telonio hæreret, ex mediis ipsum malis extraxerit. » Et mox de officio publicanorum ita mentem suam declarat : « Hæc autem lucrandi ratio impudentia plena erat ac petulantia, quæstus iniquus ac mercatura illiberalis. » Hinc S. Gregorius, hom. 24 in Evangelia advertit, Petrum quidem aliquando rediisse ad piscationem, sed Matthæum nunquam ad officium publicani periculo plenum. « Quia aliud est inquit, victum per piscationem quærere, aliud autem telonii lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia, quæ sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est ut post conversionem animus non recurrat. Laudatus Gregorius, lib. XVIII Moralium in Job cap. 27 de magna sancti Matthæi mutatione ita loquitur : « Annon Matthæus in terra inventus est, qui, terrenis negotiis implicatus, telonii usibus serviebat ? Sed de terra sublatus, in fortitudinem ferri convaluit : cujus videlicet lingua, quasi acutissimo gladio, Evangelii administratione Dominus infidelium corda transfixit : et qui infirmus prius despectusque fuerat per terrena negotia, fortis postmodum factus est ad cœlestia prædicamenta.

24. Quod ab Hieronymo supra dictum est de gemino nomine apostoli, qui Matthæus vocabatur et Levi , ut omnes passim animadverterunt, et Evangelia clarissime insinuant, videtur negasse Origenes, lib. I *Contra Celsum*, num. 62, ubi hæc habet : « Sit et Levi publicanus, qui Jesum secutus sit. At non fuit ille ex apostolorum numero, nisi juxta quædam Evangelii secundum Marcum exemplaria. » Novissimus editor Operum Origenis, Carolus Delarue, tom. I, pag. 376 in Adnotatis addit alios, ita scribens : « Levin a Matthæo distinguit etiam Heracleon hæreticus Valentinianus apud Clementem Alexandrinum IV *Stromat.* pag. 502, et inter recentiores Hugo Grotius, magnum apud Calvinianos aliosque heterodoxos nomen. Præmittit de Origene, quod « Levi cum Matthæo eumdem prorsus hominem esse videatur sentire in Præfatione explanationis in Epistolam ad Romanos. » Verba ipsa Origenis ex antiqua editione (nam tomum IV novæ necdum habemus) subjungo. Observat Origenes, multis duo aut tria fuisse nomina, interque eos nominat Matthæum, ita scribens : « Nam et Matthæus ipse refert de se, quod cum transiret Jesus, invenit quemdam sedentem ad telonium, nomine Matthæum. Lucas vero de eodem dicit, quia cum transiret Jesus, quemdam vidit publicanum, nomine Levi, et dixit, Sequere me... Certum est autem, evangelistas non errasse in nominibus apostolorum ; sed quia moris erat binis vel ternis nominibus uti Hebræos, unius ejusdemque viri diversa singuli nominum vocabula posuere. » Hic non modo Matthæum et Levi eumdem declarant Origenes ; sed etiam ostendit eumdem esse, cum Lucas, uti et Marcus, idem plane de Levi narraverit, quod Matthæus de se. Quapropter, si Origenes, contra Celsum scribens, revera Levi alium a Matthæo crediderit, postea frequentiori usu sacræ Scripturæ errorem correxit. At fortasse Origenes allegata verba solum protulit ex mente aut dictis Celsi, contra quem de re omnino alia disserebat. Quod spectat ad Heracleonem et Grotium, relinquemus illis opinionem suam improbabilem, a variis jam refutatam, et pergemus ad aliam controversiam magis ambiguam.

25. Recentiores Græci, sive illi, qui medio ævo floruerunt, S. Matthæum existimant fratrem esse S. Jacobi Alphæi apostoli, sibique faventes habent nonnullos e Patribus ; sed aliqui resistunt eruditi neoterici. Henschenius noster ad I Maii examinavit sententiam Græcorum in S. Jacobo, sive tom. I Maii, pag. 19, ubi pro illa sententia laudat Menologium Basilianum, Synaxarium pervetustum Con-

nopolitanum, Menæa impressa et varios
ıs mss. Græcorum, Nicetam Davidem Paphla-
ıı, sæculi IX scriptorem, aliosque. Ostendit
rea Chrysostomum et Theodoretum ejusdem
videri sententiæ, quia prior inter apostolos
rat duos publicanos Matthæum et Jacobum,
amen nulla sit ratio cur dicamus Jacobum
ıi fuisse publicanum, nisi quod videatur
frater Matthæi, alter vero utrosque dicit
ırnaitas, quod similiter nulla ratione dicere
ıt, nisi credidisset fratrem Matthæi, qui habi-
Capharnai : neque enim ullibi in Scripturis
r, ubi natus fuerit Jacobus Alphæi, aut quale
m ante apostolatum gesserit. Papebrochius
, tom. VI Maii in Alphæo, quem utriusque
n statuit, pag. 354, eamdem amplexus est et
mavit sententiam. Ratio Græcorum haud du-
t, quod Jacobus æque ac Matthæus patrem
ırit Alphæum, nec ulla sit ratio dicendi,
fuisse Alphæum patrem Matthæi, alium pa-
Jacobi. Tillemontius in Matthæo agnoscit,
ostomum, Theodoretum, recentioresque Græ-
ımnes in eam conspirasse sententiam, ut
atthæum et Jacobum Alphæi fratres crede-
quia ambo dicuntur Alphæi utique filii. Asse-
ıen Laconica brevitate, nullam ea in re esse
peciem. Tillemontii Laconismum adoptavit
ıtus initio præfationis suæ in Matthæum,
ı plane dicens, et locum Operis nostri vitiose
ıatum apud Tillemontium, eodem plane modo
ıans, ut ne legisse quidem videatur argumenta
henii in Opere nostro.

Si eadem brevitate dixero, ineptam esse Tillemontii crisim, quam adoptavit Calmetus, id ægre ferre poterit, quia, sicut opinio majo-ıostrorum visa est ipsi carere veri specie, ita et ıssertum istud omni videtur ratione destitu-ideoque ineptissimum. Nolim tamen solum ı, et nihil probare. Quare rationes latius vi-ıs locis supra dictis breviter explico. Admittit ıontius, sancto Matthæo cognomen Alphæi verisimiliter a patre. Jacobus autem in omni-uatuor apostolorum catalogis, id est, Matth. ro, III, Luc. VI, et Act. I constanter nominatur us Alphæi, nec unquam in sacris Litteris omine designatur. Velim modo scire unde si nomen tam constanter habeat Jacobus, nisi re. Certe nulla ratio dabitur idonea præter Jam vero adverto, Alphæi nomen nullibi in ı Litteris reperiri, nisi ubi agitur de Matthæo acobo, ut minime dicere possimus, nomen ı multis commune : et hac de causa tanto milius est, eumdem fuisse Alphæum, qui pater Matthæi et Jacobi, prout Græci omnes existi-post Chrysostomum et Theodoretum. Ratio x utriusque cognomine petita non debebat tam imbecillis videri Tillemontio, qui eadem oluit nota 2 in sanctum Judam Jacobi, aut-dæum, ubi disserit contra Chrysostomum, dis-

A tinguentem inter sanctum Judam Thaddæum apostolum, et Judam fratrem Jacobi minoris. Si eo in loco visum est argumentum idoneum et summi momenti, ubi tamen non valebat, quia adhibebatur ad fratrem inquirendum, non debebat hic videri carens specie veri, cum adhibetur ad communem utriusque patrem investigandum : pater enim istis cognomentis in genitivo positis solet significari, ut Simon Joannis, id est filius Joannis, Jacobus Zebedæi, id est filius Zebedæi, non frater ; aut certe non produxit Tillemontius ullum exemplum fratris per tale cognomen indicati.

27. Itaque minime contemnendum videri debet argumentum : nec credo, tale visum esse Tillemontio. At habuit aliam rationem negandi, fratres B fuisse Matthæum et Jacobum Alphæi, eamque, ut existimo, noluit indicare. Sustinuerat, contra auctoritatem plerorumque Patrum, et contra satis clara, ut videtur, sacræ Scripturæ argumenta, Jacobum Alphæi eumdem esse cum Jacobo fratre Domini. Quare cum certum sit, Matthæum non esse fratrem Jacobi fratris Domini, non poterat amplius dicere, fratrem esse Jacobi Alphæi ; ideoque maluit argumenta Henschenii contemptim abjicere, quam difficili responso iis satisfacere. Verum illam quæstionem tum hac de causa, tum ob S. Cleopham cum eadem connexum, examinavi in Dissertatione prævia, credoque me satis ostendisse sententiam Tillemontii nec cum sacris Litteris conciliari posse, et Patribus certo contrariam esse, ne nihil plane C ex illa haberi possit contra germanitatem Matthæi et Jacobi. Quæro itaque rationem idoneam cur fratres esse nequeant Matthæus et Jacobus Alphæi, et nullam plane invenio. Etenim cum Matthæus convivium Christo exstruxerit, cui cum multis publicanis interesse dignatus est Dominus ; satis est verisimile, quosdam ex convivis fuisse conversos, et ad Christi discipulatum pertractos, et nominatim Jacobum Alphæi ea occasione secutum. Murmurantibus de illo convivio Pharisæis respondit Christus : « Non veni vocare justos, sed peccatores. » Cur igitur suspicari non possumus, in illo convivio aut illius occasione vocatum esse Jacobum Alphæi, qui in catalogo apostolorum Matth. X statim post Matthæum sequitur, quemadmodum etiam D fit Act. I ? In duobus alliis catalogis Thomas iis interponitur solus. Itaque ubique in catalogis apostolorum Jacobus Alphæi sequitur non longe post Matthæum, ut verisimillimum fiat Jacobum non diu post Matthæum a Christo ad sequendum fuisse vocatum.

28. Dicet fortasse nonnemo, Matthæum et Jacobum Alphæi nullibi in Evangelio fratres vocari, prout fratres subinde vocantur Petrus et Andreas, Joannes et Jacobus. Verum id nequit objici a Tillemontio et Calmeto, nec ab ullis qui Jacobum Alphæi dicunt fratrem Judæ Thaddæi. Si enim credant, hos fratres esse potuisse, etiamsi in catalogis apostolorum nunquam fratres vocantur :

immerito idem negabunt de Matthæo et Jacobo Alphæi. Imo non deerit ratio, qua horum germanitatem omittere potuerint evangelistæ. Nam Matthæus ex proprio Evangelio notus erat, ut publicanus. Quare si evangelistæ Jacobum Alphæi dixissent Matthæi fratrem, insinuassent simul publicanum fuisse, aut certe publicani fratrem. Atqui, ut observarunt Chrysostomus et Hieronymus Marcus et Lucas, quando narrant Matthæi vocationem, ipsum Levi vocant, ne indicent, Matthæum fuisse publicanum. Cur igitur non potuerunt omnes de honore sancti Jacobi Alphæi æque fuisse solliciti, ideoque silere fratrem fuisse publicani? Sententia igitur Chrysostomi, Theodoreti et totius Græcorum Ecclesiæ, mihi admodum verisimilis apparet et probabilis, cum quia solido nititur argumento ex utriusque apostoli cognomine Alphæi deducto, tum quia nullas patitur difficultates. Calmetus quidem in Dictionario Biblico duos statuit Alphæos, alterum sancti Matthæi patrem, alterum patrem S. Jacobi Alphæi, eumque vult alio nomine Cleopham dictum. At respondeo, nullam esse necessitatem statuendi duos Alphæos, aut dicendi, Cleopham alio nomine Alphæum dictum, nisi illis, qui contra sanctos Patres Jacobum Alphæ, cum Jacobo fratre Domini confundunt, minimeque dubitare me, quin statim agnoscerent, fratres videri Matthæum et Jacobum Alphæi, nisi hunc fratrem Domini esse vellent.

29. Annum et mensem, quo contigit vocatio S. Matthæi, non inquiro, ne cogar quæstiones alias pertractare. De ordine solum, quo inter duodecim vocatus est, pauca libet dicere. Non fuit inter primos vocatus sanctus Matthæus : nam certo præcesserant Andreas, Petrus, Jacobus, Joannes, Philippus et Nathanael sive Bartholomæus, qui in omnibus quoque apostolorum catalogis numerantur ante Matthæum. De Thoma dubitari potest, fueritne ante, an post Matthæum, discipulis Christi annumeratus. Matthæus ipse Thomam sibi præponit, et Act. I, Thomas non solum Matthæo, sed etiam Bartholomæo præponitur. Apud Marcum vero et Lucam in Evangeliis Thomas Matthæum sequitur. Itaque, cum vocatio Thomæ non sit exposita in Evangeliis, et modo præponatur modo postponatur Matthæo, plane dubium est et incertum, uter ex illis vocatus sit prior. Reliqui vero quatuor, nimirum Jacobus Alphæi, Judas Thaddæus, Simon Chananæus, et Judas Iscariotes proditor, cum constanter in omnibus catalogis post Matthæum recenseantur, etiam verisimiliter post ipsum sunt vocati, ita ut Matthæus videatur septimus aut octavus fuisse inter duodecim apostolos : in duobus enim catalogis septimus ponitur, in aliis duobus octavus. Porro electio duodecim apostolorum a tribus evangelistis refertur non diu post vocationem Matthæi, prætermissa vocatione quatuor posteriorum, uti et Thomæ. Deinde nihil particulare de S. Matthæo narratur in Evangeliis aut in Actibus apostolorum. Varia tamen referuntur de apostolis omnibus generatim, videlicet quod Christus ipsos donaverit potestate expellendi dæmones infirmosque sanandi, ac præclaris instructos monitis, ad prædicandum per Judæam miserit ; quod in ultima cœna cum Christo fuerint, exiverintque ad villam Gethsemani, et deinde, eo capto, fugerint, quod Christum variis vicibus viderint post resurrectionem, et demum in cœlum ascendentem conspexerint, quod unanimiter in oratione perseveraverint cum Maria Matre Dei et aliis quibusdam, ubi et Mathias Judæ substitutus, donec ibidem Spiritum sanctum acceperint. Hæc certo de apostolis generatim narrantur, et de sancto Matthæo vera sunt. Sic videtur de omnibus apostolis Act. V narrari, carceri infectos fuisse a principe sacerdotum, per angelum vero eductos ; iterumque captos et cæsos, atque ita dimissos. Post quæ sub ungitur, v. 41 : « Et illi quidem (apostoli) ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Omni autem die non cessabant in templo et circa domos docentes et evangelizantes Christum Jesum. » Mitto alia non æque certo de omnibus dicta.

§ III. *Evangelium scriptum : spectantia ad illud examinantur.*

30. De Evangelio per sanctum Matthæum conscripto, priusquam Judæa excederet, aliis quoque gentibus prædicaturus, Eusebius, lib. III, cap. 24 ita loquitur : « Matthæus cum Hebræis primum fidem prædicasset, inde ad alias quoque gentes profecturus, Evangelium suum patrio sermone conscribens, id, quod præsentiæ suæ adhuc superesse videbatur, scripto illis, quos relinquebat, supplevit. » Insinuat allegatis verbis Eusebius, Matthæum scripsisse sermone Hebraico, qualis tunc erat usitatus apud Judæos, non quidem puro et vetusto, sed nonnihil corrupto ex Chaldaico et Syriaco, ut alii jam observarunt. Innuit præterea, primum omnium ex evangelistis scripsisse Matthæum; mox enim addit, postea scripsisse Marcum et Lucam, ac demum Joannem. Deinde cap. 38 hæc allegat Papiæ, qui cum discipulis apostolorum vixerat de sancto Matthæo verba : « Matthæus quidem, inquit, Hebraico sermone divina conscripsit oracula : interpretatus est autem unusquisque illa, prout potuit. Verba sancti Irenæi laudatus Eusebius, lib. V, cap. 8 de Matthæo adducit hoc modo : Matthæus, inquit, apud Hebræos propria eorum lingua conscriptum Evangelium edidit, dum Petrus ac Paulus Romæ Christum prædicarent et Ecclesiæ fundamenta jacerent. » Data verba leguntur apud Irenæum, lib. III *Contra hæreses*, cap. I, ubi similiter innuitur, primum inter evangelistas fuisse Matthæum ; licet alias non careant aliqua difficultate pro tempore Evangelii a Matthæo scripti, ut postea videbimus. Adducit Eusebius, lib. VI, cap 25 etiam verba Origenis, dicentis ex traditione, « primum scilicet Evangelium scriptum esse a Matthæo,... qui illud

Hebraico sermone conscriptum Judæis ad fidem conversis publicavit. »

31. S. Hieronymus in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum de sancto Matthæo ita habet : « Matthæus, qui et Levi, ex publicano apostolus, primus in Judæa propter eos, qui ex Circumcisione (id est, ex Judæis) crediderant, Evangelium Christi Hebraicis litteris verbisque composuit. Quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Cæsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoque a Nazaræis, qui in Beræa urbe Syriæ hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit. In quo animadvertendum, quod, ubicunque evangelista, sive ex persona sua, sive ex persona Domini Salvatoris, veteris Scripturæ testimoniis abutitur, non sequatur Septuaginta translatorum auctoritatem, sed Hebraicam. E quibus illa sunt: « Ex Ægypto vocavi Filium meum. » Et : « Quoniam Nazaræus vocabitur. » Chrysostomus, hom. 1, in Matthæum de iisdem hæc scribit : « Narratur porro, Matthæum, accedentibus rogantibusque Judæis, qui crediderant, ea quæ verbis protulerat, litteris descripta iisdem reliquisse, et Hebraice Evangelium scripsisse. Idem, hom. 4, advertit, primum ex evangelistis scripsisse Matthæum. Sanctus Augustinus, lib. 1 *De consensu evangelistarum*, cap. 2, cæteris consentit de scripto primum a Matthæo Evangelio, et de sermone, quo illud conscripsit, ait : « Horum sane quatuor solus Matthæus Hebræo scripsisse perhibetur eloquio. » Missis aliis, qui idem affirmant, solum addo verba S. Epiphanii Hæres. 51, cap. 5, ita scribentis : « Matthæus igitur primus Evangelii scribendi provinciam nactus est, ut diximus; idque ei jure merito contigit. Oportebat enim, eum ipsum, qui ad conciliandam humano generi salutem advenerat, quique ita dixerat : « Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam : « ad eorum, qui servandi erant exemplum, ei homini potissimum prædicandæ salutis munus injungere, qui ab innumeris peccatis conversus, et a telonio suscitans fuerat, ac se ab omni scelere et injustitia revocarat; ut ab illo, quanta sibi esset adventu Christi humanitas collata, mortales discerent... Hic igitur Matthæus Hebraica lingua scripsit ac prædicavit Evangelium, » etc.

32. De scripto per Matthæum Evangelio, et quidem antequam alii evangelistæ scriberent, consenserunt posterioribus saltem sæculis ita omnes, ut necesse non sit plura de iis dicere. Verum, quantacunque etiam sit auctoritas et antiquitas Patrum consentientium, scriptum fuisse sermone Hebraico, fuerunt heterodoxi nonnulli, qui illam adeo communem Patrum sententiam oppugnare non dubitarunt, et existimare maluerunt, Græce potius scriptum fuisse Evangelium a Matthæo. Inter hos est Samuel Basnagius, qui in *Annalibus politico-ecclesiasticis* ad annum Domini 64, num. 13 fatetur consensum antiquorum his verbis : « Magna antiquorum omnium conspiratio est, Hebraico sermone Evangelium Matthæi fuisse vulgatum. » Tum subdit : « Quæ eruditis bene multis etiamnum arridens traditio, non æquis sane auribus a nobis auditur. » Fatetur igitur Basnagius, ne æquis quidem auribus a se audiri, quod toti placuit antiquitati. Audiamus ac de re judicium alterius heterodoxi, videlicet Guilelmi Cave in *Historia litteraria*, sæc. 1, pag. 6, in S. Matthæo : « Et quidem Historiam suam evangelicam Hebraice scripsisse, inquit, miro sane consensu tradunt veteres, adeo ut totius pene antiquitatis testimonio refragari hæc in re nefas sit. » At ego non expendam, quantæ sit temeritatis a tota antiquitate sacra recedere, cum noverim heterodoxos id facere solitos in rebus multo gravioribus ; sed solum examinabo, an ejusmodi sint rationes Basnagii, ut natæ sint prudens ingerere dubium : alios vero, qui ante aut post Basnagium simili modo antiquam sanctorum Patrum sententiam rejecerunt, prorsus relinquam indictos, ne disputatio fiat prolixior quam sit necesse, et quia omnium opera ad manum non habeo.

33. Accipe igitur, lector, objectiones Basnagii: Fons, inquit, traditionis hujus Papias, pertenuis ingenii credulusque scriptor.... Tenet et fama Pantænum in India Evangelium Matthæi reperisse, quod Bartholomæus Hebraicis litteris conscriptum reliquerat, quod ad prædicta usque tempora servatum esse memoratur. Pigmentis Eusebio incognitis traditionem istam Hieronymo armari placuit : Pantænus, inquit, Matthæi Evangelium, Hebraicis litteris scriptum, revertens Alexandriam secum retulit. Hæc Basnagius pro sua in sanctos Patres reverentia, ne dicam, stulta confidentia. Omnes Patres in errorem pertrectatos a Papia innuit, Papiamque pertenuis ingenii scriptorem dicit, ut insinuet, ipsum quoque facile ea in re errare potuisse. At Papias, qui cum discipulis apostolorum vixit, ab iisque petere solebat quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Matthæus, quid cæteri Domini discipuli dicere solebant, ut ipse loquitur apud Eusebium lib. III, cap. 38, saltem satis habebat ingenii ad interrogandum, quo sermone Evangelium suum scripsisset Matthæus, et satis bonæ fidei et judicii ad illud enarrandum, sicut ab apostolorum discipulis non raro, et subinde etiam cum filiabus Philippi conversatus, cognoscere posset, quo sermone in scribendo usus fuisset. S. Matthæus, Hebraicone an Græco, quo Papias ipse utebatur, multo tenuioris judicii merito videbitur, quam ingenii fuerit Papias. Quapropter auctoritas Papiæ nequaquam contemnenda est in re tam facilis cognitionis, sed potius maximi facienda ob viri antiquitatem, præsertim cum eidem nullus contradixerit : neque enim deerant alii scriptores ecclesiastici, qui contradicere poterant, si falsum

dixisset. Vel sic tamen existimare non debemus, ex solo Papiæ testimonio profluxisse omnia quæ de Hebraico Matthæi Evangelio Patres tradiderunt, ut infra ostendam.

34. At prius elucidabo argumentum, quod ex invento per Pantænum Evangelio habetur. Floruit Pantænus insigni eruditionis fama, et scholæ Alexandrinæ præfuit ineunte sæculo III. Hunc ad Indos profectum ait Eusebius, lib. v, cap. 10, ibique invenisse relictum a S. Bartholomæo apostolo « Matthæi Evangelium, Hebraicis conscriptum litteris. » At non addit, istud a redeunte Pantæno Alexandriam portatum, sed solum dicit: « Quod quidem ad prædicta usque tempora servatum esse memoratur, » id est, usque ad tempora Pantæni. S. Hieronymus in Catalogo scriptorum, cap. 36, plusculum asseruit, quando scripsit de Pantæno, « Quod Hebraicis litteris scriptum. revertens Alexandriam, secum detulit. » Hæc Hieronymi pigmenta Eusebio incognita vocat modestissimus Basnagius. At ego non video cur pluscula de his cognoscere non potuerit Hieronymus, quam scripta erant ab Eusebio. Certe admodum verisimile est, non relictum in India a Pantæno Evangelium Hebraicum, sed Alexandriam delatum; idque vel ex Commentariis Pantæni ipsius, vel aliunde didicisse Hieronymum. Undecunque autem id sanctus doctor intellexerit, tantæ fuit integritatis, ut dicenti fidem habere oporteat, et non nisi per summam impudentiam dicere possimus, ab Hieronymo id fuisse confictum. Jam vero si Pantænus in India invenerit « Evangelium Matthæi, Hebraicis litteris scriptum, » in hoc Eusebius Hieronymusque consentiunt; fuerat igitur Hebraice a Matthæo scriptum, ut communi consensu Patres affirmant.

35. « Multis vero de causis, reponit Basnagius, veterum ea traditio fidem a nobis non impetrat. » Causas igitur examinemus. « Primum omnium, inquit, Patrum nullus est, qui certe certoque testetur, se manibus oculisve trivisse Matthæi Hebraicum illud Evangelium, quod tamen a Christianis Hebræis descriptum ad legendum, ubique locorum, qui Hebraice sciebant, dispersum fuisset. » Hoc primum Basnagii argumentum. Objicit secundo, sancto Hieronymo in emendando Evangeliorum textu Latino non præluxisse Hebraicum Matthæi exemplar, sed Græcum. Tertio late probat linguam Græcam fuisse magis vulgarem et longe pluribus gentibus usitatam, quam Hebraicam, indeque inferre nititur Matthæum debuisse potius Græce quam Hebraice scribere, cum apostoli essent jussi docere omnes gentes. Quarto observat usum videri Matthæum lingua tunc Judæis usitata, non veteri puraque lingua, si Hebraice scripsit. Suspicatur tamen Patres cogitasse de lingua pura Hebraica: « Ex quo intelligitur, inquit, in veterum ea de re testimonio non multum esse præsidii. » Quinto suspicatur Evangelio Nazaræorum decepta Patres fuisse, idque ab illis sumptum pro authentico Matthæi. Sexto demum ait Matthæi autographum diligentissime fuisse custodiendum ab Ecclesia Hierosolymitana, si in gratiam Judæorum Hebraice scripsisset Matthæus; non fuisse autem conservatum, nisi Evangelium Nazaræorum, hocque suspicatur fuisse non nisi antiquam versionem ex textu Græco Matthæi factam. Hæ sunt rationes aut imaginationes Basnagii, qui non dubitat Patres frequenter erroris arguere, ut somniis suis probabilitatem aliquam conciliet. Itaque videamus, an tantum fuerit Basnagii acumen, ut ipse multa perspicere potuerit, quæ doctissimis Patribus, loco et tempore rebus disputatis longe propinquioribus, in mentem non venerunt; et ad argumenta ipsius, quæ brevitatis causa summatim tantum proposui, discutienda aggrediamur.

36. Respondeo igitur primum Basnagii argumentum absolute falsum esse; nam S. Hieronymus, num. 31 laudatus, et mox uberius laudandus, testatur Hebraicum S. Matthæi Evangelium se vidisse interpretatum esse, idemque affirmat, usui illud fuisse Origeni, et visum a Pantæno. Accipe, studiose lector, alium ex S. Hieronymo locum ex Epistola ad Damasum de duobus filiis (quæ olim erat 149, in editione Veronensi est 21); « Denique Matthæus, inquit, qui Evangelium Hebræo sermone conscripsit, ita posuit: Hosanna barama, id est, Hosanna in excelsis. » Quomodo verba Hebraica Matthæi recitat, si Evangelium ipsius Hebraicum non viderit? Ad secundum respondeo sanctum Hieronymum non correxisse textum Latinum ex Hebraico, sed ex Græco, quia minus erat certus de integritate et puritate textus Hebraici, quam Græci. Ad tertium dico usitatam revera magis fuisse Matthæi tempore linguam Græcam, quam Hebraicam, in mundo: sed linguam Hebraicam fuisse Judæorum. Quapropter, cum Christus Dominus voluerit ut apostoli primum prædicarent fidem Judæis, deinde gentibus, uti revera fecerunt: sic erat congruum ut primum Evangelium in gratiam Judæorum scriberetur, et consequenter eo sermone quem omnes intelligebant, certe in Judæa. Quod quarto irreverenter dicit in Patres, certo falsum est de Hieronymo, Epiphanio, Origene, Pantæno, Papia, Eusebio, qui non ignorabant, aut ignorare poterant, qua lingua uterentur Judæi, quando Evangelium scripsit sanctus Matthæus. Imo nullus, opinor, Patrum existimavit, alia lingua Hebraica usum esse Matthæum, quam usitata suo tempore. Quod vero deinde quinto et sexto objicit Basnagius de Evangelio Nazaræorum, paulo prolixius explicandum est, quia ad propositum nostrum spectat, et ea expositione ad alias quoque dubitationes respondebo.

37. De Evangelio Nazaræorum, quod alias vocat juxta Hebræos, non raro loquitur sanctus Hieronymus, et varia ex illo adducit locis variis,

quæ non leguntur in Evangelio vulgato Matthæi. Attamen nullum videtur esse dubium, quin S. Hieronymus existimaverit, Nazaræorum sive Hebræorum Evangelium a sancto Matthæo fuisse scriptum, sed ab illis utcunque corruptum. In Catalogo scriptorum, cap. II, illud laudat his verbis : « Evangelium quoque, quod appellatur secundum Hebræos, et a me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est, quo et sæpe utitur, etc. » Non poterat non optime illud nosse Hieronymus, si in Græcum Latinumque sermonem, ut affirmat, illud converterat. Atqui mox cap. 3, in Matthæo non loquitur de alio Evangelio, quando dicit : « Porro ipsum Hebraicum (Matthæi) habetur usque hodie in Cæsariensi bibliotheca... Mihi quoque a Nazaræis, qui in Beroea urbe Syriæ hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit. » Hic vocat, *Hebraicum Matthæi*, quod supra *secundum Hebræos*, quoque uti Nazaræos affirmat. Liquet hoc ex iis, quæ habet aliis locis. Nam, lib. III *Adversus Pelagianos*, circa initium sic loquitur : « In Evangelio juxta Hebræos, quod Chaldaico quidem Syroque sermone, sed Hebraicis litteris scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazaræni, secundum apostolos, sive, ut plerique autumant, juxta Matthæum ; quod et in Cæsariensi habetur bibliotheca, » etc. Assertum de Cæsariensi bibliotheca clare insinuat, illud ipsum esse, quod supra vocat *Hebraicum Matthæi*.

38. Rursum in Matthæi cap. XII, idem Evangelium sic laudat : « In Evangelio, quo utuntur Nazaræni et Ebionitæ (quod nuper in Græcum de Hebræo sermone transtulimus, et quod vocatur a plerisque Matthæi authenticum, » etc). Cum hic de translatione sua testetur, clarum est, ipsum iterum de eodem loqui Evangelio, illud ipsum se transtulisse dicit in cap. VII Michææ, ubi vocat Evangelium *secundum Hebræos editum*. Demum in cap. VII Isaiæ eodem loco clare insinuat Hieronymus mentem suam, dum ita scribit : « Juxta Evangelium, quod Hebræo sermone conscriptum legunt Nazaræi : » *Descende super eum* (Christum) *omnis fons Spiritus sancti*. Et mox : « In eodem Matthæi volumine legimus illud, quod in consequentibus scribitur : *Ecce Puer meus, quem elegi*, etc. Hic idem Evangelium, quod legunt Nazaræi, apertissime vocat Matthæi volumen. Itaque constat de mente S. Hieronymi, qui Evangelium, quo utebantur Nazaræi, et quod alias vocat secundum Hebræos, pro ipso S. Matthæi Hebraico Evangelio habuit, non autem pro puro, ut mox videbimus.

39. Sententia S. Epiphanii non alia est, quam Hieronymi. Nam hæresi 29, quæ est Nazaræorum, cap. 9 ita habet : « Est vero penes illos (Nazaræos) Evangelium secundum Matthæum Hebraice scriptum, et quidem absolutissimum. Hoc enim certissime, prout Hebraicis litteris initio scriptum est, in hodiernum usque tempus conservant. » Ad hæc verba notandum, S. Epiphanium non vocare Evangelium istud absolutissimum, sive plenissimum (ut sonant verba ipsius Græca) quia existimabat, nihil plane corruptionis in illud irrepsisse, sed quia credebat, exemplaria Nazaræorum minus esse corrupta, quam aliorum hæreticorum. Mox enim subjungit hæc verba : « Verum illud nescio, num genealogias illas amputarint, quæ ab Abrahamo ad Christum usque perductæ sunt. » Talis autem dubitatio clare insinuat, Nazaræos quoque suspectos Epiphanio fuisse corruptionis in Evangelium Matthæi inductæ ; minus tamen, quam Ebionitas, aliosve hæreticos, qui idem magis corruperant. Laudatus Epiphanius cap. 7 dixerat, Nazaræorum sectam in Berœensi civitate potissimum vigere. Unde colligo, illud ipsum exemplar Hebraicum, de quo loquitur, ab Hieronymo fuisse exscriptum, Græcoque et Latino sermone donatum : suum enim Berœæ a Nazaræis acceperat Hieronymus. Rursum Epiphanius, hær. 30, quæ est Ebionitarum, cap. 3 affirmat, hosce quoque Hebraico Matthæi Evangelio usos esse, et quidem solo Cerinthianorum vel Merinthianorum instar, atque illud vocasse *secundum Hebræos*. Deinde cap. 13 de majore apud ipsos corruptione illius Evangelii sic loquitur : « Igitur in eo, quod penes illos est, Matthæi Evangelio quanquam ne integrum quidem illud habent, sed adulteratum et mutilum, idque ipsum Hebraicum vocant, ita scriptum est » etc. Hactenus Epiphanius, e cujus verbis manifestum est, non dubitasse, quin Evangelium Hebraicum Matthæi esset conservatum apud Nazaræos, sed suspectum habuisse de nonnulla corruptione, prout Ebionitarum corruptissimum esse certo noverat.

40. Similiter sanctus Hieronymus, etsi Nazaræorum Evangelium non raro alleget, nunquam tamen tantam ipsi auctoritatem tribuit, quantam textui Græco vel Latino ab Ecclesia recepto. Id ipse insinuat, lib. III, *Contra Pelagianos*, ubi nonnulla ex illo Evangelio, et locum aliquem S. Ignatii martyris allegat, et mox subjicit : « Quibus testimoniis si non uteris ad auctoritatem, utere saltem ad antiquitatem, quid omnes ecclesiastici viri senserint. » Hac de causa sanctus Hieronymus, quando jubente sancto Damaso Papa, textum Latinum quatuor Evangeliorum corrigendum suscepit, non est usus exemplari Hebraico ullo, quod nullum sciret satis incorruptum : sed vetustis codicibus Græcis, ut ipse scribit ad Damasum. In eadem tamen ad Damasum præfatione docet, Hebraicis litteris usum esse Matthæum, ita scribens : De Novo nunc loquor Testamento : quod Græcum esse non dubium est, excepto apostolo Matthæo, qui primus in Judæa Evangelium Christi Hebraicis litteris edidit. » Nunc lector studiosus judicet de ratiociniis Basnagii, ejusque in ratiocinando assertis. Vidit sanctus Hieronymus Hebraicum Evangelium quo utebantur Nazaræi, Græcumque illud et Lati-

num reddidit, et post examen tam exactum, judicavit cum S. Epiphanio, ipsum esse Matthæi Hebraicum, sed aliquot locis corruptum, ideoque debita auctoritate carens ; Basnagius vero, qui nunquam illud vidit, contendit Evangelium illud meram fuisse versionem ex Græco Matthæi textu ; id, inquam, contendit contra omnium Patrum auctoritatem, et sine ullo vetusti scriptoris testimonio. Ego sane non capio quo illud judicio cogitare potuerit, qua fronte ausus fuerit edicere ; quandoquidem tantum non aperte pronuntiat, rectius judicare se potuisse de Evangelio nunquam viso : quam doctissimum Hieronymum de eodem frequenter perlecto collatoque cum Græcis et Latinis exemplaribus.

41. Ne tamen nihil videretur ex antiquis allegasse Basnagius, locum adducit ex Epiphanio Hæres. 30, cap. 3, ut probet Novum Testamentum ex Græco fuisse Hebraice redditum. Afferam ego locum integrum quem ille medium, recitavit, ut videat lector hunc ipsum esse Basnagio maxime contrarium. « Etenim, inquit Ephiphanius, vere illud affirmare possumus, unum ex omnibus Novi Testamenti scriptoribus Matthæum Hebraice ac litteris Hebraicis evangelicam historiam texuisse. Nec defuere qui de Joannis Evangelio confirmarent, illud Hebraice translatum Tiberiade in Judæorum gazophylaciis asservari et in secretioribus quibusdam penetralibus recondi : id quod nonnulli mihi, qui se ad Christi fidem e Judaismo transtulerant, accuratissime declararunt. Imo et apostolorum Actus in Hebraicum sermonem perinde conversos e Græco iisdem in thesauris haberi multorum sermone percrebruit : et qui nobis ista narrabant, indidem Christianæ amplectendæ fidei occasionem acceperunt. » Hæc Epiphanius. Ex eo autem loco discere debebat Basnagius, Patres distinxisse inter libros primum Hebraice scriptos, et illos, qui ex Græcis redditi sunt Hebraici ; et longe accuratiores esse in factis enarrandis, quam ut ipsorum auctoritatem temere abjicere oporteat. Nam ex allegato loco inferre etiam Matthæi Evangelium ex Græco Hebraicum esse redditum, id amentis potius est, quam ratiocinantis. Quale etiam est, quod addit, ex antiquissima versione Hebraica ortam esse traditionem de scripto Hebraice Evangelio. Nisi enim Patres omnes intolerabili fastu velimus contemnere, ne suspicari quidem poterimus, adeo omnes fuisse deceptos, ut neque antiquissimi et apostolorum temporibus proximi scire potuerint qua lingua in scribendo usus fuerit Matthæus, nec doctissimi illorum, linguæque Hebraicæ peritissimi, (quales fuerunt certo Hieronymus et Origines, imo et Epiphanius) deprehendere voluerint, ex Græco Matthæi usum est Evangelium Hebraicum, quod habebant Nazaræi. Verum plus quam satis de ineptiis Basnagii.

42. De anno, quo sanctus Matthæus Evangelium conscripsit, nihil certi affertur. Illud tamen certum est, primum ex omnibus evangelistis scripsisse, et Evangelium composuisse, priusquam ex Judæa discederet ad prædicandum aliis gentibus, S. Irenæus lib. III *Contra Hæreses*, cap. 1, videtur scriptionem Evangeliorum serius figere, quam reliqui Patres, nisi verba ipsius alio sensu forsan exponi valeant. Latina interpretatio in editi ne novissima sic habet : « Ita Matthæus in Hebræis ipsorum lingua scripturam edidit Evangelii, cum Petrus et Paulus Romæ evangelizarent, et fundarent Ecclesiam. » Omnibus certe Patribus contrarius erit Irenæus, si ita sit explicandus ut eodem tempore scripserit Matthæus, quo Romæ Evangelium prædicabant Petrus et Paulus. At suspicor noluisse Irenæum id indicare, sed solum insinuasse quinam essent auctores Evangeliorum, quinam vero traditionis Romanæ Ecclesiæ, eaque de causa sic locutum esse. Certe hæreticos in illo libro refutat ex traditione primum Romanæ Ecclesiæ, cujus auctores Petrum statuit et Paulum ; et ex Scripturis Novi Testamenti, ex quibus primum dicit Evangelium Matthæi. Et sane textus Græcus non est necessario exponendus eo sensu, ut Evangelium eodem plane tempore scriptum dicatur, quo Petrus et Paulus Romæ prædicarunt. Verba cum litterali explicatione subjungo : Ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν Εὐαγγελίου, τοῦ Πετρου καί τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν Ἐκκλησίαν. « Matthæus quidem in Hebræis propria ipsorum lingua et scripturam protulit Evangelii, Petro et Paulo Romæ evangelizantibus et Ecclesiam fundantibus. » Hæc verba facile sic possunt intelligi, ut sanctus Irenæus noluerit dicere utrumque eodem tempore factum. At libensfateor magis difficulter exponi posse verba Irenæi mox sequentia de reliquis evangelistis, nam videtur dicere illos omnes scripsisse post mortem SS. Petri et Pauli, nisi textus sit corruptus, ut suspicatur Tillemonitus, tom. II, nota 3 in sanctum Marcum. Quidquid sit, si ea sit sancti Irenæi sententia, qualis apparet, malim credere, ipsum minus attendisse ad exactam illorum omnium chronotaxim, quod illa ad propositum ipsius parum conduceret quam ad res ipsas quas sibi habebat propositas : et sic reverenter ab ipso recedere, quam a reliquis omnibus.

43. Baronius in Annalibus scriptum Matthæi Evangelium refert ad annum Christi 41 ; sed, cum illum numeret Caii imperatoris tertium, designatur ex chronotaxi Pagii, et aliorum annus æræ Christianæ tricesimus nonus. Laudat Baronius pro designato anno Caii tertio Chronicon Eusebii, in quo illud legitur, prout editum Latine erat ante Baronium. At, quemadmodum observavit Tillemontius, non leguntur ea in editione Græca, nec in Latina Scaligeri, neque etiam in Chronico Latino ms. Eusebii, quod servatur in Museo nostro. Quare saltem dubitari potest an id nunquam de

Matthæi Evangelio scripserit Eusebius, vel etiam interpres Hieronymus ; et consequenter multo etiam incertius est, an illo anno fuerit conscriptum. Tillemontius, tom. I in Indice chronologico tam dispersionem apostolorum quam Evangelium Matthæi figit circa annum 36. Alii malunt fateri, annum esse incertum, prout annus divisionis apostolorum nequit certis assignari argumentis. Apud nos ad 13 Julii de divisione apostolorum actum est, ibique ea fixa anno æræ vulgaris quadragesimo secundum chronotaxim Henschenii nostri, qua Christi Domini obitus figitur sub consulatu duorum Geminorum, sive anno 29 æræ vulgaris, ita ut duodecimo post Christi Ascensionem anno ponatur apostolorum divisio. Videri poterunt dicta de divisione apostolorum, et Diatriba Henschenii ante tomum I Aprilis ; neque enim hic locus exigit, ut repetam alibi disputata. Dixisse sufficiat, circa idem tempus a Matthæo scriptum fuisse Evangelium, aut paulo ante, priusquam separati erant apostoli.

44. Porro incertum æque est, quis primus fuerit interpres Græcus Evangelii secundum Matthæum. In Synopsi sancto Athanasio vulgo attributa, tom. II Operum sancti Athanasii editionis Montfauconi, pag. 202 hæc leguntur : « Evangelium secundum Matthæum ab ipso Matthæo Hebraico dialecto conscriptum est, et editum Hierosolymis, interpretatumque est a Jacobo fratre Domini secundum carnem, qui et primus Hierosolymorum episcopus constitutus est a sanctis apostolis. Non placet hæc sententia Tillemontio nota 2 in Matthæum. Primo ait, hæc solum legi in additione Synopsi adjecta. At nullam allegat rationem, cur existimet, illa non esse ejusdem Synopseos partem : nec ego ullam invenio apud Montfauconum. Secundo ait, vocem Græcam ἡρμηνεύθη posse exponi æque de nuda explicatione, quam de translatione in aliam linguam. Vere hoc dici de voce Græca libens agnosco ; sed cum adjuncta omnia et paulo post sequentia ostendant, agi de translatione in linguam Græcam, non est satis fundata illa objectio, aut justa suspicio, vocem hic ita intelligendam : nam eadem vox frequenter recurrit de translatione in aliam linguam, de eaque ibi unice agitur. Tertio ait Tillemontius : « Sanctus Jacobus, cui cura de Judæis Hierosolymitanis erat commissa, is erat inter omnes apostolos, cui minor erat opportunitas et necessitas transferendi Evangelium sancti Matthæi in aliam linguam. » At ego non video, quis apostolorum id officium magis opportune et commode obire potuerit. Nam Jacobus manebat Hierosolymis ; apostoli omnes ad alias proficiscebantur provincias, nec scire poterant, quandiu in singulis civitatibus aut etiam provinciis manerent. Habitanti autem in una constanter civitate commodius est librum scribere aut interpretari, quam de civitate in civitatem transeunti et perpetuo peregrinanti. Itaque illa sententia saltem non minus verisimilis est, quam aliorum, qui aut sancto Joanni apostolo, aut sancto Paulo, aut sancto Barnabæ, aut sancto Lucæ, aut ipsi Matthæo versionem Græcam attribuerunt, teste Calmeto in præfatione ad Matthæum, pag. 26. Nam auctor Synopsis, etsi forte non sit Athanasius, saltem eruditus admodum fuit, et antiquior videtur aliarum sententiarum patronis. Verum, quisquis fuerit interpres, certum videtur, interpretationem Græcam apostolorum tempore esse factam.

45. Theodorus lector, lib. II, pag. 557 editionis Valesii in Zenone hæc scribit : « Barnabæ apostoli reliquiæ in Cypro sub arbore siliqua repertæ sunt. Super cujus pectore erat Evangelium Matthæi, ipsius Barnabæ manu descriptum... Id Evangelium Zeno deposuit in palatio, in æde S. Stephani. » Plura de his scribit Alexander monachus Cyprius in Actis sancti Barnabæ, apud nos editis ad 11 Junii. Nam pag. 450, sanctus Barnabas dicitur apparuisse Anthemio Salaminæ episcopo, eique indicasse ubi depositum esset corpus suum cum Evangelio sancti Matthæi. Verba nonnulla, quæ sanctus Barnabas Anthemio dixisse scribitur, huc transfero : « Sub arbore siliqua effodias : speluncam enim atque arcam invenies, quoniam illic totum corpus meum conditum est, et Evangelium manu propria scriptum, quod a sancto apostolo et evangelista Matthæo excepi. » Et mox corporis inventio refertur, et de Evangelio additur : « Invenerunt etiam Evangelium supra Barnabæ pectus impositum. » Deinde vero, cum Anthemius rem gestam exposuisset Zenoni imperatori, et obtinuisset, ut Cyprus non subesset patriarchæ Antiocheno, petiit vicissim Zeno, ut ad se mitteretur inventum Matthæi Evangelium. « Assensus est ejus petitioni episcopus, ait Alexander, num. 44, et quemdam ex iis, quos secum habebat (Constantinopoli), una cum fidelissimo imperatoris ministro episcopum misit, qui Evangelium illud in urbem Constantinopolim attulerunt. Erant autem libri tabellæ thyinis lignis compositæ. Evangelium illud imperator in manum sumpsit, et deosculatus est, auroque multo exornatum in palatio suo reposuit, ubi ad hodiernum usque diem servatur, et in magna quinta Paschæ feria quotannis in palatii oratorio Evangelium ex eo libro recitatur. » Hæc lectio demonstrat, Græce scriptum fuisse istud exemplar, cum sola lingua Græca Constantinopoli esset vulgaris ; indeque confirmatur, versionem Græcam apostolorum tempore factam esse.

46. Papebrochius noster in Adnotatis ad verba jam data apparentis Barnabæ observat sequentia : « Nativus verborum sensus videtur esse, quod Barnabas Evangelium, primitus Hebraice editum, propria manu exceperit ex ore ipsiusmet sancti Matthæi, illud Græce dictantis, et secum tulerit, sicut etiam fecisse dicitur sanctus Bartholomæus (de Hebraico nimirum), plures forsitan alii, uno eodemque tenore et tempore, citra ullam differen-

tiam ; quæ inveneri deberet, si quisque suo marte propriam sibi versionem fecisset, cujus differentiæ nullum uspiam exstat indicium. Atque hinc factum sit, ut alii Jacobum, alii Joannem, alii etiam Lucam vel Paulum interpretem fecerint, prout scilicet quæque Ecclesia Evangelium legebat ex hujus vel illius apostoli autographo. » Verisimilis quidem apparet hæc conjectura ; præsertim cum apostoli non videantur profecti ad longinquas provincias ante scriptum Matthæi Evangelium, ut dubitari vix possit, quin singuli exemplar aliquod illius Evangelii secum tulerint. Cum autem non pauci ex illis proficiscerentur ad provincias, in quibus fere sola usitata erat lingua Græca, verisimillimum est, illos Græcum potius exemplar, ut constat de Barnaba, sumpsisse, quam Hebraicum, ut illud in ecclesiis erigendis legendum dare possent et exscribendum. Verumtamen conjecturæ tantum sunt hæ ; neque certi aliquid proferri potest de rebus incertis.

47. Quin et verba Papiæ, data num. 30, contraria videntur dictis conjecturis, si intelligenda sint eo sensu, quo passim exponuntur. « Matthæus quidem, inquit, Hebraico sermone divina scripsit oracula : interpretatus est autem unusquisque illa, prout potuit. » Hæc verba a variis ita exposita video, ac si Papias dixisset, unumquemque pro suo ingenio aggressum esse interpretationem Græcam. At ea Papiæ verborum expositio nequaquam mihi necessaria videtur, imo ne satis quidem probabilis : nam vox *unusquisque* tantum insinuat numerum interpretum, ut non fiat verisimile, Papiam locutum esse de interpretatione totius Evangelii sive translatione in linguam Græcam. Quare solum dicit, divina Oracula a Matthæo scripto tradita ; ab aliis vero pro uniuscujusque capacitate verbo aut scripto exposita. Itaque nullo modo videtur loqui de translatione Evangelii in linguam Græcam, sed vel solum de prædicatione Evangelii, vel de expositione eorum, quæ in Evangelio Matthæi occurrebant difficiliora. Hoc fecisse unumquemque doctorum facile credimus : at unumquemque pro suo ingenio Evangelium Matthæi Græcum facere voluisse, nec verisimile est, nec dicit Papias. Sola neotericorum expositio sententiam illam Papiæ attribuit, licet vox Græca ἡρμήνευσε *interpretatus est*, illam expositionem minime requirat, sed propter adjuncta potius renuat. Certum igitur esse debet, apostolorum tempore factam esse versionem Græcam, unicamque fuisse approbatam, cum de pluribus nullus meminerit. Reliqua ad Evangelium Matthæi spectantia interpretibus sacræ Scripturæ examinanda relinquo.

§ IV. *Prædicatio sancti Matthæi et Martyrium.*

48. De prædicatione Evangelii in Judæa, antequam apostoli in designatas sibi provincias discesserunt, nullum est dubium. Nicetas Paphlago in Oratione encomiastica, apud Combefisium, pag. 404, ostendit, parum aut nihil de prædicatione Matthæi compertum sibi fuisse. Etenim nullam nominat provinciam aut urbem, in qua fidem prædicaverit Matthæus, præter Hierapolim Syriæ, in qua martyrio coronatum credidit. Hac de causa, opinor, pag. 404 ex sola verisimiliter conjectura dicit, ipsum corpore fuisse imbecilliore, Evangeliumque scripsisse, dum alii apud varias gentes prædicabant. Pluribus sane verbis id Orator prosequitur, sed pauca sufficient, cum constet de scripto Evangelio : « Quæque adeo reliqui (apostoli) gentibus linguæ munere non scripta tradiderant, hæc magnus Matthæus scripta commentatione summa colligens totum Verbi mysterium sacris prædicationibus intexuit. » Ita ipse, interprete Combefisio, Matthæum inducit scribentem, dum alii apostoli per mundum discurrebant, et undique sacra Evangelii semina jaciebant. Verum nec imbecillitatem corporis, de qua nihil apud vetustiores, Matthæo fuisse impedimento opinor, quo minus Evangelium prædicaret ; nec assentior Nicetæ, tunc a Matthæo scriptum fuisse Evangelium, quando alii apostoli ad longinquas profecti erant provincias ; sed, cum ipse Nicetas pag. 406 dicat, omittere se præclara gesta, prædicationis nimirum et miraculorum, malim credere, oratorem nihil certi de illis invenisse, quam Matthæum non prædicasse : neque enim scriptio Evangelii tanto tempore sanctum detinere debuit, ut non potuerit eodem cum aliis tempore proficisci ad provinciam sibi assignatam.

49. Provincia autem, quæ in Actis edendis et aliorum testimonio assignata fuit sancto Matthæo, est Æthiopia, latissimum Africæ regnum, si vox Æthiopia sit intelligenda sensu maxime obvio. Rufinus, lib. x, cap. 9, hæc scribit : « In ea divisione orbis terræ, quæ ad prædicandum verbum Dei sorte per apostolos celebrata est ; cum aliæ aliis provinciæ obvenissent, Thomæ Parthia, et Matthæo Æthiopia, eique adhærens citerior India Bartholomæo dicitur sorte decreta. » Eodem fere modo Socrates, lib. I, cap. 49 : « Cum apostoli prædicationis causa ad gentes profecturi, eas inter se sortito diviserint, Thomas quidem Parthiæ, Matthæus vero Æthiopiæ apostolatum sortitus est. Bartholomæo india, quæ Æthiopiæ confinis est, obtigit. » Accedit Fortunatus infra laudandus cum aliis pluribus, inter quos Milo monachus in Vita metrica S. Amandi, tom. I Februarii data, pag. 874 ita canit :

Matthæus Æthiopas torrente ardore crematos
Ut Geon eximius sacrato diluit amne,
Et facit in speciem lotos candere nivalem.

50. Florentinius in Notis ad Indiculum apostolorum in Matthæo pag. 158 ait : « Communior autem videtur sententia, Matthæum prædicasse in citeriori Æthiopia, quæ vicinior est Ægypto et quæ Sonnar hodie dicitur, ac mortuum in civitate Luch (apud a Lapide Luach) ubi etiamnum templa

in honorem sancti Matthæi exstare habet ex traditionibus Æthiopum (et litteris missionariorum quamvis eas non laudet) Cornelius a Lapide cap. 3 Procemii in Matthæum. Regnum illud Æthiopiæ, quod illi Sonnar, alii Sennar nominant, situm est inter Ægyptum et regnum hodiernum Habessiniæ. Jobus Ludolfus, in *Historia Æthiopica*, lib. I, cap. 2, ait regnum Sennar esse partem veteris Nubiæ. Martiniere in Dictionario geographico Sennar regnum cum regno Nubiæ idem facit. Verum necesse non est ad propositum nostrum latius id indagare. Satis est indicasse regnum Sennar esse in parte septentrionali Æthiopiæ et proxima Ægypto. In eadem quoque Æthiopiæ parte apostolorum temporibus regnasse Candacen reginam, cujus eunuchus a sancto Philippo diacono baptizatus est, abunde colligitur ex dictis § 1; at rursum non inquiro an illa latius aut minus late regnaret. Sententia autem illorum, qui existimant in illa parte Æthiopiæ prædicasse sanctum Matthæum, mihi admodum probabilis apparet et verisimilis: cum quia proxima erat Romano imperio ex parte Ægypti, tum quia eunuchus reginæ Candaces erat conversus, et de illius conversione certo constabat apostolis, tum quia ecclesiæ sancti Matthæi, ibidem inventæ, insinuant populi antiquam traditionem, ac demum quia scriptores testantur Æthiopiam fuisse Matthæo assignatam; nec ulla regio magis proprie Æthiopia fuit vocata, quam illa, cui nomen Æthiopiæ dederunt omnes geographi antiqui.

51. Verumtamen ea opinio displicuit Tillemontio: nam hic, nota 2 in Matthæum, allegata opinione Cornelii a Lapide, quam Florentinius retulit potius, quam secutus est, rotunde edicit non prædicasse sanctum Matthæum in Æthiopia septemtrionali. Bailletus fideliter secutus est Tillemontium. Unica utriusque ratio, eaque ex errore nata, hæc est, quod Æthiopia septemtrionalis, et Ægypto proxima, non exceperit fidem Christianam, nisi sæculo IV per S. Frumentium. Promittit autem uterque id se ostensurum in Vita sancti Frumenti. Verum non dubito eadem brevitate respondere, ex sola ignorantia et errore profectam esse utriusque objectionem, quod regnum Habessiniæ confuderint cum Æthiopia septemtrionali; historiam vero sancti Frumentii adeo non obstare sancti Matthæi prædicationi in Æthiopia septemtrionali, ut potius hæc prædicatio verisimilior fiat ex illa historia. Priusquam tamen argumentum ipsius discutiam, lubet paucis ostendere quam belle secum ipse cohæreat. Tillemontius, tom. II in S. Philippo diacono, exponit gesta eunuchi reginæ Candaces, quem Philippus diaconus fidem Christianam docuit et baptizavit. Act. 8. Laudat ibi sanctum Irenæum, lib. III, cap. 12, sanctum Cyrillum Hierosolymitanum Cat. 17, Hieronymum, Eusebium aliosque, docentes, eunuchum illum in Æthiopiam fuisse missum ad prædicandum Evangelium; iisque assentitur, aut certe non contradicit Tillemontius. Atqui certum est, regnum Candaces reginæ fuisse Ægypto proximum et conterminum, cum Candace aliquando sine transitu alterius ditionis in Ægyptum ex regno suo exercitum duxerit, et rursum Romani similiter ditionem ipsius invaserint ex Ægypto. Qua igitur ratione negare potuit fidem in Æthiopia septemtrionali prædicatam fuisse ante sæculum IV?

52. Audiamus modo, qua ratione Tillemontius probet in Frumentio, tom. VII, nota 2, fidem non fuisse prædicatam in Æthiopia septemtrionali ante sæculum IV. Sanctus Frumentius sæculo IV, testibus Rufino lib. X, cap. 9, Socrate aliisque, fidem annuntiavit gentibus, quos illi vocant Indos ulteriores, et quibus fidem ante nunquam prædicatam fuisse testantur. Ex litteris vero Constantii imperatoris apud sanctum Athanasium in Apologia ad Constantium, tom. I, pag. 315, ostenditur Frumentium fuisse episcopum Auxumitanum sive Axumitanum in Æthiopia. Per Indos igitur intelligendi sunt Æthiopes, et consequitur, ut his fidem nunquam ante sæculum IV prædicatam fuisse dicamus. Respondeo totum hoc ratiocinium tolerabile futurum, si Axuma esset in Æthiopia septemtrionali. Verum Axuma est in Habessinia, cujus olim fuit metropolis, nec est in parte septemtrionali Æthiopæ, de qua disputamus. Totum regnum Sennar, ut hodie vocatur, sive Nubiense regnum, aut regnum Meroes, ubi olim regina Candace late imperabat, inter Ægyptum et Auxumense vel Axumense regnum est intermedium, sicut modo regnum Sennar Habessiniam inter et Ægyptum jacet. Quapropter tale est omnino argumentum Tillemontii, ac si quis probasset fidem non fuisse prædicatam in Frisia ante sæculum VII, indeque inferre vellet eamdem non fuisse ante dictum sæculum in Gallia prædicatam. Princeps Auxumæ, apud quem tempore Constantii et Athanasii fidem prædicavit sanctus Frumentius, poterat quidem pacem cum Romanis aut inimicitias exercere, quia dominabatur ad sinum Arabicum; sed alias longe aberat a finibus imperii Romani; sed hæc latius examinanda venient in sancto Frumentio ad 27 Octobris, ubi simul inquiretur, an recte India vocata fuerit regio per sanctum Frumentium conversa.

53. Quod argumentum Tillemontii utcumque evincit, et latius probat Jobus Ludolfus in Historia Æthiopica sive regni Habessinorum, lib. III, cap. 2, fidem Apostolorum tempore prædicatam non fuisse in regno Auxumitarum sive Habessinorum, magis verisimilem facit prædicationem S. Matthæi in Æthiopia Ægypto contermina. Hinc laudatus Ludolfus in Annotatis ad lib. III, cap. 2, pag. 280 ex Historia Æthiopica Balthasaris Tellezii, quam frequentissime laudat, hæc adducit et sequitur verba: « Quod nonnulli dicunt sanctum Matthæum Evangelium prædicasse in Æthiopia, res inter Habessinos nova est, et fundamento caret. Cum religiosi nostri illis ex historiis nostris id narrarent, responderunt (et quidem recte, ait Ludolfus) hoc intelligendum esse

de Æthiopia inferiori (scilicet et proprie dicta, addit Ludolfus) quæ extenditur a Suaquena usque in Ægyptum. Quandoquidem nullam unquam notitiam habent, quod sanctus Matthæus aut apostolus alius Habessiniam intraverit (ante sanctum Frumentium, ut rursum addit Ludolfus) uti certo docent libri illorum atque viri illorum docti, qui maxime gnari sibi videntur esse antiquitatis. » Subdit Ludolfus : « Proxime igitur ad veritatem accedere videntur ii, qui Nubiæ conversionem Matthæo apostolo assignaverunt, quæ indubie Æthiopiæ antiquæ et proprie dictæ pars est. » Ex hisce igitur liquet, Æthiopiam Ægypto proximam, quæ nomine maxime proprio Æthiopia fuit dicta tempore sancti Matthæi, et ubi incolæ nigro sunt colore magis quam in Habessinia, nullo argumento exclusam fuisse a prædicatione sancti Matthæi.

54. Porro Æthiopiam fuisse conversam diu ante concilium Nicænum, videtur probari ex canonibus Arabicis concilii Nicæni, quos habemus apud Labbeum tom. II Conciliorum; nam in his cap. 36, col. 302, ita legitur : « Ut non possint Æthiopes creare nec eligere patriarcham ; quin potius eorum prælatus sub potestate ejus sit, qui tenet sedem Alexandriæ. Sit tamen apud eos loco patriarchæ, et appelletur catholicus. Non tamen jus habeat constituendi archiepiscopos, ut habet patriarcha : siquidem non habet patriarchæ honorem nec potestatem. Quod si acciderit ut concilium in Græcia habeatur, fueritque præsens hic prælatus Æthiopum, habeat septimum locum post prælatum Seleuciæ. Et quando facta fuerit ei potestas constituendi archiepiscopos in provincia sua, non licebit illi constituere aliquem ex illis : et quicumque non paruerit, synodus eum excommunicat. » Nolim tamen contendere, hunc canonem fuisse factum a concilio Nicæno ; cum non ignorem, canones Arabicos ab eruditis passim rejici. Id unum observo, canonem, si quid valet, unice valere pro Nubia, sive pro Æthiopia inter Habessiniam et Ægyptum media. Attulerat eumdem Ludolfus in Historia sua ad conversionem Habessiniæ probandam ; sed postea in Adnotatis pag. 282 vidit et indicavit anachronismum, cum Habessinia fuerit conversa post concilium Nicænum, ut ipse agnoscit Lequienus, tom. II Orientis Christiani, pag. 641 eumdem producit canonem pro conversione Habessinorum, et vel sic eorum conversionem attribuit Frumentio post concilium Nicænum ordinato. Verum nequit pro aliorum Æthiopum fide canon ille adduci, si Nicænus credatur, quam pro Æthiopibus Ægypto proximis, et eo nomine maxime notis apud antiquos. Hos autem olim fuisse Christianos constat, nec satis innotuit, a quo fuerint conversi. Eunuchum reginæ Candaces, quæ certo in illa parte Æthiopiæ regnavit, Patres multi ibidem faciunt apostolum : at certe eunuchus ille solus, cum laicus esset, ecclesias ibi instituere non potuit. Rufinus et Socrates, quibus consentiunt S. Gregorius Fortunatus, Eucherius, Ado, Usuardus et Rabanus, Matthæum in Æthiopia prædicasse tradunt, idque probabilissimum puto, si non etiam historice certum dicere oporteat.

55. Verumtamen nominantur et aliæ provinciæ, in quibus prædicaverit, aut mortem obierit sanctus Matthæus. S. Ambrosius *in Psalmum* XLV, num. 20, ait, Matthæo Persiam patuisse, et Thomæ Indiam, insinuans fidem a sancto Matthæo in Perside prædicatam. Sanctus Paulinus Nolanus in Poemate 19 ait : « Parthia Matthæum complectitur. » Consentiunt Martyrologia Hieronymiana inferius laudanda, in quibus mors sancti in Perside figitur. Alii videntur dicere in Parthia sanctum esse mortuum ; sed censendi sunt Parthiam non distinxisse a Persarum imperio, quod Parthi tempore Matthæi dominarentur. Indiculus Hippolyti apud Combefisium tom. III, col. 831, ita habet : « Matthæus, cum Evangelium Hebraice scripsisset, Hierosolymis edidit, obdormivitque Hiereæ Parthorum civitate. » Verum exigua potest esse auctoritas illius Indiculi, apertis aliquot erroribus fœdati, cujus auctor est incertus. Addit Combefisius in Annotatis : « Etiam Dorotheus Hieropoli Parthiæ obiisse tradit. » At pseudo-Dorotheus nihilo melior est Hippolyto. Freculphus, in Chronico, lib. II, cap. 4, post elogium Matthæi ex sancto Hieronymo datum hæc addit : « Is primum in Judæa evangelizavit, postmodum in Macedonia prædicavit ; requiescit in montibus Parthorum. » Quod de Macedonia dicitur, mihi non satis fit verisimile, quia notius id fuisset Græcis, si factum esset. Eadem de causa dubito, an satis probabilis sit Matthæi prædicatio Hierapoli in Syria, quam adstruit Nicetas Paphlago, in eadem etiam urbe defunctum scribens.

56. Metaphrastes Parthos prædicationi ipsius attribuit, sed Æthiopiam ultimam facit prædicationis Matthæi et martyrii palæstram. Apud Assemanum in *Bibliotheca Orientali*, tom. III, part. II, pag. 5, Amrus, scriptor sæculi XIV, de Matthæo ait : « Ferunt Matthæum evangelistam Indiam petiisse, ibique prædicasse. » Verum nec Amri illius auctoritas tanta est, ut persuadere nobis possit usque in Indiam venisse sanctum Matthæum. Assemanus ipse, pag. 3, observat a Syris et Chaldæis etiam numerari Matthæum inter apostolos qui prædicarunt in Syria et Chaldæa ; non tamen annumerari præcipuis illarum provinciarum apostolis. Quod Nicephorus cum Menæis Matthæum Mirmenæ apud Anthropophagos ait prædicasse et occubuisse, vix referri meretur, cum oriatur ex historia fabulosa et plane ridicula. Videt studiosus lector, quantum existimo, omnia illa de Matthæi prædicatione magis incerta esse, quam ut aliquid tuto affirmari possit ; plures tamen consentire in Persidem aut Parthiam, quæ provinciæ, licet distinctæ sint, facile confundi potuerunt, cum quod invicem vicinæ sint, tum quod tempore sancti Matthæi imperium esset apud Parthos, quod postea Persæ receperunt.

57. De loco mortis aut martyrii non minus varia et invicem contraria reperiuntur. In Martyrologiis Hieronymianis quatuor diebus memoria S. Matthæi annuntiatur; sed duobus locus omittitur, aliis vero duobus adjungitur. Ad hunc diem textus Florentinii sic habet : « In Persida civitate Tarseum natalis sancti Matthæi apostoli et evangelistæ. » In Corbeiensi : « In Persida civitate Tarrium. » In Epternacensi aliis antiquiore solum legitur, « In Persida, » omissa civitate; uti etiam fit in Rhinoviensi apud nos. Richenoviense vero consonat Corbeiensi, habetque civitate Tarrium, quemadmodum et Corbeiense brevius. Reliqua Hieronymiana aut solum Persidem indicant, aut locum prorsus omittunt. Sic ad VI Maii, *In Persida* annuntiatur sanctus Matthæus, non designato propius martyrii loco. Florentinius in Annotatis ad hunc diem dat conjecturam sequentem : « Tarsiana urbs Carmaniæ seu Persiæ Ptolemæo est, et Tarsium Carmaniæ seu Persiæ promontorium, de quo Arrianus in Indicis. » Est Carmania Persidi proprie dictæ contermina ad sinum Persicum versus Indiam, eratque provincia imperii Persici, habens ad latus septemtrionale Parthiam, ita ut facile sic explicari possent Martyrologia, quæ mortem Sancti ponunt in Perside aut in montibus Parthorum, quorum tunc erat Persicum imperium. Posset similis fieri conjectura de Tariana aut Tarsiana civitate, quam in Susiana, altera Persici imperii provincia, recenset Cellarius in Geographia antiqua pag. 488. Neutri conjecturæ obstabunt illi, qui dixerunt Matthæum occubuisse in montibus Parthorum, ut Freculphus superius, et Petrus de Natalibus lib. VIII, cap. 100. Anonymus apud Œcumenium, qui Matthæum scribit obiisse in Hiera civitate Parthiæ, teste Florentinio, pag. 159, uti et supra Hippolytus, et Dorotheus Hieropoli Parthiæ, nominant locum plane ignotum in Parthorum imperio. Nec magnopere audiendos puto illos, qui Hierapoli in Syria prope Euphratem obiisse scribunt Matthæum, ut Nicetas Paphlago, et auctor Menologii Basiliani. Etenim non videntur Eusebius, Hieronymus, Chrysostomus, Theodoretus, aliique Patres, qui in Syria aut Palæstina floruerunt, omnes ignoraturi aut tacituri fuisse locum mortualem sancti Matthæi, si Hierapoli in Syria obiisset.

58. Acta edenda habent sanctum Matthæum martyrio coronatum esse in Æthiopia, in civitate regia, quæ ibidem *Natdaber*, alias *Naddaber* scribitur. Sententia autem hæc de prædicatione et morte sancti Matthæi in Æthiopia plures videtur habere patronos et meliores, quam ulla alia. Nam præter Rufinum et Socratem, sanctus Eucherius Lugdunensis, scriptor sæculi V, in opere *De quæstionibus novi Testamenti*, tom. VI *Bibliothecæ Patrum* edit. Lugdun. pag. 852, ita loquitur : « Bartholomæus in Indos, Thomas tetendit in Parthos : Matthæus Æthiopes, Andreas Scythas prædicatione mollivit, » etc. S. Gregorius in librum primum Regum, lib. IV, cap. 4, num. 13, sanctum Matthæum vocat Æthiopiæ prædicatorem. S. Venantius Fortunatus Gregorio contemporaneus, lib. V, cap. 2, ita canit :

Matthæus Æthiopes attemperat ore vapores,
Vivaque in exusto flumina fudit agro.

Idem rursum, lib. 8, carm. 4 :

Inde triumphantem fert India Bartholomæum,
Matthæum eximium Naddaver alta virum.

In sequenti carmine de Naddaver rursum meminit Fortunatus, insinuans Matthæum ibi mortuum et sepultum, quemadmodum Andreas Patris, Joannes Ephesi fuerunt defuncti et sepulti. Versiculus hic est :

Quos Patra, quos Ephesus, Naddaver arce tenet.

Hæc Fortunatus, qui procul dubio credidit Naddaver esse urbem Æthiopiæ, cum loco primum allegato non alios, quam Æthiopes docentem inducat Matthæum.

59. Attamen contrariæ opinionis est Muratorius in Annotatis ad S. Paulinum col. 451, ubi dicit : « Urbem Naddaverem in Parthia positam arbitrarer, quo sancti Matthæi ossa post mortem fuerint translata. » Hoc ille, ut sanctum Paulinum conciliet cum sancto Venantio Fortunato, credens in utroque regno prædicasse Matthæum, sed in Æthiopia defunctum, corpusque ex Æthiopia in Parthiam aut Persidem a discipulis translatum. Verum cum venia viri eruditissimi, a paucis annis defuncti, conjectura illa mihi omni verisimilitudinis specie destituta videtur, omnique carere fundamento. Si Fortunatus urbem Naddaver in Parthia positam credidisset, postquam docentem Æthiopes exhibuerat Matthæum, translati corporis etiam meminisset, ne lectores suos in errorem induceret. Facilius itaque et verisimilius dici potest, sanctum Paulinum aut solum loqui de prædicatione Matthæi apud Parthos, ubi ejusdem aqud Persas prædicationem solum modo affirmat sanctus Ambrosius; aut utrique minus perspectas fuisse regiones extra Romanum imperium positas, ideoque utrumque credere potuisse, Matthæum in provincia aliqua famosissimi imperii Persici aut Parthici occubuisse. Hoc certum est, neutrum edicere, in qua parte latissimi illius imperii fuerit sanctus Matthæus : ideoque illorum auctoritatem non esse hic tanti faciendam, quanti foret, si minus vage loquerentur.

60. Ado in libello *De festivitatibus apostolorum*, pag. 34 martyrium sancti Matthæi similiter collocat in Æthiopia, dicens : « Qui primus in Judæa Evangelium Christi Hebræo sermone conscripsit. Post vero apud Æthiopiam prædicans, martyrium passus est. » Consentiunt Rabanus et Usuardus de prædicatione et martyrio in Æthiopia, recentioresque plurimi. Omnibus autem consideratis et expensis, hæc mihi sententia probabilior videtur, quam quæ in Perside aut Parthia defunctum tradit. Ratio prima est, quod Æthiopia esset Ægypto conter-

mina, ideoque non videatur prætermittenda fuisse ab apostolis, præsertim cum eunuchi reginæ Candaces conversio spem magnam præbere posset Æthiopiæ convertendæ. Itaque, cum non constet de prædicatione ullius alterius ex discipulis Christi in Æthiopia, Patres vero plures eunuchum ipsum ibi fidei præconem faciant, videtur omnino assentiendum illis, qui Matthæum eo missum asserunt: solius enim eunuchi utpote laici, dum eo reversus est, conatus non poterat sufficere ad ecclesias erigendas, nisi accederet apostolus, aut saltem sacerdos aliquis. Hunc vero fuisse Matthæum tradunt scriptores satis antiqui et graves ad fidem hac in re obtinendam. Altera ratio est, quod Persica aut Parthica sancti prædicatio solum breviter et vage sit asserta ab Ambrosio et Paulino, ex quibus in Fastos Hieronymianos transire potuit. Potuit tamen ibi quoque prædicare, et postea in Æthiopiam proficisci : nam de morte aut martyrio laudati Patres nihil affirmant. Quod vero spectat ad civitatem, quæ Naddaver in Actis et apud Fortunatum vocatur, nulla illius plane nominis nota est in Æthiopia. Erat tamen Augusti tempore urbs Napata apud Strabonem pag. 820 dicta, quam Petronius Romano exercitui præfectus cepit ac diruit in bello contra reginam Candacem. Napatis, teste Strabone, Candaces regia erat. Jam vero alii considerent, an urbs Æthiopica, quam Napata vocarunt Græci, non potuerit alia expositione vocis Æthiopicæ, aut saltem corruptione Naddaver exprimi. Eamdem urbem alibi Naggata scribi observat Cellarius, in *Geographia antiqua*, lib. IV, cap. 8, pag. 156.

61. Quod spectat ad martyrium sancti Matthæi, hoc ipsum videtur dubium. Martyrologia Hieronymiana et Acta Latina cum martyrologis omnibus medii ævi insinuant, Matthæum obiisse martyrem. At menologium Basilianum ad 16 Novembris de martyrio clare saltem non loquitur, sed utitur voce τελειοῦται, consummatur, quo tamen verbo martyrium innui potest, maxime cum paulo ante dicatur multa tormenta perpessus apud Antropophagos. In eodem Menologio ad 30 Junii dicitur lapidibus obrutus. Metaphrastes et Nicetas Paphlago martyrium generatim asserunt. In Menæis ad 16 Novembris primum asseritur per ignem consummatus, deinde datur elogium fabulosum, in quo illæsus ab igne mox in oratione obiisse dicitur, ut etiam habet Nicephorus, Heracleon, hæreticus Valentinianus, apud Clementem Alexandrinum, lib. IV *Stromatum*, videtur negare martyrium non solum Matthæi sed etiam Philippi, Thomæ et Levis, quem perperam a Matthæo distinguit, nisi forte Lebbæum sive Thaddæum eo nomine designare voluit. Attamen phrasis est obscurior, mihique ambiguum est an revera Heracleon negare voluerit, martyres fuisse laudatos apostolos. Quod si revera id voluerit, exiguæ apud omnes debet esse auctoritatis dictum illud, cum Clemens ipse paulo post dicat : « Quem (Christum) imitantes apostoli, ut qui revera essent cognitione prædiți et perfecti, pro ecclesiis, quas fundarunt, passi sunt. » Quapropter mihi longe probabilior apparet sententia communis, qua martyr creditur Matthæus : nam nec Menologium Basilianum clare contrarium habet, nec Heracleon apud Clementem : nec horum auctoritas par esset reliquis omnibus, si omnino contrarium haberent. De tempore martyrii non constat. Chrysostomus tamen hom. 76 (al. 77) *in Matthæum* insinuat, Sanctum fuisse defunctum ante excidium Hierosolymitanum, quod figitur anno 70 æræ Christianæ.

61. Cæterum de modo vivendi et virtutibus S. Matthæi pauca reperiuntur apud veteres. Clemens Alexandrinus, lib. II *Pædagogi*, cap. 1, victus sobrietatem laudat, ita scribens ; « Matthæus itaque apostolus seminibus, baccis et oleribus absque carnibus utebatur. » Chrysostomus, hom. 47 (al. 48) *in Matth.* ex sacris Litteris elogium collectum ita contexuit : « Cogita mihi (inquit) hunc ipsum evangelistam, etiamsi non totam ejus vitam descriptam habeamus : attamen ex paucis, quæ restant, licet imaginem ejus splendentem videre. Quod humilis et contritus esset, audi ipsum in Evangelio sese publicanum vocantem; quod autem misericors esset, vide illum omnibus exutum Jesum sequentem. Quod pius esset, palam est ex dogmatibus. Intelligentiam et charitatem ejus ex eo, quod conscripsit, Evangelio videre est : universi enim orbis curam gessit. Bonorum operum argumentum habes ex throno, in quo sessurus est : fortitudinem, quod gaudens reversus sit a facie concilii. » Hactenus Chrysostomus. Eminentissimus Bona lib. I Rerum liturgicarum, cap. 8, num. 2, refert exstare etiam nomine sancti Matthæi Liturgiam aliquam, quæ Æthiopum esse dicitur. Liturgiam Æthiopum a variis editam invenio ; sed non video attributam sancto Matthæo. Certe Raynodotius in Opere de Liturgiis Orientalibus etiam Æthiopicas edidit : at nullam ibi nomine Matthæi insignitam vidi. Quare existimo illam non diu S. Matthæo attributam fuisse.

§ V. *De translationibus corporis quod inventum in Lucania, transfertur Salernum, ac brachium deinde Beneventum.*

63. Quandoquidem non habemus Acta translationis sancti Matthæi, quæ fidem merentur viri eruditi, aut eam obtinere possunt hoc tempore, et scriptores antiquiores non nisi vagam aliquam et incertam dederunt notitiam de loco, in quo corpus servabatur ante translationem in Europam, difficulter aliquid certi reperietur de occasione et tempore, quo primum in Italiam fuit deportatum. Illustrissimus Columna jam laudatus, qui majorem fidem quam crisim adhibuit in sequendo Relationes Mss., quas improbabiles esse ostendi § 1, Historiam translationis dedit minime verisimilem. Etenim cap. 5 narrat sancti corpus ex Æthiopia delatum in Bri-

tanniam Armoricam per mercatores Britannos tempore regis Salomonis, qui regnavit post medium sæculi IX ; (nam pro fictitio nunc habetur alius Salomon, quem aliquot sæculis citius in Armorica regnasse aliqui olim crediderunt) depositumque in civitate Legionensi. At non ignorassent hoc, neque tacuissent omnes scriptores Galli illorum temporum aut paulo posteriorum, si factum esset. Deinde cap. 6 refert Salomonem regem anno quinquagesimo a translatione corporis a Britannis suis occisum ; eaque de causa Valentinianum imperatorem, qui aliquot sæculis ante Salomonem fuit mortuus, ex Italia ingentem misisse classem ad expugnandam Britanniam, et sic, capta civitate Legionensi, corpus sancti Matthæi in Lucaniam translatum. Hæc retulisse, omissis etiam improbabilibus translationis adjunctis, refutasse est.

64. Mox, cap. 7, fatetur auctor, omnem memoriam de servato in Italia corpore sancti Matthæi paulatim intercedisse ; inventionemque ait contigisse circa millesimum et quinquagesimum annum a Christo nato. Hisce de corpore diu abscondito et demum invento consentiunt scriptores fide digni, sed factum illud figunt toto fere sæculo citius, ut mox ostendam. Interea observo, priora omnia, quæ referuntur de gemina translatione, nimirum ex Æthiopia in Britanniam, et ex Britannia in Lucaniam, ex conjecturis incertis potuisse confingi ; sed tam improbabiliter fuisse exposita, ut malim ignorare quo modo et quo tempore sacrum illud corpus in Lucaniam pervenerit, quam vel minimum ex relatione illa adoptare. De capite sancti, quod sibi attribuunt Armorici, postea agetur suo loco. Leo Ostiensis in *Chronico Casinensi*, lib. II, cap. 5, ad propositum nostrum hæc scribit : Quinto hujus abbatis (Aligerni) anno, qui est a Nativitate Domini nongentesimus quinquagesimus quartus, beatissimi apostoli et evangelistæ Matthæi corpus, quod primo apud Æthiopiam, ubi et passus fuerat, postmodum autem apud Britanniam per tempora diversa quieverat, tandem ejusdem sancti evangelistæ revelatione repertum, atque in Salernum translatum est. Baronius, qui data Leonis verba allegavit ad annum 954, num. 2, in margine notavit, pro vocibus, apud Britanniam, alias legi, apud Bithyniam.

65. Anonymus Salernitanus in Chronico cap. 143, sive tom. II *Scriptorum Italiæ*, part. II, col. 280, de inventione ita loquitur : « In ipsius temporibus inventum est sacratissimum corpus B. Matthæi in Lucaniæ finibus, atque cum debito honore per jussionem jam fati principis Salernum deducitur. Sed quot signa et miracula, et quomodo fuerit repertum, omnimodo nunc pandere omittimus. Postmodum, Deo annuente, fideliter innotescamus, atque huic Historiæ annectere faciamus : Hæc anonymus, sub Gisulpho principe Salternitano memorans inventionem, licet id non appareat loco allegato, quia totum caput, in quo de Gisulpho agitur, est eo loco omissum. In Excerptis quæ Heremperti nomine habentur, tom V. *Scriptorum Italiæ*, pag. 32, eadem clarius et melius leguntur. Verba accipe : « In ipsius principis Gisulphi temporibus inventum est sacratissimum corpus B. Matthæi in Lucaniæ finibus, atque cum debito honore per jussionem jam fati Gisulphi principis Salernum deducitur. Sed quot evenerint signa et miracula et quomodo fuerit repertum, omnimodo nunc pandere omittimus : postmodum, Deo annuente, innotescemus atque huic Historiæ adnectere faciemus. » Hactenus auctor, quicumque sit, quod non inquiro.

66. De anno inventionis, quem 954 dixit Leo Ostiensis, etiamsi forte non omnino sit certus, litem movendam non censeo ; cum certe illo anno principatum Salernitanum obtineret Gisulphus Guaimarii filius, sub quo inventionem contigisse ait anonymus Salernitanus. Ughellus, tom. X, col 157 in episcopis Pæstanis, et Antonius Mazza in Historia urbis Salernitanæ, cap. 5, num. 15, de anno etiam consentiunt. De loco ait Ughellus, corpus inventum esse in eversæ urbis (Pæstanæ) ruderibus. Mazza solum dicit, in Lucaniæ finibus inventum. Translationem vero enarrat his verbis : « Gisulphus Guaimarii filius etiam parvulus patri succedendo regnavit. Beati apostoli, evangelistæ ac martyris Matthæi corpus, Lucaniæ finibus inventum,... e Pæstana civitate anno 954, tempore præsulatus Bernardi II, summa cum veneratione in urbem Salernitanam transtulit, cujus adventum sanctus Grammatius II Salernitanus episcopus, ultimis ejus vitæ horis his prædixit verbis : « Non post multa tempora ecclesia Salernitana cœlesti thesauro decorabitur, atque ad summum honoris apicem ducetur. Festum vero dictæ translationis singulis quibusque annis pridie Nonas Maii solemniter per octo dies hymnis, rosis et floribus, maximo populi concursu celebratur : universusque clerus, abbates, ac comprovinciales cuncti episcopi primis vesperis, nec non missæ solemni interesse compelluntur. » Hæc Mazza. Quod autem spectat ad prædictionem sancti Grammatii, eam etiam refert Ughellus, in *Archiepiscopis Salernitanis*, sive tom. VII, col 352 in sancto Grammatio, qui ibidem dicitur coli die 11 Octobris ; ad quem diem latius apud nos examinari poterit. De reliquis similiter Mazzæ assentitur Ughellus in Bernardo II, col 362, additque corpus delatum esse in ecclesiam majorem sanctæ Mariæ. Gaspar Musca in Compendio Vitæ sancti Matthæi de his ait : « Anno vero 954 sub Agapito secundo (*papa*), Bernardus secundus hujus nominis episcopus, ac Gisulphus princeps Salernitanorum die sexta Maii, corpus apostoli ex Pæstana civitate Salernum, in cathedralem ecclesiam sub vocabulo Sanctæ Mariæ Angelorum transferri curarunt, in qua requievit annos 121. » De hac translatione itaque non videtur dubitandum.

67. Attamen alia nonnulla veniunt examinanda, quæ in corporis inventione et ante translationem

Salernitanam narrat Marsilius, et breviter laudatus Musca perstringit his verbis : « Quo tempore beatissimus apostolus Pelagiæ cuidam moniali vetulæ in somnis corpus suum manifestans, ipsa filio Athanasio monacho, qui in altari quodam a barbaris diruto, et vepribus undequaque contecto, sacrum corpus reperiens, exinde ad parvam ecclesiam prope Pæstanam civitatem locavit. Hinc vero Joannes Pæstanus episcopus ad cathedralem vocabulo Sanctæ Mariæ eximia pompa deportavit. » Marsilius cap. 7 una cum relatione ms. habet, Pelagiæ apparuisse sanctum Matthæum tribus consequenter noctibus, eique varia indicasse signa, quibus sacrum corpus reperiretur, jussisseque omnia eam indicare Athanasio filio, et cum eo corpus quærere. Tertia autem nocte, si rem recte enarravit auctor, eadem visio apparuit etiam Athanasio monacho, et utrique pœnam minitatus est apparens apostolus, nisi ad sacrum corpus quærendum se accingerent. Quapropter mane simul egrediuntur per viam indicatam, quærunt data indicia, et cito reperiunt. Fodiendo igitur altare detegunt, amotaque mensa marmorea, sacrum corpus inveniunt. Hoc vero defert Athanasius ad matris domum, ibique asservari jubet, inquit Marsilius, « quandiu divina quapiam revelatione moneatur, quid de eo sit deinceps ab ipsis agendum. » Nihil in ms. legitur de exspectata hac revelatione, nihil quoque de mandato apostoli, quod Marsilius astruit, cap. 8, ut corpus transferretur Salernum.

68. Post apparitiones Pelagiæ et Athanasio factas, in quarum ultima minæ erant adjunctæ, in ms. inventio sic refertur : « Qua comminatione compulsus Athanasius, falcastrum (instrumentum falcis instar ad rescindendum vepres) arripiens, prædictum sibi locum curiosa indagatione cœpit inquirere. Sed is locus tanta erat veprium densitate contectus, ut nullus, qua ingredi posset, pateret aditus. Et cum veprium densitatem toto nisu succideret, tandem eversa ecclesia, ut sibi per revelationem ostensa fuerat, oculis illius apparet : sed altare, quia congerie spinarum atque urticarum admodum erat contectum, minime poterat intueri. Tunc cæsis, quæ supererant, spinis ac sentibus, ad quod jam flagrandi desiderio intendebat, ipsum etiam altare invenit : inventum cum magna cautela reserare tentavit : et ut marmor, quo idem altare erat opertum, ex suo loco movisset, illico locus quadris contextus lateribus, in quo corpus sanctissimi apostoli et evangelistæ quiescebat, apparuit. Inde Athanasius tremebundus corpus apostoli detegens, cum multa diligentia sindone munda involvit, suisque imponens humeris ad proprium habitaculum remeavit, et pretiosum thesaurum matri custodiendum dedit . » Mox in ms. sequitur, voluisse Athanasium primo Constantinopolim, deinde Romam, cum sacro corpore navigare ; sed ab utroque itinere impeditum. Eadem narrat, cap. 8, Marsilius, sed non sine adjunctis aliquot, quibus facta in ms. relata magis fiunt improbabilia, et magis, quam necesse est, accusatur Athanasius.

69. Quare ista quoque ex ms. huc traduco : « Interea clam sanctissimum corpus Constantinopoleos deferre meditabatur ad urbem, revera non religionis gratia, sed lucri cupiditate illectus. Ignorante itaque matre, tollens apostoli corpus, Amalphiam adire tentavit, sperans se ibi aliquod inventurum esse navigium, quo Constantinopolim properaret. Cumque festinus lembum intrasset, velo remoque nitentibus nautis, ad locum, quo disposuerat, pergit ire. Sed ut navis paululum a terra discessisset, ruunt agmina ventorum, pluvia et tempestas exorta est, in tantum equidem, ut vix ad portum, quem reliquerat, remearet. Hoc ille frustratus consilio, iterum secum cogitabat, qualiter cum sanctissimo corpore Roman properaret : sed nequaquam Dei valuit obsistere voluntati, qui tale in has partes dignatus est transmittere donum. Nam denuo navigio præparato, assumptis validis in remigando viris, placida æquora est ingressus. Sed antequam littus vix oculis reliquisset, ingens procella subito erupit, ita ut vix voraginem evaderent pelagi. Tandem, quamvis cum magna mœstitia, semivivus suos redit ad fines : cumque cognovisset veraciter, sibi Deum obsistere, et adeo contra se insensibilia elementa pugnare, in ecclesia, quæ non longe a cella illius sita erat, sacratissimum abscondit thesaurum. » Hæc in ms., ex quo nequit certo colligi, Athanasium Constantinopoli aut Romæ sacrum corpus vendere voluisse, ut scribit Marsilius. Lucrum enim sperare poterat, etiamsi corpus non venderet, ex benevolentia et liberalitate eorum, quibus illud donaret. Alia Marsilii adjuncta mitto.

70. Post data verba auctor ms. narrat, innotuisse Joanni episcopo Pæstano inventionem corporis sancti Matthæi ; eumque cum clericis aliquot perrexisse per auram pluviam et ventosam ad locum, ubi depositum erat ; eoque vocari jussisse Athanasium. Hunc, ubi advenerat, de invento corpore interrogat, ac tergiversantem minis urget, et sic obtinet, ut ad videndum sacrum corpus ducatur, illudque cum clericis videat. « Episcopus vero ait auctor, sacrum corpus (jam visum) sindone iterum involutum annuli sui impressione signavit, signatum in arca seris munita, sigillis similiter consignata, reposuit. » His factis, si credimus auctori, petiit episcopus, ut Athanasius monachus esurientibus cibum quæreret et apponeret. At ille cibos quidem habebat, sed vino prorsus carebat. Episcopus igitur inter comedendum afferri jussit vacuum vasculum, quod omnibus sufficiens vinum effudit, si vera narrat anonymus, qui ea pluribus exponit. Marsilius vero plura etiam adjungit. Mihi, ut fatear, omnia illa magis suspecta sunt falsitatis, quam ut ipsa verba huc transferre lubeat. Apertius est commentum, quod sequitur, ac si noctu per fenestram

in ecclesiam irrumpere voluisset Athanasius, et sacrum corpus clam alio deportare. Æque fabulosa videntur adjuncta omnia translationis ad civitatem Caputaquensem. Itaque omissis reliquis ultima solum verba subjungo : « Castrum, cui Caput Aquis nomen est, ascenderunt, atque in ecclesia sanctæ Virginis Mariæ, in qua præfatus episcopus præsulatum regebat, cum omni reverentia deposuerunt. » Ex his verbis, si quid valent, recte colligitur, episcopos Pæstanos jam sæculo x resedisse in civitate Caputaquensi, et consequenter episcopos Caputaquenses ex Pæstanis ortos, de quo dubitat Ughellus. Verum ad rem redeamus.

71. Audierat Gisulphus princeps Salernitanus inventionem et translationem sacri corporis, eaque de causa. « Nimium de tanti thesauri inventione gavisus, ait anonymus in ms., venerabilis vitæ Joannem abbatem aliosque honorabiles viros ad Pæstanum direxit episcopum, mandans, ut patrocinium patriæ Salernitanæ adinventum sibi sub omni celeritate transmitteret. Sequenti vero die venerabilis abbas, et qui cum eo missi sunt, inæstimabili thesauro onusti revertuntur. Sed antequam urbem propius accederent, una cum Bernardo venerando præsule tota civitas obviam pergit ire. Ubi autem apostolicum corpus adepti sunt, tanto repleti sunt gaudio, ut gestu et vocibus exsultantem lætitiam ostentarent. Præsul vero, assumpto venerabili corpore et sericis obvoluto tegminibus, cum hymnis et laudibus in urbem rediit : atque in aula Dei Genitricis debita reverentia collocavit, in qua præsentiam sui corporis evangelista sanctissimus suis virtutum miraculis declaravit. » Mox sequuntur in utroque Ms. beneficia quædam patrocinio sancti Matthæi miseris præstita, quæ lectoribus, prout ibi leguntur, communicabo, abscissis tamen nonnullis superfluis, quæ tradam compendio.

72. Vir quidam, Andreas nomine, cujus filia diutina infirmitate oppressa languebat, adeo ut domus tota vicinum jam ejus obitum exspectaret, paterno motus viscere diu plorans, tandem fessus somno arripitur. » Somniabat autem, filiam suam sibi e brachiis eripi a tetro spiritu ; mox vero adstare virum venerabilem, qui dolenti patri filiam restituit. Rogat pater, quis sit, et munus offert. Ille autem placido vultu respondit ; Nullo tuo indigeo munere ; sed scias, me esse apostolum et evangelistam Matthæum, cujus corpus hesterno die Salernum translatum est. » Et hæc dicens, ab oculis ejus ablatus est. Exspergefactus Andræas cum magno tremore suam filiam requisivit : sed eam saluti jam reperiens restitutam, quod sibi in somnis ostensum fuerat, cunctis, qui aderant, enarravit. Primo autem diluculo venerabilem adiit præsulem, eique mirabile factum apostoli, quod in filia ejus patraverat, ordine recitavit. » Verisimile est, patrem pro filia pridie opem sancti Matthæi implorasse : id tamen auctor prætermisit.

73. « Eodem tempore mulier quædam unicam habebat filiam, cujus viscera tam gravibus contorquebantur doloribus, ut medici, impendendi remedii causa laborantes, nullum valerent conferre subsidium. Ejus cruciatus mater non sustinens, filiam ad corpus apostoli detulit, ubi lacrymosis oblatis precibus, salutem natæ, quam ingenti desiderio postulabant, meruit impetrare, ita ut quæ alienis allata fuerat manibus, domum cum matre suis gressibus remearet. »

74. Tertium beneficium dicitur præstitum servo cuidam Rothildæ, sororis Gisulphi principis Salernitani, et viduæ Athenolphi principis Beneventani. Athenolphi autem illius mentionem invenit Muratorius, in *Annalibus Italiæ*, usque ad annum 940, ita ut inde conjiciat, eodem anno 940 ipsum obiisse. Mihi necesse non est, tempus obitus Athenolphi propius inquirere. Solum observo, viduam ipsius Rothildam potuisse facile superesse usque ad annum 954, quo omnia contigisse dicuntur, maxime cum in viduitate perdurans, id est, diu vidua in ms. asseratur. Servus autem Rothildæ, Stephanus nomine, dicitur cum impatientia et cum invocatione diaboli aquam petiisse, acceptamque aquam ubi ebibisset, obsessus fuisse a dæmone. Res confestim innotuit non solum Rothildæ, sed etiam Gisulpho principi, cunctisque proceribus et episcopo Salernitano. Servabatur energumenus in sacello palatii vinculis constrictus, et episcopus omnes hortabatur ad preces pro eo fundendas. « Dum hæc agerentur, ait auctor, Athanasius intererat monachus (corporis inventor), qui, ut jam diximus, de manu Pæstani præsulis dentem sanctissimi evangelistæ susceperat (nimirum dum eidem corpus tradidit, ubi id affirmat auctor). Is accedens; præfatæ Rothildæ auribus intimavit, dicens : Penes me habeo dentem apostoli et evangelistæ Matthæi. Hic manu præsulis mittatur in benedictam aquam, quam dum sumpserit dæmoniacus, mirabilia Dei videbis. Et hæc dicens, Rothilda annuente et deposcente ut fieret, dentem præsuli suis tradidit manibus. Allata itaque aqua, idem præsul signum crucis edidit, dentem in aquam misit, ablatoque dente, aquam illi, qui maligno spiritu vexabatur, obtulit comminanter, atque, ut biberet, imperavit. Qua sumpta, acriter vexari cœpit. Et quia iniquus hostis, sacro obsistente potu, per os exire non valuit, cum ingenti fœtore per posteriora egressus est. Quapropter omnes Salvatori Deo pariter gratias retulere, qui per apostolum suum tale dignatus est operari miraculum. Athanasius autem dentem, quem ad expellendum hostem malignum dederat, recolligere satagens, multis frustra effusis precibus, nequaquam valuit obtinere. » Hactenus priora beneficia Salernitanis collata.

75. In utroque ms. subjungitur translatio brachii Beneventum, de quo tamen nihil reperio apud Viperam aliosque scriptores Beneventanos. Quid causæ sit, nequeo divinare, nisi forte, quod brachium istud non diu manserit Beneventi. Subjungam tamen, quæ in mss. reperio, quæque ex iisdem etiam

enarravit Marsilius, cap 10: « Cum autem fama signis miraculisque longe lateque vulgaretur, et Landulphus Beneventanus princeps audisset, Salernitanum populum beatissimi Matthæi corpus, Christo donante, possidere, convocans suos magnates et sapientes, Scitote, inquit, a Deo donatam salutem Salernitanis advenisse, eosque corpus sanctissimi apostoli et evangelistæ Matthæi, ipso revelante, in Lucaniæ finibus repertum, cum hymnis et laudibus intra urbis suæ mœnia collocasse. Unde, si placet, Salernitanum principem atque pontificem pariter obsecrando mandemus, ut ad tutelam nostræ quoque civitatis ex eodem sanctissimo corpore partem aliquam largiri dignentur. Illis autem principis dicta probantibus, missi sunt protinus illustres viri Salernum, magni muneris preces humillimas deferentes. Quos princeps et pontifex benigne suscipientes, atque eorum petitionibus annuentes, brachium illis sacri corporis summa cum reverentia tradunt suis concivibus deferendum. Quo accepto, plurimum gratulantes, immensasque Deo atque apostolo Christi gratias referentes, incomparabilique dono tripudiantes, Beneventum concito gradu regressi sunt. Sed antequam urbis mœnibus applicuissent, idem princeps et episcopus, qui tunc eidem civitati præerant, cum omni populo utriusque sexus et ætatis eis obviam exierunt, atque cum hymnis et laudibus sacri corporis brachium honorabiliter transtulerunt, atque intra urbis mœnia reverenter collocarunt. »

76. His additur beneficium, quod accepisse asseritur Landulphus cognomento Græcus, qui Beneventi carcere erat reclusus, et manibus pedibusque vinctus. Dum enim audiebat sonitus festivos, intelligebatque eos edi ob allatum sancti Matthæi brachium, eidem sancto se commendavit, et mox omnia vincula sua dirupta vidit, mirantibus cunctis, qui aderant. « Cumque hoc principi fuisset relatum, inquit auctor, eum ocius de carcere educi mandavit, atque ante suum conspectum adduci: quem placitis correptum verbis suo confestim honori restituit, pristinamque illi gratiam redonavit. » Hactenus auctor anonymus, qui verisimiliter floruit sæculo x, cum nihil tradat de iis, quæ sequenti sæculo facta videbimus; imo vehementer suspicor, non alium esse ab anonymo Salernitano, qui verbis num. 65 datis de hisce uberius se scripturum promisit.

§ VI. *Corpus iterum inventum Salerni, et ad novam ecclesiam translatum. Varia Sancti beneficia.*

77. Quanquam non satis novimus, quo tempore aut cujus opera corpus sancti Matthæi in Lucaniam fuerit delatum, illud tamen ibidem anno 954 inventum, et Salernum opera Gisulphi principis et Bernardis episcopi Salernitani translatum scriptores testantur tam antiqui, nimirum Anonymus Salernitanus, qui fere eodem vixisse tempore videtur, et Leo Ostiensis, ut fidem iis negare nequeamus. Quam facile autem illius corporis memoria interire potuerit in Lucania, ubi depositum fuerat in ecclesia prope Pæstum, civitatem bellicis motibus prorsus dirutam, clare perspiciemus ex iis, quæ sequenti sæculo contigerunt in ipsa civitate Salernitana, ubi similiter primo fuit oblivione perditum, ac postea feliciter inventum. Baronius ad annum 1080 ex conjectura verisimillima dicit, ob varia bellorum discrimina occultatum fuisse, et, ut credidit, ex hominum memoria jam effluxerat, sed fere solum ignotus erat locus, ubi fuerat depositum. Hoc autem non raro contigit de aliis quoque sanctorum corporibus, quæ timore nimio, ne auferrentur a quoquam, deposita fuerant loco paucis cognito, et sic aut multo tempore latuerunt aut etiamnum latent.

78. Certum quoque est, tempore S. Gregorii Papæ VII inventum fuisse Salerni corpus sancti Matthæi, et secundam hanc esse inventionem sacri illius thesauri in regno Neapolitano, licet Marsilius cap. 8 secundam inventionem cum prima confundat. Annum inventionis secundæ nullibi assignatum invenio. At cum, temporibus Gregorii VII, Alphani archiepiscopi Salernitani, et Salernum tenente Roberto Guiscardo, facta sit illa inventio, ut colligit ex litteris Gregorii ad Alphanum mox recitandis, non potest longe abesse ab anno 1080, quo refertur a Baronio. Nam anno 1077 Salernum a Roberto Guiscardo occupatum existimat Muratorius, in *Annalibus Italiæ*, ad annum 1077. Alii ad 1075 aut 1076 illius civitatis expugnationem referunt. Obiit autem laudatus Robertus anno 1085, uti et Gregorius VII, imo et Alphanus archiepiscopus secundum Ughellum. Inventio igitur certo contigit inter annum 1075 et 1085, ideoque, ut minimum, centum et viginti annis post primam, ut nulla ratione cum illa confundi valeat. Recte igitur ambas inventiones distinguit Gaspar Musca in Compendio de Vita et translationibus sancti Matthæi et in archiepiscopis Salernitanis.

79. Epistola S. Gregorii VII, ex qua jam dicta colliguntur, apud Baronium ad annum 1080 recitatur hoc modo: « Gregorius episcopus servus servorum Dei fratri et coepiscopo Salernitano Alphano salutem et apostolicam benedictionem. Divinæ pietatis respectui gratias ingentes referimus, cujus dignatio thesaurum magnum totique mundo profuturum nostris temporibus misericorditer revelavit. Non immerito tuæ quoque dilectioni gratulamur, quæ tantæ lætitiæ cœlitus revera ostensæ participes nos efficere sollicite procuravit. Credimus siquidem et incunctanter asserimus, de tanti corporis inventione non solum ipsum beatum Matthæum apostolum, verum etiam cæteros coapostolos cum Sanctis omnibus ipsisque cœlestibus spiritibus, et gloriosa Dei Genitrice Maria, mortalibus congaudere, atque ipsorum omnium studia circa humanum genus hoc tempore, quam aliis, multo propensiora multumque esse uberantiora. Si

enim cæteris temporibus sanctorum nos patrocinia pia non deserunt ; certissime tunc potissimum speranda sunt eorum auxilia, cum sanctissima eorum corpora nobis quasi rediviva divino nutu manifestantur : et sicut per corporei aspectus intuitum tanquam fides cernitur, spes jam tenetur ; ita eorum beneficia tunc erga devotos renovari, uberiusque redundare credendum est. Unde etiam sancta universalis Ecclesia, dudum magnis turbinibus variisque procellis impulsa, clamorem suum a Domino exauditum non dubitet, sed ad quieti littoris securitatem alacres oculos e vicino intendens, beati Matthæi apostoli præsidium juxta contempletur : quoniam jam nunc non dubie agit in portu, cui suam præsentiam ostendit gubernator antiquus. Quapropter de tanti thesauri revelatione tua fraternitas exsultet in Domino, et beatissimas reliquias debitæ venerationis obsequiis dignis amplectens, gloriosum ducem Robertum, ipsiusque nobilissimam conjugem hortetur et moneat, quatenus tam insigni patrono, qui se eis demonstrare dignatus est, reverentiam et honorem decenter exhibentes, ipsius gratiam et auxilium sibi suisque promereri nisibus summæ devotionis contendant. Dat. Romæ XIII Kal. Octob. » Hactenus Gregorius, cujus Epistola procul dubio data est, postquam pacem inierat cum Roberto Guiscardo, quod factum est anno 1078, ut ostendi ad 16 Septembris in B. Victore III, § 8, cum honorificam de Roberto faciat mentionem. Rursum scripto certo est epistola Gregorii, antequam Roma anno 1084 discederet, et verisimiliter ante conditam a Roberto sancti Matthæi ecclesiam, de qua mox agam, ut necesse sit, tam inventionem, quam scriptionem Epistolæ Gregorii figere circa annum 1080 : hoc enim ipso anno contigerit, aut uno alterove anno citius aut serius.

80. De constructo sancti Matthæi templo post expugnatum Salernum in *Chronico Casinensi*, lib. III, cap. 45, leguntur sequentia : « Civitate autem potita, Robertus ecclesiam sancti apostoli et evangelistæ Matthæi inibi construi jussit, in qua etiam sacrum ejusdem apostoli corpus summa cum veneratione locavit, os integrum brachii ejus, argentea theca reconditum ad suam filiorumque tutelam reservans. » De hujus ecclesiæ constructione illustrissimus Marsilius, cap. 9, pag. 71, ista scribit : « Regnante igitur Roberto Guiscardo, ac sedente Gregorio VII, triginta circiter anni ab inventione transierant (imo centum et circiter viginti quinque ab inventione illa, de qua loquitur, in partibus Lucaniæ) magnificentissimum templum divo apostolo construitur ære ipsius Roberti peculiari, in quo per novam veluti translationem sacræ reliquiæ demum repositæ sunt, et hodie quoque religiosissime asservantur, et singulis quibusque annis pridie Nonas Maii festum ipsius divinæ translationis solemniter celebratur, quo clerus universus, abbates, et comprovinciales episcopi omnes convenire ac primis Vesperis nec non missæ solemni pontificalibus induti interesse, certa proposita pœna tenentur. Quod et sine intermissione hactenus diligentissime servatum est, et assidue servatur. » Post hæc laudatus auctor vergit ad descriptionem regionis Picentinorum, et urbis Salernitanæ quæ, ejus est metropolis ad mare Tyrrhenum et sinum Salernitanum sita. Tum templum jam dictum, quod metropolitanum est, late describit, illudque ait esse longitudinis passuum nonaginta, latitudinis vero triginta, et justæ itidem altitudinis.

81. Cryptam templi subterraneam, in qua depositum est corpus sancti Matthæi, similiter describit, et de corpore ibi servato ita loquitur, pag. 80 : « Sed quod est in ipsa crypta venerabilius, et ex orbe toto Christianos homines allicit ; quiescit ibidem sanctissimum et gloriosissimum Matthæi apostoli et evangelistæ corpus religiosissime collocatum : siquidem quadratum est in media crypta spatium, quod lapidei cancellatique parietes bicubitales ambiunt ad ulnas ex omni latere duodecim, quo veluti septo altare cingitur vetustissimum, sub quo thesaurus ille repositus est, ita ut locus ipse per ferreos cancellos commode videri possit. Tanta fuit autem olim et est hodie quoque celebritas loci hujus, ut non Salernitani modo, sed omnium circumquaque provinciarum incolæ assidue concurrant ; imo vero et remotissimæ quoque gentes ex Europa tota frequenter confluant, et tam ingentem visuræ beatitudinem, et a Deo Domino ex hujus apostoli meritis petituræ divitias, honorem, vitæ diuturnitatem, optatam denique felicitatem in hoc sæculo, et (præcipue quidem, si sapiunt, gratiam Deo bene serviendi, obtinendique) gloriam in futuro perpetuam. Auget cum admiratione pietatem liquor pretiosus et sanctus (*manna* vulgo dicitur) qui ex beatissimo corpore manat, ad mala omni a propellenda antidotus præsentissima, quemadmodum frequens docuit experientia plurium sæculorum. Hæc de sacra corporis novissima translatione sufficiant, » inquit auctor, qui transit ad miracula quædam exponenda. At nonnulla ex illis jam exposui, alia quædam ad alios potius sanctos, quam ad sanctum Matthæum spectare videntur. Quapropter ea tantum huc traduco breviter, quatenus sancti Matthæi patrocinio prudenter adscribi possunt.

82. Mitto igitur quæ, cap. 11, refert Marsilius de translatis ad ecclesiam sancti Matthæi corporibus SS. Fortunati, Caii et Anthes martyrum : neque enim spectant ad sanctum Matthæum, et de dictis martyribus apud nos actum est ad 28 Augusti, ubi translatio ulla accuratius est exposita. Quod subjungit de pia anu, cui nomen erat Polisena, nequit certo attribui beneficio sancti Matthæi. Verba tamen pleraque auctoris huc transfero. Frequentabat illa diligentissime, ut pluribus refert, ecclesiam Sancti Matthæi, quotidie accedens ap

sacrum Officium. « Factum fuit, inquit, ut, cum A solemni quodam die templi ingressa, toto corde gloriosum apostolum salutaret, et lustrali sese aqua perfunderet, guttæ omnes, quæcumque pallium atque linteolos tetigerant, in aurum purissimum verterentur, quod et populus universus magna cum admiratione perspexit, et familiæ nomen ex accidenti edidit, quæ de Aurofino dicitur, prout per patrum traditiones ad hanc usque diem fama perrexit. » Verum non apparet mihi factum istud ex sola traditione satis certum, nedum certo attribuendum sancto Matthæo. Ex traditione sola etiam fortasse scripsit Marsilius, quod subjungit de Salerno divinitus defenso contra Ferdinandum Sanseverinum principem Salernitanum. Factum tamen breviter subjicio. Valdemontius Lotharingiæ reguli B frater, inquit, facili negotio occupaverat Salernum, ut pluribus narrat Muratorius, in *Annalibus Italiæ*, ad annum 1527. Ferdinandus princeps, re intellecta, confestim turmam colligit militarem ad civitatem recuperandam et cives puniendos : « Tantum abfuit, inquit auctor, ut voti compos exsisteret, ut et confestim repulsus fuerit, et plurimos ex suis militibus unius horæ spatio desideraverit. Nec vero tam felicem fortemque operam oppidani præstiterunt, qui et paucissimi inermes erant : sed stetere magno quidem numero in hostium conspectu pro civibus galeati thoracatique milites cœlestis exercitus sub quatuor ductoribus eximiis, quos fuisse gloriosissimum Matthæum et tres tutelares sanctos (Fortunatum et socios) haud sane C dubium fuit ; cum populare fuerit spectaculum, et princeps ipse singulique milites id ipsum, pacatis postea rebus, prædicaverint. » Hactenus auctor, qui eodem sæculo scripsit, rebus tamen gestis non adfuit, utpote necdum natus.

83. Subjungit aliud factum, quod ait contigisse circa idem fere tempus. Pauca nobis de illo sufficient. Fur sacrilegus locum sepulcri sancti Matthæi expilavit. Comprehensus ille fuit alia de causa, eaque occasione istud quoque crimen ultro confessus. « Et post dies aliquot, inquit, tanto est fœdore (fœtore, opinor) ac mœrore correptus, ut contracta propriæ carnis corruptio in pediculos fuerit paulatim conversa, quorum tanta epullulabat vis, ut non modo tunicas ejus omnes imple D ret, sed totum plane corpus passim eroderet. Quamobrem fœdissimis illis vermibus celeriter putruit, et justa divini Numinis ira (quemadmodum ipse palam omnibus fatebatur) eo ipso morbo miseram evomuit animam. » In pauca similiter contraham, quod anno 1525 et 1526 contigisse auctor affirmat. Bernardinus quidam e Naccarellorum familia, dum feria sexta in parasceve prioris anni erat in ecclesia sancti Matthæi, dubitabat de particula sacrosanctæ crucis, venerationi proposita, et impia hæc verba protulit : « Eheu ! quid si Christi crux mons ipse Vesuvius fuisset ? » His dictis, statim obmutuit, mutusque mansit usque ad eumdem diem sequentis anni, licet de peccato suo multum doleret. Pridie illius diei, cum ad ecclesiam pergeret, monetur a mendico sancti Germiniani episcopi Mutinensis opem implorare. Quando autem postridie in ecclesia sancti Matthæi divino servitio intererat, proferente episcopo verba illa : « Ecce lignum crucis, ait auctor, Bernardinus, qui summa devotione prociderat, divino Spiritu agitante, clamavit voce magna : Ecce lignum crucis, cæteraque verba singula deinceps explicuit, quæ per antistitem dicta sunt, et statim veluti mortuus cecidit. Tunc vero, quia notus civibus erat, et nemo ignorabat, illum antea loqui non potuisse, acclamavit populus universus : Miraculum ! miraculum ! et tametsi per id tempus nullus sit in ecclesiis campanarum usus, sed ex veteri Ecclesiæ ritu ligneis indumentis soleat strepitus excitari lugubris, quamdiu jacuit in sepulcro Salvator, pro miraculi tamen hujus novitate omnes campanæ confestim pulsatæ sunt, cæteraque instrumenta omnia, quæ habentur in ecclesiis ad psallendum.

84. Interim ad se reversus Bernardinus palam fecit omnibus, quod hactenus agitaverat corde tantum, nempe ante annum ea ipsa die impium se infidelemque fuisse, quod sacratissimæ crucis particulam adulterinam et commentitiam credidderit ; ideoque loquendi facultate merito privatum fuisse : nunc vero præcedenti illa nocte secum in somniis locutum fuisse beatum Geminianum Mutinensem, monuisseque, ut eadem ipsa hora, quæ tunc anno recurrente jamjam appetebat, eodem loco suum deploraret peccatum coram gloriosissimo apostolo Matthæo ; et crederet veram illam crucis esse portionem in quo Salvator Jesus pro humana gente pependit : fecisse se paulo ante, quidquid vir ille sanctus monuerat, et sanctissimum Matthæum exorasse, ut fidei suæ protestationem Christo Domino dignaretur offerre, ac statim loquendi vim amissam recuperasse. Hæc omnia fusius ipse perque multos gemitus palam exposuit ; rogavitque præsulem, ut miraculum istud curaret in acta referri ad perpetuam rei memoriam. Quamobrem publicis documentis jussit hoc diligenter comprehendi : quod tum ipsius Bernardini jurejurando, tum canonicorum omnium, qui præsentes fuerant, solemni fuerant attestatione firmata. »

85. Post hæc pergit auctor ad beneficium defensi divinitus contra classem Turcarum Salerni. Hoc accidit, ipso saltem vivente, sed necdum Salerni degente. Secundum Annales Muratorii res facta est anno 1544. Audiamus Marsilium, resciscis tamen adjunctis aliquot non necessariis : « Quo tempore... Carolus V Romanorum imperator, et Francisus I Gallorum rex de totius fere Italiæ primatu contendebant, impetravit Gallus a Solymano Turcarum principe classem validam et numerosam, Haradieno Barbarussa præfecto, ut maritimas oras, quæ cæsareæ factionis erant, vexaret atque diripe

ret. » Factum hoc anno 1543. At, cum sequenti anno Franciscus I terribilem illam classem, quæ nihil utilitatis attulerat, meliori consilio remitteret; Barbarussa in transitu varias civitates maritimas et insulas partim frustra tentavit, et partim cepit et diripuit, ut pluribus exponit auctor. Salernum similiter invadere voluit. « Plane ubi in ejus conspectum devenit, inquit Marsilius, armorum fulgore et aspectus feritate terribilis, civibus cunctis catenas et compedes, urbi autem barbaram vastationem denuntiabat. Quocirca ad trucem tympanorum sonitum et minaces tibiarum modulos, usque adeo populus universus expavit, ut demigrantes incolæ animo consternato, et summa cum trepidatione fere omnes ad montana confugerent Fervebat tum maxime æstas sub septimum Kalendas Quinctiles, et tanta erat cœli marisque tranquillitas, ut immobile plane videretur pelagus : Barbarussa autem prædensa navigiorum acie jamjam accedens, tormentis in fronte collocatis, pronuntiavit, ut milites descensionem facerent, et prædæ atque incendiis incumberent : cum ecce tempestas turbulentissima repente exoritur, et veluti prodigioso ac horribili terræ motu mare concutitur inter Almalphiam atque Salernum : inusitata præterea diversorum ventorum conjuratione usque adeo commotum intimuit, ut immensis fluctibus jactata classis in littus adigeretur, navesque omnes nutantibus malis, atque inter se proris adversis ac puppibus concurrentes ingenti calamitate collisæ ac diffractæ, luctuoso naufragio mergerentur. »

86. « Accessit quoque miraculo visus in cœlo senex summæ proceritatis, ipsaque prolixæ barbæ spectanda canitie conspicuus, qui videbatur illam excitare procellam, et pro sua quasi civitate pugnare : visæ sunt etiam validissimæ promptissimorum militum et civium cohortes, fulgentibus per muri coronam galeis atque thoracibus, urbem perpetua quasi statione defendere. Unde constat, immanem illum barbarum ea die contremuisse, et paucissimis triremibus, quæ vix evaserunt incolumes, ultra Palinurum, invalescentibus ventis, raptum fuisse. Cætera navigia cujuscumque generis vel plane quassata sensim absorpta sunt, vel fatali in littore desederunt, prædaque omnia, quam per fas et nefas barbarus undecumque collegerat, ad Salernitanum littus ejecta, incolis occupantibus est quæsita. Cum igitur imminentem cladem tam felici eventu, non humanæ vires, sed Deus Opt. Max. avertisset, acceptum id Salernitati tulerunt precibus et meritis Matthæi et Andreæ apostolorum : hic Almalphitanam, ille Salernitanam plagam defenderat. Quamobrem sequenti die Salernitanus populus Deo ingentes gratias egit : et deinceps quotannis ea ipsa die miraculi memoria renovatur, quia et proprium ob id Officium celebratur in choro majoris ecclesiæ, et per civitatem solemni processione discurritur, in qua alternis precibus Diva Divæque omnes propitiantur, et sacrum missæ solemne conficitur. » Hactenus Marsilius annis circiter triginta quinque post rem peractam, quando multi procul dubio vivebant Salernitani, qui factum illud viderant, et de adjunctis omnibus poterant judicare. Eadem brevius referunt Musca, qui Marsilio convixit, in archiepiscopis Salernitanis, pag. 56, Mazza, in *Historia Salernitana*, cap. 6, et Ughellus, tom. VII in *Archiepiscopis Salernitanis*, in Nicolao Rodulpho, qui tunc præerat Salernitanæ ecclesiæ. Redeo ad Marsilium.

87. « Novissime placet illud non reticere, inquit, quod nobis ipsis in hac ecclesia sedentibus ante biennium contigit. Tametsi enim ab eo die, quo locus ille fuit per sacrilegium contaminatus, ubi gloriosissimus apostolus jacet, divinus liquor perexiguus semper emerserit, adeo ut vix multorum dierum spatio modica potuerit ejusdem quantitas hauriri ; advenientibus tamen illustribus ex Sarmatia viris Georgio Radziroil, episcopatus Wilnensis coadjutore, et Alberto Radziroil fratre, et duce in Olica ; ac devote petentibus, ut et loci videnti et mannæ ipsius in patriam deferendæ copiam faceremus, libenter utrumque concessimus : lagenamque ipsam, quæ pridie arida pene fuerat, sacro humore adeo repletam undantemque reperimus, ut liberaliter principibus ipsis viris eorumque comitibus potuerimus ipsam distribuere. Imo vero et duas ampullas eodem liquore plenas ad Gregorium XIII P. M. deferri curavimus , quas et gratissimas exstitisse per litteras accepimus. Tantæ igitur rei novitatem valde admirati sumus; et veriti, ne beatissimus apostolus huic populo ob scelera multa succenseat, precari numquam desistimus illum, ut civitatem istam civesque omnes dignetur pro sua consueta bonitate protegere. »

88. « Tandem et illud placet inter miracula recensere, quod ex universa provincia frequentissime afferuntur homines utriusque sexus, qui malis spiritibus acerrime divexantur : et eos omnes ante ipsum D. Matthæi altare constitutos sacerdos unus imposita manu liberat. Quod sane, tametsi ab ipso translationis initio factitatum assidue fuit, quia tamen ad hæc usque tempora perseverat, et nobis etiam videntibus quandoque peractum est, non fuit ulla ratione prætereundum silentio. » Ita auctor. Ex ultimis verbis colligo, multa sancti Matthæi beneficia scriptis consignata non fuisse : neque enim energumenorum liberationes invenio scriptas.

89. Ex illis unum Sancti beneficium Salernitanis præstitum refertur a Romualdo II archiepiscopo Salernitano, qui omnia præsens videre potuit, cum patria fuerit Salernitanus, et secundum Ughelli chronotaxim jam patriæ suæ præesset archiepiscopus, quando res peracta est, aut quadriennio post archiepiscopus fuerit factus ex chronotaxi Gasparis Musca. Factum a Muratorio, in *Annalibus Italiæ*,

sacrum Officium. « Factum fuit, inquit, ut, cum A solemni quodam die templi ingressa, toto corde gloriosum apostolum salutaret, et lustrali sese aqua perfunderet, guttæ omnes, quæcumque pallium atque linteolos tetigerant, in aurum purissimum verterentur, quod et populus universus magna cum admiratione perspexit, et familiæ nomen ex accidenti edidit, quæ de Aurofino dicitur, prout per patrum traditiones ad hanc usque diem fama perrexit. » Verum non apparet mihi factum istud ex sola traditione satis certum, nedum certo attribuendum sancto Matthæo. Ex traditione sola etiam fortasse scripsit Marsilius, quod subjungit de Salerno divinitus defenso contra Ferdinandum Sanseverinum principem Salernitanum. Factum tamen breviter subjicio. Valdemontius Lotharingiæ reguli B frater, inquit, facili negotio occupaverat Salernum, ut pluribus narrat Muratorius, in *Annalibus Italiæ*, ad annum 1527. Ferdinandus princeps, re intellecta, confestim turmam colligit militarem ad civitatem recuperandam et cives puniendos : « Tantum abfuit, inquit auctor, ut voti compos exsisteret, ut et confestim repulsus fuerit, et plurimos ex suis militibus unius horæ spatio desideraverit. Nec vero tam felicem fortemque operam oppidani præstiterunt, qui et paucissimi inermes erant : sed stetere magno quidem numero in hostium conspectu pro civibus galeati thoracatique milites cœlestis exercitus sub quatuor ductoribus eximiis, quos fuisse gloriosissimum Matthæum et tres tutelares sanctos (Fortunatum et socios) haud sane C dubium fuit ; cum populare fuerit spectaculum, et princeps ipse singulique milites id ipsum, pacatis postea rebus, prædicaverint. » Hactenus auctor, qui eodem sæculo scripsit, rebus tamen gestis non adfuit, utpote necdum natus.

83. Subjungit aliud factum, quod ait contigisse circa idem fere tempus. Pauca nobis de illo sufficient. Fur sacrilegus locum sepulcri sancti Matthæi expilavit. Comprehensus ille fuit alia de causa, eaque occasione istud quoque crimen ultro confessus. « Et post dies aliquot, inquit, tanto est fœdore (fœtore, opinor) ac mœrore correptus, ut contracta propriæ carnis corruptio in pediculos fuerit paulatim conversa, quorum tanta epullulabat vis, ut non modo tunicas ejus omnes imple D ret, sed totum plane corpus passim eroderet. Quamobrem fœdissimis illis vermibus celeriter putruit, et justa divini Numinis ira (quemadmodum ipse palam omnibus fatebatur) eo ipso morbo miseram evomuit animam. » In pauca similiter contraham, quod anno 1525 et 1526 contigisse auctor affirmat. Bernardinus quidam e Naccarellorum familia, dum feria sexta in parasceve prioris anni erat in ecclesia sancti Matthæi, dubitabat de particula sacrosanctæ crucis, venerationi proposita, et impia hæc verba protulit : « Eheu ! quid si Christi crux mons ipse Vesuvius fuisset ? » His dictis, statim obmutuit, mutusque mansit usque ad eumdem diem sequentis anni, licet de peccato suo multum doleret. Pridie illius diei, cum ad ecclesiam pergeret, monetur a mendico sancti Germiniani episcopi Mutinensis opem implorare. Quando autem postridie in ecclesia sancti Matthæi divino servitio intererat, proferente episcopo verba illa : « Ecce lignum crucis, ait auctor, Bernardinus, qui summa devotione prociderat, divino Spiritu agitante, clamavit voce magna : Ecce lignum crucis, cæteraque verba singula deinceps explicuit, quæ per antistitem dicta sunt, et statim veluti mortuus cecidit. Tunc vero, quia notus civibus erat, et nemo ignorabat, illum antea loqui non potuisse, acclamavit populus universus : Miraculum ! miraculum ! et tametsi per id tempus nullus sit in ecclesiis campanarum usus, sed ex veteri Ecclesiæ ritu ligneis indumentis soleat strepitus excitari lugubris, quamdiu jacuit in sepulcro Salvator, pro miraculi tamen hujus novitate omnes campanæ confestim pulsatæ sunt, cæteraque instrumenta omnia, quæ habentur in ecclesiis ad psallendum.

84. Interim ad se reversus Bernardinus palam fecit omnibus, quod hactenus agitaverat corde tantum, nempe ante annum ea ipsa die impium se infidelemque fuisse, quod sacratissimæ crucis particulam adulterinam et commentitiam credidderit ; ideoque loquendi facultate merito privatum fuisse : nunc vero præcedenti illa nocte secum in somniis locutum fuisse beatum Geminianum Mutinensem, monuisseque, ut eadem ipsa hora, quæ tunc anno recurrente jamjam appetebat, eodem C loco suum deploraret peccatum coram gloriosissimo apostolo Matthæo ; et crederet veram illam crucis esse portionem in quo Salvator Jesus pro humana gente pependit : fecisse se paulo ante, quidquid vir ille sanctus monuerat, et sanctissimum Matthæum exorasse, ut fidei suæ protestationem Christo Domino dignaretur offerre, ac statim loquendi vim amissam recuperasse. Hæc omnia fusius ipse perque multos gemitus palam exposuit ; rogavitque præsulem, ut miraculum istud curaret in acta referri ad perpetuam rei memoriam. Quamobrem publicis documentis jussit hoc diligenter comprehendi : quod tum ipsius Bernardini jurejurando, tum canonicorum omnium, qui præsentes fuerant, solemni fuerant attestatione firmata. »

85. Post hæc pergit auctor ad beneficium defensi divinitus contra classem Turcarum Salerni. Hoc accidit, ipso saltem vivente, sed necdum Salerni degente. Secundum Annales Muratorii res facta est anno 1544. Audiamus Marsilium, resciscis tamen adjunctis aliquot non necessariis : « Quo tempore... Carolus V Romanorum imperator, et Francisus I Gallorum rex de totius fere Italiæ primatu contendebant, impetravit Gallus a Solymano Turcarum principe classem validam et numerosam, Haradieno Barbarussa præfecto, ut maritimas oras, quæ cæsareæ factionis erant, vexaret atque diripe

ret. » Factum hoc anno 1543. At, cum sequenti anno Franciscus I terribilem illam classem, quæ nihil utilitatis attulerat, meliori consilio remitteret; Barbarussa in transitu varias civitates maritimas et insulas partim frustra tentavit, et partim cepit et diripuit, ut pluribus exponit auctor. Salernum similiter invadere voluit. « Plane ubi in ejus conspectum devenit, inquit Marsilius, armorum fulgore et aspectus feritate terribilis, civibus cunctis catenas et compedes, urbi autem barbaram vastationem denuntiabat. Quocirca ad trucem tympanorum sonitum et minaces tibiarum modulos, usque adeo populus universus expavit, ut demigrantes incolæ animo consternato, et summa cum trepidatione fere omnes ad montana confugerent Fervebat tum maxime æstas sub septimum Kalendas Quinctiles, et tanta erat cœli marisque tranquillitas, ut immobile plane videretur pelagus : Barbarussa autem prædensa navigiorum acie jamjam accedens, tormentis in fronte collocatis, pronuntiavit, ut milites descensionem facerent, et prædæ atque incendiis incumberent : cum ecce tempestas turbulentissima repente exoritur, et veluti prodigioso ac horribili terræ motu mare concutitur inter Almalphiam atque Salernum : inusitata præterea diversorum ventorum conjuratione usque adeo commotum intimuit, ut immensis fluctibus jactata classis in littus adigeretur, navesque omnes nutantibus malis, atque inter se proris adversis ac puppibus concurrentes ingenti calamitate collisæ ac diffractæ, luctuoso naufragio mergerentur. »

86. « Accessit quoque miraculo visus in cœlo senex summæ proceritatis, ipsaque prolixæ barbæ spectanda canitie conspicuus, qui videbatur illam excitare procellam, et pro sua quasi civitate pugnare : visæ sunt etiam validissimæ promptissimorum militum et civium cohortes, fulgentibus per muri coronam galeis atque thoracibus, urbem perpetua quasi statione defendere. Unde constat, immanem illum barbarum ea die contremuisse, et paucissimis triremibus, quæ vix evaserunt incolumes, ultra Palinurum, invalescentibus ventis, raptum fuisse. Cætera navigia cujuscumque generis vel plane quassata sensim absorpta sunt, vel fatali in littore desederunt, prædaque omnia, quam per fas et nefas barbarus undecumque collegerat, ad Salernitanum littus ejecta, incolis occupantibus est quæsita. Cum igitur imminentem cladem tam felici eventu, non humanæ vires, sed Deus Opt. Max. avertisset, acceptum id Salernitati tulerunt precibus et meritis Matthæi et Andreæ apostolorum : hic Almalphitanam, ille Salernitanam plagam defenderat. Quamobrem sequenti die Salernitanus populus Deo ingentes gratias egit : et deinceps quotannis ea ipsa die miraculi memoria renovatur, quia et proprium ob id Officium celebratur in choro majoris ecclesiæ, et per civitatem solemni processione discurritur, in qua alternis precibus Diva Divæque omnes propitiantur, et sacrum missæ solemne conficitur. » Hactenus Marsilius annis circiter triginta quinque post rem peractam, quando multi procul dubio vivebant Salernitani, qui factum illud viderant, et de adjunctis omnibus poterant judicare. Eadem brevius referunt Musca, qui Marsilio convixit, in archiepiscopis Salernitanis, pag. 56, Mazza, in *Historia Salernitana*, cap. 6, et Ughellus, tom. VII in *Archiepiscopis Salernitanis*, in Nicolao Rodulpho, qui tunc præerat Salernitanæ ecclesiæ. Redeo ad Marsilium.

87. « Novissime placet illud non reticere, inquit, quod nobis ipsis in hac ecclesia sedentibus ante biennium contigit. Tametsi enim ab eo die, quo locus ille fuit per sacrilegium contaminatus, ubi gloriosissimus apostolus jacet, divinus liquor perexiguus semper emerserit, adeo ut vix multorum dierum spatio modica potuerit ejusdem quantitas hauriri ; advenientibus tamen illustribus ex Sarmatia viris Georgio Radziroil, episcopatus Wilnensis coadjutore, et Alberto Radziroil fratre, et duce in Olica ; ac devote petentibus, ut et loci videnti et mannæ ipsius in patriam deferendæ copiam faceremus, libenter utrumque concessimus : lagenamque ipsam, quæ pridie arida pene fuerat, sacro humore adeo repletam undantemque reperimus, ut liberaliter principibus ipsis viris eorumque comitibus potuerimus ipsam distribuere. Imo vero et duas ampullas eodem liquore plenas ad Gregorium XIII P. M. deferri curavimus , quas et gratissimas exstitisse per litteras accepimus. Tantæ igitur rei novitatem valde admirati sumus; et veriti, ne beatissimus apostolus huic populo ob scelera multa succenseat, precari numquam desistimus illum, ut civitatem istam civesque omnes dignetur pro sua consueta bonitate protegere. »

88. « Tandem et illud placet inter miracula recensere, quod ex universa provincia frequentissime afferuntur homines utriusque sexus, qui malis spiritibus acerrime divexantur : et eos omnes ante ipsum D. Matthæi altare constitutos sacerdos unus imposita manu liberat. Quod sane, tametsi ab ipso translationis initio factitatum assidue fuit, quia tamen ad hæc usque tempora perseverat, et nobis etiam videntibus quandoque peractum est, non fuit ulla ratione prætereundum silentio. » Ita auctor. Ex ultimis verbis colligo, multa sancti Matthæi beneficia scriptis consignata non fuisse : neque enim energumenorum liberationes invenio scriptas.

89. Ex illis unum Sancti beneficium Salernitanis præstitum refertur a Romualdo II archiepiscopo Salernitano, qui omnia præsens videre potuit, cum patria fuerit Salernitanus, et secundum Ughelli chronotaxim jam patriæ suæ præesset archiepiscopus, quando res peracta est, aut quadriennio post archiepiscopus fuerit factus ex chronotaxi Gasparis Musca. Factum a Muratorio, in *Annalibus Italiæ*,

refertur ad annum 1162, atque ita exponitur a Romualdo, tom. VII *Scriptorum Italiæ*, col. 205. « Guilielmus I Siciliæ rex cognomento Malus, Post compressos rebellionis motus in regno Neapolitano, « et sic recuperata terra tota (cum exercitu), Salernum venit. Et quia indignatus erat Salernitanis civibus, urbem intrare noluit, sed juxta eam tentoria fixit. Cœpit autem a civibus magnam pecuniam petere. Quam quum illi statim solvere non possent, inventa occasione plurimum indignatus, quosdam ex eis suspendi fecit, comminatus aliis, quod, nisi pecuniam cito solverent, urbem destrueret. Beatus autem apostolus Matthæus, qui Salernitanæ civitati a Deo patronus datus est et defensor, civitatem suam in tanto discrimine non reliquit. Nam quum rex in eo esset proposito, quod multa mala Salernitanis inferret, media die, quum tanta esset serenitas, quod nulla in aere nubes appareret, subito a Septemtrione ventus validus cum ingenti pluvia, et turbo impetuosus erupit, qui totius exercitus tentoria universa dejecit, et tentorium regium in eminenti positum sic a loco, in quo fixum fuerat, impulit et commovit, quod regem dormientem pene prostravit. Expergefactus rex, et tanta inundatione attonitus, cœpit fugere, et Apostoli auxilium invocare, et vix in quodam parvo tentorio fugiens se recepit.

90. Et licet rex animi sui timorem super hoc facto dissimularet, magnates tamen curiæ et viri prudentes manifeste noverunt, hoc miraculum virtute apostolica perpetratum. Apostolus enim in hoc facto et commisso sibi populo et regi manifeste consulit, dum et commissum sibi populum a periculo eruit et regem, ne propositum malum perficeret, impedivit. Rex ergo, quod factum fuerat, secum recogitans, et indignationem apostolicam pertimescens, quum se moraturum circa Salernum aliquantulum disposuisset, mutato proposito, altera die galeas (id est triremes) intravit, et festinanter in Siciliam rediit. » Hugo Falcandus qui eodem etiam sæculo scripsit, in *Historia Sicula*, ibidem post Romualdi chronicon edita, de facto prodigioso plane consentit ; sed causam prodigii attribuit morti alicujus innoxii Salernitani, qui regis jussu cum aliis fuerat suspensus. De turbine hanc, ut credit, ob causam exorto, ita loquitur col. 299 : « Cum enim adeo serenus esset aer, ut nullum prorsus in eo nubis vestigium appareret, tanta repente tempestas exorta est, tonitrua, coruscationes, et imbrium inundatio subsecuta, ut per totum exercitum instar rapidissimi torrentis aqua decurreret, et tam ipsius regis, quam cæterorum omnium tentoria, paxillis avulsis ruptisque funibus, procella subverteret, tantusque regem et universum exercitum terror invasit, ut, rerum omnium jactura posthabita, cogerentur de salute propria desperare. » Hoc ille, ut dixi, evenisse putat ob cædem civis innocentis, Romualdus ad conservationem urbis et plurium innocentium a damnis inferendis. Occulta Dei consilia neuter scire potuit ; at mihi conjectura Romualdi præferenda videtur, quia terribillis ille turbo eum revera effectum produxit, ut nullum præterea damnum Salernitanis sit illatum ; sed vitam occiso non reddidit.

§ VII. *Reliquiæ variis locis servatæ : loca aliquot sacra S. Matthæo dicata.*

91. Restant nonnulla dicenda de reliquiis S. Matthæi, quæ a reliquo corpore separatæ servantur. Mazza quidem, in *Historia Salernitana*, cap. 6 dicit sancti Matthæi apostoli corpus integrum, excepto dente ac brachio, servari in altari eidem dicato, de quo egi num. 81. At illud certiori testimonio sive ossium inspectione probatum vellem, et certe tam stricte sumendum non est, ut credendum sit, nihil reliquiarum sancti Matthæi ad alia quoque loca pervenisse. Interim laudatus auctor testatur, dentem unum et brachium Sancti in superiori sacrario ejusdem ecclesiæ conservari. De utroque etiam loquitur Marsilius, cap. 9, pag. 79, ubi exponit servata in sacrario, atque dentem illum positum esse in cruce argentea variis reliquiis ditata. « In dextra (parte crucis) gloriosissimi Matthæi dens alius, de quo et nos, inquit, supra locuti sumus. » Insinuat igitur, esse illum ipsum dentem, qui concessus fuerat Athanasio monacho corporis inventori, ut dictum num. 74 ; quique eidem ablatus deinde est, quemadmodum expositum est num. 74. De brachio laudatus Marsilius ita loquitur : « Est et D. Matthæi brachium illud, quod Beneventanus quondam princeps a Gisulpho precibus impetraverat : quamvis argento concluditur, ex cancellis tamen carnis et ossium aspectus intuentibus patet. » Hæc Marsilius, non explicans, qua occasione brachium, quod sæculo x Beneventum translatum asseritur, postea relatum fuerit Salernum. Verum sicut corpus S. Januarii sæculo ix translatum fuit Neapoli Beneventum, indeque rursum alio delatum : demumque Neapolim relatum, tali aut simili modo brachium sancti Matthæi Salernum redire potuit. Certe illud modo Salerni esse, uti et dentem, etiam asserit Musca in Compendio jam laudato.

92. Si autem illud ipsum sit brachium, quod fuit sæculo x Beneventi, videtur et alterum brachium a reliquo corpore separatum fuisse sæculo xi. Quippe Robertus Guiscardus ex invento corpore integrum os brachii pro se retinuit, ut vidimus num. 80. De illo osse in *Chronico Casinensi*, lib. iii, cap. 57, relata Roberti morte; hæc leguntur : « Hic interea (Robertus) ad diem obitus sui brachium sancti apostoli et evangelistæ Matthæi capellanis suis, filio suo, Salerni reportandum, atque reddendum reliquit. Sed illi substantia pauperes, ac fide pauperiores, thecam argenteam, in qua sanctum brachium erat reconditum, inter se dividunt, indeque Hierosolymam pergentes, sanctas reliquias usque ad diem obitus sui apud se retinuere cela-

tas. Ad mortem autem venientes, supradictas reliquias, insciis sociis, pueris suis contradunt, qui qualiter sanctum brachium temporibus Girardi abbatis ad hunc locum detulerint, loco suo scribemus. » Deinde lib. IV, cap. 73, laudatus auctor hæc scribit : « Hic interea abbas (Casinensis Girardus) cum apud Beneventum in Apostolico servitio permaneret, et certo certius brachium sancti apostoli et evangelistæ Matthæi in eadem civitate reconditum esse didicisset, ad se jam dicti brachii custodes convocans, qualiter, vel quo ordine ejusdem sancti apostoli brachium habuissent, percunctari studiosissime cœpit. Qui dum retulissent, qualiter illud secum Robertus dux detulisset in expeditione, quam contra Alexium imperatorem habuerat, ac demum capellanis suis ad mortem reliquerat, ipsique postmodum in die obitus sui sibi dimiserant, abbas monere illos attentius cœpit, ut tanta digniora Casinensi cœnobio conferrent.

93. « Illi autem ocius se hæc adimplere fatentur, si abbas illos quacumque hora ad conversionem venire vellent, absque aliquo pretio illos in hoc monasterio reciperet. Quod cum abbas libentissime se impleturum spopondisset, illi confestim sanctas reliquias ad hunc locum ferendas eidem abbati contradunt. Suscipiens igitur idem abbas sanctas reliquias, diuque deosculans, per hujus nostræ congregationis fratres ad hoc monasterium transmittere studuit. Ad cujus adventum omnes terram, qui hanc inhabitabant, cum ingenti devotione et gaudio, obviam processerunt. Sane cum hæc ad hujus nostræ congregationis notitiam pervenissent, inæstimabili exsultatione repleti, ac solemnibus vestimentis induti, cum lampadibus et thymiamatibus usque ad portam veterem exierunt, ac terræ prostrati sanctum evangelistam adoraverunt : surgentesque cum maxima reverentia deosculaverunt, et cum hymnis et laudibus illud in monasterium introducentes, atque in argentea capsa, turrium instar aptata, sanctum brachium recludentes, in argentea trabe ante beati Benedicti altarium suspenderunt, anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo vicesimo secundo. » In Adnotatis Angeli de Nuce editoris additur brachium illud modo servari, in theca argentea, brachii forma. Papebrochius noster in Itinerario Ms., quod a mora Romana usque ad reditum in Belgium conscripsit, pag. 108, inter reliquias, quas vidit in sacrario Casinensi, illud os brachii sancti Matthæi recenset.

94. Roma in variis ecclesiis reliquias nonnullas sancti Matthæi exhibet. Inter numerosas autem Urbis ecclesias una est sancto Matthæo dicata, quæ cognominatur *in Marulana*, pro *in Martana*, quia propinqua est tropæis Marii, ut varii scriptores asserunt. Martinellus, in *Roma sacra*, pag. 257, agit de hac sancti Matthæi ecclesia *in Merulana*, alias *Mariana*, in regione montium, eundo a Basilica S. Mariæ Majoris ad Lateranum. Annexum habet monasterium, et, ut laudatus auctor observat, olim erat Fratrum, qui appellantur Cruciferi, nunc est sub cura Fratrum S. Augustini, nimirum Hybernorum, ut addit auctor recentissimus. Observant præterea auctores, ecclesiam illam recenseri inter titulos Cardinalitios, et quidem inter antiquiores, ut plerique addunt. Nonnulli etiam asserunt, constructam fuisse circa annum 600 quod non lubet examinare. Hoc certius est, dedicatam fuisse a Paschale II, sive id factum fuerit post constructionem primam, sive post instaurationem. Etenim laudatus Martinellus longam recitat inscriptionem, quæ consecratio illa asseritur in hunc modum. « In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno Incarnationis Dominicæ 1110, indictione III, feria VI quartæ Dominicæ in Quadragesima, die Incarnationis ejusdem D. N. Jesu Christi, pontificatus D. Paschalis Papæ II anno 11 (omnes notæ concordant anno 1110) dedicata est venerabilis hæc ecclesia in honorem Dei, B. Mariæ semper Virginis, et beati apostoli et evangelistæ Matthæi, cum quatuor altaribus, quæ sunt in ea. Quæ consecratio facta est a præfato domino, et venerabilissimo Pontifice Paschali II papa. In majori siquidem altari celebravit idem D. papa missam in honorem B. Matthæi. Coadjutores vero ejus fuerunt septem ; videlicet Raynerius de Ostia, Riccardus de Portu, Petrus de Tibure, Julianus de Ferentino, Anastasius de Alba, Petrus de Tusculano, Antonius de Amelia, præsentibus omnibus, S. R. E. Cardinalibus, presbyteris, et diaconibus, nec non innumera cleri et populi Romani multitudine.

95. In majori autem altari, consecrato a præfato D. papa, cui etiam præfati episcopi astiterunt, fuerunt hæ reliquiæ collocatæ : et primo de ligno sanctæ Crucis, brachium sancti Matthæi, de lapide sepulcri Christi etc... Et ego Paschalis papa universalis Ecclesiæ cum præfatis episcopis has sanctorum reliquias oculis propriis vidi, manibusque meis attrectavi, et recondidi cum antiquo titulo in arca marmorea sub altari majori. » Addit indulgentias visitantibus ecclesiam illam a die consecrationis 25 Martii usque ad Octavam Pentecostes ; et in festo sancti Matthæi 21 Septembris. Cæterum per brachium sancti Matthæi, quod in altari reconditum, aliquod os brachii intelligendum puto, non totum brachium. Pancirolus in opere Italico *De Thesauris absconditis*, Romæ in ecclesia sancti Matthæi pag. 137 asserit, aliud brachium sancti Matthæi servari in basilica sactæ Mariæ Majoris, aliud rursum in ecclesia sancti Marcelli papæ : et in indice reliquiarum adjungit sancti Matthæi costam haberi in ecclesia S. Nicolai in Carcere. His omnibus consentit Piazza in Hemerologio sacro ad hunc diem, ubi addit, nonnihil etiam reliquiarum sancti Matthæi servari in basilica Vaticana sancti Petri, et in ecclesiis sanctorum apostolorum et S. Cæciliæ ; variaque enumerat Romæ sancti Matthæi sacella, quæ brevitatis causa mitto.

96. Masinus in *Bononia perlustrata*, pag. 460 testatur, Bononiæ esse ecclesiam parœcialem sancto Matthæo dicatam, in qua ipsius festivitas præcipue celebratur, in alia vero ecclesia parochiali, sancto Nicolao sacra, ejusdem apostoli brachium aliquod conservari, ibique solemnitatem ejus celebrari cum indulgentiis plenariis. Laurentius Beyerlinck, in *Theatro vitæ humanæ*, tom. VI, ad vocem *Reliquiæ*, recenset pag. 303 reliquias multas Neapoli servatas, interque eas sancti Matthæi reliquias tribuit ecclesiæ S. Mariæ de Sapientia, et pag. 304 ossa sancti Matthæi S. Mariæ de virginibus. Inter ecclesias plurimas urbis Venetiæ una quoque est parochialis sancto Matthæo sacra ; ut accurate exponit illustrissimus scriptor nobisque amicissimus, Flaminius Cornelius, senator Venetus, in eleganti opere *De ecclesiis Venetis*, dec. IV, pag. 173, ubi recitat fundationis litteras ex autographo. Ex his recte deducit, fondationem fuisse factam, mense Februario anni 1155 more Veneto et aliorum illius temporis, ut liquet ex indictione IV in litteris adjecta, qua designatur annus 1156 ; sed mense Februario pergebat tunc currere annus 1156 usque ad Pascha, aut certe usque ad festum Annuntiationis, sive diem 25 Martii. Fundator ecclesiæ fuit Leonardus Cornarius, cujus litteræ recitantur, quemadmodum et alia donatio, quæ anno 1166 ad primam accessit. Deinde ex vetustate fatiscens templum instauratur anno Domini 1615, ut ex inscriptione marmorea edocemur parieti affixa, » inquit Cornelius, illam recitans. Idem paulo post ait : « Postremo cum nostris hisce temporibus ad ruinas vergeret, Nicolai Milesii plebani studio a fundamentis in elegantiorem formam restituitur, sacraque supellectile et ornamentis copiose instruitur anno Domini 1735 per Aloysium Foscarum patriarcham Venetum consecratur. » De reliquiis ejusdem ecclesiæ auctor pag. 175 scribit : « Nonnullis ditatur Divorum lipsanis, nempe ex ossibus sancti apostoli Tutelaris, » etc. Plura de illa ecclesia diligenter ibidem observata videri possunt.

97. Cornelius autem in Opusculo de Ecclesiis Torcellanis, quod priori addidit, duo assignat monasteria monialium sancto Matthæo sacrata. Primum est monasterium sancti Matthæi de Majurbio ordinis Cisterciensis, quod antea in alia insula fuerat constructum, videlicet in Constantiaco, indeque de consensu episcopi Torcellani in Majurbium insulam fuit translatum, ut late exponitur part. I illius Opusculi pag. 299 et seqq. Prima fundatio notatur facta anno 1218, in Constantiaco, pag. 316 ; sed ante finem ejusdem sæculi monasterium suum ad insulam Majurbium transtulerunt moniales. Alterum est monasterium monialium ordinis S. Benedicti in insula Muriana ejusdem diœcesis Torcellanæ, ut exponit Cornelius, part. II a pag. 201. Fundatio pag. 104 notatur facta anno 1280, datumque tunc est monialibus vetustum oratorium sancto Matthæo dicatum, ut ibidem latius videri potest. In catalogo reliquiarum utriusque monasterii nullas sancti Matthæi invenio. At sancti Matthæi reliquiæ anno 1554 inclusæ fuerunt in altari sancti Abundii quod Sublaci in Latio tunc consecravit Andreas Crucius episcopus Tiburtinus, ut habet inscriptio, data tom. VI Augusti pag. 635. Rocchus Pirrus in *Sicilia sacra*, tom II, pag. 474, ubi enumerat reliquias ecclesiæ cathedralis Cephalæditanæ, ait eam gaudere pede integro cum pelle B. Matthæi. Sicilis insigne oppidum Siciliæ, in valle Netina et diœcesi Syracusana, non procul a Netina civitate, sanctum Matthæum veneratur patronum titularem, cui dedicata est primaria ecclesia parochialis. Non dubito, quin et aliæ serventur particulæ reliquiarum sancti Matthæi in Italia et Sicilia ; sed omnes enumerare non est tantæ necessitatis, quantæ difficultatis. Itaque in Germaniam transeo, nonnullas et ibi assignaturus.

98. Pragenses in Bohemia multas ecclesiæ suæ attribuunt sancti Matthæi reliquias. Thomas Joannes Pessina, in *Phosphoro Pragensi*, pag. 518, eas sic enumerat : « Sancti Matthæi apostoli et evangelistæ pes integer, et brachium cum pelle : costa argento circumdata, et dens. Item alia quatuor ossa, simul in argentea theca composita : alia iterum notabilis pars. » Hæc dicitur pars de humero in Catalogo impresso reliquiarum Pragensium, quæ anno 1645 ex arce regia Carlsteina in metropolim sunt translatæ, in quo et reliquæ recensentur. Quin et ibi septimo ordine num. 56 adduntur sequentia, nescio, an satis recte : « Sancti Matthæi apostoli et evangelistæ brachium utrumque cum pelle et carne. » At in catalogo ms. reliquiarum, ex Calendario Pragensis ecclesiæ extracto, quem anno 1647 huc misit P. Theodorus Moretus, hæc solum leguntur ad 21 Septembris : « Sancti Matthæi apostoli et evangelistæ, qui apud Æthiopiam prædicans martyrium passus est. Cujus reliquias, videlicet imaginem magnam cum argento et auro decoratam, tenentem costam ejus in manibus, quas invenit piissimus princeps Carolus IV, etc. donavit ecclesiæ Pragensi. Hæc ibi : at ego lubens ipsis Pragensibus examinandum relinquam, quantum habeant reliquiarum sancti Matthæi. Bucelinus in sacrario Benedictino quod edidit anno 1656, ad 21 Septembris de reliquiis S. Matthæi hæc tradit : « Hujus magni evangelistæ insignis portio asservatur in Andechs (monasterio Bavariæ), ubi et aliæ duæ ejusdem partes ostenduntur, Dens Elnone (alias S. Amandi monasterium vocatur in Flandria), duo molares dentes et alia nonnulla in Weingarten ; » quod Sueviæ est monasterium cum oppido cognomine. Plurimas quoque sancti Matthæi reliquias Coloniæ attribuit in Opere suo Gelenius, nimirum pag. 264 duas particulas ecclesiæ collegiatæ S. Gereonis : pag. 372, de capite sancti Matthæi aliquid ecclesiæ abbatiali S. Panthaleonis ; pag. 412, aliquid reliquiarum parochiali ecclesiæ S. Lupi, uti et pag. 442 ecclesiæ S. Catharinæ Ordinis Teutonicorum, pag. 456 ec-

clesiæ Cartusianorum, pag. 483 ecclesiæ Carmelitarum, pag. 547 ecclesiæ S. Maximini monialium ordinis Augustiniani, pag. 560 ecclesiæ monialium ejusdem ordinis in majore Nazareth, pag. 584 ecclesiæ S. Vincentii tertiæ Regulæ S. Francisci, et demum pag. 627 sacello S. Margaritæ. At omnes istæ modicæ videntur esse particulæ, ut difficultatem numerus nullam pariat.

99. In Belgio, nostro plurimis etiam locis ostenduntur sancti Matthæi reliquiæ, interque eas una valde notabilis. Et sane mirandum nemini esset, si de hujus apostoli reliquiis plus obtigisset Belgio, quam aliis provinciis, cum Carolus V imperator in Belgio natus et sæpe degere solitus sit, idemque aliquando Salerni fuerit, ubi eas accipere potuit, et inde in Belgium portare aut transmittere. Aliis quoque modis reliquiæ sancti Matthæi in Belgium diu ante transferri potuerunt. At quomodo allatæ fuerint, non invenio apud Rayssium, qui eas recenset in Hierogazophylacio Belgico. Primum certe locum meretur caput Sancti, quod pag. 394 attribuit oratorio aulæ Bruxellensis his verbis : « Locum hunc præterea mirum in modum venustat rarum illud pignus, sanctissimi videlicet apostoli et evangelistæ Matthæi caput integrum, sumptu et valore maximo reclusum in argentea imagine, eumdem apostolum pectore tenus, naturalem hominis altitudinem excedentem referente, circa cujus humeros circumvolitans angelus atramentarium illi vasculum porrigit. Erigitur in prædiviti ex ebeno pegmate artificiosissime elaborato, in quo præcipua dicti apostoli miracula argenteis crustis et laminis incisa, variaque artis elegantia condecorata complectuntur. Idem, pag. 463, adscribit ossa sancti Matthæi, id est, aliquid ex ossibus, ecclesiæ collegiatæ S. Salvatoris Brugis in Flandria ; rursum pag. 314, ecclesiæ cathedrali Tornacensi de sancto Matthæo apostolo et evangelista duo ossa, unum grande, aliud mediocre ; » pag. 451, Rutilensi Cartusiæ ad Mosam (lege Mosellam) in ducatu Luxemburgensi « sancti Matthæi apostoli et evangelistæ os magnum, » pag. 430 abbatiæ Phalempinensi ordinis S. Augustini in Flandria argenteum brachium, « Ubi, inquit, « eximia pars brachii S. Matthæi... asservatur ; » et pag. 216 nonnihil de reliquiis sancti Matthæi, obtentum dono Margaritæ principis Flandriæ, haberi dicit in abbatia Flinensi virginum Cisterciensium. Lætiensis et Maricollensis abbatiæ, ambæ Benedictinæ in Hannonia, aliquid similiter de ossibus sancti Matthæi possidere se credunt. Priori pag 279 Rayssius tribuit partem digiti sancti Matthæi apostoli et evangelistæ una cum carne ; alteri pag. 296 aliquid de costa ejusdem. Canonici ordinis S. Augustini in abbatia S. Nicolai Ogniacensis ad Sabim habens, eodem teste pag. 387, altare portatile Jacobi de Vitriaco S R. E. cardinalis, in eoque cum aliis reliquiis aliquid de S. Matthæo ; de quo nonnihil demum attribuit pag. 401 abbatiæ Parcensi ordinis Præmonstratensis in Brabantia prope Iovanium. Hæc laudatus Rayssius, qui et dentem Elnone, sive in S. Amandi cœnobio, jam supra memoratum, reliquiis accenset.

100. Transeo in Galliam, ubi variis locis credunt se habere caput sancti Matthæi. Albertus le Grand in opere Gallico de sanctis Britanniæ Armoricæ pag. 600 in Vita S. Tanguidi abbatis refert, caput sancti Matthæi sæculo VI per mercatores Armoricos clanculum fuisse ablatum ex Ægypto, translatumque in Britanniam Armoricam, ibique in diœcesi Leonensi constructum monasterium, in quo sancti caput fuerit depositum. Addit geminum prodigium, videlicet scopulum in mari exstantem fuisse a navi perruptum, dum caput advehebatur ; alterum in constructione monasterii patratum ; sed utrumque indiget documentis multo antiquioribus, quam proferri possint, ut fidem inveniat. Ipsa quoque allatio capitis ex Ægypto non videtur certior quam ante memorata corporis ex Æthiopia translatio. Verumtamen dictam capitis translationem narrant etiam Carolus le Cointe in *Annalibus ecclesiasticis Francorum*, ad annum 555, num. 21, Ludovicus Bulteau in *Compendio Historico ordinis S. Benedicti*, lib. II, cap. 28, num. 2, uti et constructionem monasterii, sancto Matthæo dicati, de qua nequit dubitari. Mabillonius, in *Annalibus Benedictinis*, tom. I, pag. 152 ad annum 563 fundationem monasterii exponit, de translatione vero capitis sancti Matthæi dubitanter loquitur hoc modo : « Dein monasteria a Paulo (episcopo Legionensi, de quo apud nos actum tom. II, Martii a pag. 108) constructa, in primis Gerberense, cui Tanguidus abbas præfectus, is qui S. Matthæi monasterium in extremo Armoricæ apud Leonenses promontorio sub medium sæculum sextum construxisse perhibetur, ob id in Finibus-Terræ cognominatum. Occasionem tradunt sancti apostoli caput ex Ægypto a quibusdam mercatoribus Leonensibus allatum. Novum asceterium consecravit Paulus, eoque Tanguidus e Gerberensi monasterio, cui Relecense successit, coloniam duxit. Perstat ad nostrum tempus S. Matthæi monasterium sub S. Mauri congregatione, situm, ut mox dicebam, in diœcesi Leonensi, haud procul a Conquitto, paulo longius a Brestensi celeberrimo portu. Nulla fere de hoc monasterio vetera monumenta supersunt post varias ab Anglis illatas clades ; tametsi antiquum ejus splendorem arguit insignis basilica, quæ variis sanctorum reliquiis ornata est. » Cæterum persuasio de capite sancti Matthæi servato in illo monasterio viguit saltem a sæculo XIII : nam Matthæus Westmonasteriensis ad annum 1295 de classe Anglorum eo perlata, fugientibus incolis monasterii, hæc scribit : « Post hæc abbatiam S. Matthæi quamplures ingressi, ecclesiastica utensilia cum capite ejusdem sancti ablato ad dominum Eadmundum ducem exercitus contulerunt. Quæ omnia sequestrata fecit dominus Eadmundus viris ecclesiasticis restaurari. » Ex his tamen recte deduci nequit, integrum esse caput,

quod ibidem habetur pro capite sancti Matthæi ; neque enim id asserit Westmonasteriensis. An vero caput illud, quod ibi habetur, sit sancti Matthæi, non inquiro.

101. Andreas Saussayus in Martyrologio Gallicano ad 21 Septembris consentit cum sententia fere communi de corpore sancti Salernum translato ; additque : « E quo (corpore) excerptum venerandum caput, pridem in Galliam delatum fuit, reconditumque in summa basilica Bellovacensi, in qua egregio cultu conservatur, dempto vertice, qui Carnuti in sacrario nobilis ædis Virginis Deiparæ màgna cum veneratione habetur. » In Necrologio Bellovacensi, quod laudatur tom. IX Galliæ Christianæ, col. 742. in Milone I episcopo Bellovacensi inter alia leguntur sequentia : « Dedit (Milo) caput B. Matthæi apostoli et Virgam Aaron. » At unde illud caput acceperit, non adjungitur in laudata Gallia Christiana. Fuit Milo in Ægypto cum crucesignatis, fuit similiter notabili tempore in Italia. An vero etiam fuerit Constantinopoli, ibique caput illud acceperit, ut refert Bailletus ad hunc diem in sancto Matthæo, et quidem tempore Philippi Augusti, anno 1223 defuncti, nuspiam invenio. At videtur Bailletus Necrologium conciliare voluisse cum scriptis a Cangio, et sic dixisse, quod nemo ante dixerat. Certe Cangius, quem etiam laudat in Historico tractatu de capite sancti Joannis Baptistæ, alia omnino dicit, recensens pag. 104 reliquias a Latinis post occupatam Constantinopolim in Occidentem missas. Nam de capite sancti Matthæi sic loquitur : « Gervasius de Château-Neuf, canonicus Carnotensis, et postea episcopus Nivernensis, donavit ecclesiæ Carnotensi caput sancti Matthæi. » Consentit Sebastianus Rouillard, in *Historia Carnotensi*, cap. 8, pag. 207. Itaque Carnotenses crediderunt, accepisse se caput illud Constantinopoli ; sed probare nequeunt, caput sancti Matthæi unquam Constantinopoli fuisse, ut Carnotensis æque ac Bellovacensis ecclesiæ traditio admodum videatur incerta.

102. Jam vidimus, tribus locis caput sancti Matthæi assignari in Gallia. Accedit et quartus in Lotharingia, nimirum abbatia Præmonstratensis in diœcesi Tullensi, Regnis-vallis dicta, non confundenda cum altera, quæ Regia vallis dicitur, ejusdemque est ordinis, et in eadem diœcesi. Saussayus in Supplemento martyrologii Gallicani ad 21 Septembris annuntiat venerationem sancti Matthæi hodierni in cœnobio Regis vallis, ut aliquando etiam vocatur, et adjungit : « Cujus... pars capitis laureati,... dicto in monasterio honorificentissime asservatur, et hodie colenda religiosissime exhibetur. » Partem capitis dicit, opinor ; quia jam caput Bellovaco et Carnoto asseruerat. Certe Calmetus, in *Historia Lotharingiæ*, tom. II primæ editionis col. 22 caput sancti Matthæi abbatiæ Regis-vallis attribuit, et col. 265 ait, ex Palæstina allatum fuisse per Gobertum Asperi Montis domi-

num. Hugo, in *Annalibus Præmonstratensibus*, tom. II, col. 649, de illo capite scribit sequentia in abbatia Regnis-vallis : « Sancti Matthæi caput argentea inclusum capsa, populorum concursu a sæculo XIV celebre : neque enim antehac in veteribus monumentis legimus quidquam, unde ulterior ei possit antiquitas adjudicari. » Satis animadvertet studiosus lector, non posse omnia illa esse capita sancti Matthæi, si integra, aut fere integra sint. Quapropter ipsi examinare poterunt, an forte habeant modicam capitis particulam factitio capiti impositam, eique capitis nomen fuerit impositum, uti alias factum esse experimentis plane certis didici ; an vero habeant reliquias Sancti alicujus incerti, quæ per errorem sancti Matthæi fuerunt creditæ, quemadmodum etiam non raro contingit.

103. Memorantur et aliæ reliquiarum particulæ aliis locis. Inter reliquias plures, quæ anno 894 delatæ sunt Remis in pagum Veromanduensem, depositæque in vico Memnico in ecclesia S. Martino dicata, recensetur etiam aliquid reliquiarum sancti Matthæi, ut videri potest, tom. I Januarii, pag. 180, tom. III Februarii, pag. 99. In Vita S. Angilberti, abbatis Centulensis in Pontivo (nunc abbatia S. Richarii passim vocatur) qui floruit tempore Caroli Magni, refertur constructio et dedicatio templi Centulensis B. Mariæ cum tredecim altaribus et reliquiis, quæ in singulis sunt positæ. Ad propositum autem nostrum ibi hæc leguntur : « Altare sancti Matthæi, in quo reliquiæ ejus, et Marci et Lucæ. » Rursum, pag. 103, ubi datur scriptum nomine Angilberti, enumerantis reliquias, quas ope Caroli Magni et aliorum ex variis regionibus obtinuerat, cum plurimis aliis recensentur sancti Matthæi reliquiæ. Non additur tamen, utrum fuerit aliquid ex ossibus Sancti, an solum de vestimentis. In Catalogo prolixo reliquiarum, quæ anno 1585 Ulyssiponem translatæ sunt, ibidemque donatæ domui professæ Societatis Jesu, enumerantur etiam reliquiæ sancti Matthæi apostoli, apud nos tom. II Januarii, pag. 612. Verum sufficiat hæc enumeratio, cum nequeant ulla humana industria enumerari omnes reliquiarum particulæ, quas habent ecclesiæ aut personæ privatæ, præsertim cum per donationes frequenter ab uno loco ad alterum transferantur. Ejusmodi particulam penes me habeo, dum hæc scribo, acceptam anno 1753 Venetiis ab excellentissimo domino Flaminio Cornelio, senatore Veneto, superius laudato, qui et aliam sibi retinuit.

104. Loca sancto Matthæo sacra, præter memorata hactenus in Occidente, certo plura exstant et aliqua etiam in provinciis orientalibus. De celebri monasterio S. Matthæi in Mesopotamia, quæ nunc Diarbechia dicitur, apud urbem Mosul aut Niniven novam, frequenter meminit Assemanus, in *Bibliotheca Orientali*, tom. II. Ex iis autem, quæ pag. 408 refert de illo monasterio, clare liquet, saltem ex-

stitisse a sæculo IV. Idem, tom. II, pag. 403, meminit « cœnobii Chuchæ, quod monasterium S. Matthæi dicitur in monte Elpheph. » Ex illo autem monasterio duodecim monachi cum episcopo Ninives occisi dicuntur jussu Pherozis Persarum regis in urbe Ninive sive Mosul. Eadem historia narratur apud Assemanum, tom. III, pag. 393, ubi vocatur similiter « cœnobium Cuchtæ, » hoc est, S. Matthæi in monte Elphephic ; monachique in illo monasterio dicuntur cum Metropolita Ninives comprehensi, ductique Niniven, ubi postea occisi sunt, quod consentire nollent in hæresim Nestorianam. Ex eo autem, quod metropolita Ninives in monasterio comprehensus est, quodque omnes Ninivem fuerunt ducti, satis certo colligitur, idem hoc esse monasterium cum præcedente apud Mosul aut Niniven. Pro eodem etiam habuit Assemanus, apud quem plura de illo monasterio videri poterunt, cum illa ad sanctum Matthæum minus pertineant.

ACTA

Auctore Metaphraste interprete Sirleto.

(Græcum textum exscribendum curavimus ex cod. ms. Paris. n. 1 430. EDIT. PATR.)

Α'. Ἤδη μὲν τὴν παρὰ τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς δοθεῖσαν φυλάττοντες ἐντολὴν, τῆς μακαρίας ἐν παραδείσῳ οἰκήσεώς τε καὶ διαγωγῆς ἀπελαύομεν, παντὸς οὗ τινος οὖν τῶν περὶ τὸ σῶμα ὑπερφρονοῦντες, μόνοις τε τοῖς θείοις ἐνασχολοῦντες τὸν νοῦν, καὶ ταῦτα διηνεκῶς φανταζόμενοι, ἤδη δὲ καὶ ὁ τῆς πρὸς Θεὸν πρότερον οἰκειότητος ὀλισθήσας διάβολος, ἅμα μὲν οἵας ἐκπεπτώκει τῆς δόξης εἰδώς · ἅμα δὲ καὶ τῷ ἀνθρωπείῳ γένει διαφθονούμενος. Κἀντεῦθεν τοῦτο συγκατενεγκεῖν ἑαυτῷ εἰς βάραθρον μηχανώμενος εἰς λήθην τῆς ἐντολῆς τὸν ἄνθρωπον ἤγαγε, καὶ ὁ πρῶτος πλασθεὶς, ἐσυλήθη, φεῦ, ἐλεεινῶς τὸν παράδεισον · οὐκ ἦν δὲ ἅμα τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς, εἰς τοῦτο ἀπωλείας κατενεχθέντας περιΐδεῖν, καὶ τὸ πρῶτον ἀποβαλόντας ἀξίωμα, ἐν οὕτως ἀτίμῳ καταλιπεῖν τῇ διαγωγῇ. Ἀλλ' αὐτὸς ὁ τῷ Πατρὶ συνάναρχος Λόγος καὶ συναΐδιος τῶν πατρικῶν κενώσας κόλπων ἑαυτὸν ἐπὶ μητέρα παρθένον κάτεισι δι' ἐμὲ καὶ σάρκα φορεῖ, καὶ πάντα πλὴν μόνης τῆς ἁμαρτίας ὑπέρχεται τὰ ἀνθρώπινα, ὡς ἂν τὴν μὲν ἁμαρτίαν ἀνέλῃ καινὴν δέ τινα πρὸς οὐρανοὺς ἐπάνοδον τοῖς ἐπι γῆς ὑποδείξῃ. Ἐπεὶ δὲ καὶ διακόνους πρὸς τοῦτο καὶ ὑπηρέτας ἔχειν ἐχρῆν, δι' ὧν τε τὰ τῆς οἰκονομίας καὶ τῶν μυστηρίων ἀνακαλύψειε, καὶ πρὸς σωνηρίας ὁδὸν τοὺς ἀνθρώπους χειραγωγήσειε, προσκαλεῖται μὲν Ἀνδρέας καὶ Πέτρος, μετὰ δὲ τούτους Ἰάκωβός τε καὶ Ἰωάννης, εἶτα Ματθαῖος, ὁ νῦν ἡμῖν ὑπόθεσις ὤν.

I. Si præceptum illud, quod ab eo, qui nos formavit, injunctum nobis (1) fuit, servare voluissemus, beata illa paradisi habitatione et vita frui nobis licuisset, omniaque corporea commoda negligentes, solis divinis rebus mentem occupatam haberemus, ac eas assiduis cogitationibus semper meditaremur. Cum ille, qui a divina familiaritate simul atque a gloria excidit, in qua prius erat, generi humano invideret, ob idque ad suam ruinam secum una omnibus machinis illud præcipitare studeret, auctor fuit homini, ut primi illius præcepti oblivisceretur. Itaque homo ipse, qui omnium primus a Deo formatus est, miserabili quodam modo, proh dolor! paradiso privatus fuit. Non tamen ipsius, qui nos formavit, benignitas patiebatur, ut ad tantam ruinam prolapsi despiceremur, neque ut, prima illa dignitate amissa, tam ignobili statu condemnati relinqueremur. Ille igitur ipse, qui ab initio cum Patre semper fuit, qui coæternus est, ex paterno sinu descendens, seipsum exinanivit, et propter humani generis salutem matrem Virginem subiit, carnem gestavit, et humana omnia sustinuit præter peccatum : humana enim omnia suscepit, ut peccatum mundi tolleret, et his, qui sunt in terra, novum quemdam ad cœlos aditum præpararet. Quoniam vero ejus rei ministros habere oportuit, per quos divinæ dispensationis et mysteriorum disciplinam Deus et patefaceret, atque homines ipsos ad salutis viam perduceret, ob eam causam vocati sunt Andreas, Petrus, Jacobus, Joannes et Matthæus, de quo nobis hoc loco dicendum est.

Β', Οὗτος τοίνυν ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς ὕστερον, τελώνης πρό . . . . . καὶ χρημά . . . . . τωρ καὶ λογιστ . . . . . καὶ πάσης ἐν . . . . . στήρης καὶ

II. Hic, inquam, Christi discipulus, olim fuerat publicanus, pecuniarum exactor et ratiocinator, quippe qui omnes quæstus faciendi vias et artes noverat, mentis acrimonia, multoque rerum usu

(1) Nobis, in primo nimirum parente Adamo. Hoc autem initium modo nonnihil diverso Latine expressum esse apud Lipomanum, tom. V, fol. 137, indeque credidisse aliquos, alia esse Acta, quæ dedit Lipomanus, adnotavi in Commentario num. 14, ibique ostendi, Acta esse eadem, diversos vero interpretes.

ita præstans, ut inter publicanos principem locum teneret (2). Postea vero quam pro salute mundi Christus Dominus in terra versari cœpit (videte, quæso, repentinam, celerem, admirabilem et plane divinam hominis conversionem), cum præteriret aliquando, et intimas cordis partes inspiceret hominis in telonio sedentis, cumque virtutis studium atque ardorem in ejus animo latentem, ut rerum occultarum cognitor et cordis perscrutator, bene cognosceret, et qualisnam ex eo, qui tunc erat, postea futurus esset, optime prospiceret, illum vocavit, ac sequi se jussit. Sic enim de illo scriptum legimus : « Cum transiret Jesus, vidit publicanum, nomine Levi, in telonio sedentem, eique dixit : Sequere me. » Ille vero non pecuniarum copia, non eorum, qui circumstabant, multitudine, non terrena et fragili hujus mundi gloria detentus est ; nihil denique illorum omnium curavit, quæ in terris humanam mentem servituti subjicere, et ad se attrahere solent : sed ita, ut erat, statim surrexit, et secutus est Dominum. Non longa oratione illi opus fuit, neque multo tempore, non miraculorum spectatione, non denique diligentiore aut diuturniore consuetudine ; sed cum primum optabilem illam et jucundam vocem audivit, « Sequere me, » statim telonium dereliquit, et exigendæ pecuniæ socios, omnemque honoris pristini cupiditatem abjecit, ac toto illo argento et auro, quod antea possidebat, pretiosam margaritam mercatus est.

Τοῦ Παύλου δὲ ἀδικώτερόν τε περὶ τά χρήματα, καὶ ἐκείνον ἀνομώτερον περὶ τὰς ἐντολὰς προσενεχθέντος, καὶ αὐτὸν τὸν τοῦ Τερέβωνος νεκρὸν μετὰ τῶν B χρημάτων ἀφελομένου, στάσις μεταξὺ τῶν μοναστηρίων ἐγείρεται· καὶ τῇ στάσει, καὶ διαίρεσις ἐπακολουθεῖ, ὡς ἀποτειχίσαι τε τὸν Παῦλον τὰ προστεθέντα τῇ τοῦ Εὐθυμίου λαύρᾳ χωρία, καὶ φραγμὸν αὐτοῖς περιβαλεῖν, καὶ πύργον ἐποικοδομῆσαι, ἀλλὰ μὴν καὶ πανδοχεῖον ἀπὸ τῆς τοῦ Σουκᾶ λαύρας πλησίον τοῦ Δαυϊδείου πύργου ὠνήσασθαι, καὶ τῇ τοῦ Εὐθυμίου καὶ αὐτὸ ἀπονεῖμαι.

Ὁ τοίνυν μακάριος Κυριακὸς ἐπὶ τῇ διαιρέσει τῶν ἀδελφῶν προσοχθίσας, ὅπως οὓς ἐν τ' αὐτῷ [ταυτῷ] ἥλιος εἰς ἀεὶ ἑώρα· ἔρως οὐκ ἀρετῆς οὐδὲ ἡσυχίας, ἀλλὰ χρημάτων ἄρτι διέστησεν, ἀναχωρεῖ τε ἐκεῖθεν, καὶ εἰς τὴν τοῦ Σουκᾶ παραγίνεται. Συχνὸν τοίνυν ἐν αὐτῇ διατρίψας χρόνον, καὶ τέσσαρας ταύτας διακονίας, τὴν τῶν ἄρτων καὶ τῆς λοιπῆς διαίτης τῶν ἀδελφῶν πρόνοιαν, [τὴν τῶν C νοσούντων ἐπιμέλειαν] τὴν ὑποδοχὴν τῶν ξένων, τὴν τῆς λαύρας οἰκονομίαν ἐν διαφόροις ἔτεσι διατελέσας, καὶ τὰς τῶν ἀδελφῶν ἁπάντων συνειδήσεις, μάρτυρας τῆς οἰκείας ὑπομονῆς καὶ τῆς ταπεινώσεως εὑρηκὼς, τῆς τε ἄλλης ἀκριβείας ἣν οἱ θεῖοι κανόνες τοὺς ἱερεῖς ἀπαιτοῦσιν, ἐν ἔτει τεσσαρακοστῷ τῆς ἡλικίας, εἰς τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἀνάγεται. Τήν γε μὴν τῶν κειμηλίων τῶν ἱερῶν φυλακὴν, καὶ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐπιμέλειαν, ἐπὶ δέκα πρὸς τοῖς ὀκτὼ ἔτεσιν ἐπιστεύθη.

Λέγεται μέντοι περὶ Κυριακοῦ καὶ ναῦτα, ὡς παρ ὅλους τοὺς τοσούτους χρόνους, οὐ μόνον οὐκ [οὐδ'] ἐπιδύσειεν ὁ ἥλιος τῷ ἐκείνου παροργισμῷ, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὅλως ὀργισθείη, οὐδὲ ἐσθίοντα τοῦτον ἡ ἡμέρα ἴδοι· καὶ ὡς οὐ πρότερόν ποτε τὸν D καιρὸν τοῖς ἀδελφοῖς τῶν θείων ὕμνων σημαίνων, τοῦ κρούματος παύσαιτο, ἕως ὅλον τῇ καθαρᾷ καὶ ἀμώμῳ γλώσσᾳ διέλθοι τὸν ἄμωμον.

Ἑβδόμῳ μέντοι πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, τὰ κειμήλια ὧν τὴν φυλακὴν πεπίστευτο παραδοὺς, ὁ μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ Νατουφᾶ ἔρη-

(12) Ab *anno* 506 *ad* 5 2 4.

(13) Cyriacus mansit in laura Sucæ 39 ann infra, hoc est, ab exeunte 484 ad 524 inchoatum, vitæ 76 expletum, et inchoatum 77. In Natupha mansit 5 annis.

μον ἀναχωρεῖ· τῷ δὲ ἄρα καὶ μαθητῇ, εἶπετο. Ἀπομούμενοι τοίνυν τροφῆς, καὶ οὐκ ἔχοντες ὅθεν τὴν τῆς φύσεως ἀνάγκην παραμυθήσονται· οὐδὲ γὰρ [οὐδὲ 1] μελάγρια κατὰ τὴν ἔρημον πεφύκει· ταῦτα γὰρ ἱκανὴ τούτοις ἐστίασις ἦν, εὔχεται ὁ θεῖος Κυριακὸς τῷ Θεῷ, τροφὴν αὐτοῖς ἐκ τῶν ἐνταῦθα δοῦναι σκιλλῶν [σκιλῶν]· δαψιλῶς γὰρ τούτων ἡ ἔρημος καὶ ἀφθόνως εἶχε. Καὶ πρὸς τὸν μαθητὴν ἐπιστραφεὶς. Συνάγαγε, φησὶ, τέκνον ἐκ τουτωνὶ τῶν σκιλλῶν [σκιλῶν 1], καὶ ἅλας ἐπιβαλὼν αὐταῖς, ἐν χύτρᾳ ἕψησον· καὶ εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὅτι ἔσται καὶ ἡμῖν ἐξ αὐτῶν χορτασθῆναι.

Ταῦτα ὁ μὲν τῷ μαθητῇ ἐπισκήπτει, Θεὸς δὲ τῆς εὐχῆς ἄνωθεν ἐπήκοος ἦν, ὁ καὶ ὕδωρ ἐκ πέτρας πηγάσας, καὶ τὴν πολλὴν ἐκείνην τῆς Μερρᾶς [Μερᾶς 1] πικρίαν εἰς ἀνάλογον ἀμείψας γλυκύτητα. Αἵ τε γὰρ σκίλλαι, τῆς ἐμφύτου καὶ αὕται πικρίας με ἔβαλον, καὶ εἰς τέσσαρας ἐξ ἐκείνου χρόνους τροφὴ τοῖς μακαρίοις ἐγίνοντο [ἐγίνοντο 1]. Αλλ', « Οὐκ ἐγκαταλείψει Κύριος τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, » εὐκαίρως τῷ ἱερῷ Δαυὶδ ἐνταῦθα εἰρήσεται. Ἀνὴρ γάρ τις ἀπὸ τῆς κώμης Θεκωῶν [Θεκόων 1], παρὰ τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ θρέμματα νεμόντων πυθομενος τὰ κατὰ τὸν Κυριακὸν, ἄρτους θερμοὺς ἐπὶ τὸν ὄνον [τῶν ὄνων 1] ἐνθέμενος ἦκει· καὶ παρ' αὐτῷ καταθεὶς τὸν φόρτον, ἀπιὼν ᾤχετο· καὶ τούτοις ὁ Κυριακὸς τοῦ λοιποῦ σὺν τῷ μαθητῇ διέζη. Ἀλλὰ τότε μὲν ὁ μαθητὴς τὸν συνήθη τρόπον τὰς σκίλλας ἑψησας, μὴ ἐπιτραπὲν αὐτῷ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Κυριακοῦ, ἔθετο δεῖπνον. Εἶτα τὴν αὐτῶν πικρίαν οὐκ ἐνεγκόντι, καὶ ἡ δύναμις αὐτῷ μετὰ τῆς φωνῆς ἐσβέσθη, καὶ ὡσεὶ νεκρὸς ἔκειτο. Συμβαλὼν τοίνυν ὁ θεῖος Χυριακὸς τῆς συμφορᾶς τὴν αἰτίαν, καὶ χεῖρας εἰς προσευχὴν ὑπὲρ τοῦ μαθητοῦ διάρας, ἀνίστησι τοῦτον, καὶ τῶν θείων αὐτῷ μεταδους τῆς δειλίας ἠπίως ἀναλαμβάνει.

Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐπιλιπόντων αὐτοῖς [αὐτοὺς 2] τῶν ἄρτων, [χαλεπωτάτῳ λιμῷ συνείχοντο πάλιν. Καὶ πάλιν] ὁ μακάριος οὗτος τὸν μαθητὴν σκίλλας αὐτοῖς δεῖπνον παρασκευάσαι προτρέπεται.. Ὁ δὲ τὴν τροφὴν ἐξεργασάμενος, καὶ ταύτην προθεὶς, ὅμως ἐδεδοίκει χρήσασθαι. Εἰσῄει γὰρ αὐτὸν ἡ προλαβοῦσα πικρία· καὶ ὅπως φαγόντα, οὐ τὸ φθέγγεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ κινεῖσθάι αὐτὸν ἐπέλιπεν. Εὐλογήσαντος μέν τοι τοῦ Κυριακοῦ, καὶ τὸν τοῦ σταυροῦ τύπον ἐπιβαλόντος, εἶτα καὶ ἀψαμένου τῶν προκειμένων καὶ πρώτου φαγόντος, ἀναθαρσήσας καὶ ὁ μαθητὴς, εὐθὺς ἥπτετο· καὶ ἔφαγόν τε ἡδέως καὶ ἱκανως ἀνεκτήσαντο.

Ἑμπτος τῆς ἐν τῷ Νατουφᾷ τούτῳ διατριβῆς ἠνύετο χρόνος· καί τινός μὲν υἱὸς τῶν ἐν τῇ Θεκωῶν [Θεκόων 1] πονηρῳ συνείχετο πνεύματι· καὶ δυσφόρων εἶχε καὶ χαλεπῶς. Τὰ περὶ τοῦ θείου δὲ Κυριακοῦ μαθὼν ἕκαστα ὁ πατὴρ, παρ' αὐτόν τε ἄγει τὸν παῖδα, καὶ θερμῶς ἐδεῖτο, ἀμῦναι τῷ παιδὶ χαλεπῶς κάμνοντι. Ὁ δὲ καὶ ἀμφοτέρους οἰκτείρας, τὸν μὲν τοῦ πάθους, τὸν δὲ τῆς ἐπὶ τῷ παιδὶ

(14) *Ann.* 529.

A quente discipulo. Cum itaque cibo destituti essent, nec haberent unde naturæ necessitatem solarentur (in illa quippe eremo ne melagria quidem nascebantur, quæ certe eis ad convivium sufficissent); Deum rogat divinus Cyriacus, ut cibum ipsis ex illic exstantibus scillis impertiret; iis enim abundabat illa solitudo. Conversusque ad discipulum, Collige, inquit, fili, ex his scillis, et salem illis aspergens, coque in olla : et, Benedictus Deus, quoniam ex illis nobis vesci licebit.

Hæc ille quidem discipulo mandat. Deus autem cœlitus preces audivit, qui et aquam ex petra scaturire fecit, et maximam illam Maræ amaB ritudinem in congruam dulcedinem commutavit. Scillæ namque innatam amaritudinem deposuere, et exinde per quadriennium beatis illis in cibo fuere. Sed illud, *Non derelinquet Dominus sanctos suos*, opportune a sacro David, hic dicitur. Vir enim quidam ex vico Thecoorum, cum ex iis, qui in eremo pecora pascebant, de Cyriaco audivisset, panibus calidis asino impositis accedit, et onere apud eum deposito, abiit, hisque in reliquum Cyriacus cum discipulo vitam traduxit. Tuncque discipulus, coctis de more scillis, non jussus a beato Cyriaco eas in cœnam apposuit. Deinde cum earum non ferret amaritudinem, una cum voce vires ejus exstinctæ sunt, et tamquam mortuus jacebat. Cum itaque divinus Cyriacus infortunii causam intellexisset, et manus ad oranC dum pro discipulo sustutisset, ipsum erexit; divinaque illi impertiens sacramenta, sanum protinus reddidit, et benigne a timore recreavit.

μυστηρίων, ὑγιῆ τε ἀποκαθίστησιν αὐτίκα, καὶ

Post paulo autem deficientibus panibus, gravissima rursus fame premebantur. Beatus autem ille discipulum iterum ex scillis cœnam parare jubet. Ille vero cum cibum paratum apposuisset, eo tamen uti verebatur. Venerat enim ei in mentem præcedens amaritudo, et quemadmodum cum comedisset, non modo vox, verum etiam motus eum defecisset. Cyriacus autem data benedictione, signoque crucis efformato, ex appositis sumpsit, et prior comedit; [discipulus vero resumpta fiducia ex D cibo accepit,] amboque jucunde comederunt, et abunde refecti sunt.

Quintus jam explebatur annus (14), ex quo in Natupha isto versabatur : et cujusdam filius ex vico Thecoorum maligno spiritu correptus tenebatur, graviterque ac moleste agebatur. Cum autem de divino Cyriaco singula didicisset pater, filium ad eum adducit, vehementerque rogat ut male laboranti filio opem ferat. Ille autem utriusque misertus, hujus quidem, morbi, illius vero,

doloris, et inconsolabilis super filio ægritudinis, preces pro adolescentulo adhibet, crucisque unctum oleo amara illa liberat insania.

Cum igitur per multos jam pervasisset miraculum, innumerabilis ad eum confluebat multitudo, quietem ejus et orationem interrumpentes.

Hæc vitens præclarus Cyriacus, in interiorem Rubæ solitudinem transit (16). Et quinque in ea transigens annos, radices melagriorum, et arundinum summos ramos in cibos admittebat : eaque amplum illi erant opsonium, nihil quoad voluptatem divitum mensæ cedens.

Sed divinorum Cyriaci charismatum efficacia, hanc quoque solitudinem, advenientium multitudine, civitatem efficiebat. Omnes enim quos vel malus vexabat spiritus, vel alius premebat morbus, prompto et alacri animo, ad virum tamquam ad exploratam sanationem accurrebant : et nemo illinc revertebatur vacuus. Verum accedentium multitudinem iterum pertæsus divinus Cyriacus, in eam se confert solitudinis partem, in qua anachoretarum nullus neque manserat, neque pertransierat aliquando. Nominabatur locus ab accolis Susacim (17) ; in quo et Sucæ et Novæ Lauræ ambo fluvii, eorum quos novimus maximi et profundissimi, conjunguntur et confluunt. Feruntur autem ii esse de quibus Christo dictum est a Davide : *Tu siccasti fluvios Etham*. Sed plane inviam hanc solitudinem aditu omnino facilem hominibus reddebat quam in eum habebant fides, seu potius divinarum illius gratiarum copia ; quæ et fidem ferventius excitabat, et in desiderium pias inducebat animas. Cum enim Cyriacus septem illic annos transegisset, (quando quæ ingruebat [pestis] omnia circumcirca [affligebat, multosque de medio tollere non intermittebat) timentes qui erant Lauræ Sucæ, in inviam hanc solitudinem ascendunt, rogantque et obsecrant Cyriacum, ut iterum ad Lauram revertatur ; quo saltem efficacissimum adversus [pestem] remedium habeant, illius adventum.

Illos itaque miserata bona illa et clemens anima iterum in Lauram descendit (18). Cumque ad beati Charitonis cellulam quintum exegisset annum, strenuissime eos qui cum Origene sentiebant, expugnabat. Tunc quoque admirabilis Cyrillus, qui a magni Euthymii ad beati Sabæ Lauram accesserat ut Joannem Silentiarium episcopum videret, fit ei minister litterarum ad beatum hunc Cyriacum. Litteræ autem bellum adversus sanctam civitatem suscitatum significabant, eumque obsecrabant, ut Deum impensius oraret, ut qui in Nova Laura cum Nonno et Leontio ex Origenis dogmatis so-

A λύπης καὶ τῆς ἀπαρακλήτου βαρυθμίας (15), εὐχήν τε τῷ νεανίσκῳ ἐπιλέγει, καὶ τῷ [τοῦ] σταυροῦ χρίσας ἐλαίῳ, τῆς πικρᾶς ἐκείνης ἀπαλλάττει μανίας.

Τοῦ θαύματος τοίνυν εἰς πολλοὺς ἤδη διοφοιτήσαντος, μυρίον παρ' αὐτὸν πλῆθος συνέρρεον, τὴν ἡσυχίαν αὐτῷ καὶ τὴν προσευχὴν ἐπικόπτοντες.

Ταῦτα ὁ γενναῖος Κυριακὸς ἐκκλίνων ἐπὶ τὴν ἐνδοτέρω [ἐνδοτέραν 1] τοῦ Ῥουβᾶ ἔρημον διαβαίνει. Καὶ πέντε παρ' αὐτῇ διαγαγὼν ἔτη, ῥίζας τε μελαγρίων καὶ ἀκρέμονας [ἄκρεμόνας 2] καλάμων προσίετο · καὶ ταῦτα ὄψον τε ἱκανὸν αὐτῷ ἦσαν, καὶ οὐδὲν εἰς ἡδονὴν τῆς τῶν πλουσίων τραπέζης ἀπολειπόμενον.

B Ἀλλ' ἡ τῶν χαρισμάτων τοῦ Κυριακοῦ τῶν θείων ἐνέργεια, πόλιν καὶ τὴν ἔρημον ταύτην τῷ πλήθει τῶν ἐπιδημούντων ἐποίει. Καὶ πάντες οἷς εἴτε πενηρὸν ἐνοχλοίη πνεῦμα, εἴτε νόσος ἑτέρα πιέζοι, πρόθυμοι πρὸς τὸν ἄνδρα ὥσπερ ἂν εἰς ὁμολογουμένην ἴασιν ἔτρεχον · καὶ κενὸς ἐκεῖθεν οὐδεὶς ἐπανήεσαν. Δυσχεραίνων δὲ τῷ πλήθει τῶν προσιόντων καὶ αὖθις ὁ θεῖος Κυριακὸς, εἰς τοῦτο τῆς ἐρήμου φοιτᾷ. ἐν ᾧ τῶν ἀναχωρητῶν οὐδὲ εἷς οὔτε μείνας ἦν, οὔτε διελθὼν πώποτε · ὁ τόπος δὲ ἄρα Σουσακεὶμ [Σουσακεὶμ 2] τοῖς ἐγχωρίοις ὠνόμαστο. Καὶ ἐν αὐτῷ, ὅ τε τῆς νέσς λαύρας καὶ ὁ τῆς τοῦ Σουκᾶ οἱ ποταμοὶ ἄμφω συμβάλλουσι, βαθύτατοι ὧν ἴσμεν καὶ μέγιστοι ῥέοντες. Καὶ τούτους εἶναι, περὶ ὧν πρὸς τὸν Χριστὸν εἴρηται τῷ Δαυΐδ, Σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθὰμ, λέγεται. Ἀλλ' εὐχερῆ πάντως ἀνθρώποις καὶ ῥᾳδίαν καὶ τὴν ἄβατον δήπου ταύτην C ἔρημον ἡ περὶ τὸν ἄνδρα πίστις ἐποίει · μᾶλλον δὲ ἡ τῶν ἐκείνου θείων χαρίτων ἀφθονία · ἥτις καὶ τὴν πίστιν θερμότερον ἀνεκίνει, καὶ τὰς εὐσεβεῖς ψυχὰς εἰς πόθον ἐπήδετο. Ἑπτὰ γὰρ ἐνταῦθα ἔτη τοῦ Κυριακοῦ διαγαγόντος, ἐπειδὴ λοιμὸς ἐπισκήψας τότε κακῶς τὰ πέριξ πάντα ἐποίει, καὶ πολλοὺς ἀναιρῶν οὐκ ἀνίει [ἀνῆει 2], δείσαντες οἱ τῆς τοῦ Σουκᾶ λαύρας, ἐπιβαίνουσι καὶ τῆς ἀβάτου ταύτης ἐρήμου · καὶ δέονται τοῦ Κυριακοῦ, καὶ τοῦτον ἐκλιπαροῦσι, τῇ λαύρᾳ καὶ αὖθις ἐπιδημῆσαι · ὅπως τοῦτό γ' οὖν [γοῦν] ἀνυσιμώτατον κατὰ τοῦ λοιμοῦ φάρμακον ἔχοιεν, τὴν ἐκείνου ἐπιδημίαν.

Ἔλεον τοίνυν αὐτῶν [αὐτὸν] ἡ ἀγαθὴ καὶ φιλάνθρωπος ἐκείνη λαβοῦσα ψυχὴ κάτεισί τε εἰς τὴν λαύραν πάλιν · καὶ πρὸς τῷ τοῦ μακαρίου Χαρίτωνος κελλίῳ πέμπτον διατελέσας ἐνιαυτὸν, ἀνδρειότατα D τοὺς τὰ Ὠριγένους φρονοῦντας κατηγωνίζετο. Τότε μὲν δὴ καὶ ὁ θαυμάσιος Κύριλλος, ἀπὸ τῆς τοῦ μεγάλου Εὐθυμίου λαύρας, τῇ τοῦ μακαρίου Σάβα [Σάββα *et ita deinceps*] παραλαβὼν, ἐφ' ᾧ τὸν ἡσυχαστὴν ἐπίσκοπον Ἰωάννην ἴδοι, ὑπηρέτης αὐτῷ γραμμάτων πρὸς τὸν μακάριον τοῦτον Κυριακὸν γίνεται. Τὰ δὲ γράμματα τόν τε κατὰ τὴν ἁγίαν πόλιν ἀναῤῥιπισθέντα ἐδήλου πόλεμον, καὶ ἱκέτευον

(15) *Lege* βαρυθυμίας, παραμυθίας *male*.
(16) Anno 529.
(17) Venit in Susacim ann. 534. ubi manet 7 annos.
(18) Anno 541.

αὐτὸν ἐκτενέστερον τοῦ Θεοῦ δεηθῆναι, ὥστε τοὺς ἐν τῇ νέᾳ λαύρᾳ μετὰ Νόννου [Νόνου 2] καὶ Λεοντίου τὴν ἐκ τῶν Ὠριγένους δογμάτων συμμαχίαν παραλαβόντας, καὶ κατὰ τῆς ὀρθοδόξου στρατευσαμένους πίστεως, ἡττηθῆναι, καὶ τὴν πολλὴν ἐκείνην ἀλαζονείαν ἀποβαλεῖν.

A cietatem colerant, et adversus orthodoxam fidem bellum sumpserant, vincerentur, et multam illam deponerent arrogantiam.

Ὁ Κύριλλος μὲν οὖν εἰς τὸν Σουκᾶν ἀφικόμενος, καὶ Ζωσίμῳ καὶ Ἰωάννῃ πρώτοις ἐκείνου τοῖς μαθηταῖς ἐντυχὼν, εἶτα καὶ ὡς τὸν μέγαν σὺν αὐτοῖς Κυριακὸν ἔπεισιν· ἀγχειρίζει τε αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ὅσα πάλιν ἀπὸ γλώττης αὐτῷ εἴρητο, διέξεισι πάντα. Ὁ δὲ θερμόν τι καὶ οἷον ἀπὸ καρδίας ἐπιδακρύσας. Εἰπὲ, φησὶ, τῶν ἀποστείλαντί σε· Μὴ ἀνιώμεθα, Πάτερ· ὀψόμεθα γὰρ θᾶττον Νόννον μὲν καὶ Λεόντιον, τὴν ζωὴν ἀθλιώτατα καταστρέψαντας. τοὺς δὲ ἐπιχωριάσαντας τῇ λαύρᾳ λύκους ὡς αἴσχιστα ἐκεῖθεν ἀπελαυνομένους· καὶ τὰ λογικὰ πρόβατα πάλιν ἀλύπως αὐτὴν πατοῦντα καὶ ἀδεῶς, καὶ ἐν αὐτῇ νεμόμενά τε καὶ ἐκτρεφόμενα. Πρὸς ταῦτα ἐκεῖνος· Τίνα δέ ἐστι, Πάτερ, τὰ ὑπ' αὐτῶν πρεσβευόμενα, ἤρετο· διαβεβαιοῦνται γὰρ, ἔφη, τὰ περὶ προϋπάρξεως καὶ ἀποκαταστάσεως δόγματα, μέσα τε εἶναι καὶ ἀκίνδυνα. ἐκεῖνα πρὸς τοῦτο μαρτυρεῖν αὐτοῖς λέγοντες ἅπερ φησί που τῶν ἑαυτοῦ ἀπολογητικῶν ὁ μέγας Γρηγόριος· « Ἐμοὶ δ' οὖν πρᾶγμα φαίνεται οὐ τῶν φαυλοτάτων, διδόναι κατὰ καιρὸν ἑκάστῳ τοῦ λόγου τὸ σιτομέτριον, καὶ οἰκονομεῖν ἐν κρίσει τὴν ἀλήθειαν τῶν ἡμετέρων δογμάτων, ὅσα περὶ κόσμων ἢ κόσμου πεφιλοσόφηται, περὶ ὕλης, περὶ ψυχῆς, περὶ νοῦ, καὶ τῶν νοερῶν φύσεων, βελτιόνων τε καὶ χειρόνων, περὶ τῆς τὰ πάντα συνδεούσης Προνοίας· ὅσα τε κατὰ λόγον ἀπαντᾷν δοκεῖ καὶ ὅσα παρὰ λόγον τὸν κάτω καὶ τὸν ἀνθρώπινον. ἔτι τε ὅσα περὶ τῆς πρώτης ἡμῶν συστάσεως, τύπων τε καὶ ἀληθείας καὶ διαθηκῶν, καὶ Χριστοῦ παρουσίας πρώτης τε καὶ δευτέρας. Ἐν τούτοις γὰρ φασι καὶ τὸ ἐντυγχάνειν οὐκ ἄχρηστον, καὶ τὸ διαμαρτάνειν ἀκίνδυνον.

Cyrillus itaque cum in Sucam devenisset, et Zosimo ac Joanni, primis illius discipulis, collocutus fuisset, deinde etiam cum ipsis ad magnum proficiscitur Cyriacum, eique epistolam in manibus dat, et rursum omnia quæcunque verbis ipsi mandata fuerant, edisserit. Ille vero ardenter, et velut ex corde illacrymans : Dic, inquit, ei qui te misit : Ne mœrore affligamur, Pater, cito enim videbimus Nonnum quidem et Leontium vitam miserrime cum morte commutare ; lupos autem B in Laura versatos quam turpissime illinc abigi, ovesque ratione præditas ipsam rursus sine molestia et sine metu calcare, ac in ea ali et pasci. Ad hæc ille rogavit : Quænam vero sunt, Pater, quæ illi sua tuentur sententia ? namque affirmant, inquit, dogmata de præexistentia et restitutione in pristinum statum, indifferentia esse, et ab omni periculo aliena : illa ad hoc testimonio eis esse dicentes quæ alicubi in suis Apologeticis magnus Gregorius ait : Mihi videtur res non vilis nec contemnenda, dare in tempore unicuique demensum sermonis, et dispensare in judicio veritatem nostrorum dogmatum, quæcunque de mundis aut de mundo philosophice disputata sunt, de materia, de anima, de mente, et naturis intelli- C gentibus, tam præstantioribus quam deterioribus, de Providentia quæ omnia connectit : quæque secundum rationem evenire videntur, et quæcunque præter rationem inferiorem et humanam : præterea quæ de prima nostra constitutione, figurisque, et veritate, ac testamentis : Christi quoque primo ac secundo adventu. In his enim, inquiunt, et assequi non est inutile, et non assequi vacat periculo.

Ταῦτα τοῦ θαυμασίου Κυρίλλου ἐρομένου, ὁ μακάριος Κυριακὸς, Οὐ μὲν οὖν [γρ. οὔμενουν] οὐ μέσα τὰ περὶ προϋπάρξεως δόγματα καὶ ἀκίνδυνα, ἔφη· τούναντίον δὲ μᾶλλον, ἀκρόσφαλῆ τε καὶ ἐπικίνδυνα. Ὅπως δέ σοι καὶ τὴν πολυσχιδῆ αὐτῶν ἐν βραχεῖ παραστήσω ἀσέβειαν, φασὶ μὴ ἕνά τῆς Τριάδος τὸν Χριστὸν εἶναι. [Λέγουσι τὰ ἐξ ἀναστάσεως ἡμῶν σώματα εἰς ἀπώλειαν ἥξειν παντελῆ, καὶ Χριστοῦ πρώτου 2] λέγουσιν ὅσι οὐκ ἦ [εἴη 2] τοῦ κόσμου δημιουργὸς ἡ Τριάς· ὅτι τε ἐν τῇ ἀποκαταστάσει δυνήσονται πάντα τὰ λογικὰ μέχρι καὶ δαιμόνων, δημιουργεῖν αἰῶνας, καὶ ὅτι αἰθέρια καὶ σφαιροειδῆ ἐγείρονται ἡμῶν τὰ σώματα ἐν τῇ ἀναστάσει· οὕτω γὰρ καὶ τὸ τοῦ Κυρίου φασὶν ἐγηγέρθαι· καὶ ὅτι ἴσοι αὐτῷ ἐν τῇ ἀποκαταστάσει γινόμεθα.

Hæc cum admirabilis Cyrillus dixisset : Nequaquam, inquit beatus Cyriacus, nequaquam indifferentia sunt, neque periculo vacant dogmata de præexistentia : imo sunt lubrica potius et periculosa. Ut autem multiplicem eorum impietatem tibi paucis exponam, aiunt Christum non esse unum D ex Trinitate. Dicunt corpora quæ ex resurrectione habebimus, esse penitus ad interitum ventura, et Christi primi. Dicunt Trinitatem non fuisse mundi opificem : et quod in restitutione poterunt quæcunque sunt ratione prædita, etiam ad dœmones usque, fabricari æones (19), id est, sæcula : quodque in resurrectione, ætherea surrectura sunt corpora nostra, et sphærarum speciem referentia : sic enim et ipsum Domini corpus aiunt surrexisse : nosque futuros ei pares in restitutione.

Τοῦ Κυρίλλου δὲ, Τί δῆτα, Πάτερ, ἐπανερομένου, μὴ τοὺς τοσούτους ὑπὲρ ἀρετῆς ἀνέτλησαν πόνους.

Cyrillo autem rursum interroganti, Quid ita, Pater, non pro virtute tot subierunt labores, sed

(19) *Vide Tertullianum adversus Valentinianos.*

eos in inutili hac, quæ destruitur, sapientia consumpserunt? Respondens beatus Cyriacus, Namque *evanuerunt*, inquit, *in cogitationibus suis, et insipiens cor eorum obscuratum est : dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Nonnus autem horum malorum fuit initium : qui cum non ignavum ad hæc administrum invenisset Leontium Byzantinum, post beati Patris nostri Sabæ excessum, continuo tetrum hunc morbum in compluribus Ecclesiæ locis clam disseminavit. Et primum quidem eos qui in Nova Laura erant doctiores, vel ut verius dicam, indoctiores, in suam induxit hæresim. Deinde non hactenus constitit : sed ut aliorum quoque solitudinis monasteriorum plurimis hanc pestem communicaret, plurima rem sollicitudine dignam ducebat. Deinde ut me quoque humilem et abjectum suis comprehenderet laqueis, quam non adhibuit contentionem ? Sed, ut cum divino David loquar, *seipsam fefellit iniquitas*, et divina mihi apparuit visio, hæresis ejus cœnum accurate ostendens. Neque ego solus ipsius improbitatem vici, sed ii etiam qui erant conventus Sucæ, per nostrum consilium, illius malitiæ fortiter restiterunt, et fraudulentos illos mores, et ingenium ad malum solers superaverunt.

Quoniam autem tam aperte congressus victus est, alia ratione conventum suæ potestati subjicere machinatus est. Et Petrum quemdam Alexandrinum, qui in eum, et in pravi ipsius dogmatis hæresim, jam a principio erat propensus, præficit conventui : si quo modo hac certe ratione eos paulatim ad communionem attraheret. Amant enim ut plurimum principi conformari, qui sub ejus sunt potestate. Sed nesciebat stultus, se deprehensu facilem et apertam escam proponere. Nam cum consueta illius pravitas conventui paululum innotuisset, protinus ille totus commotus Petrum pellit præfectura.

Deinde rursus Nonnus Petrum alium e Græcia oriendum, qui a priore nihil differebat, præfectum eis constituit conventus autem expressos in eo videns ejus qui præcesserat, malitiæ characteres, protinus eum quoque expellit : et in beati Sabæ Lauram veniens, præfectum accipit Cassianum, genere Scythopolitanum, religione fidelissimum, et virtuti ac doctrinæ innutritum. Sicque vix tandem potuimus multiplicem et exæstuantem eorum qui Origenis morbo laborabant, reprimere et arcere impetum. Hæc cum dulcis illa lingua recensuisset, ubi intellexit Cyrillum esse monasterii magni Euthymii, cum magno protinus gaudio. Ecce, inquit, Frater, tu ejusdem es atque ego, cœnobii. Cœpitque oratione persequi res gestas sanctorum Euthymii et Sabæ. Ille autem cum eas ab hoc beato Cyriaco perspicue didicisset, conscripsit singula in iis quos de ipsis scripsit libris : ut illinc quilibet discere potest, si non perfunctorie, sed accurate ea legat.

A ἀλλ' εἰς τὴν καταργουμένην ταύτην σοφίαν ἀναλωσαν ; Ὁ μακάριος ὑπολαβὼν Κυριακὸς, « Ἐματαιώθησαν γὰρ, φησὶν, ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἡ ἀσύνετος αὐτῶν ἐσκοτίσθη καρδία· φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. » Νόννος δὲ τῶν κακῶν ἀπαρχὴ τούτων· ὃς ὑπουργὸν οὐκ ἀγέννῃ τὰ τοιαῦτα, Λεόντιον εὑρηκὼς τὸν ἐκ Βυζαντίου, μετὰ τὴν τοῦ μακαρίου Πατρὸς ἡμῶν [Σάβα 2] τελευτὴν, τὸ κακὸν εὐθὺς ἀῤῥώστημα τοῦτο, πολλαχοῦ τῆς Ἐκκλησίας ὑπέσπειρε. Καὶ πρῶτα μὲν τοὺς ἐν τῇ νέᾳ Λαύρᾳ λογιωτέρους, ἀλογωτέρους δὲ εἰπεῖν ἀληθέστερον, τῇ οἰκείᾳ ὑπηγάγετο αἱρέσει. Εἶτα οὐ μέχρι τούτων ἔστη· ἀλλ' ὅπως καὶ τῶν ἄλλων τὴς ἐρήμου μοναστηρίων πολλοῖς τῆς τοιαύτης μεταδῷ λύμης, πολλῆς ἠξίου τὸ πρᾶγμα φροντίδος, Ἔπειτα ὥστε καὶ τὸν ταπεινὸν ἐμὲ τῇ ἑαυτοῦ συλλαβεῖν πάγῃ B [πάλῃ 1], τίνα οὐκ εἰσηνέγκατο τὴν φιλονεικίαν ; Ἀλλ' ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτὴν, κατὰ τὸν θεῖον φάναι Δαυὶδ · καὶ μοι ὄψις ἐφάνη θεία, τὸν ἐκείνου τῆς αἱρέσεως βόρβορον ἀκριβῶς παραδεικνῦσά. Καὶ οὐκ ἐγὼ τῆς αὐτοῦ μόνος ἐκράτησα κακουργίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς τοῦ Σουκᾶ συνοδίας, καὶ οὗτοι διὰ τῆς ἡμετέρας συμβουλίας, γενναίως πρὸς τὴν ἐκείνου πανουργίαν ἔστησαν, καὶ τῶν δολερῶν ἐθῶν ἐκείνων, καὶ τῆς περὶ τὸ κακὸν εὐμηχανίας περιεγένοντο.

Ἐπεὶ δὲ οὕτω φανερῶς προσβαλὼν ἡττήθη, ἑτέρως ὑποποιήσασθαι τὴν συνοδίαν ἐμηχανᾶτο. Καὶ τινα Πέτρον Ἀλεξανδρέα, ἐπιῤῥεπῶς πρὸς αὐτὸν ἐξ ἀρχαίου καὶ τὴν κακόδοξον αἵρεσιν ἔχοντα, ἐφίστησι τῇ συνοδίᾳ· εἴ πως ἀλλὰ ταύτῃ γ' οὖν ἠρέμα [πρὸς C κοινωνίαν αὐτοὺς ἑφελκύσεται. Φιλεῖ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τῷ ἄρχοντι συμμορφοῦσθαι τὸ ὑποχείριον. Ἀλλ' ἠγνόει ὁ μάταιος εὐφώρατον καὶ καταφανὲς προτιθεὶς δέλεαρ. Μικρὸν γὰρ τῆς συνήθους ἐκείνου κακίας τῇ συνοδίᾳ ὑποφανείσης, ἡ δὲ αὐτίκα κινηθεῖσα πᾶσα, τὸν Πέτρον ἀπωθεῖται τῆς προστασίας.

Εἶτα καὶ πάλιν οἱ περὶ Νόννον, Πέτρον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἕτερον, τῷ προτέρῳ κατὰ μηδὲν ἀδιάφορον, ἡγούμενον αὐτοῖς ἐφιστᾶσιν. Αὕτη δὲ ἀκριβεῖς κάν τδύτῳ τῆς τοῦ προλαβόντος κακίας ἰδοῦσα [ἐνιδοῦσα 2] τοὺς χαρακτῆρας παραχρῆμά τε καὶ αὐτὸν ἀποβάλλει· καὶ εἰς τὴν τοῦ μακαρίου Σάβα Λαύραν ἐλθοῦσα, ἡγούμενον λαμβάνει Κασιανὸν, τὸ D γένος Σκυθοπολίτην, τὸ σέβας πιστότατον, ἀρετῇ καὶ λόγῳ, σύντροφον. Καὶ ταύτῃ μόλις ἰσχύσαμεν τὴν [φυγεῖν τὴν, *etc.*, 1], πολλὴν τῶν τὰ Ὠριγένους νοσούντων ὁρμὴν [ὁρμὴν 1], [ἀνακρούσασθαι, καὶ καταστεῖλαι φλεγμαίνουσαν 2]. Ταῦτα ἡ γλυκεῖα ἐκείνη γλῶσσα διεξελθοῦσα, ὡς καὶ τῆς τοῦ μεγάλου μονῆς Εὐθυμίου μάθοι τὸν Κύριλλον εἶναι, μετὰ περιχαρείας εὐθὺς, Ἰδοὺ καὶ συγκοινοβιώτης εἶ μοι, φησὶν, ἀδελφέ. Καὶ διαλαβὼν τὰ περὶ τῶν ἐν ἁγίοις Εὐθυμίου διηγεῖτο καὶ Σάβα. Καὶ ταῦτα ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ μακαρίου τούτου Κυριακοῦ σαφῶς διδαχεὶς, ἐν τοῖς αὐτῶν ἕκαστα λόγοις ἀνέγραψεν· ὡς ἔστιν ἐκεῖθεν μαθεῖν, εἴ τις μὴ παρέργως, ἀλλ' ἀκριβῶς αὐτὰ ἐπιλέγοιτο.

Οὕτω μὲν οὖν ὁ θεῖος Κυριακὸς, καὶ ὁμιλίᾳ τοιαύτῃ καὶ διηγήμασιν ἡδονῆς τὴν ἐκείνου ψυχὴν διαπλήσας, ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ. Ἐπειδὴ δὲ δ τε τῶν Ὠριγένους νόμων ἀκριβὴς φύλαξ αἰσχίστῳ τέλει τὴν ψυχὴν ἀπέρρηξε Νόννος, ἥ τε ἰσχὺς αὐτῶν ἅπασα διελύτη · καὶ ὁ πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους ἐλώφησε πόλεμος · καὶ κατ' ἀλλήλων [καταλλήλων 2] ἐκεῖνοι τὴν μάχην καὶ τοὺς κινδύνους ἐκίνησαν · καὶ πολλοὶ ἐν τῷ τοῦ Χαρίτωνος φοιτῶντες σπηλαίῳ, οὐκ ὀλίγην τῷ θείῳ Κυριακῷ παρεῖχον τὴν ὄχλησιν, τὴν ἡσυχίαν ἐπιταράττοντες, ἐπὶ τὸν Σουσακὶμ [τοῦ Σουσακεὶμ 1 *hic et infra*] ἀναχωρεῖ πάλιν, ἕνατον ἤδη καὶ ἐνενηκοστὸν ἔτος τῆς ἡλικίας ἀνύων. Ἐκείνου μὲν δὴ ὄγδοον ἐν αὐτῷ διαμεμενηκότος χρόνον, λαμβάνει τίς ποτε τὸν Κύριλλον πόθος τῆς τοῦ Κυριακοῦ ὁμιλίας. Καὶ εἰς τὴν λαύραν ἐλθὼν τοῦ Σουκᾶς καὶ τὸν τούτου μαθητὴν Ἰωάννην παραλαβὼν, τὸν Σουσακὶμ ἄμφω καταλαμβάνουσιν · οὐκ ἔλαττον, ἢ ἐνενήκοντα σταδίους τῆς λαύρας ἀπέχοντα. Ὡς οὖν πλησίον ἐγένοντο ἤδη, λέων αὐτοῖς μεγεθει μέγιστος καὶ φοβερώτατος ἰδεῖν ὑπαντήσας, διετάραξέ τε τὸν Κύριλλον, ὥσπερ εἰκὸς, καὶ εἰς δέος ἐνέβαλεν. Οὕτω τοίνυν ὁ μαθητὴς Ἰωάννης ἔχοντα τὸν ἄνδρα ἰδὼν, Μὴ δέδιθι, ἔφη. Καὶ ὁ λέων, ὡς πρὸς τὸν ἅγιον αὐτοὺς ἀπιόντας ἔγνω, ὑπεξέβη τε τῆς ὁδοῦ εὐθὺς, καὶ αὐτοὶ κακῶν ἀπαθεῖς διῆλθον. Τούτους ἡ ἱερὰ κεφαλὴ ἐκείνη θεασαμένη, ὑπερήσθη τε αὐτίκα, καὶ ἤδὺ αὐτοὺς καὶ οἰκεῖον ἰδοῦσα, πρεσβυτικῶς εὖ μάλα καὶ χαριέντως, Ἰδοὺ, φησὶ, καὶ ὁ συγκοινοβιώτης μοι [μου 1] Κύριλλος. Εἶτα παραμίξας τι καὶ παιδιᾶς ὁ μαθητὴς Ἰωάννης · Ἀλλὰ τοῦτον, εἶπεν, ὁ λέων, Πάτερ, δεινῶς ἐφόβησε, καὶ δειλὸν ἀπέδειξε φανερῶς. Ἡ δὲ ἱλαρὰ ψυχὴ ἐκείνη · Σὺ δὲ ἀλλὰ μὴ φοβοῦ, εἶπε, τέκνον · ὁ γὰρ λέων οὗτος ἐνταῦθά μοι παραμένει φύλαξ ἀκριβὴς τῶν λαχάνων · καὶ οὔτε θηρίῳ εἰσφοιτᾷν συγχωρεῖ οὐδενὶ, οὐδὲ ἀγρίου αἰγὸς ἔφοδον, οἶμαι, τὰ λάχανα δέδιεν, ἐγρηγορότος τοῦ φύλακος.

Εἶτα πολλὰ περὶ τῶν κατὰ τὴν ἔρημον Πατέρων διεξελθὼν, καὶ ταύτῃ διαναστήρας, καὶ κινητικώτατον, οἷον εἰς ἀρετὴν, αὐτοῖς ἔρωτα ἐμβαλὼν, τράπεζαν παρατίθησιν. Ἐνταῦθα ὁ λέων ἐφίσταται. Ὁ δὲ τῷ θηρίῳ μὲν ἄρτον τε τῇ χειρὶ ὀρέγει, καὶ εἰς φυλακὴν ἀφίησι τῶν λαχάνων. Πρὸς δὲ τοὺς συγκατακεκλιμένους, Ἀγαθόν γε, ὦ τέκνα, εἶπε, τοῦ ἀγροῦ φύλακα κέκτημαι. Οὔτε γὰρ ἄρκτος ἐνταῦθα, οὐδὲ θηρίον ἄλλο τι, ἀλλ' οὐδὲ λῃστὴς, οὐδὲ βάρβαρος τοῖς παριοῦσι τὸν ἀγρὸν ἐπιτίθεται. Κολάζει γὰρ καὶ [*in codice* 2 *deletum est* καὶ] αὐτοὺς δεινῶς καὶ ἀπόλλυσιν ὁ λέων.

Τοῖς μὲν οὖν ὅλην παρ' αὐτῷ ἡμέραν διαγαγοῦσι, καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκείνης καὶ τῆς ἐκκεχυμένης ἐν τοῖς χείλεσι αὐτοῦ χάριτος ἀπολαύσασιν, εὐλογίας τε εἰς τὴν ἐξῆς μεταδίδωσι, καὶ ἐν εἰρήνῃ ἀπολύει. Καὶ ὁ λέων ὑπεξέβη τε αὐτοῖς αὖθις, καὶ ὀπέπεσεν ἥκοντας [ἥκοντας 2, εἴκουσι 1], καὶ τῆς ἐπὶ τὰ οἰκεῖα χαίροντες εἶχοντο.

A Divinus itaque Cyriacus, cum hujusmodi colloquio et narrationibus ita illius animam voluptate complesset, in pace dimisit. Quando autem, et ipse legum Origenis diligens custos, Nonnus, turpissimo exitu vitam abrupit, fractæque fuerunt omnes eorum vires; et cessavit bellum adversus orthodoxos; et illi inter sese prælia cierunt et pericula; multique in Charitonis spelæum ventitantes, non parvam divino Cyriaco molestiam exhibebant, ejus silentium et quietem interturbantes; ad Susacim rursum recedit (20) cum nonum jam et nonagesimum ætatis annum expleret. Cum autem ille octo in eo mansisset annos, Cyrillum aliquando incessit desiderium conveniendi Cyriaci. In lauram itaque Sucæ veniens, ac hujus B discipulum Joannem assumens, ambo Susacim perveniunt, qui locus non minus quam nonaginta stadia aberat a laura. Cum autem adventarent et prope jam essent, leo ipsis magnitudine maximus, visuque terribilissimus, occurrens, Cyrillum, ut consentaneum est, conturbavit, et in metum conjecit. Cum igitur discipulus Joannes ita affectum virum vidisset: Ne metue, inquit. Leo autem, ut eos ad sanctum euntes agnovit, via cessit protinus, et ipsi malorum immunes pertransierunt. Hos cum sacrum illud caput aspexisset, supramodum statim gaudio oblectatus est, eosque blande ac benevole intuens, seniliter bene plane ac venuste, Ecce, inquit, concœnobita meus (21) Cyrillus. Deinde nonnihil quoque joci admiscens discipulus Joannes: Sed eum, inquit, Pater, mirum C in modum leo terruit, manifestoque pavore perculit. Hilaris autem illa anima: At tu, noli timere, inquit, fili: leo enim iste hic mihi manet, diligens custos olerum, qui nullam feram ingredi sinit: quapropter nec agrestis capreæ incursum, ut puto, timuerint olera, hoc vigilante custode.

Deinde cum multa de Patribus, qui in eremo degebant, narrasset, ac sic eis animos excitasset, acerrimumque, erga virtutem videlicet, amorem incussisset, mensam apponit. Hic leo supervenit. Ille autem bestiæ panem manu porrigit, et ad olerum custodiam remittit. Ad accumbentes autem: Habeo, ait, o filii, bonum agri custodem. Neque enim hic ursus, neque alia quæpiam fera, D sed neque prædo, neque barbarus eos qui agrum pertranseunt invadit. Illos namque acriter ulciscitur ac perimit leo.

Cum igitur totum apud eum diem transegissent, ac doctrina illa et diffusa in ejus labiis gratia fructi essent, benedictionem imposterum impertit, ac in pace dimittit. Leo autem eis rursus cessit, et blanditus est; sicque ad propria læti remearunt.

(20) Exeunte 546 vel ineunte 547.

(21) Cyrillus in eodem quo Cyriacus manserat

Sanctus autem hic Cyriacus adhuc in Susacim permanens, cum aquam ex fontibus non haberet (quo cum ipse uteretur, tum etiam olera rigaret), eam quæ in petrarum concavitatibus congregabatur exhauriens, æstate illa ad meridiem irrigabat, nec amplius sitire sinebat. Tempore enim autumni tempestas ipsa ea satis abundeque irrigabat. Cum autem magna siccitas aliquando per æstatem contigisset, et quæ sunt in petris concavitates ne vestigium quidem haberent aquæ, ille, oculis in cœlum sublatis, petit a Deo aquam. Et ecce repentina quædam nubes super caput condensata erupit in pluviam, ejusque hydrias et petrarum concava omnia implevit : eaque et sancti usui, et olerum irrigationi diu multumque suffecit. Hic illud mihi venit in mentem, quod, etsi narrationi de sancto non cohæret, non mediocrem tamen, si dicatur, afferet utilitatem.

A Ὁ δὲ ἅγιος οὗτος Κυριακὸς τῷ Σουσακὶμ ἔτι παραμένων, ἐπειδὴ ὕδωρ αὐτῷ ἐκ πηγῶν οὐ παρῆν (ὥστε ὁμοῦ μὲν αὐτὸν χρῆσθαι, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰ λάχανα ὑρδεῖν), τὸ ἐν τοῖς τῶν πετρῶν κοιλώμασιν ἐπισυναγόμενον ἐξαντλῶν, ἐπότιζέ τε θιρους αὐτὰ κατὰ μεσημβρίαν, καὶ οὐκέτι διψᾷν συνεχώρει. Τὸν γὰρ περὶ τὸ μετόπωρον χρόνον, ἤρδεν αὐτὰ ἱκανῶς ἡ ὥρα. Αὐχμοῦ δέ ποτε κατὰ θέρος πολλοῦ γεγονότος, καὶ αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς πέτραις κοιλωμάτων οὐδὲ ἴχνος ἐχόντων ὕδατος, τὰ ὄμματα ἐκεῖνος εἰς οὐρανοὺς ἀνασχών, αἰτεῖ παρὰ τοῦ Θεοῦ ὕδωρ· Καὶ ἀθρόον τι νέφος ὑπὲρ κεφαλῆς παχυνθὲν, εἰς ὑετὸν ἐρράγη · καὶ τὰς ὑδρίας αὐτοῦ, καὶ τὰ κοῖλα τῶν πετρῶν ἐπλήρωσε πάντα · καὶ τῇ τε τοῦ ὁσίου χρείᾳ, τῇ τε τῶν λαχάνων ἀρδείᾳ, μέχρι πολλοῦ τρῦτο ἐπήρκεσεν. Ἐκεῖνο δέ με [*in codice* 2 *deletum est* με] γενόμενον ἐνταῦθα ἔλσέρχεται, ὅπερ εἰ καὶ μὴ τῆς τοῦ ἁγίου ἔχεται διηγήσεως, ἀλλ' οὐ μετρίαν οἶσει λεχθὲν καὶ αὐτὸ τὴν ὠφέλειαν.

B

In solitudinem aliquando venienti hujus sancti discipulo, una cum condiscipulo Paramono, apparet circa myricas agrestes, stans quoddam hominis idolon. Illi, id quod cernebatur ex anachoretis unum esse existimantes (multi enim id temporis solitudinem hanc habitabant), ad eum statim sunt conversi. Cumque jam prope adessent, et nusquam esset quod apparuerat, illi contra, malum arbitrantes esse spiritum, apprecati sunt, et precationi, Amen, subjungentes, huc et illuc spectant, et spelæum quoddam ipsis subterraneum apparet. Quod signum rursus dexterum judicantes, et quemdam Dei servum esse, eum qui apparuerat, ac in illud se occuluisse, atque in eo delitescere putantes, rogant ut benedictionem ipsis impertiat et pacem.

Παριόντι κατὰ τὴν ἔρημον τῷ μαθητῇ πατε τοῦ ἁγίου τούτου μετὰ [καὶ 2] τοῦ συμφοιτητοῦ Παραμόνου, ἐπιφαίνεταί τι περὶ μυρίκῃ ἀγρίᾳ ἴστως, ἀνθρώπου εἴδωλον. Οἱ δὲ, τῶν ἀναχωρητῶν [ἀναχωριτῶν 1] ἕνα τὸ φαινόμενον οἰηθέντες (πολλοὶ γὰρ τὴν ἔρημον ταύτην τὸ τηνικαῦτα ᾤκουν) πρὸς αὐτὸν εὐθέως ἐτράποντο. Ἐπεὶ δὲ πλησίον ἦσαν ἤδη καὶ τὸ φανὲν οὐδαμοῦ, ἔμπαλιν ἐκεῖνοι πονηρὸν πνεῦμα νομίσαντες εἶναι, προσηύξαντο · καὶ τῇ εὐχῇ τὸ, Ἀμὴν, ἐπεπόντες, ὁρῶσι τῇδε κἀκεῖσε · καὶ σπήλαιόν τι αὐτοῖς ὑπόγεων ὑποφαίνεται. Ὅπερ σημεῖον αὖθις κρίναντες δεξιὸν, καί τινα δοῦλον τοῦ Θεοῦ τὸν φανέντα εἶναι, κἀι εἰς αὐτὸ καταδῦναι ὑπολαβόντες, εὐλογίας αὐτοῖς μεταδοῦναι καὶ εἰρήνης ἠξίουν.

C

Tandem aliquando vox intrinsecus sonuit ex spelæo, dicens : Quid me vultis ? sum etenim femina. Sed, Quo proficiscimini ? rogavit. Ad anachoretam, inquiunt, Cyriacum. Sed dic nobis, qui vocere, et qua ratione hic es, et quamobrem huc accessisti ? Illa vero, Nunc quidem abite, inquit ; redeuntibus autem rursus, dicam. Cum ergo illi impensius instarent, et ne tantillum quidem se abscessuros dicerent, ni prius quæ beatam illam spectabant, audiissent : Nomen quidem mihi est Maria, inquit ; cum autem essem psaltria, scio me multis scandali occasionem præbuisse. Deum itaque rogavi, eumque suppliciter obsecravi, ut a mali laqueis liberarer. Aliquando autem corde contrita, et anima divino igne succensa, in sanctum Siloe descendi : cumque hoc vas aqua implessem (quod apud me adhuc manet, lupinis in sporta acceptis, huc accessi. Nihil autem horum usque in hodiernum diem est diminutum. Sed neque ex illo tempore hominem vidi : neque

Ὀψὲ γοῦν ποτε φωνὴ ἔνδοθεν ὑπηχήθη [ἀπηχήθη 1] ἐκ τοῦ σπηλαίου · Τί θέλετε ἀπ' ἐμοῦ ; Γύναιον, γυνὴ γάρ εἰμι. Ἀλλὰ, Ποῦ πορεύεσθε ; ἤρετο. Οἱ δὲ. Πρὸς τὸν ἀναχωρητὴν, ἔφησαν. Κυριακόν. Ἀλλ' εἰπὲ ἡμῖν, ἥτις καλῇ, καὶ ὅπως ἐνταῦθα εἶ, καὶ ἐφ' ᾧ παραγέγοτπς. Ἢ δὲ, Νῦν μὲν ὑπάγετε, ἔφη ἐπανήκουσι δὲ αὖθις, ἐρῶ. Ὡς οὖν ἐπέκειντο πλόον οὗτοι, καὶ οὐκέτι [οὐα ἔτι 1] οὐδὲ ἀποστήσεσθαι μικρὸν ἔλεγον μὴ πρότερον τὰ κατὰ τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἀκούσαντες, Ὄνομα μὲν ἐγὼ Μαρία · γενομένη δὲ ψάλτρια, ἔφη, πολλοῖς οἶδα σκανδάλου πρόφασιν παρασχοῦσα. Ἐδεόμην τοίνυν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἱκέτευον αὐτὸν, ῥυσθῆναί με τῶν τοῦ πονηροῦ παγίδων. Καί ποτε τὴν καρδίαν συντριβεῖσα, καὶ πυρὶ θείῳ τὴν ψυχὴν διαθερμανθεῖσα, εἰς τὸν ἅγιον Σιλωὰμ κατῆλθον · καὶ τὸ σκεῦος τοῦτο πλήσασα ὕδατος (ὃ παρ' ἐμοὶ καὶ εἰς ἔτι μένει), καὶ θέρμια ἐν τῇ σπυρίδι λαβοῦσα, ἐνταῦθα παρεγενόμην. Καὶ τούτων οὐδὲν εἰς δεῦρο ἠλαττονήθη. Ἀλλ' οὐδὲ ἄνθρωπον ἐξ ἐνείνου εἶδον, οὐδὲ εἰς ὁμιλίαν

D

cœnobio, sed nunquam cum illo. Ideo minus bene vertisse videtur interpres apud Surium : *Meus in cœnobio sodalis.*

τινὶ, οὐδὲ εἰς λόγους ἦλθον. Ἀλλ' ἄπιτε νῦν καὶ ὑμεῖς, καὶ ἀναστρέφοντες ἐπισκέψασθέ [ἐπισκέψατέ 1] με.

Τούτων ἐκεῖνου ἀκούσαντες, ὑποχωροῦσι, καὶ ὡς τὸν μακάριον ἐλθόντες Κυριακὸν, ἀπαγγέλλουσιν αὐτῷ πάντα. Ὁ δὲ ἐθαύμασέ τε, ὡς εἰκὸς, καὶ ἐπισκέψασθαι πάλιν αὐτὴν ἐπανήκουσι τοῖς μαθηταῖς, καὶ αὐτὸς ἐπισκήπτει. Τὸ σπήλαιον τοίνυν ἐν τῇ ἐπανόδῳ καταλαβόντες, καὶ τὴν εἴσοδον κατὰ τὸ σύνηθες κόψαντες, ἐπεὶ ἔνδοθεν [ἔνδον 1] αὐτοῖς ἀπεκρίνατο οὐδὲ εἷς, παρελθόντες εἴσω, εὑρίσκουσιν αὐτὴν ἤδη τελειωθεῖσαν, καὶ τὸ σῶμα νεκρὸν παρὰ τῷ σπηλαίῳ κείμενον. Ἀνελθόντες οὖν εἰς τὴν τοῦ Σουκᾶ λαύραν, καὶ ὅσων ἦν αὐτοῖς πρὸς τὴν ταφὴν χρεία λαβόντες, ἔρχονται πρὸς τὸ σπήλαιον πῶθις· καὶ τελέσαντες ἐπὶ τῇ μακαρίᾳ τὰ εἰωθότα, τὴν οἰκίαν αὐτῇ τάφον ποιοῦσι, πρὸς αὐτῷ τῷ σπηλαίῳ τὸ λείψανον καταθέμενοι.

Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἡμᾶς τὸ τοῦ διηγήματος ἐξήνεγκεν, ἡδιστόν τε ὁμοῦ καὶ ὠφέλιμον. Ἐπανιτέον δὲ πάλιν ὅθεν ἐξέβημεν. Ὄγδοον τοίνυν τούτον ἐν τῷ Σουσακὶμ ἐνιαυτὸν, ὥσπερ ἔφημεν, τοῦ μακαρίου Κυριακοῦ διηνυκότος, οἱ τῆς τοῦ Σουκᾶ λαύρας, μετὰ τὴν τελείαν τῶν τὰ Ὠριγένους δοξαζόντων ἀπαλλαγὴν, ἐκεῖσε καὶ αὖθις γενόμενοι, εἰς τὸ τοῦ μεγάλου Χαρίτωνος σπήλαιον αὐτὸν ἤγαγον. Οὗ δὴ καὶ ὁ θαυμάσιος Κύριλλος παρέβαλλε συνεχῶς, καὶ πολλὴν παρὰ τοῦ ἁγίου τούτου τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπίδοσιν καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐκαρποῦτο. Ὑπὲρ τὰ ἑπτὰ δὲ ἤδη καὶ τὰ ἑκατὸν ὁ Κυριακὸς ἔτη ἐβίω· ὡς καὶ ἀπ' αὐτῶν δῆπου τῶν ἐκείνου περιόδων, καὶ τῶν διατριβῶν μεμαρτύρηται. Ἀφίκετο μὲν γὰρ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, ἀμφὶ τὰ ὀκτωκαίδεκά που μάλιστα ἔτη· ἐννέα δὲ παρὰ τῷ ἐν ἁγίοις Γερασίμῳ διέμεινε· δέκατόν τε ἤδη [δέκατον ἤδη 1] πρὸς τῇ τοῦ μεγάλου Εὐθυμίου μονῇ διετέλεσε χρόνον· καὶ ἐννέα καὶ τριάκοντα ὑπὸ τῇ τοῦ Σουκᾶ λαύρᾳ διηκονεῖτο. Πέμπτον τε αὐτῷ ἐν τῇ τοῦ Νατουφᾶ ἐρήμῳ σκίλλαις τρεφομένῳ περιῆλθον ἔτος· καὶ τοσαῦτα πάλιν ἐν τῷ τοῦ Ῥουβᾶ ἕτερα. Περὶ μὲν οὖν τῷ Σουσακὶμ ἕβδομον ἐνιαυτὸν μεῖναι ἱστόρηται· περὶ δὲ τῷ τοῦ ἐν ἁγίοις Χαρίτωνος σπηλαίῳ, πέμπτον· καὶ αὖ [*in codice* 2 *deletum est* αὖ] πάλιν ἐν τῷ [τοῦ 1] Τουσακὶμ ὄγδοον. Ἀνέβη μέντοι πρὸ δύο [δύον 1] τῆς τελευτῆς χρόνων, καὶ αὖθις παρὰ τὸ [τῷ 1] τοῦ Χαρίτωνος σπήλαιον [σπηλαίῳ 1]. Εἰς τοῦτο δὲ ὅμως ἡλικίας ἐλθὼν, καὶ βαθύτατα οὕτω γηράσας, οὐδὲ βραχὺ τῆς περὶ τοὺς θείους ὕμνους στάσεως, καὶ τῆς διακονίας τῶν αὐτῷ παραβαλλόντων ὀφεῖτο. Ἀλλ' ὅσῳ κατεγήρα τῇ ἡλικίᾳ, τοσούτῳ μᾶλλον ἐσφρίγα καὶ ὑπερήκμαζε τῇ προθυμίᾳ, καὶ θερμότερον τῶν θείων ἀγώνων καὶ γενναιότερον ἥπτετο.

Ἦν δὲ μειλίχιος μὲν ὁ ἀνὴρ καὶ ἱλαρὸς καὶ εὐπρόσιτος, εὐμήκης δὲ ἰδεῖν καὶ ἀνεστηκώς· τόν τε αὐχένα ὀρθὸ, ἔτι καὶ ὑπονεάζων, καὶ οὐδὲ τὸ παράπαν τοῦ γήρως ἡττώμενος, διδασκαλικὸς τὸν τοό-

A in alicujus congressum colloquiumque veni. Vos igitur nunc abite, et revertentes invisite me.

Illi, his auditis, recedunt : et ab beatum Cyriacum venientes omnia ipsi renuntiant. Ille, ut consentaneum erat, miratus est et, revertentibus discipulis, ut eam rursus invisant mandat. Spelæum itaque in reditu nacti, aditumque de more pulsantes, cum intus nemo unus ipsis responderet, introgressi inveniunt eam jam vita functam, et corpus exanime in spelunca jacens. Ascendentes igitur in Sucæ lauram, et omnia quibus ipsis ad sepulturam usus erat assumentes, rursus ad spelæum veniunt : et quæ de more fiunt super beata peragentes, domum ei faciunt sepulcrum, reliquiis in spelunca ipsa depositis. B

Sed huc quidem nos narratio deduxit jucundissima juxta atque utilis. Rursus autem redeundum est unde digressi sumus. Cum igitur octavum hunc in Susacim annum, ut diximus, beatus Cyriacus confecisset, qui erant lauræ Sucæ, post perfectam liberationem ab iis qui Origenis sententiam tenebant, cum illuc rursus accessissent, ipsum in magni Charitonis spelæum deduxerunt (22). Quo etiam frequenter accedebat admirabilis Cyrillus, et magnum ab hoc sancto virtutis incrementum et emolumentum percipiebat. Jam autem super centum et septem annos vixerat Cyriacus : cui rei testimonio sunt illæ ipsæ ejus diversis in locis C mansiones et obita itinera. Devenit namque in sanctam civitatem, circiter decem et octo annos natus : novem autem apud sanctum Gerasimum permansit : decimumque jam apud Magni Euthymii monasterium confecit annum, et undequadraginta in Sucæ laura ministravit. Quinque anni præterierunt, dum in Natuphæ solitudine scillis aleretur, totidemque rursus alii in Ruba. In Susacim autem septimum mansisse annum jam relatum est : in sancti autem Charitonis spelæo, quintum; et rursus in Susacim, octavum. Duobus certe ante exitum annis, rursus ad Charitonis spelæum ascendit. Quamvis autem ad in ætatis pervenisset, et summam ita adeptus esset senectutem, nihilominus tamen, ne tantillum quidem de D statione ad divinos hymnos, et ministerio eorum qui ad ipsum accedebant, remittebat. Sed quanto erat ætate provectior, tanto magis animo valebat, et vigebat animi alacritate, acriusque ac fortius divina inibat certamina.

Erat autem vir mitis et hilaris, et facilis ad eum patebat aditus : statura procerus et erectus : colloque adhuc recto, juventutem quodammodo præ se ferens, et nihil omnino senectute fractus aut debilitatus : moribus ad docendum accommodatus;

(22) Anno 555.

religione maxime orthodoxus. Cum itaque in corporis infirmitatem incidisset, naturæ debitum exsolvens, spiritum ipsi Jesu quem desiderabat commisit (23). Et nunc est in quiete justorum, in splendore angelorum, ea videns quæ semper desiderabat, et totum sanctæ Trinitatis fulgorem in se recipiens : in ipso Christo Domino nostro, cum quo Patri principii experti, et sanctifico vivificoque Spiritui gloria, imperium, honor et adoratio nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

(23) Anno 557.

πον, τὸ σίβας ὀρθοδοξότατος. Ἀσθενείᾳ τοίνυν σώματος περιπεσὼν, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀποτίσας χρέος, τὸ πνεῦμα τῷ ποθουμένῳ Ἰησοῦ παρατίθεται. Καὶ νῦν ἐστιν ἐν τῇ ἀναπαύσει τῶν δικαίων· ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἀγγέλων, ἅπερ εἰς ἀεὶ ἐπόθει ὁρῶν, καὶ ὅλην τῆς ἁγίας. Τριάδος τὴν ἴλλαμψιν εἰσδεχόμενος· ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΑΡΜΕΝΙΑΣ.

VITA ET CONVERSATIO ET MARTYRIUM

SANCTI MARTYRIS GREGORII

MAGNÆ ARMENIÆ.

(Textus Græcus nunc primum prodit ex duobus codicibus mss. Paris. n. 1489 et 1492 notatis ; Latine edidit Surius ad diem 30 Septembris.)

I. Cum Persarum imperium rediisset ad Parthos, et Parthorum dominatio ad tantam venisset potentiam, ut non solum imperarent Persis, sed etiam Armeniis et Indis qui in Oriente sunt Persis finitimi, præterea autem Massagetas quoque in suam redegissent potestatem, cumque tantarum curarum pondus unus non posset sustinere, quatuor fratres, Parthi quidem genere, Arsacidæ autem cognomine, dominatum quatuor gentium ad se transferunt. Et primus quidem ex fratribus, communem appellationem in proprium nomen sibi vindicans, appellabatur Arsacides, et Parthorum tenebat imperium, sicut tempore, ita etiam dotibus et commodis aliis antecellens. Qui autem illum est consecutus, fuit rex Persarum. Tertius autem prædictorum Indorum sortitus est imperium. Quarti autem potestati parebant Massagetæ. Non fuit autem brevi tempore dimensa felicitas Arsacidis. Postea vero eum Artabanes filius Valarsi, qui erat et ipse ex Arsacidis, et in Persas obtinebat imperium, vacaret Chaldæo-

Α'. Τῆς τῶν Περσῶν ἀρχῆς εἰς Πάρθους διαλυθείσης, καὶ τῆς τῶν Πάρθων ἐπικρατείας εἰς τοῦτο δυνάμεως [ἀφιγμένης, ὡς μὴ μόνον Περσῶν ἄρχειν. ἀλλὰ καὶ Ἀρμενίων καὶ Ἰνδῶν προσοίκων τοῖς ἐπ' Ἀνατολῆς Πέρσαις· ἔτι δὲ καὶ Μασσαγέτας μέρος ποιεῖσθαι τῆς ἐξουσίας, ἐπεὶ τὸ βάρος τῶν τοσούτων φροντίδων εἷς ἀνέχειν οὐχ οἷός τε ἦν, τέσσαρες ἀδελφοὶ Πάρθοι μὲν τὸ γένος. Ἀρσακίδαι δὲ τὴν ἐπωνυμίαν, συμμερίζονται τὰς ἐπικρατείας τῶν τεσσάρων ἐθνῶν εἰς ἑαυτούς. Καὶ ὁ μὲν πρῶτος τῶν ἀδελφῶν τὴν κοινὴν κλῆσιν εἰς ὄνομα ἐξιδιωσάμενος, Ἀρσακίδης τε ἐκαλεῖτο, καὶ τῆς τῶν Πάρθων ἀρχῆς εἶχε τὸ κράτος, ὥσπερ τῷ χρόνῳ τῶν ἄλλων, οὕτω δὴ κἀν τοῖς ἄλλως προέχων πλεονεκτήμασιν. Ὁ δὲ μετ' ἐκεῖνον Περσῶν ἐβασίλευσεν. Ὁ δὲ τρίτος τῶν προειρημένων ἀνδρῶν τὴν τῶν Ἰνδῶν ἀρχὴν ἐκληροῦτο. Τῷ δὲ τεταρτῳ Μασσαγέται ἦσαν τὸ ὑποχείριον. Καὶ χρόνος οὐ βραχὺς τὴν εὐδαιμονίαν τοῖς Ἀρσακίδαις ἐμέτρει· Ἀρταβάνης δὲ παῖς Οὐαλάρσου, Ἀρσακίδης τε ὢν καὶ Πάρθων ἔχων

τὴν ἐξουσίαν, περὶ τὴν ἀστροθεάμονα τῶν Χαλδαίων ἐσχόλαζε σοφίαν, καί τι συνιδὼν ἐκεῖθεν, τῇ γυναικὶ κατὰ τὴν σκηνὴν συγκαθεύδων ἄν εἶπεν, ὡς, Ἐξ ὧν μὲ διδάσκουσιν οἱ τῶν ἀστέρων δρόμοι, εἴ τις ἐπανάστασιν κατὰ τοῦ οἰκείου δεσπότου ἐν τῷ παρόντι καιρῷ μελετήσειεν, οὐκ, ἔγω γε οἶμαι, τοῦ σκοποῦ ἐκεῖνος καὶ τῆς ὁρμῆς ψευσθήσεται.

Β'. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, εἰς ὕπνον ἐτράπη. Μία δὲ τῶν ὑπηρετουμένων τῇ βασιλίδι, τῶν κατὰ γένος ἐπιφανῶν αὕτη θυγάτηρ οὖσα, συνήθης ἦν ἐπὶ σωμάτων ὁμιλίᾳ τινὶ τῶν τὰς πρώτας ἀρχὰς διοικούντων, ἐξ Ἀσσυρίων μὲν καταγομένῳ, καλουμένῳ δὲ Ἀρτασείρας. Ὃς πολλάκις μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀνείλιττε τὴν τυραννίδα, καὶ τοῖς πιστοτάτοις τῶν φίλων μυστικώτερον ἐκοινοῦτο, ἀγαγεῖν δὲ ταύτην εἰς ἔργον ἀνεβάλλετο φόβῳ τῷ τῆς ἀποτυχίας· τῆς σκηνῆς οὖν αὕτη λαθραίως ὑπεξελθοῦσα, μηνύει τὸν Χρησμὸν πάντα τῷ Ἀρτασείρᾳ, παροξύνει τε πρὸς τὸ ἔργον καὶ λόγους ἀπαιτεῖ, ὡς ἄν, εἰ ἐγκρατὴς γένηται τῆς Πάρθων ἀρχῆς, κοινωνὸν αὐτὴν ἔχοι βίου καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῇ ὀνόματί τε καὶ πράγματι συμμερίζοιτο. Ὁ δὲ προθύμως ὤμνυ τε τοὺς πατρῴους θεοὺς, καὶ πέρας ἐπηγγέλλετο λαβεῖν τὰ ὁμωμοσμένα, ἅτε τὴν ἀρχὴν αὐτίκα τῆς ἀναῤῥήσεως. Καὶ ταῦτα αἰτησαμένη καὶ τὰ πιστὰ λαβοῦσα, μετὰ σπουδῆς αὖθις τὴν βασιλικὴν σκηνὴν, πολλὴν τοῦ λαθεῖν ποιουμένη πρόνοιαν ἀποτρέχει· ὄνομα δὲ τῷ γυναίῳ Ἀρταδοῦκτα. Ὁ οὖν Ἀρτασείρας εἰς νοῦν τῆς γυναικὸς τὴν ἀγγελίαν βαλόμενος, δεινῶς τῷ τῆς ἀρχῆς ἠλίσκετο ἔρωτι, καὶ συναγαγὼν τοὺς ἐν τέλει Περσῶν τε καὶ Ἀσσυρίων, οἷς μάλιστα ὡς πιστοτάτοις ἐθάῤῥει, καὶ κατεῖπεν ἐν τοῖς λόγοις τῆς Πάρθων ἀλαζονείας, τὰ ὅμοια συμβουλεύοντας καὶ αὐτοὺς εὑρίσκει· καὶ γὰρ ηὔχοντο κἀκεῖνοι, τῆς μὲν Παρθικῆς ἀπαλλαγῆναι τυραννίδος, ἐξ αἵματος δὲ οἰκείου τὴν Περσῶν ἰδεῖν ἐξουσίαν ἡθυνομένην. Ψηφίζονται γοῦν ὥσπερ τῆς βουλῆς ἡγεμόνα, οὕτω καὶ τῶν πράξεων αὐτοῖς γενέσθαι τὸν Ἀρτασείραν. καὶ πέμπουσιν ἀγγέλους πρὸς Ἀρταβάνην, ἐκστῆναι παραινοῦντες τῆς βασιλείας χωρὶς κινδύνων καὶ τῶν ἄλλων ἐκ τοῦ πολέμου συμβαινόντων κακῶν. Ὁ δὲ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀνενεγκὼν μάντευμα, καὶ χρόνον τὴν κεφαλὴν ἐπικλίνας, ἀπράκτους μὲν τοὺς ἀπεσταλμένους ἐκπέμπει, ἐπαπειλεῖ δὲ, ὡς εἰ πάλιν τοιοῦτόν τι ἀπαγγελοῦντες ἐλεύσονται, ἀπ' αὐτῶν πρώτων τὰς τῆς ὕβρεως λήψεται δίκας. Ζήκας ἦν καὶ Καρῖνας αὐτοῖς τὰ ὀνόματά.

Γ'. Καὶ ὑποστρέψαντες ἀπαγγέλλουσιν Ἀρτασείρᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς, ὅσα ὁ βασιλεὺς εἰπέ τε καὶ ἠπειλήσατο. Εἶτα συγκροτεῖται καὶ παρ' ἑκατέροις πόλεμος. Πρὶν ἢ δὲ συῤῥαγῆναι τοῦτον Ἀρτασείρας πέμψας. ἄγει τὴν Ἀρταδούκτάν πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ταύτην ἐν ἰσχυρωτάτῳ φρουρίῳ μετὰ τῆς οὐσίας αὐτου πάσης καθίστησιν. Ὡς δὲ εἰς χεῖρας τῶν τε Περσῶν καὶ τῶν Πάρθων αἱ δυνάμεις συνῆλθον, πίπτουσι μὲν ἑκατέρωθεν πλεῖστοι· ἀπέβλεψε δὲ πρὸς τὸν Ἀρτασείραν ἡ νίκη. Δευτέρας δὲ συμβολῆς γενομένης, τὸ μὲν Παρθικὸν τῷ πολεμίῳ κατακράτος ἀνηλίσκετο ξίφει, εἰς φυχὴν δὲ καὶ αὐτὸς Ἀρταβάνης

A rum sapientiæ, quæ versatur in contemplandis astris, et ex illis aliquid animadvertisset, cum uxore dormiens in tabernaculo, ei dixit: Ex iis, quæ me docent cursus astrorum, si quis in præsenti tempore meditetur insurrectionem adversus suum dominum, ille quidem, ut arbitror, non frustrabitur suo scopo et desiderio.

II. Hæc cum dixisset, conversus est ad somnum. Una autem ex iis quæ serviebant reginæ, ex iis nata qui erant illustri genere, corpoream habebat consuetudinem cum quodam ex iis qui primos gerebant magistratus, qui originem quidem ducebat ex Assyriis, vocabatur autem Artasiras. Hic sæpe quidem apud se animo meditabatur tyrannidem, et cum iis qui ex amicis erant fidelissimi illud arca-
B num communicabat: id autem ad affectum deducere differebat, quod timeret ne res succederet. Ea ergo, clam egressa e tabernaculo, totam rem indicat Artasiræ, et ad opus excitat, promissum ab eo exigens, ut, si Parthorum potiatur imperio, eam et vitæ habeat sociam, et cum ea regnum et nomine et re dividat. Ille autem prompto et alacri animo juravit deos patrios: et quæ juravit pollicitus est finem acceptura, cum primum rex fuerit renuntiatus. Cum hæc petiisset, et fidem ab eo accepisset, propere recurrit in regium tabernaculum, ut lateret, diligenter providens. Mulieri autem nomen erat Artaducta. Artasiras ergo, mulieris nuntium animo agitans, captus erat vehementi regnandi desiderio: et cum collegisset ex Persis et Assyriis eos qui gerebant magistratus, quibus, utpote fidelissimis,
C confidebat maxime, et in sua ad eos oratione in medium adduxisset Parthorum arrogantiam, invenit eos quoque similia consulentes. Etenim illi quoque optabant a Parthica quidem liberari tyrannide: a suo autem sanguine videre regi Persarum imperium. Decernunt itaque, ut quomodo consilii, ita etiam rerum ipsarum gerendarum esset dux et princeps Artasiras: et mittunt nuntios ad Artabanem, rogantes ut e regno excederet sine periculo, et aliis malis, quæ e bello eveniunt. Ille autem cum ad suam divinationem et tempus caput inclinasset, eos quidem qui missi fuerant dimittit re infecta: præterea autem minatur, quod, si tale quid venerint ei rursus nuntiaturi, sumet primum pœnas de eorum contumelia. Zecas et Carenas erant eis nomina.

D

III. Reversi autem renuntiant Artasiræ et reliquis ea quæ rex dixerat et minatus fuerat. Deinde bellum ab illis comparatur. Priusquam vero id erumperet, misit Artasiras, qui ad se duceret Artaductam: et eam in validissimo collocat præsidio cum omnibus suis facultatibus. Cum autem Persarum et Parthorum copiæ manus conseruissent, utrinque quidem cadunt plurimi: ad Artasiram autem aspexit victoria. Secundo autem commisso prælio, Parthi quidem per vim ab hostili ense fuere consumpti, in fugam autem versus fuit ipse Artabanes. Cum se autem rursus collegisset, et ad bel-

lum gerendum rursus coegisset copias, animo confidit. Cæterum totum annum aliquando quidem Persis contra Parthos, aliquando autem Parthis adversus Persas ostendentibus multa audaciæ facinora et belli experientiæ, cum postremo utriusque partis acies prope essent, aiunt Artasiram dixisse Artabani regi, ne temere faceret, et perderet genera Persarum et Parthorum: regnum enim nolle deinceps manere apud Artabanem, sed transire ad Artasiram. Tu autem, inquit, si me audias, vives citra ullam molestiam. Dabo enim tibi regionem, quæ affatim suppeditabit omnia quæ ad usum pertinent. Oportet autem non alio quam teipso uti magistro ejus quod est utile, et meminisse responsi quod aliquando reginæ dixisti in tabernaculo. Sed hæc quidem Artasiras.

IV. Artabanes autem prius aspiciens ad quosdam suos familiares: Quam gravis res est, inquit, femina. Amor conjugii potius læserit, quam juverit. Hæc cum dixisset, jubet transire quemdam ex satellitibus, et interficere reginam. Existimabat enim eam prodidisse secretum. Conversus autem ad Artasiram, respondit esse sibi longe optabilius mori, quam Artasiræ, qui erat servus, regno cedere. Quæ simul atque dixisset, insane et bacchantis more irruit in Persas, et ex eis quidem multos saucial, plures autem occidit: dirigit vero etiam hastam adversus Artasiram. Ille autem (habebat enim manus sagittandi peritas, et quæ hac in re semper magna cum laude versabantur) fugam quidem simulat. Dum eum autem persequitur, Artabanes immittit telum in pectus propter mammillam ejus qui persequebatur. Quod cum, ob vires ejus qui fuerat jaculatus, sustineri non potuisset, rumpit Artabani thoracem: et trajecto pectore, excidit e dorso, et morte statim afficit Artabanem. Mox autem convenientes inter se Parthi et Persæ, regem renuntiant Artasiram, qui ostendebat se magnam eorum gerere curam, et non parvam esse suam in eos humanitatem. Et ille quidem cum sic se haberet, Artaductam ducit uxorem, quam datum jujusrandum ei prius desponderat: et eam eligit reginam.

V. Cusaro autem Artabanis frater, qui regnum magnæ obtinebat Armeniæ, cum intellexisset ea, quæ evenerant, et quod ad Persas fuit translatum Parthorum imperium, magno dolore est affectus: et valido coacto exercitu ex Albanis et Iberis, et præterea ex Hunnis, toto anno comparavit ea quæ ad bellum pertinebant. Magnam autem manum secum ducens, expeditionem suscipit contra Persas, et ipsum Artasiram. Qui autem Persarum imperium nuper sibi usurparat Artasiras, vel invitus struit et educit aciem adversus regem Armeniæ. Fit autem in prælio magna cædes Persarum. Fugit autem Artasiras, et hostes insequentes irruunt: et Persidem tegunt corporibus eorum qui interficiebantur: et cum multos cepissent captivos, cum rege suo redeunt in Armeniam, dexteris onustis opibus. Anno autem sequenti rursus Armeniorum regi in Syriam

Γ'. Θεασάμενος τοίνυν αὐτοὺς ὅπως εἶχον ὁ δοὺξ. εἶτα καὶ τὰ βασιλέως ἀναγνοὺς γράμματα, σιγῇ καθ' ἑαυτὸν ἀπεθαύμαζε· καὶ πάλιν αὐτοὺς ἐπανεθεᾶτο μέγα τι καὶ καινὸν εἶναι οἰόμενος, ὅπως εἰς τοῦτο γενναιότητός τε καὶ τόλμης ἦλθον, ὡς καὶ κολάσεων καὶ ἀπειλῶν καὶ δόξης καὶ αὐτοῦ δὴ καταφρονῆσαι τοῦ βασιλέως καὶ περὶ ἐλαχίστου θέσθαι τὸν θάνατον. Τὸν τῆς τάξεως δὲ ὅμως κομενταρήσιον καλέσας, Τοὺς δεσμίους τούτους, ἔφη, παραλαβὼν, ὑπὸ φρουρᾷ μὲν τήρει μοι τῇ ἀσφαλεστάτῃ· πλὴν μηδ' ὁτιοῦν λυπηρὸν ἢ ἀβούλητον ὑπομένοντας· ὄψομαι γὰρ καὶ εἰς δευτέραν αὐτοὺς ἐξέτασιν. Οὗτοι μὲν οὖν, κατὰ τὸ δουκὸς πρόσταγμα ἐν τῷ ἀσφαλεῖ κλεισθέντες τῆς φυλακῆς ἑσπέρας καταλαβούσης, εἰς προσευχὴν ἑαυτοὺς ἀνῆκαν· Ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς, λέγοντες. ἐξ ἁγίου σου, Δέσποτα, κατοικητηρίου· ὅτι ὁ ἐχθρὸς ὠνείδισεν ἡμᾶς διὰ τὸ σὸν ὄνομα, καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· καὶ μὴ παραδῷς ἀνθρώποις θηρίων ἀγριωτέροις ψυχὰς ἐξομολογουμένα. σοι· ἀλλ' ἐπίβλεψον εἰς τὴν διαθήκην σου, καὶ ἀντιλαβοῦ ἡμῶν, Κύριε, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου· ὅτι ἡ ὑπερῃφανεια τῶν μισούντων σε, γέγονεν ἐφ' ἡμᾶς ἰσχυρά. Καὶ τῆς εὐχῆς ἤδη τελεσθείσης, βραχὺ πρὸς ὕπνον διατραπεῖσιν ἄγγελος αὐτοῖς ἐπιστὰς, ἡλίῳ μὲν τὴν μορφὴν ἐοικὼς, φαιδρὸν δὲ καὶ τῆς ἐσθῆτος αὐτῆς ἀπολάμπον, Θαρσεῖτε, φησὶ πρὸς αὐτοὺς, οἱ τοῦ Χριστοῦ δοῦλοι, καὶ μὴ φοβεῖσθε· ἑδραῖοι δὲ μᾶλλον

A IX. Cum has litteras et sanctos viros accepissent milites, viam sunt ingressi. Quidam autem ex famulis, et simili zelo in pietatem, et in dominos victi benevolentia, eos quoque sunt secuti, quasi non corpora solum legi, sed etiam animas volentes Deo servire. Qui etiam audierunt sanctos inter se colloquentes, et dicentes, quod nocte, qua egressi sunt e civitate Romanorum, divina quædam apparens visio jussit eos confidere, et bono esse animo ad certamen, et alacriter ingredi bonum iter propter Christum. Quamobrem etsi essent ferrea illa vincti catena, citra molestiam et cum voluptate psallebant: In via testimoniorum tuorum delectati sumus, Domine, tanquam in omnibus divitiis. In justificationibus tuis meditati sumus, et legis tuæ

B non sumus obliti. In mandatis tuis meditabimur, et exquiremus vias tuas. Vivemus, et custodiemus sermones tuos. Cum ergo totum illud iter citra laborem confecissent, diversantur in quadam civitate, nomine Barbaleso, prope regionem Limitaneorum. Quo in loco cum dux versaretur Antiochus, ante eum sunt producti, læti quidem et vultu alacri, animi autem nobilitatem liberalibus ostendentes moribus. Eorum itaque, qui ipsos circumsistebant, oculi erant omnes in eos conjecti: et nec facile desistebant, sed firmo et intento obtutu eos aspiciebant; erantque ipsi theatro jucundum quoddam spectaculum.

X. Cum eos ergo vidisset dux quomodo se haberent, et deinde etiam legisset litteras imperatoris, tacitus apud se admirabatur, et eos rursus contemplabatur, magnum quid esse et novum exis-

C timans, quod ad tantam processissent animi magnitudinem, ut et supplicia, et minas, et gloriam, et ipsum etiam despicerent imperatorem, imo mortem quoque minimi facerent. Accersito autem commentariensi: Accipe, inquit, hos vinctos, et in custodia quidem serva tutissima, nihil autem grave aut molestum sustinentes: eos enim reservo examinationi. Atque ii quidem jussu ducis in tuta inclusi custodia, cum venisset vespera, seipsos dederunt orationi: Adspice ad nos, dicentes, Domine, e sancto tuo habitaculo: quoniam inimicus nos probris affecit, et populus insipiens irritavit nomen sanctum tuum. Et ne tradas hominibus feris immanioribus animas tibi confitentes: sed aspice ad testamentum tuum, et suscipe nos,

D Domine, et redime nos propter nomen tuum. Quoniam superbia eorum, qui te oderunt, in nos evasit vehemens ac potens. Peractis autem precibus, cum ad somnum essent conversi, eis apparens angelus, soli quidem forma similis, et ex ipsa quoque veste lætum splendorem emittens: Confidite, eis dixit, servi Christi, et nolite timere; sed state firmi et stabiles in Domini nostri Jesu Christi confessione. Ipse enim est vobiscum, defensor vester.

Ille quidem hæc dixit. Illi autem cum e somno fuissent excitati, et inter se, et famulis, qui cum eis versabantur, angelicam illam narrarunt visionem. Et cum essent illorum animi rursus repleti fiducia, læti psallebant singuli. « Ad Dominum, cum tribularer, clamavi : et exaudivit me de monte sancto suo. Ego dormivi, et soporatus sum. Exsurrexi, quoniam Dominus me suscipiet : non timebo a millibus populi, qui me in orbem invadunt. Surge, Domine, serva me. Quoniam tua est salus, et super populum tuum benedictio tua [4]. »

XI. Statim ergo sumno mane, dux quidem sedebat in excelso tribunali : ei autem assistebat universa quoque caterva militaris. Cum ergo accersivisset sanctos e custodia, jubet legi litteras eis audientibus. Quod cum factum esset : Oportebat quidem, inquit, vos, parentes jussui gloriosi imperatoris, diis sacrificare, et non illius humanitatem ad iram provocare. Quoniam autem nescio qui factum sit, ut et illum ad illam provocaveritis, et a tanta gloria excideritis, et illas profundas amiseritis divitias : at nunc saltem nobis velitis obedire, vobis consulentibus ea quæ sunt conducibilia. Sic enim priore longe majorem gloriam, et majores opes, et alia bona apud imperatorem consequemini. Quid enim est grave, si quod non potuistis prius intelligere, sive forte fortuna, seu aliquo alio casu, nunc cum diligentius consideraveritis, id, quod oportet, accurate eligatis? Est enim multo levius peccare propter ignorantiam ejus quod est bonum et conducibile, quam ubi agnoveris perseverare in deterioribus, et non transire ad id quod est melius. Nam illud quidem est peccatum ignorantiæ, hoc autem malæ mentis, et quæ sunt mala, sua sponte eligentis. Nam ego quidem valde accendor, et aliam vestram reputans amicitiam, et recordans ejus, quod a vobis accepi, beneficii, et maxime a te, domine mi Sergi, per quem hunc mihi paravi magistratum. Sed nescio quid agam, cum fortuna res sic administraverit, ut ego quidem hodie sedeam judex ; vos autem, tanquam rei, stetis ante meum tribunal, reddituri rationem vestræ in deos ipsos invictos impietatis, et pium imperatorem inobedientiæ.

XII. Sic ergo et his allicientibus verbis Antiochus conveniebat sanctos, et amice quodammodo eos alloquebatur consulens, et bona, ut videbatur eis suggerens, quo sibi imperatoris benevolentiam compararet. Sciebat enim, quantus esset illius amor in eos, et quod plurimi faceret tales viros non amittere : hoc cum ex multis aliis conjectans, tum ex hoc, quod eos nullo voluerit tormento subjicere, sed per hanc solam ignominiosam ad illum missionem studeret eos in contrariam traducere

[4] Psal. CXIX, 1 ; III, 6 sqq.

A ἐν τῇ πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμολογίᾳ στῆτε· αὐτὸς γὰρ ἐστι μεθ' ὑμῶν ἀντιλήπτωρ ὑμῶν. Ὁ μὲν δὴ ταῦτα εἶπε · τοῦ ὕπνου δὲ διαναστάντες ἐκεῖνοι, ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς συνοῦσιν οἰκέταις τὴν ἀγγελικὴν ἐκείνην διηγήσαντο ὀπτασίαν. Καὶ τὰς ψυχὰς θάρσους ὑποπλησθέντες, μεθ' ἡδονῆς πάλιν ἔψαλλον· Πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Ἐγὼ ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα· ἐξηγέρθην, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου· οὐ σοβθθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων μοι. Ἀνάστα, Κύριε, τῶσόν με, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ σωτηρία καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου ἡ εὐλογία σου.

ΙΑ'. Εὐθὺς δὲ ἅμα πρωΐ, ὁ δοὺξ μὲν ἐπὶ μετεώρου καθῆστο τοῦ βήματος, παρειστήκει δὲ αὐτῷ καὶ
B ἅπαν τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα. Μεταπεμψάμενος οὖν ἀπὸ τῆς φυλακας τοὺς ἁγίους, εἰς ἐπήκοον αὐτῶν ἀναγνωσθῆναι κελεύει τὰ γράμματα. Οὗ γενομένου, ὑπολαβὼν αὐτὸς, ἔδει μὲν ἀπ' ἀρχῆς, ἔφη, Τῷ τοῦ καλλινίκου βασιλέως πρόσταγμα πεισθέντας ὑμᾶς, θῦσαί τε τοῖς θεοῖς, καὶ τὴν ἐκείνου μὴ παροργίσαι φίλανθρωπίαν· ἐπεὶ δὲ, τί παθόντες οὐκ οἶδα, ἐκεῖνόν τε παρωξύνατε, καὶ τοσαύτης ἐκπεπτώκατε δόξης, καὶ τὸν βαθὺν ἐκεῖνον πλοῦτον ἀποβεβλήκατε. ἀλλὰ νῦν οὖν ὑπακοῦσαί τε ἡμῖν προθυμήθητε τὰ λυσιτελῆ συμβουλεύουσι, καὶ τοῖς θεοῖς θῦσαι θελήσασε. Οὕτω γὰρ ἂν δόξης τε μείζονος παραπολὺ τῆς προτέρας καὶ πλούτου καὶ τῶν ἄλλων
C τῶν παρὰ βασιλεῖ καλῶν ἀπολαύσετε. Καὶ τί γὰρ τοῦτο δεινὸν, τὸ μὴ δυνηθέντας τὸ δέον συνιδεῖν πρότερον, εἶθ' ὑπὸ τύχης καὶ τινος ἄλλης περιπετείας, νῦν μὲν γοῦν σκεψαμένους τὸ προσῆκον ἐλέσθαι σὺν ἀκριβείᾳ ; Πολλῷ γὰρ κουφότερον δι' ἄγνοιαν τοῦ καλοῦ καὶ συμφέροντος ἁμαρτεῖν, ἢ ἐπιγνόντα τοῖς χείροσιν ἐπιμεῖναι καὶ μὴ μεταπεσεῖν πρὸς τὸ βέλτιον. Τὸ μὲν γὰρ ἄγνοίας ἐστὶν ἁμάρτημα, τὸ δὲ γνώμης ἐθελοκάκου καὶ μοχθηρᾶς προαιρέσεως. Ὡς ἔγωγε πάνυ σφόδρα ὑμῶν περικαίομαι, τήν τε ἄλλη ἀναλογιζόμενος φιλανθρωπίαν, καὶ δὴ καὶ διαμνημονεύων ὑμῖν τοῦ καλοῦ καὶ τῆς εὐεργεσίας, καὶ μάλιστα σοὶ τῷ κυρίῳ μοι Σεργίῳ, δι' οὗ καὶ τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐκτησάμην. Ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅ τι καὶ
D δράσω, τῆς τύχης οὕτω τὰ πραγματα διαθείσης, ὥστε κριτὴν καὶ ἐμὲ καθῆσθαι τήμερον· ὑμᾶς δέ ἴσα καὶ καταδίκοις τῷ ἐμῷ παρίστασθαι βήματι, λόγον ὑφέξοντας ὧν εἰς τε τοὺς ἀηττήτους θεοὺς αὐτοὺς, καὶ τὸν εὐσεβῆ βασιλέα παρηνομήσατε.

ΙΒ'. Οὕτω μὲν οὖν καὶ τοιούτοις ἐπαγωγοῖς ῥήμασιν ὁ Ἀντίοχος τοῖς ἁγίοις ὡμίλει, καὶ ὡσανεὶ φιλίως αὐτοῖς διελέγετο, συμβουλεύων οὐδὲ τὰ χρηστὰ ἐκείνοις ὑποτιθείς· ἀλλ' ἑαυτῷ μᾶλλον τὴν βασιλικὴν μνηστευόμενος θεραπείαν. Ἤδει γὰρ οἷος ἔρως ἐκείνῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ ὅπως αὐτῷ περὶ πλείστου, τὸ μὴ τοιούτους ἄνδρας ἀποβαλεῖν, ἐκ πολλῶν καὶ ἄλλων τοῦτο δὴ τεκμαιρόμενος, καὶ τῷ μηδεμιᾷ τούτους ἐθελῆσαι βασάνῳ περιβαλεῖν· ἀλλὰ διὰ μόνης τῆς ἀτίμου ταύτης πρὸς ἐκεῖνον ἀποστολῆς, μετα-

πείσειν αὐτοὺς βουληθῆναι, ὁποῖος δὴ Μαξιμιανὸς τεχνᾶσθαι ταῦτα βαρύτατός τε καὶ ποικιλώτατος. Ἀλλὰ τοιούτοις μὲν ὁ Ἀντίοχος, ὥσπερ ἔφημεν, θελκτηρίοις ὑποκλέπτειν τὰ πρῶτα λόγοις αὐτοὺς ἐπειρᾶτο· Εἶτα προσετίθει τὸ καὶ τοῖς φοβερωτέροις τοῦ σκοποῦ μετακινῆσαι, καὶ τῆς ἐργάσεως. Εἰ γὰρ μὴ πεισθείητέ μου, λέγων, ταῖς παραινέσεσιν, ἀνάγκη μοι πάντως ἔσται καὶ τὰ προστεταγμένα ποιεῖν· καὶ ὡς ἐχθρὸν μᾶλλον τῇ ὑμετέρᾳ προσφέρεσθαι μεγαλοπρεπείᾳ. Καὶ πολὺς ἦν ἐφεξῆς τοῖς τῶν κολαστηρίων ὀνόμασι καὶ ταῖς ἀπειλαῖς. Ἀλλ' οἱ ἅγιοι μάρτυρες οὔτε θωπείαις μαλαττόμενοι, οὔτε ἀπειλαῖς ταπεινούμενοι, Τοῖς τὸν Χριστὸν μόνον, εἶπον, ὦ δικαστά, καὶ τὴν παρ' αὐτῷ κρυπτομένην ζωὴν κερδάναι προελομένοις, οὐδενὸς μέλει τῶν ῥεόντων τούτων καὶ φθειρομένων, οὐ τιμῆς, οὐ δόξης, οὐ δυναμένων. Ἴδε γὰρ, ἡμεῖς, καὶ ἀπειλῶν τῶν παρὰ σοῦ καὶ καλακειῶν ἐπίσης καταφρονοῦμεν, καὶ οὐδενὸς ὅλως τῶν ὑμετέρων φροντίζομεν. Παῦσαι τοιγαροῦν πονηρὰ κατὰ τὸν ὄφιν ἡμῖν καὶ αὐτὸς συμβουλεύων. Ὁρῶμεν γὰρ ὑπὸ τὰ χείλη σου τὸν ἰὸν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν συμβουλὴν ὡς χαλεπὴν οὖσαν ἐπιβουλὴν ἐκτρεπόμεθα. Μὴ τοίνυν ἐξαπατῶ τὸν καιρὸν εἰς μάτην ἀναλίσκων καὶ κενῶν ἐλπίδων ἐχόμενος. Οὔτε γὰρ κολάζων αἱρήσεις, οὔτε ἀπειλῶν πείσεις καταλιπεῖν τὸν ζῶντα Θεὸν, δαίμοσι δὲ κωφοῖς καὶ ἀναισθήτοις θυσίαν προσενεγκεῖν. Ἡμῖν γὰρ καὶ το διὰ Χριστὸν ἀγαθὸν, καὶ τὸ δι' αὐτὸν πάλιν ἀποθανεῖν κέρδος. Σὺ δὲ ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις τι καὶ αὐτὸς τοιοῦτον περὶ τῶν οἰκείων εἰδώλων εἰπεῖν. Ἀληθῶς γὰρ ἀργύριόν εἰσι καὶ χρυσίον ἔργα, χειρῶν ἀνθρώπων, οὐδὲν τοὺς εἰς αὐτὰ πεποιθότας ὠνῆσαι δυνάμενα. Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ τιμῶντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς.

ΙΓ'. Ὁ δοὺξ τοίνυν τοιαῦτα φανερῶς φθεγξαμένους, καὶ οὕτως ἐλευθερίως ἔχοντας τοὺς γενναίους ἰδὼν, καὶ γνοὺς ὡς οὐκ ἄν ποτε λόγοις αὐτοὺς μεταπεῖσαι δονηθείη πρὸς τὴν διὰ βασάνων πεῖραι ἐχώρει· καὶ τὸν μὲν μεκάριον Σέργιον ἀσφαλεστάτῃ φρουρᾷ παρεδίδου τούτῳ δῆθεν ἀμειβόμενος αὐτὸν τῆς εὐεργεσίας· τὸν Βάκχον δὲ διὰ τεσσάρων ἰσχυρῶς ἐκταθέντα, βουνεύροις ὠμῶς ἐκέλευε καταξαίνεσθαι. Ἀλλ' ἦν ἰδεῖν γνώμην πολλῷ φύσεως ἰσχυροτέραν, καὶ προαίρεσιν σωματικῆς πάσης βίας ὑψηλοτέραν. Μέρη μὲν γὰρ τοῦ παναγίου σώματος ἐκείνου ταῖς μάστιξιν ἀποσπώμενα, πρὸς αὐτὸν ἀέρα διερρίπτοῦντο· αἱμάτων δὲ κατὰ γῆς ἐφέροντο ῥύακες, καὶ σπλάγχνα μὲν τῶν σαρκῶν ἐγυμνοῦντο τὴν τῆς φύσεως αὐτῆς διάπλασιν τοῖς παροῦσιν ἀνακαλύπτοντα. Ψυχὴ δὲ καὶ αὐτὴ ἀπολιπεῖν τὸν ἀθλητὴν ὅλως ἐπειγομένη, ὅμως ἐπέμενε καὶ πλείους ἐπιζητοῦσα κολάσεις, ἵνα φιλοτιμοτέρων πάντως ἐπιτύχῃ ταὶ τῶν βραβείων. Ἔχαιρον ἄγγελοι τὴν ὑπερφυᾶ τοῦ μάρτυρος καρτερίαν ὁρῶντες. Ἠνιῶντο δαίμονές τε ἑαυτῶν ἧττᾶν ὑπὸ ταῖς πάντων ὄψεσι θριαμβεύοντες. Ἀπαγορεύοντες οἱ δήμιοι τῇ γῇ κατεκλίνοντο· καὶ ὁ μάρτυς, εἶπες ἂν αὐτὸν ὄντως

sententiam, utpote quod ad hæc excogitanda Maximianus esset vaferrimus et ingeniosissimus. Sed his quidem blandis et pellicientibus verbis prius conabatur eos illicere Antiochus. Deinde conatus est etiam terrore eos a scopo traducere et constantia : Si enim meis, dicens, non parueritis adhortationibus, erit mihi omnino necesse facere quæ sunt imperata : et me, tanquam inimicum, gerere in vestram magnificentiam. Et post hæc multus fuit in enumerandis nominibus tormentorum, et minis intentandis. Sed sancti martyres, neque blanditiis emolliti, neque minis dejecti : Iis, dixerunt, qui Christum solum, o judex, et quæ apud ipsum absconsa est, vitam lucrati statuerint, nihil est curæ ex iis quæ fluunt et intereunt, non honor, non gloria, non potentia, non aliquid aliud eorum, quæ aut demulcere possunt, aut molestia afficere. Nos enim et tuas minas, et blanditias ex æquo contemnimus. Cessa ergo tu quoque, sicut serpens nobis mala consulere. Videmus enim virus sub tuis labris : et ideo consilium tuum tanquam graves aversamur insidias. Ne ergo fallaris, tempus frustra consumens, et a vana spe pendens : neque enim puniens expugnabis, neque minans persuadebis, ut viventem quidem Deum relinquamus, dæmonibus autem surdis et nullo sensu præditis offeramus sacrificium. Nobis enim et propter Christum vivere, est bonum : et propter ipsum rursus mori, lucrum. Tu autem nihil tale potueris dicere de tuis simulacris. Vere enim sunt « argentum et aurum, opera manuum hominum [5], « quæ nihil possunt prodesse iis, qui in ipsis suam collocarunt fiduciam. Similes ergo eis fiant ii, qui ipsa colunt, et omnes qui confidunt in eis.

XIII. Cum ergo dux vidisset eos tam aperte locutos, tantaque esse præditos libertate et animi magnitudine ; et intellexisset fieri non posse ut verbis eis persuaderet, processit ad periculum per tormenta faciendum : et beatum quidem Sergium in tutissimam tradidit custodiam, pro accepto beneficio eum sic remunerans : Bacchum autem a quatuor fortiter extensum, boum nervis jussit cædi crudeliter. Sed licebat videre mentem longe natura fortiorem, et animi institutum vi quavis corporis excelsius. Nam sanctissimi quidem illius corporis partes avulsæ flagellis, disjiciebantur in ipsum aerem, per terram autem ferebantur rivi sanguinis : et viscera quidem nudabantur carnibus, ipsius naturæ formationem aperientia iis qui aderant : anima autem, quæ ipsa quoque athletam festinabat relinquere, sustinebat tamen, etiam plura requirens supplicia, ut omnino munificentiora assequeretur bravia. Lætabantur angeli, videntes admirabilem martyris constantiam. Cruciabantur dæmones, quod parta de eis victoria, in conspectu omnium quodammodo duceretur in triumphum. Lictores fessi humi accumbebant. Martyrem autem

[5] Psal. CXIII, 4.

videns dixisses cum ita esse affectum, ut non tam flagris cæsus, quam vernis floribus conspersus videretur. Tandem per voces cœlestes vocatus est ad beatum locum quietis, anima deposita in manus Opificis.

XIV. Martyricum autem illius corpus a bestiis quidem devorandum exposuit ille judex iniquus. Ignorabat autem, qualem curam gerat eorum, qui ipsum diligunt, illius Deus, qui etiam ferarum naturam scit traducere ad mansuetudinem, et per illas adhuc majora facere miracula. Feræ enim reveritæ certamina, quæ pro pietate ab eo erant suscepta, non solum nullum ex ejus membris omnino tangere sustinuerunt; sed etiam, dum ad sepulcrum ferretur a Christianis, eum sequebantur fungentes munere satellitum, et Dei hostes aperte arguentes amentiæ. Sic ergo inclytus Bacchus ea quæ cupiebat assecutus, ad cœlestia transiit habitacula.

XV. Sergius autem socius ejus relictus et molestia distrahebatur propter separationem, et rursus lætitia propter exspectationem. Sed non despexit cum ægre ferentem separationem dulcis ejus amicus et familiaris: sed læto vultu divinus Bacchus, et consueto habitu militari noctu ei apparens, cum amicum convenisset, et eum implevisset audacia, et ejus discussit tristitiam, animique ægritudinem, et firmiorem fortioremque reddidit ad supplicia. Die autem sequenti dux rursus sedens in tribunali cum beatum curasset produci Sergium, leoninam pellem exuens versipellis, induit pellem vulpis. Et cum in eum quamdam finxisset benevolentiam, ad fidem faciendam aliquid accommodatum ostendens, quod scilicet illum magistratum ex eo nactus esset, eum blanditiis evocabat ad sacrificandum, perfectam et absolutam a Christo separationem ei volens reddere pro beneficio, stultus, sic quoque sensim eum alloquens: Pudet me veteris illius felicitatis, et beneficiorum, quæ in me contulisti, amicissime Sergi, nec te quidem amplius fero intueri sic reum stantem pro nostro. Tribunali, qui sum minimus, si cum tuo conferar splendore, tuæque amicitiæ, et potentiæ opera sum præsentem assecutus magistratum. Ille quidem hæc callide dicebat, hoc solum machinans, ut eum omnino blandis verbis illiceret, et fraudulenter ad eamdem deduceret religionem. Ille autem: Sed si me, inquit, velis nunc quoque in maximis bonis accipere benefactorem, prompto et alacri animo tibi hac in re inserviam. Nam cum te liberavero ab hac profunda deceptione, adducam ad lucem veritatis, et Regi immortali reddam familiarem.

XVI. Non lubenter audiit ea, quæ dicebantur, homo qui assuefactus erat interitui; sed statim Sergium gravius et severius aspiciens: Ne deos, inquit, blasphemes immortales. Martyr autem acrius utens dicendi libertate, totum faciebat contrarium: et illius deos afficiebat probris ac contumeliis, et eos solum nomina vocabat re carentia: eos vero, qui illos adorabant et colebant, ostendebat multo minore sensu esse præditos quam surdos

A ἰδὼν διακείμενον οὐ μάστιξι μᾶλλον, ἢ ἄνθεσιν ἐαρινοῖς καταχέσθαι. Ἕως ἐπὶ τὸν μακαριστὸν τῆς ἀναπαύσεως δι' ἐπουρανίου φωνῆς ἐκλήθη τόπον, ταῖς τοῦ δημιουργοῦ χερσὶ τὴν ψυχὴν παραθέμενος.

ΙΔ'. Τὸ μέντοι μαρτυρικὸν ἐκείνου σῶμα βρῶμα μὲν θηρσὶν ὁ παράνομος δικαστὴς ἐτίθει. Ἠγνόει δὲ πάντως ὁποῖος ἦν κήδεσθαι τῶν φιλούντων ὁ ἐκείνου Θεὸς, ὃς καὶ θηρίων οἶδε φύσιν μεταβάλλειν εἰς ἡμερότητα, καὶ μείζονα ἔτι δι' ἐκείνων θαυματουργεῖν. Τοὺς γὰρ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας αἱδούμενοι τοῦ ἀνδρὸς ἄθλους οἱ θῆρες, οὐ μόνον οὐδὲ ψαῦσαί τινος τῶν αὐτοῦ μελῶν ὅλως ἠνέσχοντο, ἀλλὰ καὶ πρὸς ταφὴν ὑπὸ Χριστιανῶν φερομένῳ παρείποντο, δορυφόρων τάξιν ἀποπληροῦντες, καὶ τὴν τῷ θεομάχων ἄνοιαν φανερῶς διελέγχοντες. B Οὕτω μὲν οὖν ὁ ἀοίδιμος Βάκχος ὧν ἐπεθύμει τυχὼν, πρὸς τὰς ἐν οὐρανοῖς σκηνὰς διαβαίνει.

ΙΕ'. Ὁ σύναθλος δὲ Σέργιος ἀπολειφθεὶς λύπῃ τε διὰ τὸν χωρισμὸν καὶ ἡδονῇ πάλιν διὰ τὰ προσδοκώμενα ἐμερίζετο. Ἀλλ' οὐ περιεῖδεν αὐτὸν τῷ χωρισμῷ κάμνοντα ὁ γλυκὺς ἑταῖρος καὶ ἐραστής· ἀλλὰ φαιδρᾷ τῇ ὄψει ὁ θεῖος Βάκχος καὶ συνήθει τῷ τῆς στρατείας σχήματι νυκτὸς ἐπιφανεὶς καὶ διαλεχθεὶς τῷ φίλῳ καὶ θάρσους ἐμπλήσας, τὸ σκυθρωπόν τε τῆς ἀθυμίας διέλυσε, καὶ ἀσφαλέστερον ἅμα καὶ γενναιότερον πρὸς τὰς μελλούσας τιμωρίας διέθηκεν. Εἰς δὲ τὴν ἐξῆς καθίσας ὁ δοὺξ ἐπὶ βήματος, καὶ τὸν μακάριον παραγαγὼν Σέργιον τὴν λεοντῆν ἀποβαλὼν ὁ ποικίλος, τὴν ἀλωπεκῆν ἐνδύεται· καί τινα πλασάμενος εἰς αὐτὸν εὔνοιαν, καὶ C πιστὸν δῆθεν ἐπιδεικνὺς, ὅτι τὴν ἀρχὴν ἐκείνην ὑπ' αὐτοῦ κτήσαιτο, κολακείαις αὐτὸν εἰς τὸ θεῖον ἐξεκαλεῖτο, τὴν παντελῆ Χριστοῦ ἀλλοτρίωσιν ἐν τάξει χαρίτων ἀποδοῦναι βουλόμενος, ὁ θεομισὴς καὶ ἀνόητος, ἠρέμα δὲ καὶ ταῦτα ὑποφωνῶν· Αἰσχύνομαι τὴν παλαιὰν ἐκείνην εὐδαιμονίαν καὶ τὰς εἰς ἐμὲ χάριτας, φίλτατε Σέργιε, αἰσχύνομαι μὴ τοὺς θεοὺς καὶ οὐδὲ ὁρᾷν ἔτι σε φέρω κοτάδικον οὕτω τῷ ἡμετέρῳ βήματι παριστάμενον, ὁ πολλοστὸς ἐγὼ πρὸς τὴν σὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τῆς σῆς φιλίας καὶ δυναστείας ἔργον τὴν παροῦσαν ἀρχὴν περικείμενος. Ὁ μὲν οὖν πανούργως ἔλεγε τὰ τοιαῦτα, τοῦτο μόνον τε χρώμενος, ὅπως αὐτὸν ἐξ ἁπάντος ὑποκλέψῃ καὶ πρὸς τὴν ἴσην αὐτῷ θρησκείαν δολερῶς ὑπαγάγηται. Ὁ δὲ, Ἀλλ' εἰ βούλει, D φησὶ, καὶ νῦν ἐν τοῖς μεγίστοις τῶν ἀγαθῶν εὐεργέτην λαβεῖν με πρόθυμος ἔσομαί γε. Ἐλευθερώσας γάρ σε τῆς βαθείας ταύτης ἀπάτης, τῷ τῆς ἀληθείας προσάξω φωτὶ καὶ βασιλεῖ τῷ ἀθανάτῳ προσοικειώσομαι.

Ις'. Οὐκ ἤκουσεν ἡδέως τῶν λεγομένων ὁ τῇ ἀπωλείᾳ συνεθισθεὶς ἄνθρωπος· ἀλλ' ἐμβριθέστερον αὐτίκα Σεργίῳ τὸ βλέμμα ἐπιβαλών· Μὴ βλασφήμει τοὺς ἀθανάτους, ἔφη, θεούς. Καὶ ὁ μάρτυς δὲ, θερμότερον πάλιν τῇ παῤῥησίᾳ χρησάμενος, τοὐναντίον ἅπαν ἐποίει· καὶ τοὺς ἐκείνου θεοὺς ἐξύβριζέ τε καὶ ὀνόματα μόνον αὐτοὺς ἐκάλει πραγμάτων ἔρημα· καὶ τοὺς προσκυνοῦντας δὲ καὶ σεβομένους αὐτοὺς ἀναισθητοτέρους πολλῷ τῶν κωφῶν ἐκείνων ἐδείκνυ

θεῶν. Ὁ δοὺξ τοίνυν ὡς ἐώρα κολακειῶν τε κρείττω καὶ ἀπειλῶν τὸν Σέργιον, καὶ οὐδ' ὁπωσοῦν ὑποδιδόντα τῆς παῤῥησίας, αὐτίκα τὴν κατεψευσμένην ἐκείνην φιλίαν καὶ τὸ προσωπεῖον ἀποδυσάμενος ὅπερ ἦν ἐναργῶς ἀπεδείκνυτο, καὶ ὡς ἔοικεν. Ἡ πολλή μου, φησὶν, ἡμερότης, καὶ τὸ ἀκαίρως τοῦτο πρός σε φιλάνθρωπον, ταῦτά σε πρὸς ἀλαζονείαν ἐπῆρε· καὶ οὕτω καθ' ἡμῶν τε αὐτῶν καὶ θεῶν ἠρέθισε τῶν μεγάλων. Ἀλλὰ καὶ τὸν τῦφον ἀπομαθήσῃ, εὖ οἶδα, καὶ ἐπιμελήσῃ τῆς αὐθαδείας, καὶ γνώσῃ σεαυτὸν οὐ μεσίτην ἄρτι τῶν κοινῶν ὄντα, οὐδὲ παρὰ βασιλεῖ τὰ μεγάλα δυνάμενον, ἀλλὰ κατάκριτον καὶ δεσμώτην καὶ εἴ τι ἄλλο τοῖς οὕτω φρονοῦσι κακὸν ἕπεται. Καὶ αὐτίκα τὴν ἀπὸ τοῦ φρουρίου Σουρῶν ἐπὶ τὴν πόλιν Ῥωσαφὼν στελλόμενος ποθείαν ὁ δοὺξ, σιδηραῖς κρηπῖσιν ἥλοις ὀξέσι ἐμπεπαρμέναις τὸν ἀθλητὴν ὑποδεθῆναι παρασκευάζει· καὶ ἀχήματος αὐτὸς ἐπιβὰς, ἔμπροσθεν ὡς εἶχε ποδῶν τρέχειν τὸν ἄγεον ἐπὶ ἑβδομήκοντά που σταδίους ἄχρι Τετραπυργίας ἠνάγκαζεν. Ὅσοι μὲν οὖν ἀπορρέον τὸ ποδῶν αἷμα ἐώρων θαυμάζειν τε αὐτοῖς ἀτεχνῶς ἐπῆει, καὶ τὸν ἀθλητὴν τῆς καρτερίας ἐκπλήττεσθαι. Ἐκείνῳ δὲ ἄρα αἱ τῶν προσδοκωμένων ἐλπίδες ῥανίδες παρακλήσεως ἦσαν ἐξ οὐρανοῦ στάζουσα κτὶ τὸ βαρὺ τῶν ὀδυνῶν ὑπεκούφιζον, ἀλύπως, τε εἴχετο τῆς ὁδοῦ, καὶ σὺν ἡδονῇ ταῦτα ὑπέψαλλεν· « Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον· προσέχε μοι καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου· καὶ ἀνήγαγέ με ἔκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος, καὶ ἔστησεν ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου.

ΙΖ'. Ὡς δὲ καὶ τὴν τετραπυργίαν ἤδη κατελαβον, αὐτὸν μὲν ἐν φυλακῇ δεσμώτην ἐλάμβανεν· οὕτω προσταχθὲν ὑπὸ τοῦ δουκός· ἐκεῖνον δὲ φροντίδες ἐν χερσὶ δημοσίων πραγμάτων εἶχον. Ἑσπέρας δὲ ἤδη γενομένης μόνος παρὰ τῇ φυλακῇ ὁ μάρτυς ἀπολειφθεὶς « Οἱ ἐσθίοντες, » ἔψαλλεν, « ἄρτους μου ἐμεγάλυναν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. » Καὶ σχοινίοις διέτειναν παγίδα τοῖς ποσί μου, καὶ διελογίσαντο τοῦ ὑποσκελίσαι τὰ διαβήματά μου. Ἀλλ' αὐτὸς, Κύριε, Κύριε, πρόφθασον αὐτοὺς καὶ ὑποσκέλισον αὐτοὺς, καὶ ῥῦσαι ἀπὸ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. Ὅθεν οὐδὲ ἀπαράκλητον αὐτοῦ τὴν ψυχὴν πάλιν ὁ τοὺς στεφάνους αὐτῷ πλέκων ἄνωθεν περιεῖδεν· ἀλλὰ κηδεμονίαν τε πολλὴν περὶ τοῦτον ἐπιδείκνυται, καὶ ἄγγελον αὐτῷ κατὰ μέσην ἐκπέμπει τὴν νύκτα· ὃς πρότερον τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἡδέως ἀνακτησάμενος, εἶτα καὶ τοῦ σώματος ἐπιμεληθεὶς, καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ πονήρως ὑπὸ τῶν πληγῶν ἔχοντας ὑγιάσας, καὶ καθάπερ ἑταίρῳ τινὶ καὶ συμπολίτῃ φιλικώτατα διαλεχθεὶς καὶ κατασπασάμενος, προσθυμότερον πολλῷ πρὸς τὸν ἄγῶνα διέθηκεν.

ΙΗ'. Ἑωθεν τοίνυν καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος πάλιν ὁ δοὺξ, κελεύει τισὶ τῶν περιεστώτων ἀφελομένους τὸν μακάριον ἀπὸ τῆς φυλακῆς (οὐ γὰρ αὐτὸς δυνατὸν εἶναι χρήσασθαι τοῖς ποσὶν ὑπὸ τῶν πληγῶν ᾤετο) πρὸς ἐκυτὸν καὶ τὸ βῆμα κομίσαι.

illos deos. Dux autem postquam vidit Sergium et blanditiis, et minis esse superiorem, et nihil remittentem de loquendi libertate, illam statim ementitam exuens amicitiam et personam, aperte ostendit id quod erat : et, Magna mea, inquit, mansuetudo, et hæc in te importuna benignitas, ad arrogantiam te extulerunt, et sic in nos ipsos, et deos magnos provocarunt. Sed dedisces (sat scio) superbiam, et oblivisceris tuæ arrogantiæ, et cognosces teipsum non esse rerum communium amplius intercessorem, neque posse plurimum apud imperatorem, sed esse damnatum et vinctum, et si quod aliud malum sequitur eos, qui ita sentiunt. Et statim a præsidio Surorum dux proficiscens in civitatem Rosaphorum, efficit ut calceatur athleta crepidis, ferreis clavis confixis : et conscendens vehiculum, coegit sanctum ita pedibus affectum, ante ipsum currere ad septuaginta stadia usque ad Tetrapyrgiam. Atque quicunque quidem videbant sanguinem e pedibus defluentem, eis plane admirari veniebat in mentem, et athletæ stupere tolerantiam. Martyri autem spes eorum, quæ exspectabantur, erant guttæ consolationis, quæ cadebant e cœlo, et levabant dolorum gravitatem. Et citra molestiam pergebat iter ingredi, ei hæc psallebat cum lætitia : « Exspectans exspectavi Dominum, et intendit mihi. Et exaudivit deprecationem meam : et eduxit me de lacu afflictionis, et e luto fæcis. Et statuit in latitudine pedes meos, et direxit gressus meos[6]. »

XVII. Postquam autem jam pervenissent Tetrapyrgiam, ipsum quidem excepit custodia, duce ita jubente : illum autem urgentes curæ reipublicæ tenuerunt occupatum. Cum autem jam esset vesper, martyr relictus solus in custodia, psallebat : « Qui comedebant panes meos, magnificarunt super me supplantationem [7]. » Et funibus extenderunt laqueum pedibus meis, et cogitaverunt supplantare gressus meos. Sed tu, Domine, Domine, præveni, et supplanta eos : et libera ab impiis animam meam : et de manu canis unicam meam. Quare nec consolationis expertem ejus animam rursus dexpexit is, qui e superis ei nectebat coronas, sed et multam se ejus curam gerere ostendit, et angelum ei misit media nocte : qui, cum prius illius animam jucunde recreasset, et deinde etiam corpus curasset, et pedes, qui male se habebant, sanasset, et tanquam cum quodam amico et concive suo amicissime esset locutus, et eum amplexus, longe alacriorem reddidit ad certamen.

XVIII. Mane ergo sedens dux in tribunali, jubet quibusdam ex iis, qui adstabant, ut sanctum tollentes e custodia (neque enim putabat fieri posse præ plagis, ut uteretur pedibus), ad suum deferant tribunal. Cum illi autem accessissent in custodiam,

[6] Psal. xxxix, 1 sqq. [7] Psal. xl, 10.

statim fuit martyr, ut aquila, renovatus, non ablata senectute sed omnibus vulneribus. Neque enim opus habuit manu, quæ eum sustineret, aut ei omnino opem ferret ad ingrediendum, sed et leviter ingrediebatur, et pulchre movebatur, et erat revera testis fide dignus invictæ et omnipotentis Christi virtutis. Cum enim sic affectum dux aspexisset eminus, apud se mirabatur tacitus. Cum autem jam prope esset, eam rem vocabat magiam, et deos jurabat, et eos vocabat in testimonium eorum quæ dicebat. Quid est enim aliud, aiebat, quod et apud imperatorem ei prius tantam præbuit fiduciam, et nunc statim sopiit et obtudit acres dolores vulnerum, nisi aperta magia, et verba quæ ut plurimum curiose et sophistice incantantur? Exhinc jam de Sergio spem adjiciebat : et cum eum curasset quam proxime sistendum, si forte familiaritate eum sic alliceret, placide eum alloquens, et ad priorem revertens assentationem : Rem quamdam, aiebat, arbitror divinam et incredibilem, quod in multis deliciis, et divitiis, et honestis moribus educatus, tam fortiter tuleris hoc tam grave tormentum. Sed ejus sermonem statim interrumpens martyr : Non sunt mihi, inquit, o judex, tormentum præsentia, sed sacra propter Christum pompa, et festum celebre, me ad ipsum cœlum jucundissime transmittens. Dux itaque adhuc magis desperans, sanctum transmittit in custodiam. Ipse autem interim operam dabat mensarum lautitiæ et lætitiæ, ut qui non solum iræ et crudelitatis sed etiam voluptatis vellet esse servus.

XIX. Cum autem viam rursus esset ingressurus, et ad Rosaphorum contenderet præsidium, ad quod tendens, a Sutis profectus fuerat, athletam rursus prioribus calceatum crepidis, a Tetrapyrgia duxit usque ad Rosapha. Cum autem eum eadem rursus luctantem necessitate vidisset martyrem, eamdem, aut etiam majorem ostendere fortitudinem, et viam, quæ est a Suris usque ad Rosapha, cum ferreis illis crepidis citra laborem confecisse, omnino desperans fore ut mutaretur, jubet beati martyris caput amputari gladio. Ducitur itaque martyr a militibus ad locum consummationis. Magna autem multitudo virorum et mulierum et omnis ætatis consequebatur, ut eum viderent et decertantem, et vincentem, et coronatum. Quinetiam ipsæ quoque feræ veluti captæ quodam amore athletæ, relictis propriis cavernis, eum placide et mansuete deducebant, illius quidem beatum iter quodammodo probantes, et commendantes, impios autem re ipsa arguentes, quod quem feræ sunt reveritæ, ipsi plane cæci interficiunt. Ille autem cum ab iis, qui eum ducebant, militibus breve aliquod tempus petiisset ad orationem, et ab illis impetrasset, ad suum statim Dominum totam animam extollit cum oculis. Deinde, cum ei revocasset in memoriam suam commiserationem ad eorum quo

A Τῶν δὲ πρὸς τὴν φυλακὴν παραγενομένων, ἀετὸς ἦν ἐκ καινῆς ὁ μάρτυς οὐ τὸ γῆρας, ἀλλὰ τὰς πληγὰς πάσας ἀποξυσάμενος. Οὐδὲ γὰρ ἐδεήθη χειρὸς ἀνεχούσης, ἢ τὸ παράπαν αὐτῷ συλλαμβανούσης πρὸς τὴν πορείαν, ἀλλὰ κούφως τε ἔβαινε καὶ σοβαρὸν ἐκινεῖτο, καὶ μάρτυς ἦν ἀληθῶς ἀξιόπιστος τῆς ἀμάχου καὶ πανσθενοῦς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως. Οὕτω δὲ αὐτὸν ὁ δοὺξ ἔγοντα πόρρωθεν κατιδὼν, ἠσυχῇ καθ' ἑαυτὸν ἀπεθαύμαζεν· ὡς δὲ καὶ πλησίον γένοιτο ἤδη, μαγείαν τε τὸ πρᾶγμα ἐκάλει, καὶ θεοὺς ἐπώμνυ, καὶ μάρτυρας αὐτοὺς ἐποιεῖτο τῶν λεγομένων. Τί γάρ ἐστιν ἕτερον, ἔλεγεν, ὃ καὶ παρὰ βασιλεῖ πρότερον αὐτῷ τοσαύτην παρεῖχε τὴν παῤῥησίαν, καὶ νῦν πάλιν τὰς ὀξείας τῶν πληγῶν ὀδύνας ἐκοίμισέ τε καὶ ἤμβλυνεν, ὅτι μὴ μαγεία
B σαφὴς καὶ λόγου περιέργως ὡς τὰ πολλὰ καὶ σοφιστικῶς ἐπᾳδόμενοι; Ἐντεῦθεν καὶ ἀπεγίνωσκεν ἤδη Σέργιον, καὶ τὸν ἄνδρα ὅτι ἐγγυτάτω παραστησάμενος, εἴ πως κἂν οὕτως ὑποκλέψῃ ταῖς οἰκειώσεσιν, ἡμέρως τε διατεθεὶς ὡς μάλιστα, καὶ τῆς πρότερας πάλιν πρὸς αὐτὸν θωπείας γενόμενος, Θεῖόν τι, ἔλεγεν, ἡγοῦμαι καὶ ἄπιστον, πῶς ἐν πόλλῃ θεραπείᾳ καὶ πλούτῳ καὶ ἥθεσιν ἄλλοις τραφεὶς, τὴν βαρυτάτην βάσανον ταύτην οὕτω γενναίως ὑπήνεγκας. Ἀλλὰ τὴν ὁμιλίαν εὐθὺς ὁ μάρτυς αὐτῷ ἐπικόψας· Οὐ βάσανός μου τὰ παρόντα, ὦ δικαστὰ, ἀλλ' ἱερὰ διὰ Χριστὸν πομπὴ καὶ πανήγυρις πρὸς αὐτόν με τὸν οὐρανὸν ἥδιστα παραπέμπουσα. Ὁ δοὺξ τοίνυν ἐπὶ πλέον αὖθις ἀπαγορεύσας, τῇ φυλακῇ παραπέμπει τὸν ἅγιον. Αὐτὸς δὲ
C περὶ τραπέζας εἶχε καὶ τὸν μεταξὺ πάντα καθυπάγει καιρὸν ὥσπερ οὐ θυμοῦ μόνον καὶ ὠμότητος, ἀλλὰ καὶ ἡδονῆς εἶναι βουλόμενος.

Ιθ'. Ἐπεὶ δὲ ἅπτεσθαι καὶ πάλιν ὁδοῦ ἔμελλε, καὶ πρὸς τὸ Ῥωσαφῶν ἠπείγετο φρούριον, ἐφ' ᾧ καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπορῶν ὥρμητο, ταῖς προτέραις αὖθις τὸν ἀθλητὴν ὑποδήσας κρηπῖσι, τὴν ἀπὸ Τετραπυργίας μέχρι Ῥωσαφῶν αὐτὸν ἤλαυνεν. Ὡς δὲ τῇ αὐτῇ πάλιν ἀνάγκῃ παλαίοντα, τὴν αὐτὴν ἢ καὶ μείζω καρτερίαν ἐπιδεικνύμενον εἶδε τὸν μάρτυρα, καὶ τὴν ἀπὸ Σουρῶν ἄχρι Ῥωσαφῶν ὁδὸν μετὰ τῶν σιδηρῶν κρηπίδων ἐκείνων ἀπονητὶ διανύσαντα; τὴν μεταβολὴν παντάπασιν ἀπογνοὺς, ξίφει τὴν μακαρίαν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι κελεύει. Ἄγεται μὲν οὖν ὑπὸ τῶν τῆς τάξεως λοιπὸν, ἐπὶ τὸν τῆς τελειώσεως τόπον ὁ μάρτυς. Ἀνδρῶν δὲ
D πολύ τι πλῆθος καὶ γυναικῶν καὶ ἡλικίας ἁπάσης, ὥσπερ ἐν σκότῳ φωτὸς εἰς τὴν πόλιν προηγουμένου, πάντες ἐπηκολούθουν ὥστε ἀγωνιζόμενον αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ νικῶλτα καὶ στεφανούμενον. Ἀλλὰ καὶ θῆρες ἄγριοι; καθάπερ τι ἐρωτικὸν καὶ οὗτοι πρὸς τὸν ἀθλητὴν παθύντες, τῶν οἰκείων ἀπάραντες φωλεῶν, ἡμέρως αὐτὸν καὶ προσηνῶς, παρέπεμπον, ἐκεῖνον μὲν τῆς μακαρίας ὥσπερ πορείας ἀποδεχόμενοι, τοὺς ἀσεβεῖς δὲ πράγματι διελέγχοντες, ὅτι ὃν καὶ θῆρες ἠδέσθησαν αὐτοὶ λίαν τυφλώττοντες ἀναιροῦσιν. Ὁ δὲ τοὺς ἄγοντας στρατιώτας βραχύν τινα καιρὸν εἰς προσευχὴν αἰτήσας, καὶ παρ' ἐκείνων λαβὼν δλην εὐθὺς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην

μετὰ τῶν ὀφθαλμῶν αἴρει καὶ τὴν ψυχήν. Εἶτα τῆς οἰκείας συμπαθείας αὐτὸν ἀναμνήσας, ἤδη καὶ εἰς ἔλεον τῶν φονευτῶν ἐκείνων ἐξεκαλεῖτο, Ὁ μόνῃ, λέγων, ἀγαθότητι τὰ πάντα δημιουργήσας, ἃ κατ' εἰκόνα σὴν τὸν ἄνθρωπον διαπλάσας καὶ ἄρχειν τῶν ὁμοδούλων προχειρισάμενος, ὁ καὶ τὴν ἐντολὴν παραβάντας καὶ ἠθετηκότας σε τὸν δεσπότην, καὶ ἀγνώμονας περὶ τὸν εὐεργέτην ἀναφανέντας μὴ ἀπωσάμενος, ἀλλὰ κἀὶ δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ δούλου μορφὴν ἀναλαβών, καὶ πάντα ἐκὼν ὑπομείνας, καὶ μηδὲ θάνατον τὸ τελευταῖον παραιτησάμενος αὐτὸς σύγγνωθι καὶ νῦν τοῖς εἰς ἡμᾶς πλημμελήσασι· καὶ τὸ παχὺ τοῦτο τῆς ἀσεβείας νέφος διατεμὼν, καὶ τῆς τοῦ ἐχθροῦ τυραννίδος τοὺς ἀθλίους ἐλευθερώσας φῶς τε θεῖον αὐτοῖς τῆς σῆς ἐπίλαμψον χάριτος, καὶ ἀνακάλεσαι πεπλανημένους αὐτοὺς τῷ μεγάλῳ καὶ θαυμαστῷ ὀνόματι καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου. Καὶ ἡμᾶς δὲ τοὺς ὑπὲρ σοῦ, Δέσποτα, σφαγιαζομένους, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτὸς τῇ προαιρέσει καὶ τὰ σώματα καταθύοντας ὡς ἱερεῖα δεκτὰ, ὡς θυσίαν εὐάρεστον πρόσδεξαι, καὶ εἰς τὸ σὸν θυσιαστήριον τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν εὐφραινομένους εἰσήγαγε. Ταῦτα προσηύξατο, καὶ φωνὴ τοῦτον ἐκεῖθεν αὐτίκα ἐκάλει· καὶ ταύτης ἀσμένως ἐκεῖνος καὶ μεθ' ἡδονῆς ἀκούσας. τὸν τράχηλον εὐθὺς ὡς ἥδιστα ὑποσχὼν, τὴν μαρτυρικὴν ἐκτέμνεται κεφαλὴν, ἑβδόμην τότε τοῦ ἀκτωβρίου μηνὸς ἄγοντος, καὶ πρὸς τὸν καλοῦντα τρέχει Δεσπότην, καὶ πρὸς τοὺς στεφάνους ὁρᾷ, καὶ φιλοτίμους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτούς καὶ ὑποτελεῖς ὑποδέχεται. Τῶν γε μὴν

A que, qui illum occidebant, vocabat misericordiam, dicens : Qui sola bonitate omnia es fabricatus, qui genus humanum ad tuam imaginem effinxisti, et præfecisti omnibus : qui etiam, cum tuum transgressi essent præceptum, et te Dominum contempsissent et in benefactorem ingrati apparuissent, eos non repulisti, imo propter nos homo factus es, et servi formam accepisti, et omnia voluntarie sustinuisti, et nec mortem quidem postremo recusasti, ipse quoque nunc ignosce iis, qui in nos peccaverunt, et hac crassa nube impietatis discussa, et a tyrannide inimici liberatis miseris, illucesce eis divina luce tuæ gratiæ, et revoca eos errantes magno tuo et admirabili nomine et veritate. Porro autem nos quoque, qui pro te, o Domine, mactamur, ipsasque animas et corpora nostra sponte sacrificamus, suscipe tanquam acceptas hostias et gratum sacrificium, et ad aram tuam, quæ est supra cœlos, introduc lætantes. Hæc oravit ; et eum statim vox illinc vocavit. Quam cum ille lubenter et cum voluptate audiisset, collum protinus alacriter porrigens, truncatur martyrico capite, septimo mensis Octobris ; et currit ad vocantem Dominum, a quo coronas, easque magnificas et præclaras suspicit. Ex iis autem nonnulli, qui ad spectandam venerant consummationem, cum pretiosum illud corpus piis et optantibus sustulissent manibus, et peregissent ea, quæ de more fiunt in sepultura, præclare et magnifice deposuerunt apud ipsum locum martyrii.

κατὰ θέαν τινὲς τῆς τελειώσεως συνεληλυθότων, τὸ τίμιον ἐκεῖνο σῶμα εὐλοβέσιν ἅμα καὶ ποθούσαις ἀνελόμενοι ταῖς χερσὶ, καὶ ὅσα νόμοι εἰς ταφὴν τελέσαντες, λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως παρ' αὐτῷ τῷ τῆς μαρτυρίας τόπῳ κατέθεσαν.

Κ'. Χρόνου δὲ συχνοῦ διαγενομένου, τῶν θερμοτέρων τινὲς περὶ τὴν εὐσέβειαν, ἀπὸ τοῦ φρουρίου Σουρῶν ἀφικόμενοι, ὑφελέσθαι τὸ τοῦ μάρτυρος λείψανον ἐπεχείρουν. Ὁ δὲ, εἴτε μὴ θέλων ἑαυτὸν ζημιῶσαι τὴν πόλιν, εἴτε μὴ ἀνασχόμενος τὸν κοινὸν θησαυρὸν ἴδιον γενέσθαι τινὸς, φλόγα μεγάλην ποιεῖται τῆς κλοπῆς, μηνυτὴν· καὶ πῦρ ἀναφθὲν ἐκεῖθεν, ἀθρόον δημοσιεύει τὸν δόλον. καὶ τὴν ζημίαν εὐθὺς παραδείκνυσιν. Οἱ ἐν τῇ Ῥωσαφῶν τοίνυν, πολεμίων ἐπιδημίαν τὸ πρᾶγμα εἶναι ὑπολαβόντες, ἔνοπλοι πάντες ἐκ τοῦ αἰφνιδίου τῷ τοῦ μάρτυρος ἐφίστανται τάφῳ. Καὶ μαθόντες ὅπερ ἦν, τὴν ὑφαίρεσίν τε διεκώλυον καὶ οὐκέτι οὐδὲ ἐπιμεῖναι τῷ τόπῳ τοὺς ἀπὸ Σουρῶν ἠνείχοντο, Εἶτα μέντοι πολλὰ δεηθέντας ὀψὲ καὶ μόλις παραμεῖναι βραχυ συνεχώρησεν. Οἱ δὲ τὴν προσεδρίαν μὴ ἀρχὴν ἔχειν μηδὲ ἄπρακτον βουληθέντες, ναόν τινα μικρὸν ἐπὶ τῷ τάφῳ ἐδείμαντο, καὶ οὕτω μεθ' ἡδονῆς ἐπανῆκον τῷ δοῦναι μᾶλλον ἢ λαβεῖν, τὸν πρὸς τὸν ἀθλητὴν πόθον ἀφοσιώσαντες. Κατὰ μικρὸν δὲ τῆς περὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμων Ἰησοῦν Χριστὸν εὐσεβείας ἐπιδιδούσης, ἐπίσκοποι τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα τῆς πόλεως Ῥωσαφῶν εἴσω γενόμενοι ναόν θε τοῖς ἁγίοις περιφανῆ ἀνιστῶσι, καὶ τοῦτον καθιερῶσαντες, ἐν αὐτῷ τὰ θεῖα καὶ μαρ-

C XX. Cum autem multum interecessisset temporis, quidam ex iis, qui erant pietate ferventiores, venientes a præsidio Surorum, agressi sunt surripere reliquias martyris. Ille autem, seu non volens damno afficere civitatem, seu non sustinens communem thesaurum esse alicujus proprium, magnam flammam effecit furti indicem : et ignis illic accensus, dolum manifeste publicans, damnum repente ostendit. Qui igitur erant in civitate Rosaphorum, opinati adventum hostium eo significari, armati omnes statim adveniunt ad sepulcrum martyris. Qui cum rescivissent id quod erat, et ne auferrent prohibuerunt, et non passi sunt Surenos amplius manere in eo loco. Illi autem cum nollent frustra et inutiliter advenisse, parvum quoddam templum in sepulcro extstruxerunt : et sic cum gaudio redierunt, dando, magis, quam accipiendo, suo in sanctum desiderio satisfacientes. Paulatim autem crescente pietate in Salvatorem et Dominum nostrum Jesum Christum, episcopi numero quindecim, ingressi civitatem Rosaphorum, insigne templum sanctis exstruunt et cum id consecrassent, in eo deposuerunt divinas martyrum reliquias ; ad gloriam Dei, et Domini nostri Jesu Christi, quem decet honor, potentia, majestas et

D

magnificentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Α τυρικὰ κατέθεντο λείψανα εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρος καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει τιμὴ, κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

CERTAMEN S. DEMETRII MARTYRIS

THESSALONICÆ IN MACEDONIA.

Tomo sequenti, in *Supplemento ad Metaphrastem*, extant celeberrimi martyris Acta varia a Cornelio Biæo in Octobri Bollandiano ad diem 8 collecta. Inter ea legitur opus Symeonis Metaphrastæ quod ibi videsis; commentarius enim Actis S. Demetrii præfixus partem a toto avelli non sinit.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΘΗΝΩΝ, ΤΟΥ ΑΡΕΙΟΠΑΓΙΤΟΥ.

VITA ET CONVERSATIO

SANCTI DIONYSII AREOPAGITÆ.

EPISCOPI ATHENIENSIS.

(Opp. Dionysii Areop., t. II, p. 589.)

Olim quidem fides sita erat in figuris, et ænigmatibus, et nube umbræ tecta erat lux veritatis. Postquam autem nostræ salutis magnum peractum fuit mysterium, et qui finxit singulatim corda nostra, suæ benignitatis in nos misericordia, citra peccatum natus est sicut nos: et alia subiit, quæ sunt humanæ imbecillitatis, ut ego primam reciperem nobilitatem; et postremo condemnatus fuit morte crucis: et ne dicam singula (sunt enim) multa intermedia œconomiæ carnis susceptæ mysteria) finem accepit corporea conversatio; incipit autem spiritualis; et in cœlum ascendit meus Christus, et ad sedem paternam revertitur; et, qui ex ipso procedit, Spiritum demittit discipulis, ut essent duces gentium infidelium. Per quem beatus quoque Paulus ex umbra deductus fuit ad veritatem. Tunc is, zelo Christi percitus, quemadmodum ipse captus fuit ad pietatem, ita etiam orbem terræ ad se studebat attrahere, et Christo per fidem conjungere. Et ut ea omittam quæ ab ipso Amphipoli facta sunt, et in Thessalia, et omnibus in locis, in quibus ejus sermo, perinde ac quædam sagena, multos venatus est ad pietatem, eorum solum meminero, quæ Athenis facta sunt, per quæ etiam ab Apostolo ipso vere magnus captus fuit Dionysius[8]; qui, patriam quidem claram et parentes claros consecutus, ad magnam pervenit gloriam. Nam justi quidem erant, si ulli ex Atheniensibus, ne dicam soli, ita ut justitia insigne illis esset, æqui amicis,

[8] Act. XVII.

Β Πάλαι μὲν ἐν τύποις ἦν τὰ τῆς πίστεως καὶ αἰνίγμασι, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας φέγγος τῷ τῆς σκιᾶς νέφει συνεκαλύπτετο. Ἐπεὶ δὲ τὸ μέγα τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἐπραγματεύθη μυστήριον, καὶ ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν τῷ τῆς οἰκείας περὶ ἡμᾶς οἰκτῳ χρησνότητος ἀναμαρτήτως γέγονεν ὡς ἡμεῖς, τἄλλα τε ὑπῆλθεν, ὅσα τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶν ἀσθενείας, ἵν' ἐγὼ τὴν πρώτην ἀπολάβω εὐγένειαν· καὶ τέλος τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον κατακρίνεται· καὶ ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγω, (πολλὰ γὰρ τὰ ἐν μέσῳ τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ μυστήρια·) πέρας τὰ τῆς σωματικῆς ἐνδημίας δέχεται· τὰ δὲ τοῦ πνεύματος ἄρχεται· καὶ εἰς οὐρανοὺς ὁ ἐμὸς Χριστὸς ἀναφέρεται· καὶ πρὸς τὸν πατρικὸν ἐπάνεισι θρόνον· καὶ τὸ ἐκπορευόμενον αὐτοῦ Πνεῦμα ἐπὶ τὴν τῶν ἀπίστων ἐθνῶν καταπέμπει τοῖς μαθηταῖς ὁδηγίαν, δι' οὗ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἀπὸ τῆς σκιᾶς ἐχειραγωγήθη πρὸς τὴν ἀλήθειαν, C τότε δὴ τότε ζήλῳ τῷ περὶ τὸν Χριστὸν οὗτος ἁλοὺς, ὃν ἐζωγρήθη τρόπον πρὸς τὴν εὐσέβειαν, τοῦτον καὶ τὴν οἰκουμένην ἔσπευδεν ἐπισπάσασθαι, καὶ Χριστῷ διὰ τῆς πίστεως οἰκειώσασθαι. Καὶ ἵνα τᾶ ἐν Ἀμφιπόλει καὶ Θεσσαλίᾳ παρῶ, καὶ ἐν οἷς ὁ τούτου λόγος, ὥσπερ τις σαγήνη, τοὺς πολλοὺς πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἤγρευε, τῶν ἐν Ἀθήναις μόνων μνησθήσομαι, δι' ὧν θήραμα τῷ Ἀποστόλῳ καὶ ὁ μέγας ὄντος καθίσταται Διονύσιος· ὃς πατρίδος μὲν ἐπιφανοῦς, ἐπιφανῶν δὲ καὶ γεννητόρων τυχὼν, ἐπὶ μέγα δόξης ἀφίκετο. Δίκαιοι μὲν γὰρ, εἴπερ τις Ἀθηναίων, ἵνα μὴ λέγω μόνοι· καὶ δικαιοσύνη τοῖς γονεῦσιν ἦν τὸ ἐπίσημον· φίλοις

ἐπιεικεῖς, ἥμεροι τοῖς ξένοις, τοῖς οἰκείοις φιλάνθρωποι, χρηστότης αὐτοῖς οὐκ ἐπίδειξις, ὑποκαθημένην ὡς τὰ πολλὰ τὴν σκαιότητα ἔχουσα, ἀλλά τι σαφὲς γέννημα τῆς ψυχῆς, καὶ τῆς ἔνδον χαρακτὴρ διαθέσεως. Ἐπεὶδὴ δὲ Ἀθήνησι Παῦλος ἐγένετο, καὶ τοῖς Ἐπικουρείοις τὰ Πυθαγόρου κρατύνουσι συμβαλὼν, ἔργου εἶχετο τῷ τῆς ἀσεβείας αὐτοὺς ἀποστῆσαι δογμάτων, καὶ μεταθεῖναι πρὸς τὴν εὐσέβειαν, τούς τε τῶν εἰδώλων καταστρέφεσθαι ναοὺς. καὶ πεῖσαι. Ἀθηναίους ἐν τῇ ἐσχατῃ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἀναστήσεσθαι μέλλειν, καὶ δίκας τῶν αὐτοῖς εἰργασμένων εἰσπραχθήσεσθαι· οὗτοι δὲ τῶν ἄλλων ἅτε δεισιδαιμονέστερον διακείμενοι, καὶ εἰς πολλὰς δόξας καὶ πίστεις μεριζόμενοι, μυκτηρίζειν αὐτὸν ἐπεχείρουν, καινῶν τινῶν καὶ ξένων δαιμονίων καταγγελέα καλοῦντες· ὅπως δὲ μὴ μυκτηρισμῷ μόνον παρ' αὐτῶν βάλλοιτο, ἀλλά τι καὶ τῶν ἀνιαρῶν ὑποσταίη δίκας τῶν ὑπ' αὐτοῦ κηρυττομένων δίδοὺς, ἐπιλαβόμενοι αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἤγαγον· ὃς τόπος μὲν ἦν συναγωγῆς, καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἔτι καθίστατο δικαστήριον. Εἰ γὰρ καὶ Ῥωμαῖοι πάντων τότε ἐκράτουν, ἀλλ' Ἀθηναίους καὶ Λακεδαιμονίους αὐτονόμους ἀφῆκαν. Εἴρηται δὲ μυθικῶς οὕτω, καθάπερ ἐκεῖνοί φασιν, ἀπὸ τοῦ δίκην ἐν αὐτῷ τὸν Ποσειδῶ κατὰ τοῦ Ἄρεως ὑποσχεῖν, ὅτι τὸν τούτου υἱὸν ἀπέκτεινεν Ἁλιῤῥόθιον. Ἀγαγόντες οὖν αὐτὸν (ἐπεὶ καὶ τῷ τῶν θρόνων ὕψει, καὶ τῇ καταργουμένῃ σοφίᾳ μέγα ἐφρόνουν, καὶ ἅμα τῶν γινομένων ἀκροαταὶ καὶ κριταὶ προεκάθηντο· ὧν εἷς καὶ Διονύσιος ἦν, κἀν τοῖς λόγοις κἀν τοῖς δικαστηρίοις τὸ πλεῖον ἀποφερόμενος)· « Τίς ἡ καινὴ αὕτη καὶ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη, » πρὸς τὸν Παῦλον ἔφησαν, « διδαχὴ, καὶ τὰ σοφὰ καὶ περινενοημένα σοφίσματα ; καὶ τίς ὁ θεάνθρωπος Ἰησοῦς ; καὶ ὁ ἐπὶ ξύλου ζωοδότης καὶ κριτὴς εὐθυνόμενος ; ξενίζοντα γάρ τινα φέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. Βουλόπεθα οὖν γνῶναι, τί ἂν βούλοιτο ταῦτα, καὶ πρὸς ὃ φέρουσι. » Καὶ ὃς, τὸ πρῶτον ἐπαίρων τε ἅμα τὰ ἐκείνων καὶ δι' ἐπαίνου τιθέμενος οἷον εἰκὸς, ἵνα μὴ τοῖς ἀήθεσι καὶ ξένοις λόγοις τραχύνοιντο (θυμὸν γὰρ ὑποστρέφει, φησὶν, ἀπόκρισις ὑποπίπτουσα). « Ἄνδρες, εἶπεν, Ἀθηναῖοι, περὶ ὧν πυνθάνεσθε, ὕστερον, εἰ δοκεῖ, διηγήσομαι· νῦν δὲ κατὰ πάντα ὡς δεισιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. Διερχόμενος γὰρ καὶ τὰ σεβάσματα ὑμῶν ἀναθέωρῶν,εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· Ἀγνώστῳ Θεῷ. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν· εἰ ἄρα ψηλαφήσετε αὐτὸν, καὶ εὑροιτε, καί γε οὐ μακρὰν ἀφ' ἑκάστου ὑμῶν ὑπάρχοντα. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. » Τούτων ἐκεῖνοι ἀκούσαντες, καὶ ὅτι πλήρης ὁ λόγος κομψῆς ἐτύγχανεν διανοίας, οἷα βροντῆς ἦχῳ καταπλαγέντες, ἀφωνίᾳ συνείχοντο. Ὀψὲ δὲ καὶ μόλις « Ἀκουσόμεθά σου τῇ ὑστεραίᾳ, » ἐπιφθεγξάμενοι, τοῦ δικαστηρίου τοῦτον ἀφῆκαν. Ἔξεισιν οὖν ὁ Παῦλος οὐ κεναῖς χερσὶ, τὸ ᾐδόμενον· ἀλλ' ἐφεπόμενον τὸν πρόεδρόν τε καὶ κορυφαῖον τῆς τῶν σοφιστῶν συμμορίας παραλαβὼν, τὸν μέγαν τοῦτόν φημι Διονύσιον· καὶ ὥτπερ τις Ὀλυμπιονίκης ἢ στρατηγὸς, τῆς ἰδίας γλώττης τρόπαιον

A mansueti hospitalibus, benigni in familiares, et vera bonitas erat eis bonitas, non ostentatio, quæ habet improbitatem magna ex parte insidiantem ; imo quidam apertus animæ fœtus, et character internæ affectionis. Postquam autem fuit Paulus Athenis, et congressus cum Epicureis et Stoicis, qui Pythagoræ dogmata sectabantur, instabat operi, nempe ut eos abduceret a dogmatibus impietatis, et traduceret ad pietatem, et everteret templa simulacrorum, et persuaderet Atheniensibus, fore ut resurgerent in ultimo die judicii, et darent pœnas eorum quæ fecissent : ii, ut qui essent aliis affecti superstitiosius, et in multas divisi essent opiniones, aggrediebantur eum subsannare, vocantes eum annuntiatorem novorum quorumdam dæmoniorum. Ne autem ab B eis appeteretur sola subsannatione, sed molestum etiam aliquid sustineret, dans rationem eorum quæ ab ipso prædicabantur, apprehendentes eum duxerunt in Areopagum, qui tunc quidem erat locus congregationis, et Athenarum erat adhuc judicium. Nam etsi tunc Romani in omnes obtinerent imperium, Athenienses tamen et Lacedæmonios sui juris demiserant. Fabula autem, sicut ipsi dicunt, nomen accepit, quod Neptunus in eo contra Martem causam sustinuerit, quod hujus filium Halirrothium occidisset. Cum eum ergo adduxissent in illorum conspectum, qui et propter sedium altitudinem, et, quæ evacuatur, sapientiam, se magnifice circumspiciebant : et simul eorum quæ fiebant, auditores et judices præsidebant, quorum unus etiam erat C Dionysius, cujus et in dicendo, et judicando præcipuæ erant partes : « Quænam est hæc nova, quæ a te dicitur, doctrina, » Paulo dixerunt, « sapientiaque et ingeniosa decreta ? et quis est Jesus Deus et homo, et in ligno vitæ dator et judex, a quo in jus vocatur quilibet redditurus rationem ? Quædam enim nova et aliena defers ad aures nostras. Volumus ergo scire, quid hæc sibi volunt, et quo tendunt. » Ille autem res eorum primum extollens et laudans, ne insuetis et alienis verbis irritarentur (iram enim, ait ille, avertit se submittens responsio (*h*) : « Viri inquit, Athenienses, de iis quæ interrogatis, postmodum si ita videbitur disseram : nunc autem per omnia quasi superstitiosiores vos video. Transiens enim, et aspiciens ea quæ colitis, inveni etiam D aram, in qua inscriptum erat : *Ignoto Deo.* Quem ergo ignorantes colitis, eum annuntio vobis ; si eum forte contrectaveritis, et inveneritis, etsi non sit longe ab unoquoque vestrum. In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus. » Hæc cum illi audiissent, quoniam gravibus sententiis plena erat oratio, tanquam sono tonitru essent obstupefacti, elingues et muti evaserant. Cum autem vix tandem dixissent : « Audiemus te postridie, » eum dimiserunt e judicio. Egreditur ergo Paulus, non inanibus, ut vulgo dicitur, manibus, sed secum accepto, qui eum seque-

(*h*) Prov. xv.

batur, præside, et classis sophistarum principe, hoc magno, inquam, Dionysio. De quo, tanquam quispiam victor Olympicus, aut dux exercitus, suæ linguæ erexit trophæum, et hunc fructum collegit ex oratione quam habuit ad Athenienses. Iis enim, quæ de Jesu dicebantur a præcone veritatis, cum a se prius visam in tempore passionis innovationem sibi ipsi explicuisset luminarium, et hanc humanam despexisset sapientiam, sectatur verbum veritatis, et adjungitur Apostolo; et regenerationis lavacro consummatus, fit simul discipulus, et præco Christi, qui est primus doctor veritatis. Et cum primas fidei exercitationes et disciplinas a beato percepisset Hierotheo, et in verbo, et in vita ab eo docetur, et sancti Spiritus communionem ab eo consequitur. Deinde ascensiones in corde suo disponens, philosophatur veritatem; quærit cum veritate, de anima, de corpore, ac de substantia rerum gerendarum: mortificat omnia membra sua, quæ sunt super terram, carnis multas leges constituens ad obediendum spiritui; docet aures auscultare quæ divina, et quæ sunt de Deo audienda; iis autem quæ sunt extra ea, divinum metum inexorabilem adhibet janitorem: et totum oculum traducit ad veritatem contemplandam. Quod autem ad linguam pertinet, et si non in iis, in quibus oportebat, olim edocta fuerat, philosophice tamen et Attice, multaque cum diligentia erudita erat. Itaque brevi Dionysius (o miraculum) superat omnes, qui præcesserant: et cum potestatem non subfuratus esset, sed per gradus transiisset inferiores, pulchre pasci didicisset, ad superiora mox pervenit, et pascit postea cum experientia; et cum modeste parere didicisset, imperat modestius; et cum docuisset cum veritate, obiissetque omnes boni ordinis partes, tandem ei mandato Athenarum pontificatu, clavis præsidet Ecclesiæ, ostenditque suum generosum animum, et pugnat pro grege: expellitque bestias, et ejus, quod morbo laborat, curam gerit, et quod longe est remotum reducit: et, ut semel dicam, sicut ejus magister, omnibus fit omnia (*i*). Cum sic autem docuisset et de Trinitatis divinitate disseruisset, clare tractat de supernis virtutibus.

Cum vero ad tantam pervenisset gratiam, ut quando Deiparæ, quod Deum suscepit corporis emigravit spiritus, simul adesset cum apostolis, qui per spiritum et nubem ad hanc sacram accesserant sepulturam, non amplius existimavit oportere una civitate, nempe Athenis, circumscribere tales opes gratiæ; sed volens multiplicare talentum, et sequi sui magistri vestigia, relictis Athenis, et terra et mari multa passus gravia, nec tamen ab eis retardatus, sed supernarum rerum contemplatione inferis omnibus superatis, ad regiam urbem pervenit Romam; et accedit quidem ad Clementem, qui tunc sedem tenebat apostolicam, quique a magno Petro fuerat edoctus, et cui ab illo fuerat credita sedes. Ad eum ergo accedit Dionysius, et cum ei suum exposuisset Evange-

A αὐτὸν ποιησάμενος καὶ καρπὸν τοιοῦτον τοῦ πρὸς Ἀθηναίους λόγου θερίσας. Τοῖς γὰρ παρὰ τοῦ τῆς ἀληθείας κήρυκος περὶ τοῦ Ἰησοῦ λεγομένοις τὴν προορωθεῖσαν αὐτῷ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τῶν φωστήρων καινοτομίαν συμβαλὼν ἐκεῖνος, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ταύτης σοφίας ὑπεριδὼν, τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας γίνεται, καὶ τῷ Ἀποστόλῳ συντίθεται· τῷ τε λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας τελειωθεὶς, μαθητὴς ὁμοῦ καὶ κῆρυξ Χριστοῦ τοῦ πρώτου τῆς ἀληθείας διδασκάλου καθίσταται. Καὶ τὰ πρῶτα τῆς ἡλικίας διατριβῶν, καὶ παιδείας τῷ μακαρίτῃ κοινωνήσας Ἱεροθέῳ, βίον ὑπὸ τούτῳ καὶ λόγον παιδεύεται· καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κοινωνίας καταξιοῦται, καὶ ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ ἀνατιθέμενος, φιλοσοφεῖ τὴν ἀλήθειαν· ζητεῖ μετὰ τῆς ἀληθείας
B περὶ ψυχῆς, περὶ σώματος, περὶ τῆς τῶν πρακτέων ὑπάρξεως· πάντα νεκροῖ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πολλὰ τῇ σαρκὶ νομοθετήσας, εἰς ὑποταγὴν τοῦ πνεύματος· παιδαγωγεῖ τὴν ἀκοὴν ὅσα θεῖα καὶ περὶ Θεοῦ ἐνωτίσασθαι· τοῖς δὲ τούτων ἐκτὸς τὸν θεῖον φόβον θυρωρὸν ἐφίστησιν ἀπαραίτητον· ὅλον μετάγει τὸν ὀφθαλμὸν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Τὰ γὰρ τῆς γλώττης, εἰ καὶ μὴ ἐν οἷς ἐχρῆν πρότερον, ἀλλ' οὖν φιλοσόφως τε καὶ Ἀττικῶς καὶ πρὸς ἀκρίβειαν ἐνεπεπαίδευτο· Καὶ ὦ τοῦ θαύματος! ἐν βραχεῖ πάντας ὑπερβαίνει τοὺς ἔμπροσθεν, οὐ κλέψας τὴν ἐξουσίαν οὐδὲ ἁρπάσας, ἀλλὰ τοὺς κάτω βαθμοὺς διεξελθών. Καὶ τὸ ποιμαίνεσθαι καλῶς ἐκμαθὼν, τῶν ἄνω ταχὺ γίνεται, καὶ ποιμαίνει μετὰ τῆς πείρας ὕστερον· καὶ ἐπιεικῶς ἄρχεσθαι μαθὼν, ἄρχει ἐπιεικέστερον· καὶ μετὰ τῆς ἀληθείας διδάξας, διὰ πάσης τε ἐλθὼν εὐταξίας, τέλος
C τὴν τῶν Ἀθηνῶν πιστετθεὶς προεδρίαν, τῶν οἰάκων τῆς Ἐκκλησίας ὑπερκαθέζεται. τό τε τῆς γνώμης γενναῖον ἐπιδεικνύει, καὶ προπολεμεῖ τῆς ποίμνης, καὶ ἀποσοβεῖ τοὺς θῆρας, καὶ τοῦ νενοσηκότος ἐπιμελεῖται, καὶ τὸ μακρυνθὲν ἐπανάγει· καὶ συνελόντα φάναι, πᾶσι τὰ πάντα κατὰ τὸν αὐτοῦ διδάσκαλον γίνεται. Οὕτω τε διδάξας, καὶ τὴν Τριάδα θεολογήσας, σαφῶς περὶ τῶν ἄλλων διαλαμβάνει δυνάμεων.

Καὶ εἰς τοῦτο χάριτος ἐλθὼν, ὡς, ἡνίκα τὸ πνεῦμα τῆς Θεοτόκου σώματος ἐξεδήμει τοῖς ἀποστόλοις διὰ πνεύματος καὶ νεφέλης τῇ ἱερᾷ τούτου ἐπιστασι
D ταφῇ συμπαρεῖναι· οὐκ ἔτι δεῖν ᾠετο μιᾷ πόλει ταῖς Ἀθήναις τὸν τοσοῦτον περιγράψαι πλοῦτον τῆς χάριτος· ἀλλὰ τὸ τάλαντον πολυπλασιάσαι βουλόμενος, καὶ κατ' ἴχνος ἕπεσθαι τῷ διδασκάλῳ, τὰς Ἀθήνας ἀπολιπὼν, πολλὰ μὲν κατὰ γῆν παθὼν, πολλὰ δὲ καὶ κατὰ θάλασσαν ὑπομείνας τὰ δυσχερῆ καὶ μηδὲ ὑπὸ τούτων κατασχεθεὶς, ἀλλ' ὑπὲρ τὰ κάτω πάντα τῇ τῶν ἄνω θεωρίᾳ γενόμενος, τὴν βασιλίδα Ῥώμην καταλαμβάνει, καὶ πρόσεισι Κλήμεντι τὸν ἀποστολικὸν τηνικαῦτα θρόνον διέποντι· ὃς Πέτρῳ τῷ μεγάλῳ ἐφοίτα, καὶ τὸν θρόνον ὑπ' ἐκείνου πεπίστευτο. Τούτῳ οὖν πρόσεισι Διονύσιος, καὶ καθ' ἑαυτὸν προσαναθεὶς Εὐαγγέλιον τό τε τῆς διακονίας

(*i*) I Cor. IX, 22.

ἔργον ὡς ὁμοτρόπῳ καὶ ὁμογνώμονι κοινωσάμενος, ὑπὸ τούτου προτρέπεται καὶ πρὸς ἑσπέρια μεταβῆναι μέρη· ἄλλους μὲν οὖν τῶν ἑπομένων αὐτῷ λειτουργῶν ἀλλαχοῦ τῶν κωμῶν τε καὶ πόλεων διανείμας, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον εὐσγγελίζεσθαι παρεγγυησάμενος, Ῥουστικὸν αὐτὸς καὶ Ἐλευθέριον, τὸν μὲν ἱερωσύνης χρίσματι, διακονίᾳ δὲ τετιμημένον τὸν Ἐλευθέριον, συνεργοὺς, καθάπερ ὁ μέγας Ἀπόστολος Σιλουανὸν καὶ Τιμόθεον, παραλαβὼν, καὶ τοὺς ἑσπερίους καταλαβὼν Γαλάτας, οὐ διδαχῆς μόνον ῥήμασιν, ἀλλὰ καὶ σημείων ἔργοις ἀποστολῆς ἔργον εἰργάζετο, μέσος τοῖς καθ' ἑκάστην συνιοῦσιν ἐκφαινόμενος, τούς τε τῆς εὐσεβείας λόγους ἀδιαλείπτως ἀνακινῶν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ πεποιηκότος ἐπίγνωσιν τοὺς ἀκροατὰς ἐπαγόμενος. Οὕτως οὖν τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας κηρυσσομένου, καὶ τῆς μὲν θείας κρατυνομένης πίστεως, δαιμονικῆς δὲ πάσης ἀπάτης ἐκ ποδῶν γινομένης, τῶν ἐπὶ τούτῳ τινὰ συνόντων, Λουκιανόν φημι τὸν ἀοίδιμον, ὃς καὶ τῇ τοῦ πρεσβυτέρου ἀξίᾳ ἐτετίμητο, (συνήπτοντο γὰρ αὐτῷ πολλοὶ τῶν ἀρετῆς μεταποιουμένων· τῷ ὁμοίῳ, φασὶ, τὸ ὅμοιον.) πρὸς τὴν τῆς Βελουακένσις νήσου πόλιν ἐκπέμψας κηρύξοντα τὴν εὐσέβειαν, αὐτὸς ἅμα Ῥουστικῷ καὶ Ἐλευθερίῳ, τὴν Γαλλίαν λιπὼν, ἄνωθεν αὐτῷ κεχρηματισμένον, ἐν Παρισίᾳ λεγομένῃ τῇ πόλει γίνεναι, ὡς ἂν μετὰ παῤῥησίας αὐτῇ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ἐγκατασπείραντι, καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀναδησαμένῳ στέφανον, μετὰ παῤῥησίας καὶ τῷ ἀγωνοθέτῃ παραστῆναι Θεῷ γένηται, ὅ δὴ τῶν ἐφετῶν αὐτῷ τὸ ἀκρότατον· καὶ ὃ μοὶ προϊὼν ὁ λόγος δηλώσειεν.

Ἐν τοίνυν τῇ Παρισίᾳ ταύτῃ γενόμενος, καὶ πλήρη τὴν πόλιν ἀπιστίας εὑρὼν, κάλλει μὲν καὶ μεγέθει καὶ πλήθει τῶν ἐν αὐτῇ πολύ τι τῶν μεγάλων πόλεων ἀπολειπομένην· τῇ δὲ ἀσεβείᾳ τοσούτῳ πασῶν κρατοῦσαν, ὅσῳ μηδὲ παραβαλεῖν δύνασθαι ἀπηνέσι τε πάντοθεν ἀπειλημμένην οἰκήτορσι, καὶ ὥσπερ τινὶ τειχίῳ περιπεφραγμένην ἰσχυρῶς τῇ ἐκείνων ὠμότητι, καὶ ταύτην ἀντ' ἄλλου τινὸς φυλακτηρίου προΐσχουσαν· ἄλλως τε δὲ καὶ ὅτι πρὸς καρπῶν ἁπάντων φορὰν γόνιμος ἦν ἡ πόλις, καὶ τοῖς φιλοτίμοις πᾶσιν εὐθηνοῦσα καὶ περιττοῖς, ὃ καὶ μᾶλλον τοὺς πολίτας ἤλειφεν εἰς κακίαν· ἐν αὐτῇ τοίνυν οὕτως ἐχούσῃ γενόμενος, περιῄει ἀνερευνῶν, εἴ που τινὰ πρὸς ἡσυχίαν εὕροι τόπον ἑαυτῷ ἐπιτήδειον. Καὶ δὴ τὸν ζητούμενον τυχὼν ναόν, εὐθὺς ὡς ἡ δύναμις εἶχε, καὶ οἷα ἐν ἀλλοτρίᾳ ξένος ὢν ἐκεῖνος καὶ ἔπηλυς, καὶ πολλοὺς ἔχων τοὺς ἀντικειμένους διὰ τὸ ἑτερόδοξον, ἀνεγείρει εὐκτήριον καὶ ναὸν, αὐτόχρημα σωτηρίαν ψυχῶν. Πάμπολυ γάρ τι πλῆθος θεοσεβῶν ἐν τούτῳ συναγαγὼν, καὶ θύτας καθαροὺς τῷ Θεῷ παραστησάμενος, ποίμνην ἁγίαν, ὡς εἰπεῖν, τὸν ναὸν ἀπειργάσατο ἧς ποιμὴν οὗνος οὐ μισθωτός· πάντα τὸν ἀπιστίᾳ πλαζόμενον τῇ τῆς ἀληθείας σύριγγι πρὸς πίστιν ἀνακαλούμενος, καὶ τοὺς μὲν τῇ πλάνῃ νοσοῦντας τοῖς σωτηριώδεσι τῶν Γραφῶν φαρμάκοις ἰώμενος, τοὺς δὲ ἤδη συντετριμμένους τῇ διδασκαλίᾳ καταδεσμῶν

A lium, et opus sacri ministerii, ut qui esset iisdem moribus et sententia communicasset, ipse eum adhortatur ut transeat ad partes occidentales. Cum ex iis ergo, qui eum sequebantur, ministris per vicos et civitates alios alibi distribuisset, et salutare Dei Evangelium jussisset prædicare, ipseque Rusticum et Eleutherium, illum quidem chrismate sacerdotii, hunc autem, nempe Eleutherium, honestatum diaconatu, accepisset adjutores, non secus ac magnus Apostolus Sylvanum et Timotheum et ad Gallos venisset occidentales, non solum verbis doctrinæ, sed etiam signorum operibus fungebatur munere apostolatus, medius apparens iis qui in unaquaque civitate conveniebant, et de pietate verba faciens sine intermissione, et inducens auditores ad agnitionem B ejus, qui ipsos creavit. Cum sic ergo veritatis verbum prædicaretur, et divina quidem fides confirmaretur, amoveretur autem omnis fraus dæmonum, quemdam ex iis qui cum eo versabantur, inclytum, inquam, Lucianum, qui etiam presbyteri dignitate erat ornatus (eum enim sequebantur multi ex iis qui virtutem amplectebantur; simile enim, ut dicitur, simili delectatur), misit ad civitatem insulæ Belvacensis, prædicaturum pietatem; ipse vero simul cum Rustico et Eleutherio Gallia Cisalpina relicta, cum hoc responsum habuisset ab angelo, venit in civitatem, quæ dicitur Parisii, ut cum in ea verbum seminasset pietatis, et redimitus esset corona martyrii, cum fiducia sisteretur coram Deo agonotheta, quod equidem ei in C votis erat, et hoc in sequentibus narrare satagam.

Cum ergo venisset ad hanc Parisiorum civitatem, et eam invenisset plenam incredulitate; quæ eorum quidem, quæ in ipsa erant, pulchritudine et excellentia civitatibus magnis erat longe inferior, impietate autem adeo erat omnibus superior, ut ne possent quidem cum ea conferre, undique ab immanibus occupata habitatoribus, et tanquam vallo aliquo valde munita illorum crudelitate, et eam opponens, tanquam aliquod aliud præsidium. Adde quod cum omnium fructuum esset fertilissima, et abundaret maxima rerum omnium copia, cives suos magis incitabat ad vitia. Cum in hanc ergo sic affectam venisset civitatem, obibat perscrutans si quem locum aptum inveniret ad quie-D tem. Quod autem quærebat consecutus, pro viribus statim templum habuit: et ut qui in regione aliena esset hospes et advena, et multos haberet adversos propter diversitatem opinionis, excitat oratorium et templum, quod plane erat salus animarum. Nam cum maximam piorum multitudinem in eo congregasset, et puros sacrificatores Deo exhibuisset, sanctum gregem, ut semel dicam, templum efficit; cujus ipse erat pastor non mercenarius: quemlibet, qui errabat incredulitate, veritatis fistula ad fidem revocans, et eos qui errore ægrotabant, curans salutaribus medicamentis Scripturarum: eos autem, qui jam erant contriti,

doctrina alligans, et ad veram ducens sanitatem. Sed ut certa nobis via procedat oratio, hoc quoque ejus admirabile, ut ex illius epistolis sciri potest, narrabo. Plures quidem erant Dionysio therapeutæ, unus autem ex iis erat etiam Demophilus, qui civis erat provinciæ Atheniensis, habituque et vita monachus; monachatum autem ei imposuerant puræ et sacris initiantes manus Dionysii, ordo hic et ministerium viro isti a Dionysio, ut præesset januis templi.

Hic ergo Demophilus cum aliquando vidisset suum presbyterum, quemdam impium atque peccatorem ad pœnitentiam conversum, illique procidentem misericorditer excepisse, minime leviter ferens, at exacerbatus et intra sacrarii adyta exsistens quæ ingredi nequaquam tutum, neque attingere sanctum, Sancta sanctorum publice ludibrio haberi facit, bonum autem illum sacerdotem et mansuetum plagis intolerabilibus subjicit, atque in faciem percutiens, obnititur, et cum magna reverentia accedentem, audacter calcibus repellit, impium ac scelestum dicens eum qui ex misericordia populi ignorantias descipere statuisset, et Dionysio episcopo, atque pastorum principi, quasi magnum quid ad virtutem effecisset, describi quod acciderat, susque deque jactans in illa audaci epistola, quod non tam seipsum quam Deum ultus esset. Quid ergo ille? Num, ut vulgus solet, fuit animo perturbatus? aut reputatus est vel parum quid omnino mutavisse de ea bonitate quæ ei coaluerat? Hoc minime dici potest. Neque enim facto ultus est eum, qui peccaverat; sed facto et sermone salutari erudiit, quæ simul ad virtutem omnem moderationem informat et componit illam, scribens epistolam, et exemplum mansuetudinis, Aaron, David, et alios adducens. Cujus ut omittam aliam ad bonum exhortationem, meminero certe visionis, quam ei narrat, ut quæ sancto Carpo apparuerit. Sic autem se habet ad verbum.

Cum aliquando in Cretam venissem, me Carpus hospitio excepit, vir, si quis alius, propter magnam mentis puritatem ad cernendum Deum aptissimus. Neque enim sacros mysteriorum ritus aggrediebatur, nisi prius ipsi in iis precibus, quæ antea perfici solent, sacra et læta apparuisset visio. Is quidem narrabat, cum a quodam, qui a fide religioneque nostra abhorreret, forte offensus esset (tristitiæ autem causa erat, quod ille ab Ecclesia quemdam ad impium cultum traduxerat), tum cum etiam, ab ipso (Christiano propter baptismum) hilaria agerentur, cum benignam proutroque ad Deum precationem fundere necesse esset, Deoque servatore adjutore adjuncto, illum quidem convertere, hunc autem vincere benignitate, nec desistere admonere per omne vitæ tempus usque ad hunc ipsum diem, atque ita demum eos ad Dei notitiam deducere, quasi jam ea, de quibus antea dubitarent, dijudicata essent, et ab iis quæ inconsiderate ausi essent, legitimie pœ-

καὶ πρὸς τὴν ἀληθινὴν ἄγων ὑγείαν. Ἀλλ' ἵνα γε καθ' ὁδὸν ὁ λόγος ἡμῖν προΐῃ, καὶ τοῦτο τεράστιον τῶν αὐτοῦ, ὡς ἐκ τῶν ἐκείνου ἔνι μαθεῖν, διηγήσομαι. Διονυσίῳ θεραπευταὶ μὲν καὶ ἕτεροι, εἷς δέ τις αὐτῶν καὶ Δημόφιλος. Δημοφίλῳ δὲ πόλις ἡ τῶν Ἀθηνῶν ἐπαρχία, σχῆμά τε καὶ βίος μονήρης· τὸ δὲ μονῆρες τούτῳ αἱ καθαραὶ καὶ ἱεροτελεστικαὶ Διονυσίου χεῖρες ἐπέθεσαν. Τάξις αὕτη πάρα Διονυσίου καὶ λειτουργία τῷ ἀνδρὶ, ταῖς τοῦ ναοῦ πύλαις ἐφεστάναι.

Ὁ τοίνυν Δημόφιλος οὗτος, τὸν ἑαυτοῦ πρεσβύτερον θεασάμενος ἐπιστραφέντα τινὰ πρὸς μετάνοιαν συμπαθῶς προσδεξάμενον, πράως οὐκ ἐνεγκὼν, ἀλλὰ χαλεπήνας, [εἴσω τε τῶν τοῦ θυσιαστηρίου ἀδύτων γενόμενος, ὧν ἐπιβαίνειν οὐκ ἀσφαλὲς, οὐδὲ προσψαύειν ὅσιον, ἐκπομπευθῆναι μὲν τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ποιεῖ, τὸν δὲ ἀγαθὸν ἐκεῖνον ἱερέα καὶ ἡμερον πληγαῖς ὑποβάλλει· κατά τε τῆς κόρρης παίων ἀντωθεῖ, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς αἰδοῦς προσιόντα θρασέως ἀπολακτίζει, ἀσεβῆ λέγων καὶ ἀλιτήριον, τὸν ἀγαθότητι παρορᾷν ἠξιωμένον τὰ τοῦ λαοῦ ἀγνοήματα, καὶ τῷ ἀρχιερεῖ Διονυσίῳ καὶ ἀρχιποιμένι, ὡς μέγα τι πρὸς ἀρετὴν εἰργασμένος, διαχαράττει τὸ γεγονὸς, ἄνω καὶ κάτω θρυλλῶν τῆς θρασείας ἐκείνης ἐπιστολῆς, ὡς οὐχ ἑαυτὸν μᾶλλον, αλλὰ καὶ τὸν Θεὸν ἐκδικήσειε. Τί οὖν ἐκεῖνος ; ἆρ' ἤ τὸ τῶν πολλῶν ἔπαθεν, ἢ καὶ μικρὸν ὅλως τῆς συντρόφου μεταβαλεῖν ἐνομίσθη χρηστότητος ; οὔμενουν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οὐδ' ἔργῳ τὸν ἡμαρτηκότα ἠμύνατο, ἀλλὰ λόγῳ θείῳ καὶ σωτηριώδει πεπαίδευκε· τὴν πρὸς ἀρετὴν ὁμοῦ καὶ πᾶσαν εὐκοσμίαν τυποῦσάν τε καὶ ῥυθμίζουσαν ἐκείνην γράψας ἐπιστολὴν, καὶ πραότητος ὑπόδειγμα τὸν Ἀαρὼν, τὸν Δαυὶδ, καὶ ἑτέρους παραστησάμενος· ἧς ἵνα τιν ἄλλην πρὸς τὸ ἀγαθὸν καταλίπω παράκλησιν, ἀλλὰ τῆς ὁράσεως, ἧς διέξεισι πρὸς αὐτὸν ὡς ὑπὸ τοῦ τῶν ἁγίων θεαθείσης, μνησθήσομαι. Εἶχε δὲ κατὰ λέξιν οὕτως.

Γενόμενόν μέ ποτε κατὰ τὴν Κρήτην, ὁ ἱερὸς ἐξεναγώγησε Κάρπος, ἀνὴρ, καὶ εἴ τις ἄλλος, διὰ πολλὴν καθαρότητα νοῦ πρὸς θεοπτίαν ἐπιτηδειότατος· καὶ γοῦν οὐδὲ ταῖς ἁγίαις τῶν μοστηρίων τελεταῖς ἐνεχείρει, μὴ πρότερον αὐτῷ κατὰ τὰς προτελείους εὐχὰς, ἱερᾶς καὶ εὐμενοὺς ὁράσεως ἐπιφαινομένης. Ἔλεγεν οὖν, ὅτι, λελυπηκότος αὐτόν ποτε τῶν ἀπίστων τινὸς, (ἡ λύπη δὲ ἦν, ὅτι τῆς Ἐκκλησίας ἐκεῖνος τινὰ πρὸς τὸ ἄθεον ἀπεπλάνησεν.) ἔτι τῶν Ἱλυρίων ἡμερῶν αὐτῷ τελουμένων, δέον ἀμφοτέρων ἀγαθοπρεπῶς ὑπερεύξασθαι, καὶ Θεὸν σωτῆρα συλλήπτορα λαβόντα, τὸν μὲν ἐπιστρέψαι, τὸν δὲ ἀγαθότητι νικῆσαι, καὶ μὴ διαλιπεῖν νουθετοῦντα διὰ βίου παντὸς, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον, καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν θείαν αὐτοὺς ἀγαγεῖν γνῶσιν, ὡς ἂν ἤδη καὶ τῶν ἀμφισβητησίμων αὐτοῖς κρινομένων, καὶ τῶν ἀλόγως θρασυνομένων ἐννόμῳ δίκῃ σωφρονεῖν ἀναγκαζομένων· ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ μὴ προτερον τοῦτο παθὼν, οὐκ οἶδ' ὅπως τότε πολλήν τινα τὴν δυσμένειαν καὶ τὴν πικρίαν ἐντήξας ἑκοι-

μήθη. κήτεδάρθη μὲν, οὕτω κακῶς ἔχων· ἑσπέρα γὰρ ἦν. περὶ δὲ μέσας νύκτας (εἰώθει γὰρ εἰς τόνδε τὸν καιρὸν αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ πρὸς τοὺς θείους ὕμνους ἐγρηγορέναι.) διανίσταται μὲν, οὐδὲ τῶν ὕπνων αὐτῶν, πολλῶν γε ὄντων, καὶ ἀεὶ ἐγκοπτομένων, ἔξω ταραχῆς παραπολαύσας· ἐστὼς δὲ ὅμως εἰς τὴν θείαν ὁμιλίαν οὐκ εὐαγῶς ἠνιᾶτο καὶ ἐδυσχέραινεν, οὐκ εἶναι δίκαιον λέγων, εἰ ζῷεν ἄνδρες ἄθεοι καὶ διαστρέφοντες τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας· καὶ ταῦτα λέγων, ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ πρηστῆρί τινι τὰς ἀμφοτέρων εἰσάπαξ ἀνηλεῶς ἀποπαῦσαι ζωάς. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἔλεγε δόξαι ἰδεῖν ἄφνω τὸν οἶκον ἐν ᾧπερ εἱστήκει διαδονηθέντα πρότερον, καὶ ἐκ τῆς ὀροφῆς εἰς δύο μέσον διαιρεθέντα, καί τινα πυρὰν πολύφωτον ἐπίπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ταύτην (ἐδόκει γάρ λοιπὸν ὕπαιθρος ὁ τόπος), ἐκ τοῦ οὐρανίου χώρου μέχρις αὐτοῦ καταφερομένην· τὸν δὲ οὐρανὸν αὐτὸν ἀναπεπταμένον, καὶ ἐπὶ τῷ νώτῳ τοῦ οὐρανοῦ τὸν Ἰησοῦν, ἀπείρων ἀνθρωποειδῶν αὐτῷ παρεστηκότων ἀγγέλων. Καὶ ταῦτα μὲν ἄνωθεν ὁρᾶσθαι, καὶ αὐτὸν θαυμάζειν· κάτω δὲ κύψας ὁ Κάρπος, ἰδεῖν ἔφη καὶ τοῦδαφος αὐτὸ πρὸς ἀχανές τι χάσμα καὶ σκοτεινὸν διερρῆγμένον· καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας ἐκείνους, οἷς ἐπηρᾶτο, πρὸ αὐτοῦ κατὰ τὸ στόμιον ἑστηκέναι τοῦ χάσματος, ὑποτρόμους, ἐλεεινοὺς, ὅσον οὔπω καταφερομένους ὑπὸ τῆς τῶν οἰκείων ποδῶν ἀστασίας· κάτωθεν δὲ ἀπὸ τοῦ χάσματος ὄφεις ἀνέρπειν, καὶ περὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ὑποκινουμένους, ποτὲ μὲν ἀποσύρειν, ἐπανειλουμένους ἅμα καὶ ἐπιβαροῦντας, καὶ ἐπανέλκοντας· ποτὲ δὲ τοῖς ὀδοῦσιν, ἢ τοῖς οὐραίοις ὑποτύφοντας, ἢ ὑπογαργαλίζοντας, καὶ διὰ παντὸς εἰς τὸ ἀχανὲς ἐμβαλεῖν μηχανωμένους· εἶναι δὲ καὶ ἄνδρας τινὰς ἐν μέσῳ, τοῖς ὄφεσι κατὰ τῶν ἀνδρῶν συνεπιτιθεμένους· διαδονοῦντας ἅμα καὶ ὑπωθοῦντας καὶ καταπαίοντας. Ἐδόκουν δὲ εἶναι πρὸς τὸ πεσεῖν ἐκείνοι τὰ μὲν ἄκοντες, τὰ δὲ ἑκόντες, ὑπὸ τοῦ κακοῦ κατ' ὀλίγον βιαζόμενοι ἅμα καὶ πειθόμενοι.

A nas dando resipiscere cogerentur; tum tamen id quod nunquam sibi usuvenisset, haud scio quomodo magno quodam et acerbo animi dolore confectum, quieti se dedisse, ac quidem dormiisse ita male affectum (erat enim vespera); media autem circiter nocte (solitus enim erat hoc tempore per se ad divinos hymnos vigilare) surrexisse quidem, cum nec somnum ipsum qui altus fuisset, et semper interruptus, sine conturbatione cepisset; stantem tamen ad divina colloquia, irreligiose doluisse et acerbe tulisse, dicentem non esse æquum viros impios vivere, et qui vias Domini rectas perverterent; hæc dicentem, precatum esse a Deo, ut amborum vitam sine misericordia turbine aliquo igneo abrumperet. Quæ cum dixisset, commemorabat se visum esse videre repente domum in qua staret B agitari primum, deinde a vertice in duas partes dimidias dividi, et ante se rogum quemdam magni luminis, eumque (sub dio enim locus ille esse videbatur) e cœlo usque ad seipsum deferri: cœlum vero apertum, et in convexa cœli superficie Jesum, assistentibus innumerabilibus angelis, hominum figura et specie. Atque hæc quidem a cœlo videri summa cum sua admiratione. Cum autem ipse deorsum oculos convertisset, cernere se dicebat etiam terram ipsam ita discessisse, ut obscurus quidam et tenebricosus hiatus exsistere videretur: atque homines quidem illos quibus male precatus esset, ante se ad os hiatus stare trementes et miseros, et qui fere præ pedum suorum instabilitate demergerentur: ab inferiore autem C loco ex hiatu angues sursum serpere, atque ad eorum pedes, cum sensim moverentur, interdum quidem trahere complicatos simul et deprimentes, atque detrahentes; interdum dentibus aut caudis incendentes, vel demulcentes, omnique ratione agentes, ut eos in illam immensam voraginem præcipites darent; fuisse etiam viros quosdam in medio, qui una cum serpentibus in homines illos invaderent, exagitatione, pulsu, et percussione; visos autem esse viros illos decidere, partim invitos, partim sponte, quod a molo sensim cogerentur.

Ἔλεγε δὲ ὁ Κάρπος ἑαυτὸν ἥδεσθαι κάτω βλέποντα· τῶν ἄνω δὲ ἀμελεῖν· δυσχεραίνειν δὲ καὶ ὀλιγωρεῖν, ὅτι μὴ πεπτώκασιν ἤδη, καὶ τῷ πράγματι πολλάκις ἐπιθέμενον καὶ ἀδυνατήσαντα, καὶ ἀχθεσθῆναι καὶ ἐπαράσασθαι· καὶ ἀνανεύσαντα μόλις, ἰδεῖν μὲν αὖθις τὸν οὐρανὸν, ὥσπερ καὶ πρότερον ἑωράκει· τὸν δὲ Ἰησοῦν, ἐλεήσαντα τὸ γιγνόμενον, ἐξαναστῆναι τοῦ ὑπιρουρανίου θρόνου, καὶ ἕως αὐτῶν καταβάντα, καὶ χεῖρα ἀγαθὴν ὀρέγειν, καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτῷ συνεπιλαμβανομένους, ἄλλον ἄλλοθεν ἀντέχεσθαι τοῖν ἀνδροῖν· καὶ εἰπεῖν τῷ Κάρπῳ τὸν Ἰησοῦν, τῆς χειρὸς ἤδη προτεταμένης· « Παῖε κατ' ἐμοῦ λοιπόν· ἕτοιμος γάρ εἰμι καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀνασωζομένων παθεῖν, καὶ προσφιλές μοι τοῦτο, μὴ ἄλλων ἁμαρτανόντων ἀνθρώπων. Ηλὴν ὅρα, εἰ καλῶς ἔχει σοι, τὴν ἐν τῷ χάσματι καὶ μετὰ τῶν ὄφεων μονὴν ἀνταλλάξασθαι τῆς μετὰ Θεοῦ καὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ φιλανθρώπων ἀγγέλων. »

Narrabat porro Carpus se voluptatem capere solitum, cum inferiora aspiceret, superiora vero negligere: graviter autem ferre et indignari, quod nondum decidissent; atque in hanc rem cum sæpe incubuisset, nec profecisset, et acerbe D tulisse, et male precatum esse; cum vix tandem cœlum aspexisset, vidisse quidem illud rursum, quemadmodum etiam antea viderat; Jesum autem, quem ad misericordiam id quod gerebatur commovisset, manum benignam porrexisse, et angelos qui una auxilium ferrent, viros alium alia ex parte retinuisse, dixisseque Carpo Jesum porrecta adhuc manu: « Feri me jam; paratus sum enim rursum, salutis hominum causa, mortem perpeti: mihique hoc pergratum est, dum alii homines non peccent. Sed vide, num tibi utile sit hanc in hiatu et cum serpentibus mansionem, mansioni cum Deo et benignis hominumque amantibus angelis anteponere.»

Hæc sunt quæ ego audita, vera esse credo
Dionysius itaque in rebus omnibus erat adeo mitis, misericors, et ab ira alienus, ut quo altior evadebat factis, eo se magis modestia demitteret, regula factus omnibus ad veritatem, et lucerna ad deducendum ad id quod est melius. Quocirca nec eam abscondi sub modio sivit is, qui est solus auctor omnium : sed in alto ponit per virtutem : et fama protinus pervadens, canebatur in ore omnium, in omnibus omnes vincere Dionysium. Porro autem omnes ad eum confluebant, non solum populares et forenses, sed qui erant eruditi et insignes : e qui prius laborabant insania, et feris crudelius lacerabant Ecclesiam, ad illum virum venientes, et admirabilem illam et divinam linguam audientes, cordis sui molliebant duritiam, et ad veram et primam lucem accedebant per baptisma ; quo magis erant inflammati ad vitium, eo ferventiorem ostendentes christianismum, et ad summam, nihil tam erat in ore omnium, quam Dionysius. Cum ergo hæc fama sic pervaderet, doctrina autem dilataretur, et fides confirmaretur evidentius, res delata est ad Domitianum, ad sævissimum inquam Domitianum, vel ut magis proprie dicam, Dæmonianum, qui contra Deum locutus fuit iniquitatem in superbia et contemptione, et manum Deo inimicam extulit adversus fidem christianorum. Hic ergo quid machinatur ? vel potius quid docetur a patre suo Satana ? Omnes quidem qui, quæ christiani sentiunt, despicere ; Dionysium autem solum de medio tollere ; hoc sciens, quod si eum solum vicerit, omnibus fuerit superior ; sin minus, omnes fore Domitiano fortiores. Postquam autem hæc mente agitasset, eum excitat ira adversus martyrem, et furoris quærens medicamentum, nullum aliud invenit, præter ejus mortem. Cum itaque omnes, qui ejus imperio parebant, congregasset, eosque assumpsisset qui erant ei amentia similes, mittit ad quærendum martyrem. « Et, si ei quidem, inquit, persuaseritis, ut ad nostram traducatur religionem, hoc est, quod desidero : cumque eum acceperitis vobiscum, revertimini. Sin autem adhuc permanserit in impia religione, eum morte condemnate. »

Illi autem cum hæc audiissent ab imperatore, et furore accenderentur, qui in eis habitabat, et ad res gerendas acres videri vellent ei qui miserat, postquam venerunt in Galliam tanquam feræ quædam irruunt : et cum omnem, quæ circa sita erat, conturbassent regionem, corrumpunt simpliciores, ut docerent ubinam beatus Dionysius versaretur. Postquam autem audierunt eum versari in civitate Parisiorum, necdum rem totam audierant cum illic adsunt. Deinde percontantes de rebus christianorum, inveniunt fidei doctrinam esse dispersam per totam civitatem : de miraculis martyris fiunt certiores, quod omnes scilicet, qui male se haberent, curasset : et ideo incredulorum ad eum confluxisse catervam, et se adjunxisse vero Dei cultui : et quod omnis Germania quæ multis prius gravibus vitiis

A Ταῦτά ἐστιν ἃ ἐγὼ ἀκηκοὼς πιστεύω ἀληθῆ εἶναι.

Οὕτω τὰ πάντα πρᾶος ἦν καὶ συμπαθὴς καὶ ἀόργητος, ὅσῳ τοῖς ἔργοις ὑψοῦτο, τοσούτῳ τῷ φρονήματι ταπεινούμενος· κανὼν τοῖς πᾶσι πρὸς ἀρετήν· λύχνος εἰς ὁδηγίαν τοῦ κρείττονος· Δι' ὃ μηδὲ ὑπὸ τὸν μόδιον ὁ τῶν ἁπάντων αἴτιος μόνος κρύπτεσθαι συνεχώρησεν· ἀλλ' ἐφ' ὑψηλοῦ δι' ἀρετῆς τίθησι· καὶ ἡ φήμη, εὐθέως λαβοῦσα, διὰ πάντων ἤδε στομάτων, ἐν πᾶσι πάντων κρατεῖν Διονύσιον. Καὶ δὴ πρὸς τοῦτον πάντες ἐπέρρεον· οὐ τὸ δημῶδες μόνον καὶ ἀγοραῖον, ἀλλ' ὅσον καὶ τῶν ἐλλογίμων ἦν καὶ ἐπιφανῶν· οἵ τε πρότερον τῇ μανίᾳ κατειλημμένοι, καὶ θηρῶν ὠμότερον τὴν Ἐκκλησίαν σπαράττοντες, ὡς τὸν ἄνδρα γινόμενοι, καὶ τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης καὶ θείας γλώττης ἀκούοντες, τό τε τῶν καρδιῶν σκληρὸν ἐμαλάττοντο, καὶ τῷ ἀληθινῷ καὶ πρώτῳ φωτὶ προσήεσαν B διὰ τοῦ βαπτίσματος· ὅσῳ πλέον τῶν ἄλλων πρὸς κακίαν πρώην ἐφλέγμαινον, τοσούτῳ ζέοντα τὸν Χριστιανισμὸν ἐνδεικνύμενοι· καὶ ὅλως οὐδὲν οὕτως ἀνὰ στόμα τοῖς πᾶσιν, ὅτι μὴ Διονύσιος ἦν. Ὡς οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ ἡ φήμη διέτρεχεν, ἡ διδασκαλία τε ἐπλατύνετο, καὶ ἡ πίστις ἐβεβαιοῦτο τρανότερον, εἰς ἀκοὰς ἦκει τὸ πρᾶγμα Δομετιανῷ, Δομετιανῷ τῷ πάντα δεινῷ· Δαιμονιανῷ δὲ μᾶλλον εἰπεῖν οἰκειότερον, τῷ λαλήσαντι κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν, ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ ἐξουδενώσει, καὶ χεῖρα θεομάχον κατὰ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἄραντι πίστεως. Οὗτος οὖν τί μηχανᾶται, μᾶλλον δὲ τί παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Σατᾶν ἐκπαιδεύεται ; πάντων μὲν τῶν ὅσοι τὰ Χριστιανῶν φρονοῦσιν, ὑπεριδεῖν, Διονύσιον δὲ μόνον ἐλεῖν, εὖ ἰδὼς, ὡς, εἰ τούτου περιγένηται μόνου, πάντων ἔσται C κρατήσας· εἰ δὲ μὴ τούτου, Δομετιανοῦ πάντες στερρότεροι. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐνένοει, ὁ θυμὸς αὐτὸν ἐγείρει κατὰ τοῦ μάρτυρος, καὶ ζητῶν τῆς μανίας ἴαμα, τοῦτο μόνον εὑρίσκει, τὸν αὐτοῦ θάνατον. Ἀμέλει καὶ πάντας τοὺς ὑπὸ χεῖρα συναγαγὼν, τοὺς ἀπηνεστέρους τε καὶ ἐοικότας αὐτῷ τὴν ἀπόνοιαν παραλαβὼν, κατὰ ζήτησιν ἐκπέμπει τοῦ μάρτυρος, καὶ, « Εἰ μὲν τῷ ἡμετέρῳ τοῦτον, φησὶ, μεταθέσθαι σεβάσματι πείσετε, τοῦτ' ἐμοὶ τὸ ποθούμενον, καὶ λαβόντες αὐτὸν μεθ' ἑαυτῶν, ἀναστρέψατε· εἰ δὲ ἔτι τῇ δυσσεβεῖ ἐπιμένων εἴη θρησκείᾳ, θάνατον αὐτοῦ κατακρίνατε. »

Οἱ δὲ, τοῦτο παρὰ τοῦ κρατοῦντος ἀκούσαντες, τῇ τε συνοίκῳ μανίᾳ ὑποτυφόμενοι, καὶ δραστήριοι τῷ πέμψαντι δόξαι φιλοτιμούμενοι, ἐπεὶ τὴν Γαλλίαν κατ' D ἔλαβον, ὥς τινες εἰσπηδῶσι θῆρες· καὶ πᾶσαν διαπαράξαντες τὴν περίχωρον, ὑποφθείρουσι τοὺς εὐκολωτέρους τὰ κατὰ τὸν μακάριον διδάξαι τε κἀι εἰπεῖν Διονύσιον. Ὡς δὲ τοῦτον ἐν Παρισίᾳ τῇ πόλει διατρίβειν ἐπύθοντο, οὔπω τὸ πᾶν ἐπύθοντο, καὶ τῇ πόλει ἐφίστανται. Εἶτα τὰ περὶ τῶν Χριστιανῶν ἐρευνῶσιν, εὑρίσκουσι πανταχῇ τὰ τῆς πίστεως κατεσπαρμένα διδάγματα. Περὶ τῶν τοῦ μάρτυρος τεραστίων μανθάνουσιν, ὡς τοὺς περί τι πονήρως ἔχοντας πάντας ἴάσαιτο. Κἀντεῦθεν τὸ τῶν ἀπίστων αὐτῷ στῖφος ἐπιῤῥεῦσαν τῇ θεοσεβείᾳ συνέθετο· καὶ ὡς ἡ πᾶσα Γερμανία πολλοῖς τὸ πρόσθεν καὶ δεινοῖς δεδουλωμένη πάθεσί τε καὶ πράξεσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰδωλικοῖς

ὑποκειμένη σεβέσμασι, τὸν οἰκεῖον αὐχένα, ταῖς Διονυσίου διδαχαῖς, ἐκεῖθεν ὑπεξελοῦσα, τῷ τοῦ Χριστοῦ ζυγῷ ὑπηγάγετο. Ὡς οὖν εἰς γνῶσιν αὐτοῖς, οὕτω ταῦτα καὶ πολλὰ ἕτερα γεγονέναι ἀφίκετο, τήν τε τοῦ Χριστοῦ ποίμνην αὐξανομένην, καὶ τοὺς ἑαυτῶν θεοὺς παρεωραμένους ἑώρων, τάς τε τελετὰς περιυβρισμένας, καὶ εἰς γόνυ κλίνασαν τὴν ἀσέβειαν, ἐπὶ μᾶλλον ἐκκαίονται, καὶ τὸν τούτων αἴτιον ὅπου καὶ διατρίβων εἴη, πυνθάνονται· καὶ τὸν μακάριον, ἀθρόον ἐπεισπεσόντες, σὺν ἅμα δεσμοῦσι τοῖς μετ' αὐτοῦ, τὴν θείαν ἀνὰ στόμα διδαχὴν ἔτι φέροντα, καὶ προκάθηνται λυσσώδές τι καὶ μανικὸν ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν πνέοντες. Εἴσεισιν οὖν ὁ γεννάδας ἅμα Ῥουστικῷ καὶ Ἐλευθερίῳ, ἀτρόμῳ διανοίᾳ καὶ πεπαῤῥησιασμένῃ ψυχῇ, ὥσπερ εἰς ἑορτὴν, οὐκ εἰς ἀγῶνα καλούμενος. Καὶ δὴ θρασέως οὕτω καὶ αὐστηρῶς, ἵν' ἐκ προοιμίου εὐθὺς καταπλήξωσι, φασὶ πρὸς αὐτόν· « Σὺ εἶ, ὦ κατάρατη κεφαλὴ, ὁ τοὺς ἡμενέρους θεοὺς ἐν μηδενὶ τιθέμενος, καὶ τὴν ἡμῶν ἐκ μέσου ποιῆσαι θρησκείαν φιλονεικῶν ; Ἀπόκριναι οὖν, τὸ γένος, τὴν ἐνεγκαμένην, τὸ ἐπιτήδευμα. » Ὁ δὲ, θαῤῥαλεώτερος μᾶλλον τῷ πρὸς Χριστὸν γενόμενος ἔρωτι· « Ἐγὼ μὲν, ὦ οὗτος, φησὶν, ἵνα τὰ τοῦ γένους τό γε νῦν ἔχον καὶ τὴν πατρίδα παρῶ, Χριστοῦ δοῦλος εἶναι ὁμολογῶ, καὶ μόνῳ τούτῳ τῷ τε ἀνάρχῳ Πατρὶ καὶ τῷ συναϊδίῳ αὐτοῦ λατρεύω Πνεύματι· πέφευγα δὲ καὶ τῆς ὑμῶν πλάνης· τῷ γὰρ ἐμῷ Χριστῷ πέποιθα, καθαιρέτης στερρότατος, ἀλείπτης Χριστιανοῖς πρὸς ἀρετὴν ἑτοιμότατος. Ἡρὸς ταῦτα εἴ τι προστεταγμένον ὑμῖν, πράσσετε. » Καὶ τὴν τοῦ ἁγίου γνόντες οἱ δυσμενεῖς μετὰ συνέσεως ἔνστασιν, τὸν θυμὸν εἰς θωπείαν ἀμείβουσι, καὶ, « Μὴ τὴν σὴν ἔντιμον πολιὰν ἀτιμώσῃς, φασὶ, Διονύσιε, μηδὲ τέλει τὴν φίλην ἑταιρίαν πικρῷ παραδῷς· πείσθητι τὰ χρηστὰ συμβουλεύουσι, καὶ τὸ τοῦ βασιλέως κράτος δι' ἡμῶν ἱκετεῦόν σε δυσωπήθητι· πείσθητι, φίλε χρηστὲ Διονύσιε, τοῖς ἡμετέροις θῦσαι θεοῖς, πείσθητι· καὶ πρῶτος τῶν ὑπὸ τὴν βασιλείαν ἔσῃ μετὰ τῶν σῶν. » Ὁ δὲ, « Πεπλάνησθε, φησὶ, τῆς προτέρας πλάνην οὐ (*) χείρονα, εἰ ἐμὲ συλήσειν ἤ τινα τῶν ἐμῶν ὅλως ᾠήθητε· ἡμᾶς γὰρ, εὖ ἴστε, οὐ τιμαὶ, οὐκ ἀτιμίαι, οὐ θωπεῖαι, οὐ βάσανοι, οὐκ ἄλλο τι τῶν ἁπάντων οὐδὲν χωρίσει Χριστοῦ. »

Ἐντεῦθεν, ἐπεὶ μὴ οἷοί τε πείθειν ἐτύγχανον, τὸ προσωπεῖον καὶ τὴν ὑπόκρισιν ἀποθέμενοι, τῷ τε θυμῷ πλέον ζέσαντες, καὶ τῆς καθέδρας μανικόν τι καὶ παρακεκινημένον ἐξαναστάντες. « Παρ' ὑμῶν, ὦ ἀνόητοι. Διονυσίῳ φασὶ καὶ τοῖς μετὰ αὐτοῦ, τά τε τῶν θεῶν ἀτιμοῦται, καὶ τὰ τοῦ αὐτοκράτορος μυκτηρίζεται, καὶ μαγικαῖς ἐπινοίαις δῆθεν ὡς θαυματουργίαις ὑμεῖς τοὺς ὑπὸ τὴν τδύτων ἀρχὴν ὑποσυλᾶτε καὶ σφετερίζεσθε ; » Οἱ δὲ ἅγιοι, « Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ τιμῶντες ! » μιᾷ πρὸς αὐτοὺς ἔφησαν τῇ φωνῇ· « ἡμεῖς δὲ οὐ μαγικαῖς ἐπινοίαις, ὡς αὐτοί φατε, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ τῇ τοῦ ζωοποιοῦ αὐτοῦ Πνεύματος ἐπικλήσει καὶ ἐνεργείᾳ τυφλοῖς τὸ βλέπειν, νωφοῖς τὸ λαλεῖν, βάσιν τε χωλοῖς, καὶ δαιμο-

A servierat et factis, quinetiam subjecta erat cultui simulacrorum, collum suum ex his subtractum, doctrina Dionysii, subjunxit jugo Christi. Cum ergo hæc, et multa alia facta esse, ad eorum venisset cognitionem, et Christi gregem augeri, et suos deos vidissent habitos despectui, et sua mysteria contemni, et inclinatam esse impietatem, magis accenduntur, et rogant ubinam habitaret, qui eorum erat auctor : et repente in beatum irruentes Dionysium, eum simul ligant cum iis qui cum ipso erant, in ore divinam adhuc habentem doctrinam ; præsident, rabiem et furorem spirantes ad examinationem. Ingreditur ergo vir generosus simul cum Rustico et Eleutherio, mente firma ac stabili et libero animo, perinde ac si vocaretur ad festum, non ad certamen. Arroganter igitur et aspere, ut eum B perterrefacerent statim in principio, ei dicunt : « Tu es, o exsecrandum caput, qui nostros deos nihili facis, et contendis de medio nostram tollere religionem ? Responde ergo, quod sit tuum genus, quæ te tulerit patria, et quod tuum studium. » Ille autem, amore in Christum ei addente animum, et faciente eum confidentiorem : « Ego quidem, inquit, o vos, ut et genus et patriam omittam in præsentia, me Christi servum esse confiteor, et eum solum, et Patrem, qui caret principio, et coæternum ejus colo Spiritum. Aufugi autem a vestro errore, validissimus (in meo enim Christo habeo fiduciam) vestrorum deorum deturbator, christianorumque ad virtutem exhortator promptissimus. Ad hæc facite, si quid est vobis imperatum. » C Videntes autem molevoli, sancti constantiam cum prudentia conjunctam, iram mutant in adulationem, et, « Ne tuam, o Dionysi, dicunt, canitiem affeceris contumelia, neque charos sodales morti acerbæ tradideris ; pare recte consulentibus, et imperatoris potentiam, per nos te rogantem, revereri persuadearis, o chare et bone Dionysi; diis nostris sacrificare persuadearis et eris cum tuis primus eorum qui sunt sub imperio. » Ille autem : « Vester, inquit, hic error est pejor priore, si putetis fore, ut me, aut meorum aliquem seducatis. Hoc enim sciatis, quod nos non honores, non contumeliæ, non blanditiæ, non tormenta, neque aliquid aliud omnino separabit a Christo. »

Deinceps ergo cum non possent persuadere, deposita persona et simulatione, cum ira magis efferD buissent, et e cathedra furiose, et mente quodammodo emota surrexissent : « A vobis, o amentes, Dionysio dicunt, et iis qui cum ipso erant, dii contemnuntur, et imperator irridetur : et artibus magicis, perinde ac miraculis, eos, qui ejus parent imperio, ab eo abducitis, et ad vestras partes traducitis? » Sancti autem, « Similes eis fiant, qui ipsos colunt, » eis una voce dixerunt; « nos autem non magicis artibus, ut dicitis, sed Dei nostri et vivifici ejus Spiritus invocatione et operatione, cæcis visum, mutis sermonem, claudis ingressum, et dæmoniacis præbemus curationem. Quorum ne sibi

(*) Aut legendum χείρονα sine οὐ, cum interprete, aut scribendum οὐ κρείττονα. EDIT. PATR.

quidem possunt vestri dii quidquam præbere, ut qui sint ligna et lapides. *Os enim habent, et non loquuntur : oculos, et non vident : aures, et non audiunt* [k]. Unum hoc solum vobis efficiunt : accendunt ignem, qui nunquam desinet. » Adversus hæc cum non possent tyranni contradicere, torve et insane eos aspicientes, strictis gladiis se parant ad cædem ; et cum, tanquam signo dato, eos eduxissent extra civitatem, vinctos ducunt ad quoddam cacumen, et tradunt lictoribus, ut eos interficiant. Interea autem petunt sancti tempus precandi, flectunt genua. Tum sacrosanctus Christi martyr Dionysius, sublatis in cœlum oculis : « Domine Deus omnipotens, Fili, inquit, unigenite, et sancte Spiritus, sancta Trinitas principio carens, et in quam non cadit divisio, suscipe servorum tuorum in pace animas, quoniam propter te morte afficimur. » Et cum sancti, « Amen, » acclamassent, conversus ad lictores : « Facite, inquit, quod fuit vobis imperatum. » Illi autem primum quidem beati Dionysii, deinde Rustici et Eleutherii caput amputant. Sed nec in hoc quidem (o Dionysi) is, qui propter te passus est, fuit oblitus ejus qui propter ipsum moritur ; sed miraculum etiam ostendit in amputatione. Etenim cum suum caput tanquam aliquod præmium martyr suis accepisset manibus, transit ad remotiorem locum. Ferebat ergo ipse caput in manibus, tanquam aliquod trophæum, a divina omnino portatus gratia, neque prius dimisit, quam mulieri divina quadam omnino occurrens providentia, in illius manibus deposuit, veluti quemdam thesaurum. Jacebant autem neglecta sanctorum martyrum venerenda corpora, feris et avibus ad edendum exposita, et nec justa quidem sepulturæ consecuta.

Lictores autem ne hactenus quidem irasci desierunt, sed etiam in ipsas furunt reliquias, statuentes eas in maris profundum projicere, ne vel inanimatæ efficerent miracula, et ideo attraherent multos ad agnitionem. Quod etiam, ut eis visum erat, factum esset, nisi hoc malum consilium ad effectum deduci Deus prohibuisset. Nam cum sensisset eorum consilia, ea quæ pretiosum martyris caput acceperat (mulieri nomen erat Catula), mentem suam communicabat fidelibus, ut Deo gratam et acceptam. Et cum splendidam et lautam apparasset mensam, lictores accepit convivio. Interim vero, dum ii convivium inibant apud mulierem, quidam ex fidelibus accipiunt martyrum reliquias, et eas abscondunt. Deinde, finito convivio, cum eam rem deprehendissent lictores, ira valde erant perciti ; sed fervorem iræ sedarunt munera, et vehementem furorem dissolvit mulier pecunia. Cum illi autem recessissent, in quadam domo deponit Catula martyrum reliquias tertio mensis Octobris, miraculis affatim profluentibus, perinde ac aliquo fonte pulchre et suaviter manante. Non multum temporis interces-

[k] Psal. CXIII, 5, 6.

A νῶσι προσέχομεν ἴασιν· ὧν οὐδὲ ἑαυτοῖς οὐδὲν οἱ ὑμέτεροι θεοὶ, ἅτε ξύλα καὶ λίθοι, δοῦναι δεδύνηνται· Στόμα γὰρ ἔχουσι, καὶ οὐ λαλοῦσιν· ὀφθαλμοὺς, καὶ οὐ βλέπουσιν· ὦτα, καὶ οὐκ ἀκούουσιν. Ἓν τοῦτο μόνον ὑμῖν ἐνεργοῦσι, τὸ ἀτελεύτητον πῦρ ἀναφλέγουσιν. » Τούτοις ἀντειπεῖν οὐ δυνηθέντες οἱ τύραννοι, δριμύ τι καὶ παράφορον εἰς αὐτοὺς ὑπιδόντες, καὶ τὰ ξίφη σπασάμενοι, πρὸς τὸν φόνον ὁπλίζονται· καὶ δὴ ὡς ἀπὸ σημείου τούτους ἐξαγαγόντες τῆς πόλεως, ἐπί τινα κορυφὴν δεσμώτας ἀνάγουσι, καὶ τοῖς δημίοις τὰ πρὸς σφαγὴν ἐγχειρίζουσι. Μεταξὺ δὲ καιρὸν οἱ ἅγιοι αἰτοῦσι προσευχῆς, καὶ γόνυ κλίνουσιν. Ἐν τοσούτῳ δὲ ὁ ἱερομάρτυς τοῦ Χριστοῦ Διονύσιος, τὸ ἄμμα εἰς οὐρανοὺς ἀνατείνας· « Δέσποτα Θεὲ παντόκρατορ. Υἱὲ, φησὶ, μονογενὲς, B καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριὰς ἁγία ἄναρχε καὶ ἀμέριστε, πρόσδεξαι τὰς τῶν σῶν δούλων ἐν εἰρήνῃ ψυχὰς, ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα. » Καὶ τῶν ἁγίων τὸ « Ἀμὴν » ἐπιφωνησάντων, πρὸς τοὺς δημίους ἐπιστραφεὶς, « Τὸ κελευσθὲν ὑμῖν ἐκτελεῖτε, » φησίν. Οἱ δὲ πρῶτα μὲν τὴν τοῦ μακαρίου Διονυσίου, εἶτα Ῥουστικοῦ καὶ Ἐλευθερίου ἐκτέμνουσι κεφαλήν. Ἀλλ' οὐδὲ τούτῳ σοῦ, Διονύσιε, ὁ διὰ σὲ παθὼν τοῦ δι' αὐτὸν θνήσκοντος ἐπιλέλησται· ἀλλά τι καὶ περὶ τὴν ἐκτομὴν τεράστιον ἐπιδείκνυται. Καὶ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, ὥσπερ τι βραβεῖον, ἐν ταῖν χεροῖν ὁ μάρτυς δεξάμενος, ἐφ' ἱκανὸν τόπον δίεισιν. Ἔφερεν οὖν τὴν κεφαλὴν, καθάπερ τι τρόπαιον, ἐπὶ τῶν χειρῶν αὐτὸς, ὑπὸ θείας πάντως φερόμενος χάριτος, καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκε, πρὶν ὅτε δὴ γυναικὶ κατὰ θείαν πάντως συνενεχθεὶς πρόνοιαν ἐκείνης παλάμαις, οἷά τινα θησαυρὸν, ἐναπέθετο. Ἔκειντο δὲ C ἀμελούμενα τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων τίμια σώματα θηρσὶ βορὰ καὶ ὀρνέοις προκείμενα, μηδὲ τῆς νενομισμένης λαχόντα ταφῆς.

Οἱ μέντοι δήμιοι οὐδὲ μέχρι τούτου τῆς ἀργῆς ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ τοῖς λειψάνοις αὐτοῖς ἐπιμαίνονται, θαλάσσῃ δοῦναι καὶ βυθῷ προθυμούμενοι, ὡς ἂν μὴ τὰς αὐτὰς καὶ ἄψυχα ὄντα, θαυματουργίας ἐνδείξαιντο, κἀντεῦθεν ἕλξωσι τοὺς πολλοὺς πρὸς ἐπίγνωσιν. Ὃ δὴ, ὡς αὐτοῖς ἔδοξε, γέγονεν ἄν, εἰ μὴ τῇ πονηρᾷ ταύτῃ πέρας ἐπενεχθῆναι βουλῇ διεκώλυσεν ὁ Θεός. Αἰσθομένη γὰρ τοῦ βουλεύματος ἡ τὴν τιμίαν τῷ Θεῷ κεφαλὴν δεξαμένη (ὄνομα Κατούλα τῇ γυναικί) κοινοῦταί τινα τοῖς πιστοῖς γνώμην ὡς ἀρεστὴν τῷ Θεῷ καὶ ἀπόδεκτον· καὶ πολυτελῆ παραθεμένη τὴν τράπεζαν, εἰς εὐωχίαν τοὺς D δημίους παρέλαβεν. Ἐν δσῳ δὲ οὗτοι εἰστιῶντο παρὰ τῇ γυναικὶ, τῶν πιστῶν τινες τὰ τίμια τῶν μαρτύρων ὑπολαμβάνουσι λείψανα καὶ ἐν τῷ ἀφανεῖ κατατίθενται. Εἶτα, τῆς εὐωχίας διαλυθείσης, τοῖς δημίοις τὸ πρᾶγμα φωράσασιν ἐπὶ μέγα καὶ πάλιν ἀνεκινεῖτο τὰ τοῦ θυμοῦ καὶ διεθερμαίνετο· ἀλλὰ τὸ τῆς ὀργῆς ζέον τὰ δῶρα κατέψυξε, καὶ τὸ πολὺ τοῦ θυμοῦ χρήμασιν ἡ γυνὴ παρελύει. Κἀκείνων ἀπαλλαγέντων, ἔν τινι τὰ τῶν μαρτύρων λείψανα ἡ μακαρία Κατούλα δομήματι κατατίθησι, τρίτην τοῦ

ὀκτωβαίου μηνὸς ἄγοντος. Τῶν δὲ θυμάτων οἷά τινος πηγῆς ὁμοῦ ναούσης καὶ ῥᾴδιστον, ἀφθόνως προχεομένων, οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ συνελθόντες Χριστιανοὶ ναὸν τοῖς καλλινίκοις ἀνεγείρουσι, καὶ τὰ τίμια τούτων ἐν αὐτῷ ἀποτιθέασι λείψανα· εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. A sit, et convenientes christiani templum gloriosis excitant victoribus, et in ipso eorum pretiosas deponunt reliquias: ad gloriam Dei Patris, et Domini nostri Jesu Christi: quem decet honor et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

VITA S. ANDROCINI
ET EJUS CONJUGIS.

(Apud Surium ad diem 27 Februarii; Græce non exstat in mss. Paris.; socii Bollandiani Vitam S. Andronici Græce et Latine exhibent ex Menæis ad diem 9 Octobris)

I. In diebus Theodosii Magni imperatoris, erat in magna urbe Antiochia juvenis quidam argentarius, nomine Andronicus. Accepit autem uxorem filiam argentarii, nomine Joannis. Erat vero ejus nomen Athanasia. Erat enim revera Athanasia, id est, immortalis, et factis, et cogitatione. Erat autem Andronicus valde pius, et plenus bonis operibus. Similiter vero ejus quoque uxor: erant autem valde divites. Sic vero vitam suam agebant argentariam, et facultates suas diviserunt in tres partes: unam quidem in rationem pauperum, et aliam in rationem monachorum, et aliam in rationem facultatum et officinæ. Universa autem civitas amabat dominum Andronicum propter ejus modestiam.

II. Cognovit autem suam uxorem; et cum concepisset, peperit filium, et nominaverunt eum Joannem. Cum vero adhuc in utero concepisset, peperit filiam, et nominavit eam Mariam, neque amplius appropinquavit uxori Andronicus. Conferebat autem suum studium ad diligenter et lubenter laborandum, cum aliis Christi amantibus argentariis. Dominico et die secundo et quarto et in Parasceve, a vespera usque ad matutinum ibat Andronicus ad lavandos viros suos fratres. Similiter autem ejus quoque uxor ad lavandas diligenter mulieres. Post tempus vero duodecim annorum, ingressa est quodam die mane domina Athanasia a voluntario illo labore ad videndos suos filios, et invenit eos suspirantes. Illa autem conturbata ascendit in lectum suum, et posuit ambos supra pectus suum. Beatus vero Andronicus ingressus, cœpit clamare in uxorem suam, quod multum dormiret. Illa autem dixit: Noli irasci, domine mi, pueri enim sunt infirma valetudine: et cum tetigisset, invenit eos teneri a febre, et dicit suspirans: Fiat voluntas Dei: et ivit extra civitatem, ad precandum sanctum Julianum. Illic enim jacebant ejus parentes. Fuit autem illic usque ad horam sextam: et reversus, audit ejulatum et tumultum, qui fiebat domi suæ. Ille vero conturbatus cucurrit, et invenit omnem fere civitatem domi suæ et pueros mortuos.

III. Cumque vidisset infantes in lecto simul jacentes, ingressus in suum oratorium, se projecit ante Servatorem, et flens dixit[1]: « Ipse egressus sum nudus ex utero matris meæ, nudus quoque illuc revertar. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino visum est, ita fiat. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in sæculum. » Uxor autem ejus quærebat se suffocare, dicens: Moriar cum meis filiis. Convenit vero universa civitas ad efferendos pueros, adeo ut illic esset patriarcha cum toto clero suo. Eos vero deposuerunt in martyrio sancti Juliani supra avos suos. Accipiens autem beatum Andronicum episcopus ingressus est in ædes ejus. Illius autem uxor noluit abire in domum suam, sed dormiit in martyrio. Media vero nocte apparet ei martyr in habitu monachi, dicens ei: Cur non sinis eos, qui hic sunt, requiescere? Illa autem dixit: Domine mi, ne mihi irascaris, nam sum valde afflicta. Habebam autem duos solos filios, et hodie ambos simul extuli. Ille vero dicit: Quot annos nati erant tui pueri? Illa vero dicit ei: Unus erat duodecim annos natus, alter vero decem. Ille autem dicit ei: Cur igitur illos defles? Utinam defleres peccata tua. Dico enim tibi, mulier, quod quomodo natura hominis exigit cibum, et fieri non potest, ut non detur ad comedendum, ita etiam pueri in illo die poscunt a Christo bona futura, dicentes: Juste Judex, privasti nos rebus terrenis, ne nos etiam prives cœlestibus. Illa autem cum audivisset, est compuncta, et mutavit luctum in gaudium, dicens: Si ergo vivunt filii mei in cœlo, quid fleo? et conversa, quæsiit abbatem qui ei fuerat locutus, et cum totum locum oblisset, non invenit. Et sciscita-

[1] Job I, 21.

tur a janitore, dicens : Ubi est abbas, qui est modo huc ingressus ? Dicit ei janitor : Vides omnes januas obseratas, et dicis : Ubi est abbas qui modo est huc ingressus ? Eam autem erudiit paramonarius, ut qui scivisset eam vidisse visionem. Illa vero, metu correpta, rogavit ut abiret in domum suam. Eam vero accepit janitor, et introduxit in domum suam, et narravit marito suo ea quæ viderat.

IV. Tunc dicit ei beata Athanasia : Revera, domine, etiam viventibus filiis volui dicere, et erubui. Ecce ergo etiam post mortem eorum dico tibi. Si me audias, conjicies me in monasterium, et deflebo peccata mea. Et dicit ei : Abi, proba tuam cogitationem una hebdomada, et si permanseris in hoc proposito, loquemur. Illa autem cum rursus venisset, idem dixit. Beatus vero Andronicus accersit socerum suum, et ei tradit omnes suas facultates, dicens : Ad sancta loca proficiscimur ad orandum. Si quid ergo nobis acciderit humanitus, habebis has facultates, ut de eis facias quod tibi videbitur. Rogo ergo te, ut recte agas cum tua anima, et ex iis, quæ hic sunt, fac nosocomium et xenodochium monachorum : et manu missis servis suis, dedit eis legata, et accepta parva benedictione et duobus equis, exiit noctu ex civitate, ipse et uxor ejus soli. Beata autem Athanasia eminus vidit domum suam, et sursum aspiciens in cœlum dixit : Deus, qui dixisti Abrahæ et Saræ [1] : « Egredere e terra tua, et e cognatione tua : et veni in terram, quam ostendam tibi ; » ipse nunc quoque deduc nos in timorem tuum. Ecce enim relinquimus domum nostram apertam propter nomen tuum : ne ante nos claudas ostium regni tui ; et flentes ambo abierunt ; et cum ad sancta loca pervenissent, adorarunt : et cum multos Patres convenissent, veniunt ad sanctum Menam Alexandriæ, et fruuntur martyre.

V. Circa horam autem nonam aspicit Andronicus, et videt monachum contendentem cum laico et ei dicentem : Cur abbatem injuria afficis ? Is vero ei dicebat : Domine, locavi bestiam meam ad Scetem. Ego vero ei dico : Eamus jam, ut totam noctem ambulemus ; et cras usque ad sextam, ut perveniamus ante æstum diei : et non vult ut jam eamus. Dicit ei dominus Andronicus : Habesne aliquod aliud animal ? Is vero dicit : Maxime. Dixit autem ipsi : Vade, duc illud ad me, et veni, et accipiam ego unum animal, et abbas unum, quoniam ego quoque volo ire ad Scetem. Andronicus vero dicit uxori suæ. Mane hic apud sanctum Menam, donec descendam in Scetem, et accipiam benedictionem a Patribus, et revertar. Dicit ei uxor ejus : Accipe me tecum. Ille vero dicit ei : Mulier non ingreditur in Scetem. Illa autem dicit ei cum fletu : Habebis me apud sanctum Menam, si remanseris, et me non collocaris in monasterio. Cumque se invicem salutassent et complexi fuissent, fuerunt separati. Ipse autem descendit ad Scetem : et cum adorasset sanctos Patres in Laura, audivit de abbate Daniele ; et cum eo accessisset, non sine magna difficultate eum potuit convenire : seni vero omnia exposuit. Dicit autem ei senex : Abi, et adduc uxorem tuam, et faciam tibi litteras, et depones eam in Thebaide in monasterio Tabennesiotarum. Andronicus autem fecit, sicut dixerat ei senex, et absens, duxit eam ad senem. Qui locutus est eis verbum salutis : et factis litteris, misit eos ad monasterium Tabennesiotarum. Reverso vero Andronico, dedit senex habitum, et docuit quæ ad statum pertinent monasticum, et mansit apud eum annos duodecim.

VI. Post duodecim autem annos rogavit senem, ut se dimitteret ad sancta loca. Ille vero bene precatus eum dimisit. Abbas autem Andronicus iter faciens per Ægyptum, sedit sub spina, ut animam recrearet ab æstu. Ecce autem ex Dei dispensatione veniens in habitu virili ejus uxor, quæ ipsa quoque ibat ad sancta loca. Cumque se invicem salutassent, cognovit columba conjugem. Ipse vero quomodo potuisset cognoscere talem, quæ emarcuerat, pulchritudinem, et quæ videbatur ut Æthiops ? Dicit ergo ei : Quo vadis, domine abba ? Ille vero dicit ei : Ad sancta loca. Ipsa autem dicit ei : Ego quoque volo illuc ire. Ipsa ergo rursus dicit ei : Si velis, eamus ambo simul. Sed tanquam non simul simus, ingrediamur silentio. Dicit Andronicus : Ut jubes. Deinde ipsa dicit ei : Non es revera discipulus abbatis Danielis ? Ipse vero dicit ei : Maxime. Dicit ipsa : Preces senis nos comitabuntur. Dicit Andronicus : Amen. Cum autem simul ingressi essent, et adorassent sancta loca, reversi sunt Alexandriam. Dicit abbas Athanasius abbati Andronico : Vis maneamus simul in cella ? Dicit Andronicus : Certe, ut jubes. Volo autem primum ire, et accipere preces senis. Dicit ei abbas Athanasius : Vade, et exspectabo te apud Octavum decimum : et si venias, sicut iter fecimus, manebimus silentio. Nam si te non ferat, ne veneris. Ego enim te exspectabo apud Decimum octavum. Ille autem profectus, salutavit senem, et de eo ipsi renuntiavit. Senex vero dicit ei : Vade, et dilige silentium, et mane cum fratre, est enim monachus, ut esse oportet. Eo autem reverso, cum invenisset abbatem Athanasium, manserunt simul, timore Dei muniti, alios duodecim annos : et non cognovit abbas Andronicus eam esse suam conjugem.

VII. Sæpe ergo ascendebat senex ad eos visitandos, ea illis disserens, quæ pertinebant ad utilitatem. Semel autem cum ascendisset senex, et eos valere jussisset, antequam iret ad sanctum Menam, venit ad eum abbas Andronicus, et dicit ei : Abbas Athanasius vadit ad Dominum. Reversus vero

[1] Gen. XII, 1.

senex, invenit eum magnis compressum angustiis, et cœpit flere abbas Athanasius : et dicit ei senex : Cum te oporteret gaudere, quod migras ad Dominum, lacrymaris ? Dicit ei abbas Athanasius : Non ploro, nisi propter abbatem Andronicum. Sed fac hanc charitatem, postquam me sepelieris. Inveniens schedulam sitam ad caput meum, lege eam, et da ipsi abbati Andronico. Cumque ipsi preces dixissent, communicavit et dormiit in Domino. Venerunt autem ad ei faciendas exsequias : et ecce inventa fuit sexu mulier, et auditum fuit in tota laura. Et mittens senex, excivit universam Scetem et interiorem solitudinem : et venerunt omnes lauræ Alexandriæ, et convenit universa civitas, et monachi Scetæ, ferentes legumina ; ita enim mos est in Scete. Cum ramis ergo et palmis extulerunt venerandas reliquias Athanasiæ, Deum glorificantes, qui tantam tolerantiam præbuit mulieri. Exspectavit autem senex septimum diem beatæ Athanasiæ. Postea vero voluit senex accipere secum abbatem Andronicum, sed non id sustinuit, dicens : Moriar cum mea domina. Cumque eum rursus jussisset valere senex, priusquam ipse iret ad sanctum Menam, venit ad eum frater, dicens : Laborat abbas Andronicus, et est redactus ad angustias. Senex vero rursus misit in Scetem, dicens : Adeste huc venientes, abbas enim Andronicus sequitur abbatem Athanasium. Illi autem cum audivissent, accesserunt et invenerunt eum A vivenlem. A quo cum accepissent benedictionem, dormiit in Domino.

VIII. Exortum est ergo bellum inter Patres Decimi octavi, et Monachos Scetiotas, dicentes : Noster est frater, et eum habebimus in Scete, ut nobis opem ferant ejus preces. Patres autem Octavi decimi, dicebant : Ponemus eum cum sua sorore. Vehementer igitur instabant Scetiotæ et dicit archimandrita Octavi decimi : Si quid senex dixerit, faciamus. Abbas vero Daniel dicebat eum oportere illic sepeliri. Illi autem non audiebant eum, dicentes : Est senex, et non timet amplius bellum corporis. Nos autem sumus juniores, et volumus fratrem, ut nobis opem ferant ejus preces. Sufficit enim vobis, quod reliquimus vobis abbatem Athanasium. Cum vero vidisset senex esse B magnam perturbationem, dicit fratribus suis : Si me non audiatis, ego quoque hic manebo, et sepeliar cum meo filio, et tunc quieverunt, et extulerunt fratrem Andronicum. Dicunt ergo seni : Eamus in Scetem. Dicit eis senex : Sinite ut faciam septimum diem fratris, et non siverunt eum manere. Ita confidit abbas Daniel suo discipulo. Oremus nos quoque ut veniamus ad mensuram abbatis Andronici, precibus omnium sanctorum Christi : cui gloria et potentia simul cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΕΥΛΑΜΠΙΟΥ ΚΑΙ ΕΥΛΑΜΠΙΑΣ.

—

MARTYRIUM

SS. MARTYRUM

EULAMPII ET EULAMPIÆ.

(Latine apud Surium ad diem 10 Octobris, Græce ex cod. ms. Paris, n. 1480)

—

Α'. Ἄρτι τῆς θεογνωσίας εἰς πάντα κόσμον διατρεχούσης, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου Θεοῦ ἡμῶν τοὺς ἑαυτοῦ μάρτυρας ἐπιβρωνύντος καὶ ἐπαλείφοντος, τοῦ δὲ πονηροῦ καὶ μισοκάλου δαίμονος τοὺς οἰκείους θεράποντας πρὸς τὴν ἀσέβειαν ἐρεθίζοντος, νεανίας τις τὸ γένος περιφανὴς, τὴν ὄψιν περικαλλὴς, εὐπατρίδης τε γνω- C

I. Jam Dei cognitione totum orbem pervadente, et Salvatore quidem Christo Jesu, qui solus est Deus noster, suos martyres confirmante ac corroborante : maligno autem et bonis infesto dæmone suos ad impietatem incitante famulos : adolescens quidam, Eulampius dictus, genere insignis, eleganti specie, et qui bona ac clara noscebatur esse natus

patria, nempe Nicomedia, et erat ornatus operibus pietatis, cum nollet habitare in tabernaculis peccatorum, et divinum Christi nomen videre tam impudenter irrideri ac subsannari non ferendum esse censeret, relicta urbis habitatione, amplectitur solitudinem. Et cum vitæ abstinentia, et secessu internum hominem expurgasset, zelo sicut magnus Elias refertam omnino haberet animam, relicta pariter solitudine, descendit ad habitandum in civitate.

VII. Secundus post eum Probus sistitur ante judicem, ridiculos quidem illius deos ludificans ex iis quæ Græci de ipsis fabulantur, imperatores autem, ut qui ex æquo nefaria simul facerent et juberent. Verberatus vero ipse quoque in os, et hoc tormento veluti exsultans et exsiliens, condemnatur stare super ferrum candens. Cum autem hoc tormentum videretur potius lætitia quam molestia afficere martyrem, jubet judex ferrum magis candefieri, et super id quam primum imponi athletam, et ex negligentia ministrorum, non ex divino auxilio, existimans esse martyris fortitudinem. Illud autem frigidum vocabat athleta, et judicis inventa tanquam stulti irridebat. At in dorso plagas is qui irridebatur, contra furiose imponit, jubetque ei tonderi comam, et carbones ignis immitti in tempora, et linguam extrahi ut amputaretur. Martyr autem, cum prius judici dixisset: Est mihi lingua, quæ non potest exscindi, et alioqui immortalis, quam audit Deus, qui etiam se vocem sanguinis dixit audire clamantem eam protinus porrexit. Quam cum ille secari fecisset, eum transmisit in carcerem.

Η'. Ἐπὶ δὲ τὸν θεσπέσιον Ἀνδρόνικον μεταβὰς καὶ τῇ πείρᾳ πεισθεὶς, ὡς πᾶν εἶδος βασάνου αὐτῷ ἄπρακτόν ἐστι καὶ ἀνήνυτον, ἐπὶ τὴν ἀπάτην ἐτράπη, καὶ δὴ πρὸς αὐτὸν ἔφη. Πρᾶξόν τι συνετὸν, καὶ θῦσον πρίν τι τῶν ἀνηκέστων παθεῖν. Τί γὰρ καὶ οἱ σοὶ ἑταῖροι τῆς ἐνστάσεως αὐτῶν ἀπώναντο τῆς ματαίας, ὀψὲ καὶ μόγις μετὰ τὰς πολλὰς βασάνους, ὅπερ ἦν συμφέρον μεταμαθόντες, καὶ τοὺς θεοὺς θεραπεύσαντες; Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς πρὸς ταῦτα, Εἰ μὲν ἐμὲ, φησὶ, ἔπεισας, κακείνους πεπεῖσθα, πιστεύω. Εἰ δὲ ἄπειθὴς ἐγὼ (μὴ γὰρ ἄν ποτε ἐκστείην ἐμαυτοῦ, μηδὲ οὕτω μανείην), τὴν ἐμὴν γνώμην ἔχω τῆς ἐκείνων εὐσταθείας ἐνέχυρον. Εἷς γὰρ ἐν πᾶσιν ὁ εὐσεβὴς λογισμὸς, ἐπεὶ καὶ πάντες ἓν ἐσμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Πρὸς ταῦτα πάλιν ὁ βοώσης ἀκούειν εἰπών· ταύτην ἐκτεμὼν ἐκεῖνος, τῷ

VIII. Cum vero ad divinum transiisset Andronicum, et experientia persuasum habuisset, quod omne genus tormenti esset apud eum inefficax, conversus est ad deceptionem, et ei dixit: Gere te hac in re sapienter, et sacrifica, priusquam gravissimum, et cui nullum erit remedium, quippiam patiaris. Quid enim commodi acceperunt amici tui ex vana sua constantia, qui tandem post multa tormenta conversi didicerunt quod sibi expediebat, et deos coluerunt? Ad hæc autem Christi martyr: Si mihi quidem, inquit, persuasisti, illos quoque credo fuisse persuasos. Sin autem ego non sum persuasus (absit enim ut ego unquam ita a me discedam et adeo insaniam!) habeo meam sententiam pignus illorum constantiæ. Una est enim in

omnibus pia cogitatio, quoniam omnes quoque unum sumus in Christo Jesu. His tyrannus rursus ira percitus, minatus est se eum in intolerabilia conjecturum tormenta. Et statim duris simul nervis vehementer est flagellatus, et perpetua plaga factus per totum corpus, tunc ridens, dixit athleta: Falsa fuerunt, o judex, ea quæ es minatus, cum non potueris aliquid novi excogitare ad superandum potens, sed rursus circa paria verseris supplicia. Existimans itaque judex se sanctum majori dolore affecturum, jubet plurimum muriæ effundi in plagas illius. Ei autem dicit martyr: Etiamsi acrem salem jubes meis plagis inspergi malo animo, scias tamen te non ideo acriorem mihi inferre dolorem, sed reddere meum corpus alienum a putredine. Nam ipse quoque vides quod, cum sim totus vulneratus a prioribus plagis, alius nunc appareo, ne minimam quidem notam in me ferens, Christi mei virtute mutatus admirabiliter.

IX. His verbis, veluti quodam stimulo, punctus judex, sæviebat in ministros, nec poterat contineri. Existimabat enim medicos, latenter ingressos, curam gessisse martyrum. Ipsis autem sua capita amputanda porrigentibus, si quid tale factum fuerit deprehensum, illorum defensionem arbitratus sui accusationem, judex gravius angebatur, non ferens videre vim veritatis, cui ipsi inimici ferebant testimonium. Quamobrem in minas desinens (quod solum quid agant nescientibus relinquitur confugium), jubet eum conjici in carcerem, reliquum certamen reservans in diem sequentem. Quænam ergo sunt deinceps consecuta? Congregatur rursus aliud theatrum hominibus frequentissimum, et tertio sedens judex in excelso tribunali, duxit martyres ad tormenta, veluti in orbem choream circumagentes. Et cum nullam prius prætermisisset aut illiberalem assentationem, aut obscuram calliditatem, neque proficeret, egressus est ad modum belluinum, et ejus plane qui cædem spirat; et singulis tormentis, tanquam quædam fera agrestis, sanctorum carnes mandidit; ut qui Tarachi quidem capitis pellem excoriaverit, et id ardentibus carbonibus conspserit, et aures novacula exsecuerit, et labra mutilaverit: Probo autem oculos effoderit, et vinum aræ cruore permistum, ori ejus infuderit, et involuntaria hac participatione hoc maxime tyrannicum invenerit supplicium. Cum autem carnes exsecrandis pollutas sacrificiis in os tertii injecisset, et vinum inquinatorum libaminum admittere coegisset, postremo oculos ei jubet effodi. Cum omnium autem similiter mamillas, latera, tibias et digitorum intermedia candentibus verubus transfixisset et ad ossa usque combussisset, vidisset autem omnia convicta, et periisse machinas suppliciorum, Probo et Andronico carnium in ara sacrificatarum, et profanorum libaminum gustum miser irridens exprobrabat.

X. Tunc Andronicus valde ridens illius amentiam, respondit pro se Proboque: Post multa tua

A τύραννος, ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἐκμανεὶς, καιναῖς τισιν ἐμβαλεῖν βασάνοις αὐτὸν ἠπείλει. Καὶ ἅμα νεύροις ἀπεσκληκόσιν ἐπὶ πολὺ σφοδρῶς μαστιζόμενος, καὶ ὁλοσώματος πληγὴ γεγονὼς, γελάσας εἶπεν ὁ ἀθλητής· Ἐψεύσω τὰς σὰς ἀπειλὰς, ὦ δικαστὰ, καινότερον ἐπινοῆσαί τι μὴ δυνηθεὶς, ἀλλὰ περὶ τὰ αὐτὰ πάλιν καὶ ἴσα περιχωρεῖς κολαστήρια. Νομίσας οὖν ὁ δικάζων πλείονι περιβαλεῖν ὀδύνῃ τὸν ἅγιον, καὶ ἅλμην πολλοῦ κράματος γενομένου, τῶν πληγῶν ἐκείνου καταχεθῆναι καλεύει. Ὁ δὲ μάρτυς φησὶ πρὸς αὐτόν. Ὡς εἰ καὶ τοὺς δριμεῖς ἅλας ταῖς πληγαῖς ἐπιπάττεσθαί μου κελεύεις πονερᾷ γνώμῃ, ἀλλ' ἴσθι μὴ δριμύττειν μᾶλλον οὕσω ποιῶν, ἀλλὰ τὸ ἄσηπτόν μου τῷ σώματι προξενῶν· ὁρᾷς γὰρ καὶ αὐτὸς ὡς ὅλος ὢν τραυματίας ἐκ τῶν προτέρων

B πληγῶν, ἄλλος φαίνομαι νῦν, οὐδὲ βραχὺ τι στίγμα φέρων ἐν ἐμαυτῷ, τῇ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ δυνάμει παραδόξως μεταβληθείς.

Θ'. Τούτοις τοῖς ῥήμασιν οἱονεὶ κέντρῳ πληγεὶς ὁ δικάζων, χαλεπὸς ἦν κατὰ τῶν ὑπηρετουμένων, καὶ ἥκιστα καθεκτός. Ἐνόμισε γὰρ ἰατρῶν παῖδας λεληθότως ὑπεισελθόντας ἐπιμελείας ἀξιῶσαι τοὺς μάρτυρας, αὐτῶν δὲ τὰς κεφαλὰς τῇ τομῇ προτεινόντων, εἴ τι τοιοῦτον γενόμενον φωραθείη, τὴν ἐκείνων ἀπολογίαν, κατηγορίαν ἑαυτοῦ νομίσας ὁ δικαστὴς, δεινῶς ἠνιᾶτο, τὴν ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρουμένην οὐ φέρων ὁρᾷν. Ὅθεν εἰς ἀπειλὰς καταλήξας (τὴν ὑπολελειμμένην μόνην τοῖς ἀπορουσι βοήθειαν), τῷ δεσμωτηρίῳ κελεύει καὶ τοῦτον ἐγκαθειρχθῆναι, τῇ ὑστεραίᾳ τὰ

C λοιπὰ τοῦ ἀγῶνος ταμιευόμενος. Τίνα οὖν τὰ ἐντεῦθεν; Θέατρον αὖθις ἄλλο συνίσταται πολυάνθρωπον καὶ τρίτον προκαθεσθεὶς ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ βήματος ὁ δικάζων, ἦγε τοὺς μάρτυρας ἐπὶ τὰς αὐτὰς βασάνους, καθάπερ ἐν κύκλῳ χορείαν ἐλίττοντας. Καὶ μηδὲν παραλιπὼν τῶν ὅσα θωπείας ἦν ἀγεννοῦς. ἢ πανουργίας ἀσυμφανοῦς, πρὸς θηριώδη τρόπον ἐξέβη καὶ φονικόν· καὶ ταῖς κατὰ μέρος βασάνοις οἱονεί τις θὴρ ἄγριος τὰς τῶν ἁγίων σάρκας κατεμασήσατο, τοῦ Ταράχου μὲν τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς ἀποδείρας, καὶ ἀνθρακιὰν αὐτῇ καιομένην ἐπιπασάμενος, ξυρῷ τε τὰ ὦτα περιελὼν, καὶ ἀκρωτηριάσας τὰ χείλη· τῷ Πρόβῳ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψας,

D τῷ τε στόματι αὐτοῦ τῶν ἐπιβωμίων λύθρων οἶνον ἐγχέας, καὶ τῇ ἀκουσίῳ ταύτῃ μεταλήψει, τυραννικωτάτην ἐξευρὼν τιμωρίαν. Τοῦ δέ γε τρίτου, κρέα φεῦ μιαραῖς θυσίαις ἡλισγημένα τῷ στόματι ἐμβαλὼν, καὶ οἴνου τῶν μεμολυσμένων σπονδῶν προσέσθαι καταναγκάσας, τέλος αὐτῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορυχθῆναι προστάττει. Πάντων δὲ ὁμοίως, τοὺς μαζοὺς, τὰς πλευρὰς. τὰς κνήμας, τὰ μέσα τῶν δακτύλων πεπυρωμένοις ὀβελοῖς ἐπελθών, καὶ ὀστῶν ἄχρι κατακαύσας, ὡς εἶδεν ἅπαντα ἐλληλεγμένα, καὶ φροῦδα τὰ τῶν κολάσεων μηχανήματα. Πρόβῳ κάὶ Ἀνδρονίκῳ μόνοις τὴν τε τῶν ἐπινωμίων κρεῶν καὶ τὴν τῶν ἀνιέρων σπονδῶν γεῦσιν.

Ι'. Ἐπιτωθάζων ὁ δείλαιος κατεγέλα· οἱ δὲ γενναῖοι μακρὰ τὴν ἄνοιαν ἐκείνου γελάσαντες, ἀπ-

εκρίναντο, Μετὰ τὰς πολλὰς ἐπινοίας καὶ τὰς παντοδαπὰς ἐκείνας κολάσεις, τὰ ὅπλα ῥίψας τὴν ἧτταν ὁμολογεῖς. Εἰ γὰρ τοῦτό σοι ἦν περὶ πλείονος, τὸ μὴ τὸ τῆς ψυχῆς ἡμῶν αὐτεξούσιον ἐλεῖν ἀγωνίζεσθαι, καὶ τοῦτο τρέψαι πρὸς τὸ σοὶ δοκοῦν, ἀλλὰ τὸ ἀκουσίως μόνον τῷ στόματι θυσίαν προσενεγκεῖν, ἐξ ἀρχῆς ἔδεισε πρᾶξαι τοῦτο, καὶ δόξαι νικᾷν καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ἡμέτερον λογισμὸν ἐζήτεις ἐλεῖν, τῇ μεταθέσει τῆς εὐσεβείας πρὸς τὴν ἀσέβειαν, καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡμᾶς ὁ πᾶς σοι πόνος ἀνάλωται. Ψυχῆς γὰρ ἀγὼν ἔστι τὸ μαρτύριον διὰ μέσων τῶν ἐπιπόνων τοῦ σώματος. Ἐδιδάχθημεν παρὰ τοῦ ἡμετέρου Θεοῦ, μὴ φοβεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν ἀποκτεῖναι μὴ δυναμένων· πλὴν εἴ τι σοι καὶ ἡμαρτηκέναι δοκοῦμεν, διὰ τὸ ἀκουσίως τῷ στόματι ἡμῶν ἐμβληθῆναί τι τῶν ἐπιβωμίων κρεῶν, καὶ εἰδωλολατρίας ἔγκλημα ἡμῖν ἐπιγράφεις, εἴ τι τῶν χειλέων περιλέλειπται, καὶ ταῦτα περίελε ὡς τῶν σπονδῶν τῶν σῶν ἀβουλήτως ἁψάμενα. Πρὸς πάντα γάρ ἐσμεν ἕτοιμοι, πλὴν ἑνὸς τοῦ θῦσαι τοῖς δαίμοσιν, ἤ τί τῶν ἀπηγορευμένων ἐργάσασθαι, καὶ θηρία δὲ ἀπειλῶν, πτοεῖς οὐδαμῶς, οὐ γὰρ ἔξεις τι τῆς σῆς ψυχῆς ἀγριώτερον, πρὸς ἣν ἐξ' ἀρχῆς ἠγωνίσμεθα. Ἤκουσε ταῦτα ὁ δικαστὴς καὶ νῦν μὲν τῷ δεσμωτηρίῳ τοὺς ἀθλητὰς παραπέμπει, βορὰν θηρσὶ τὰ σώματα τούτων ταμιευόμενος. Εἰς δὲ τὴν αὔριον ἐπὶ τὸ θέατρον πάλιν, ὅπερ ἦν ἔξω τοῦ ἄστεος, φέρεσθαι τοὺς γενναίους, οὐ δυνατοὺς ὄντας βαδίζειν ἐκέλευε, καὶ δὴ τεθέντες ἐν μέσῳ, ἡμιθνῆτες, ἠκρωτηριεσμένοι, τῶν μελῶν τῶν ἐπ' ὄψεσιν ἑστερημένοι, δι' ὧν γινώσκεται ἄνθρωπος, καὶ καταδαπανηθέντες ταῖς τομαῖς καὶ ταῖς καύσεσιν, ἔδειξαν ὡς ἄρτιοί τινες εἰσι καὶ τέλειοι, τὸν λογικὸν καὶ ἔδοθεν ἄνθρωπον, τὸν κατ' εἰκόνα γεγενημένον τοῦ Κτίσαντος, τὸν ἄρχειν ταχθέντα τῶν θηρίων καὶ ἑρπετῶν ἁπάσης τῆς γῆς ὁλόκληρόν τε καὶ ἀπαράλειπτον ἔχοντες· ἀφθέντα γὰρ τὰ θηρία, τῶν ἁγίων σωμάτων οὐδαμῶς ἥψαντο.

ΙΛ'. Καὶ δεινῶς ὁ Μάξιμος ἐχαλέπαινε, καὶ ἀπειλήσας τῷ τῶν θηρίων ἐπιμελητῇ τὸν περὶ θανάτου κίνδυνον, ἀφεθῆναι παρεσκεύασεν ἄρκτον ἀνδροφόνον καὶ ὠμοτάτην, ἥτις τοὺς ἄλλους παραδραμοῦσα, πρὸς τὸν ὅσιον Ἀνδρόνικον ᾤχετο, καὶ πρὸς καθεσθεῖσα, τὸν τῶν τραυμάτων ἰχῶρα περιελιχμᾶτο τῇ γλώσσῃ· τὴν οἰκείαν δὲ κεφαλὴν ὁ ἅγιος τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῆς ὑποθεὶς, πρὸς θυμὸν ἐγείρειν ἐφιλονείκει. βρῶμα γενέσθαι τῆς ἀνημέρου σπεύδων, καὶ τῆς πρὸς Χριστὸν μακαρίας ἀναλύσεως ἐφιέμενος. Ἡ δὲ συμπεριεφέρετο τῷ βιαζομένῳ, τῇδε κἀκεῖσε καὶ προσπαίζειν ἐδόκει, καὶ τῆς ἀγρίας ὥσπερ ἐπελάθετο φύσεως, ἤ, ὁ τῷ ὄντι ἄλογος δικαστὴς, λόγῳ μᾶλλον ἢ ἀλογίαν χρησαμένην οὐκ ἀθεεὶ, ἀναιρεθῆναι καταψηφίζεται, νομίζων ἐκείνης ἔργον εἶναι τὸ γεγονὸς, καὶ οὐχὶ τοῦ θαυματουργοῦντος Θεοῦ. Μετὰ τοῦτο λέαινά τις ἀγρία καὶ δεινὴ τοῖς ἁγίοις ἀπελυετο, καὶ βρυγμῷ μεγίστῳ τὸ θέατρον ἅπαν πτοήinventa, et illos omne genus cruciatus, abjectis armis, te fateris esse victum. Si hoc enim pluris faciebas, non decertare, ut expugnares nostrum liberum animi arbitrium, et converteres ad id quod tibi videbatur, sed solum nobis invitis ori admovere sacrificium, et videri vincere, oportebat te hoc facere ab initio, ut cito liberareris a negotiis. Quoniam autem cupiebas nostram vincere cogitationem per traductionem a vera religione ad impietatem, propterea a te universus fuit in nos consumptus labor. Est vero animæ certamen martyrium, per labores corporis intermedios. Cæterum didicimus a nostro Deo « non timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere [2] : « sed si quid tibi videmur peccavisse, quod in os nostrum, nobis invitis, injectum sit aliquid carnis in ara immolatæ, et cultus idolorum nos criminis insimulas, labra quoque adime, ut quæ tua libamina, licet invita, tetigerint. Sumus enim parati ad omnia, si exceperis sacrificare dæmonibus, aut aliquid aliud facere ex iis quæ sunt prohibita. Bestias vero minans, nequaquam nos terres. Nihil enim habebis tua anima agrestius, adversus quam ab initio decertavimus. Audivit hæc judex : et tunc quidem athletas transmittit in carcerem, eorum corpora bestiis exedenda recondens. Crastino autem die in theatrum, quod erat extra civitatem, jubet præclaros fortesque portari sanctos, qui amplius non poterant ingredi. Positi autem in medio semimortui, mutilati, privati membris, quæ se videnda offerunt et per quæ homo cognoscitur, consumptique sectionibus et exustionibus, ostenderunt se esse integros et perfectos, ut qui participem rationis et internum hominem, qui factus fuit ad sui Creatoris imaginem, quique jussus fuit præesse bestiis, et reptilibus universæ terræ, absolutum haberent, et nulla re defectum. Emissæ enim bestiæ sancta corpora nequaquam tetigerunt.

XI. Maximus autem valde indignabatur : qui minatus mortem ei qui curam gerebat bestiarum, fecit emitti ursum crudelissimum, qui, cæteris præteritis, ivit ad sanctum Andronicum, et assistens vulnerum saniem lambebat lingua. Sanctus autem suum caput subjiciens ejus dentibus, contendebat ad iram provocare, studens a fera devorari, et desiderans ad Christum resolutionem. Ille autem simul cum eo, qui vim afferebat, huc et illuc circumagebatur, et cum eo videbatur ludere, et agrestis naturæ erat quodammodo oblitus. Quem qui erat a ratione vere alienus judex, ratione magis, quam rationis egestate, usum non sine Dei numine, condemnat ut interficiatur, illius opus esse credens id quod factum fuerat, non autem Dei, qui facit mirabilia. Post hæc agrestis quædam et immanis læna emissa est in sanctos. Quæ cum totum theatrum maximo rugitu terrefecisset, ac pernici cursu ad martyres acces-

[2] Matth. x, 28.

sisset, suum quidem refrenat impetum, procidit autem ad pedes sanctorum. Tarachus autem cum sanctam manum extendisset, et partim quidem pilis, partim vero aure apprehendisset, ad se trahebat. Illa autem cum placidæ ovis instar, contrectari non renuisset, ad portam postea accurrit, et infixit dentes tabulis, et per vim conabatur egredi: nec prius dimisit, quam clamasset populus jubens eam foras exire. Hæc autem et his similia nemo putarit non credenda, legens epistolam, quam scripsit ad Romanos divinus Ignatius. Sic enim habet: Me juverint bestiæ mihi paratæ quas etiam opto in me inveniri promptas. Quibus etiam blandiar, ut me breviter devorent. Quod si etiam nolint, ego eis vim afferam.

XII. Hinc Maximus animi dubius, planeque nesciens quid ageret, cum videret sanctos martyres per omnia resplendere, et haberi in admiratione, eos morte condemnat. Qui cum, tanquam rem desideratam, hanc extremam accepissent sententiam, truncatis capitibus, coronati migrant ad veram vitam, fruituri præmiis immortalitatis, et ea, quæ est illic, beatitudine. Sed invidus quidem, et sceleratus judex, nobis invidens sanctorum reliquias, jubet corpora martyrum profanis admisceri corporibus, quæ fuerant interfecta a gladiatoribus, decem militibus mandans, ut ea servarent. Deus autem rerum admirabilium, convivantibus custodibus, cum jam rogum accendissent, magna vi repente cadentium imbrium, et ingenti terræmotu, rogum quidem exstinxit, custodes autem vertit in fugam. Cumque cum aliis permista essent sanctorum corpora, et ignorarentur propter tenebras, stella lucidissima e cœlo terram illustrans, et stans super unumquodque corpus, præbuit lucem ad ea agnoscenda, illam forte stellam imitans, quæ in Christi ortu secundum carnem Magos ex Perside evocavit, et deduxit. Hæc autem facta sunt, cum quidam fideles in monte genibus flexis Dominum supplices rogarent, ne privarentur dono sanctorum membrorum, quæ propter ejus gloriam supra modum decertarunt. Ea vero descendentes sustulerunt: et summo studio, propter metum præsidis, in monte in petra concava condiderunt, glorificantes sanctissimum nomen Christi Dei nostri: quoniam eum decet omnis gloria cum Patre principii experte, et sancto Spiritu, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

A σασα, καὶ ὀξεῖ δρόμῳ τοῖς μάρτυσι προσπελάσασα, χαλινοῖ μὲν ἑαυτὴν τῆς ὁρμῆς, ὑποκύπτει δὲ τοῖς τῶν ὁσίων ποσί. Τάραχος δὲ τὴν ἁγίαν ἐκτείνας χεῖρα, καὶ πῇ μὲν τῶν τριχῶν, πῇ δὲ τοῦ ὠτὸς ἐκείνης λαμβανόμενος, εἵλκε πρὸς ἑαυτόν, ἡ δὲ τὴν ἀφὴν ἡμέρως ὡς πρόβατον ἀποσεισαμένη, καὶ τῇ θύρᾳ προσδραμοῦσα, τοὺς ὀδόντας ταῖς σανίσι προσέπηξε· Καὶ ἐξελθεῖν ἐβιάζετο, καὶ οὐκ ἀνῆκεν ἕως ὁ δῆμος ἔξω γενέσθαι ταύτην ἐβόησε. Ταῦτα δὲ μηδεὶς ἀπιστείτω καὶ τὰ τοιούτοις ὅμοια, τὴν ἐπιστολὴν ἀναγινώσκων, ἣν ἐπέστειλε Ῥωμαίοις ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος. Ἔχει γὰρ ὧδέ πως· Ὀναίντην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἑτοίμων, ἃ καὶ εὔχομαι. σύντομά μοι εὑρεθῆναι, ἃ καὶ κολακεύω συντόμως με καταφαγεῖν. Κἂν αὐτὰ μὴ θέλῃ, ἐγὼ δὲ προσβιάσομαι.

B ΙΒ'. Ἐντεῦθεν τοῖς ὅλοις ὁ Μάξιμος ἐξαπορηθείς, καὶ διὰ πάντων λάμποντας καὶ θαυμαζομένους ὁρῶν τοὺς μάρτυρας, τὸν διὰ ξίφους αὐτῶν καταψηφίζεται θάνατον. Οἱ καὶ ὥσπερ τι χρῆμα ποθούμενον, τὴν τελευταίαν ταύτην ψῆφον ὑποδεξάμενοι, καὶ τὰς κεφαλὰς ἐκτμηθέντες, στεφανηφόροι πρὸς τὴν ἀληθῆ ζωὴν μεταβαίνουσι, τῶν τῆς ἀθανασίας βραβείων καὶ τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος ἀπολαύσοντες. Ἀλλ' ὁ μὲν βάσκανος καὶ μιαμώτατος δικαστὴς φθονῶν ἡμῖν τῶν ἁγίων λειψάνων, τὰ σώματα τῶν μαρτύρων, τοῖς παρὰ τῶν μονομάχων ἀναιρεθεῖσι βεβήλοις ἀνέμιξε, στρατιωτῶν δεκάδι φυλάττεσθαι ταῦτα διαταξάμενος. Ὁ δὲ τῶν θαυμασίων Θεὸς, τῶν φυλάκων εὐωχουμένων καὶ πυρὰν ἤδη καυσάντων, ὄμβρων ἐξαπίνης φορᾷ, καὶ κλόνῳ γῆς ἐξουσίῳ

C τὴν μὲν ἔσβεσε, τοὺς δὲ φυγάδας ἀπέδειξε, καὶ τῶν ὁσίων σωμάτων ἀναμὶξ τοῖς ἄλλοις κειμένων καὶ ἀγνοουμένων διὰ τὸ σκότος, ἀστὴρ φανότατος ἐξ οὐρανοῦ πρόσγεια λάμπων, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν σωμάτων ἱστάμενος, τὸν γνωρισμὸν διεφώτιζεν, ἐκεῖνον τάχα τὸν ἀστεραμιμούμενος, τὸν ἐπὶ σῇ κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ γεννήσει τοὺς Μάγους ἐκ Περσίδος μετακαλέσαντά τε καὶ ὁδηγήσαντα. Ταῦτα δὲ ἐγίνετο, τινῶν ἐπὶ τοῦ ὄρους πιστῶν εἰς γόνυ κλιθέντων καὶ ἱκετευόντων τὸν Κύριον, μὴ τῆς δωρεᾶς τῶν ἁγίων ἀμοιρῆσαι μελῶν, τῶν τῆς αὐτοῦ δόξης ἕνεκεν ὑπερηθληκότων, ἃ καὶ καταβάντες ἀνείλοντο, καὶ σπουδῇ πολλῇ διὰ τὸν τοῦ ἡγεμόνος φόβον ἐπὶ τοῦ ὄρους ἐν πέτρᾳ κοίλῃ κατέκρυψαν. δοξάζοντες τὸ ὑπεράγιον ὄνομα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν,

D ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE S. ANDREA CRETENSI

DICTO *IN CRISI*

(Acta SS. Bolland. ad diem 20 Octobris, tom. VIII. Bruxellis, 1853.)

§ 1. *Sancti memoria in fastis, Cultus et Acta.*

1. Sanctus Andreas, martyr Cpolitanus, in Oriente plurimum celebratus, in omnibus pæne Græcis fastis quos vidimus, modo post ejus passionem conscripti fuerint, recolitur ; nec apud eas tantum gentes, quæ Græca lingua olim usæ sunt aut utuntur, sed etiam apud Moschos, Ruthenos et Melchitas Antiochenos, Kalendariis ecclesiasticis adscriptus est. In antiquissimis autem Eclogadiis seu Menologiis, quæ codicibus Novi Testamenti affiguntur et nuda nomina Sanctorum exhibent cum indicatione lectionum in eorum festo instituendarum, S. Andreas in Crisi eo ipso die annuntiatur, quo in Actis nostris obiisse fertur, xx nempe Octobris. Hujusmodi sunt Menologia Hierosolymis et Calipoli sæculo decimo conscripta, judice Aug. Scholz, qui ea in lucem edi curavit (1), dein Menologium aliud sæculi xi, quod a Mingharellio vulgatum est (2) et Sanctum nostrum iisdem omnino verbis annuntiat ac duo præcedentia : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἁγίου ὁσιομάρτυρος Ἀνδρέου τῆς Κρίσεως ; eadem die (xx Octobris) sancti monachi (nam ὅσιος monachum designat) et martyris Andreæ a Crisi. Ad eumdem diem xx eum similiter referunt Menæa vetusta, quæ Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, in Taurinensi etiam et Parisina asservantur, et ex quibus olim Hagiographi Antverpienses multa Synaxaria, seu Vitarum compendia excerpserunt. Attamen cum eadem die xx Octobris memoria fieret alterius apud Græcos maxime celebrati martyris nempe Artemii ducis, cœpit festum S. Andreæ transferri ad xix, quo die occurrit in omnibus antiquis exemplaribus collectionis Metaphrasticæ. Id manifestum est ex Bibliothecæ Parisinæ codicibus bene multis (3), ex codice historico 17 et 18 Bibliothecæ Vindobonensis (4) et permultis aliis, ex Synaxarista denique Sirmondi nostri, quem Bollandiani socii ex collegio Claromontano Parisiensi olim exscribendum acceperunt.

2. Sed hæc mutatio non perstitit, et iterum S. Andreas ad xvii Octobris translatus est, quo die Oseas propheta et SS. Cosmas et Damianus quamvis memorentur, locum tamen in modo allatis codicibus apud Metaphrastem non obtinent. Qua vero ætate dies cultus ita mutatus sit non bene nobis constat ; collectiones tamen Metaphrasticæ sæculi xiii et xix diem xix retinuere, et primum dies xvii, quantum id assequi potuimus, apparet in codice sæculi xv, qui exstat in Bibliotheca Parisina et signatur n° 1558. In Menologio Sirleti, quod perperam sæculo xi aut xii conscriptum esse Basnagius conjicit (5), siquidem mera compilatio est a Sirleto ex Menæis excusis aut manuscriptis desumpta, quandoque opera satis levi (6), quod Baronium latuisse videtur (7), in hoc Menologio, inquam, dies itidem xvi S. Andreæ assignatur. In Ephemeridibus Græco-Moschis, in Tabulis Capponianis et in Menæis excusis constanter ad diem xvii Sanctus noster refertur, unde etiam ad Martyrologium Romanum eo die devenerit. In Tabulis itaque Capponianis, ubi S. Andreas loculo tertio mensis Octobris ultimus prodit (8), sub habitu monachi comparet, itemque in Papebrochianis ; quanquam enim stolæ speciem habet e collo pendentem, non ideo cum Assemano ut presbyterum eum vestitum dicemus, cum omnes monachi et eremitæ ita prodeant, et quidem, ut S. Andreas, dextera benedicere videantur. Hæc distincte cerni possunt apud Papebrochium (9), qui imagines diligenter æri incidi curavit et de eorum origine et usu nonnulla curiosa præfatus est ; verum Capponianæ imagines tam negligenter cusæ sunt ut vix quidquam in iis discerni possit. Neque tamen propterea is illas a nobis in omnibus præponi quispiam existimet, cum errores bene multos in suis Tabulis deprehenderit Papebrochius, ubi Capponianæ accurate sua proferunt Iterum prodit S. Andreas in diptycho Cpolitano quod Papebrochius Ephemeridibus suis subjecit et æri incidi item curavit ; ibi autem cum Sancti tantum quadraginta Cpoli celebriores recenseantur patet quanto honore martyrem illum Græci prosequantur. Præterea in Synaxariis Mss. Ruthenicis et Moschis quæ P. David S. J. anno 1688 et Comes de Sparwenfeld anno 1712 ad Hagiographos transmi-

(1) De Menologiis duorum codicum Græc. Bonnæ 1823, p. 8.
(2) Codices Naniorum, p. 369.
(3) Catal. Codd. Mss. Bibl. Paris., t. II, Codd. 1480, 1484, 1495, etc.
(4) Lambecius, Commentar., etc., t. VIII, Cod. 556 et seqq.
(5) Lectiones antiq., t. III, part. i, p. 480.
(6) T. III Maii, p. 69.
(7) Ibid, et t. II Martii, p. 609, etc.
(8) Kalendar. Eccles., t. V, p. 216 et 304.
(9) T. I, Maii, p. xlvi, lx et p. ii.

sere, S. Andreas similiter suam annuntiationem obtinet, die itidem XVII Octobris.

3. Hic prætermitti non debet Papebrochii Tabulas earumque explicationes, in Supplemento Thesauri Goriani Diptychorum mutuatas esse modo, ut lenissime dicam, valde singulari. Passerius enim, qui præclaro huic operi partem quartam se adjecisse testatur, ait se Diptychi Cpolitani ectypum consecutum (10), at cum ex Bollandiano opere lumen quæreret, nomina multa Sanctorum omissa se advertisse asseverat, alia p erturbata, Commentarios item nullo ordine conscriptos, ita ut non in lumen, sed in caliginem irruens, ipse per se omnia extricare debuerit. Atqui ex his omnibus, ne una quidem assertio vero proxima est, nec quidquam emendavit ille scriptor aut ectypon consecutus est, sed effigies Papebrochianas conatus referre, errores non leves admisit. Testatur enim Papebrochius, cum totum Diptychon pagina capere non posset, se artificem rogasse ut icones æri inciderentur ordine leviter immutato ; sed eum, postulatione non rite intellecta, plusculum a vera Diptychi dispositione aberrasse ; quam tamen Papebrochius, dum Sanctorum nomina (nitidius multo in ectypo suo quam in Goriano supplemento prolata), Commentariis illustravit, ad rigorem secutus est (11). Si igitur ectypon habuisset scriptor ille, sculptoris sphalma non exacte retulisset, neque ubi Papebrochius Triptychi Moschi capsam rescidit, quia eam iterum pagina non capiebat, ille similiter rescidisset, nec denique tam accurate Bollandianam effigiem descripsisset, ut ne vel levissima diversitas deprehendi possit. Sed Papebrochius mutatum esse ordinem indicavit, ac in iconum recensione ipsius prototypi servatus est ordo ; ille vero horum neutrum fecit, et quia singulis nominibus commentariolum annectere voluit, ubi Hagiographicum nostrum ducem non habuit, errores gravissimos admisit. Ita S. Stephanum Juniorem (12), martyrem notissimum, non sub Copronymo sed sub Leone Isauro passum affirmat, quod Papebrochius profecto nunquam scripsisset. Eodem modo procedere videtur dum Triptycha Moscha explanat, sed non vacat rem diligentius indigare (13). Ne quisquam hic objiciat in editionem Venetam Bollandiani Operis prædicta gravamina prolata fuisse. Nam primo Antverpiensem citat, dein in utraque editione iidem sunt Commentarii, quos si immerito arguere et immutare ausus est, in eo dignam arrogantiæ pœnam tulit ut tibi gravissimos errores ex calamo excidere sit passus.

4. Colitur S. Andreas non tantum prædictis diebus, verum etiam XXVIII Novembris cum S. Stephano Juniore. Andream enim, qui in fastis sacris una cum hoc Stephano prodit, eumdem esse ac Cretensem nostrum ostendere conabor inferius § II. Atque hic tantum notabo hæc pauca. Passus quidem est S. Stephanus XXVIII Novembris, sed cum sit præcipuus persecutionis Copronymianæ martyr, iis diebus quibus abi ejusdem persecutionis martyres annuntiantur, sæpe ipse simul comparet. Conjunguntur itaque frequenter S. Stephanus, S. Andreas, S. Petrus et S. Paulus sub Copronymo passi, quanquam simul ad martyrium, ut ex singulorum Actis patet, non processerunt. In Menæis Mss. Ambrosianis seu Mediolanensibus hi quatuor SS. martyres simul colendi assignantur XX Octobris ; dein S. Andreæ in Crisi Synaxarium, id est brevis vitæ et passionis historia subjungitur. Idem in aliis Menæis Mss. ut in codice quodam Mazarinæo quo sæpe decessores nostri usi sunt, videre est. Synaxarium autem Mediolanense, quoniam nonnihil differt ab illo quod ad XVII Octobris in Menæis vulgaribus excusum est, et mirabiliter cum Actis nostris prioribus consonat, ita ut ex his desumptum illud merito conjicias, hic integrum ex codice Ms. proferimus. Datur vero sicuti est, sphalmatis et locutionibus Græcorum infimæ ætatis ubique retentis, de quibus, si lubet, aliqui videri possunt apud Cl. Hase in editione Leonis Diaconi (14).

5. Μηνὶ ὀκτωβρίῳ κ' τῶν ἁγίων νεοφανῶν μαρτύρων Στεφάνου, Παύλου. Πέτρου καὶ Ἀνδρέου, τῶν ἐπὶ Κοπρωδύμου μαρτυρησάντων. Οὗτος ἦν ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ καβαλλίνου ἐν ἀσκήσει διάγων, ἐν τῇ νήσῳ Κρήτῃ. Ἀκούων δὲ τὸν τύραννον τιμωρήσαντα τοὺς ὀρθοδόξους, ἀνέπλευσε πρὸς Κωνσταντινούπολιν ἐλέγξων αὐτὸν, καὶ εὑρὼν αὐτὸν πέραν ἐν τοῦ ἁγίου Μάμαντος παλατίοις τιμωροῦντα τοὺς μὴ ἄρνουμένους τὰς θείας εἰκόνας, ἔφη · Ἆρα χριστιανὸς εἶ, βασιλεῦ ; Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν μετ' ὀργῆς στραφεὶς ἐκέλευσε πρὸς αὐτὸν ἄγεσθαι · οἱ δὲ τῶν τριχῶν σύροντες. ἄλλοι τὸν χοιτῶνα ῥηγνύντες. καὶ ἐκ τῶν ὄπισθεν τύπτοντες, ἔσυρον τὸν ἅγιον, καί φησι πρὸς αὐτόν · Οὕτως ἐδιδάχθης ἀτιμάζειν βασιλέα ; Ὁ δέ · Οὐδεὶς ἁμαρτάνει βασιλέα ἐλέγχων παρανομοῦντα · ὁ δέ · Τοὺς παρανομοῦντας μᾶλλον ὑμεῖς κολάζομεν, τοὺς ὡς θεοὺς προσερχομένους καὶ λατρεόντας ταῖς εἰκόσιν ὁ δέ · Ἀγνοεῖς, ὦ βασιλεῦ, τί μὲν τὸ σχετικῶς προσκυνεῖν, τί δὲ τὸ λατρευτικῶς. Ὁ δὲ τείνεσθαι τοῦτον ἐν μαστίγας ἐκέλευσε, βουνεύροις κατὰ τοῦ νότου καὶ τνῦ στήθους φραγελλῶν · εἶτα λίθου τὸ στόμα προσέταξε τύπτεσθαι. Τῇ δὲ ἑπαύριον ἐκβαλὼν, ὡς οὐκ ἔπεισεν ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν καὶ τὰς ἁγίας εἰκόνας, τύψας πάλιν, κατὰ κεφαλῆς σύρεσθαι τοῦτον τῶν ποδῶν τοὺς σχοίνους ἐξαψάντες, ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει θεατρίζεσθαι προστάσσει. Οἱ δὲ τάχιστα περανιωθέντες, καὶ τὸν ἅγιον σύροντες ἕβαπτον τὴν γὴν τοῖς αἵμασιν · ὡς δὲ εἰς τὴν τοῦ Βοὸς ἀγορὰν πεφθάκασιν, εἰδὼν αὐτούς τις ἄρτι τοὺς ἰχθύας ἀποφορτισάμενος, ἠρώτα

(10) Gorii Thesaurus veterum diptychorum. Florentiæ 1759, part. IV, p. 1 et seqq.
(11) Acta SS., t. I Maii, p. LX, n. 4.
(12) Loc. cit., p. 8.
(13) Ibid., p. 10.
(14) Leonis Diaconi Historiæ e recens. C. B. Hase, Bonnæ 1828, p. XXIV et passim.

τὴν αἰτίαν τῆς βασάνου καὶ μαθὼν, ἀξίνην μακελλικὴν ὁ ἄθλιος ἁρπάσας, χαριζόμενος τοῖς τοῦ διαβόλου ὑπηρέταις, δρομαίως ἔρχεται καὶ τὸν δεξιὸν πόδα τοῦ ἁγίου ἀπέκοψε, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ καὶ μακαρίαν ψυχὴν παρέθετο τῷ Κυρίῳ. Οἱ οὖν σύροντες, νεκρὸν ἰδόντες, ὥς τι θνησιμαῖον ἐν κοπρώδει χωρίῳ ἀπέρριψαν, νυκτὸς δὲ καταλαβούσης, τινὲς τῶν ὀρθοδόξων ἄραντες, ἔθαψαν ἐν τόπῳ λεγομένῳ τῆς Κρίσεως. *Hæc latine versa sic sonant.*

6. Die xx Octobris Memoria recentium sanctorum martyrum Stephani, Pauli, Petri et Andreæ qui sub Copronymo passi sunt. — Is (Andreas) sub Constantino Caballino, asceticæ vitæ addictus vivebat in insula Creta, cumque audisset tyrannum orthodoxos tormentis exagitare, illum redarguendi causa Constantinopolim navigavit. Invenit eum ultra (civitatem, *i. e.* ad partem occidentalem. Vide infra num. 30) in Palatio ad S. Mamantis, sævientem in eos qui sacrarum imaginum nollent cultum abjicere, eumque compellans : Imperator, tunc Christianus es, inquit? Hic vero cum ira ad eum conversus, adduci jussit. Tum alii capillis abripientes, alii tunicam lacerantes et a tergo cædentes, Sanctum raptabant. Cui tyrannus : Itane contumeliis imperatorem afficere edoctus es? Ille vero : Nemo delinquit, imperatorem arguens, dum leges contemnit. Tyrannus iterum : In vos potius legum corruptores animadvertimus, qui quasi diis advoluti, imagines adoratione prosequimini. Respondit ille : Nescis, imperator, quid sit cultum relativum exhibere, quid vero latreuticum. Tum cum ad flagra extendit, tergum et pectus bovinis nervis concidi, deinde os saxis contundi præcepit ; postera die foris ejectum, utpote cui Christum et sacras imagines abnegare non persuasisset, rursus flagellatum, capite in terram demisso, alligatis pedibus raptari jussit et Constantinopoli publice deridendum exponi. Quem citissime pertrahentes, terram in raptando sanguine consperserunt. Ita forum Bovis assecutos conspiciens aliquis qui modo pisces exonerarat, de tormenti causa sciscitatur ; re comperta, macelli cultro miser arrepto, servis diaboli placere appetens, cursu contendit et dextrum pedem Sancti abscidit, qui interea sanctam ac beatam animam Domino tradidit. Qui cum raptabant, ut mortuum aspexere, velut quid morticini in fœdissimum locum abjecerunt ; nocte vero adventante, sublatum quidam orthodoxi tumulo condiderunt in loco qui dicitur Crisis.

7. In Menæis excusis sæpissime diversis diebus iidem Sancti commemorantur quia diversos Mss. codices editores adhibuere. Aliam tamen hujus rei causam assignat Papebrochius (15), Græcos nimirum eodem aut sequenti die commemorare frequenter sanctos varios, qui Sancto præcipuo tali die celebrato affines sunt, et tamen priores etiam suum proprium diem obtinere. In Menæis itaque prædicti quatuor Sancti ad diem xxi Octobris, qui diei quo passus est S. Andreas in Crisi, xx scilicet proximus est, relati sunt et sequenti brevi encomio celebrantur : Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τῶν ἁγίων νεοφανῶν μαρτύρων Ἀνδρέου, Στεφάνου, Ηαύλου καὶ Ηέτρου.

Στίχοι· Τρεῖς, ὁ Στέφανος, σὺ στεφανίτας ἔχεις
Τοὺς σοὶ συναθλήσαντας ἐξ ἑνὸς ξίφους.

Id est : Eadem die (xxi Octob.) memoria sanctorum recentium martyrum Andreæ, Stephani, Pauli et Petri.

Versus : Tres concoronatos habes, o Stephane,
Tecum ense pugnantes eodem strenue.

Rursum die xxiii Octobris in altero duorum Menologiorum quæ Scholzius edidit (16), comparent SS. martyres Stephanus, Petrus et Andreas et xxviii Nov. iterum S. Stephanus Junior martyr solus ; in altero vero solus S. Stephanus Junior monachus et martyr die xxviii Oct. semel commemoratur. Item in codice Laurentiano (17) sæculi x : xxviii Octob. S. Stephani et qui cum eo passi sunt. Conjectura ducti ut exponemus n. 23 arbitramur hic illum Stephanum olim commemoramtu fuisse qui sub eodem Copronymo plurima passus, dein in Sugdæam exsul sancte vitam finivit. Ita enim ferunt tum Menæa, tum Menologia Sirleti et Basilianum ad diem xxviii Novembris. Huic deinde ex more Græcorum additi fuerint SS. Petrus et Andreas, ex quo etiam profluxit ut die xxviii Novembris, quo S. Stephanus Junior passus est, idem duo Sancti tum in Menæis, tum in variis Menologiis iterum recolantur (supra num. 14).

8. De Actis quæ subjicimus hæc accipe. Duplicia exhibemus, utraque Græce inedita, priora vero etiam Latine ; id facimus tum quod posteriora ex illis non profluxerunt, sed paucis omissis, nonnulla superaddunt, tum etiam quod horum exemplar perfectissimum nacti sumus, quinque scilicet Mss. codicum collationem in margine referens. Tribuuntur hæc Metaphrastæ, ut diserte habet Allatius, qui in diatriba de Symeonibus eorum initium affert (18) : quare hunc locum non viderit Pagius (19) qui negat Acta illa Symeoni Metaphrastæ adjudicata fuisse. Testimonium autem Allatii quantum in hac re valeat, nemo ignorat ; attamen, si opus esset, rem argumentis pluribus, ex ipsis Actis desumptis, evincere possemus. Acta priora exscripta sunt ex vetusto codice Bibliothecæ Parisinæ, quem B. Montfaucon sæculo ix adscribit (20), et ut perpetua comparatione cum Metaphrastæis conferri possint, utraque iisdem numeris, ubi eadem narrabantur, signavimus. Quo autem tempore conscripta

(15) Eph. Græco-Mosch., t. I Maii, p. viii et passim ; t. II Maii. p. 110, n. 11.
(16) De Menologiis, etc., p. 8.
(17) Bandini codd, Græci, t. I, p. 130.
(18) Allatius, de Symeonibus, p. 128.
(19) In Critica Baronii, ad ann. 761, n. 2.
(20) Bib. Coislin., p. 185.

fuerint definiri nequit; nihil enim reperimus, præter minimi momenti notam chronologicam ex qua constat scriptorem satis diu post Copronymum vixisse. Locus, qui num. 3 sub finem occurrit, is est : Iste vero erat Constantinus... quem fideles ejus temporis (οἱ ἐν τοῖς τότε χρόνοις) merito sub cognomine Copronymi infamarunt. Sed ex eo Acta illa priora commendantur, quod locum Sancti natalitium, diem passionis aliaque adjuncta plurima minute proferunt, et quanquam prolixioribus verbis interdum S. martyr loqui videtur, eadem tamen fere in aliis Actis occurrunt, sæpe vocibus iisdem aut similibus expressa. Conferri in eam rem possunt numeri potissimum 7 et 10. Ex locorum designatione, ut infra uberius disserimus, et ex iis quæ in fine Actorum scribuntur, ut itidem inferius dicetur, arbitramur ea Cpoli conscripta non fuisse. Scimus tantum maximam partem sacrorum codicum Bibliothecæ Coislinianæ, ut in præfatione testatur laudatus Montfaucon, ex monasteriis montis Atho prodiisse, et illic olim brachium S. Andreæ Cretensis, qui idem est fortasse ac Sanctus noster, asservatum fuisse. Qua de re plura vide num. 37.

9, Metaphrasten, cujus Acta secundo loco prodeunt, priora illa non vidisse satis certo nobis constat. Ipse enim nec ortus locum, nec diem obitus, quem usque diligenter inquisivisse vel ex Vita S. Theoctistes Lesbiæ constat (21), in narratione sua consignavit. Nec præterea dum vitam satis accurate scriptam nactus erat ordinem aut stylum multum immutare consueverat; cumque apud ambos scriptores plerumque similia obvia sint, existimamus utrumque ex Actis antiquioribus, sed nunc deperditis, suam narrationem excepisse, iis additis quæ aliunde colligere potuerant. Metaphrastes tamen ætate posterior videtur ex eo quod in ejus collectionibus S. Andreæ Vita diem XIX Octobris occupat, noster autem scriptor, ubi refert Sanctum die XX passum esse, nihil de immutato cultus die commemorat; sed cum levis ea ratio videri queat, id aliter adstruimus, Metaphrastæ nempe collectiones adeo post scriptionem illico pervulgatas fuisse ut priorem scriptorem illum fugere non potuerint. Quæ igitur apud eum de S. Andrea in Creta monasticam vitam amplexo narrantur, dein de miraculis quibus eum Metaphrastæ etiam temporibus, ipso teste, in urbe Cpoli Deus glorificabat, scriptor idem ille prior non omisisset. Quibus positis, cum notum sit Metaphrasten medio sæculo X floruisse, hinc deducere licet Acta quæ priori loco edimus, illa ætate antiquiora esse.

18. Sicuti ex Anonymi Actis Synaxarium Mediolanense, quod num. 5 retulimus, desumptum est, ita illud quod in Menæis excusis occurrit, ex Metaphrastæ narratione evidenter profluxit. Ex quo, sicut ex Sancti Officio quod ibidem legitur, celeberrimum fuisse S. martyrem jam a sæculo IX, miraculis multis claruisse colligitur. Josephus enim hymnographus quem, ex Actis a Papebrochio in lucem datis (22), eo sæculo floruisse constat, decem diversis locis in suo Canone miracula celebrat, quæ sub ipsius oculis Cpoli coram Sancti tumulo patrabantur. Merito itaque et in Actorum titulo Thaumaturgus dictus est, et in Contacio, ut vocant, Græci Officii, his verbis extollitur : Ἑορτάζει σήμερον ἡ βασιλεύουσα πολις ἑορτὴν ὑπέρλαμπρον τῆς φωτοφόρου σου μνήμης, ἅπασαν προσκαλουμένη πόλιν καὶ χώραν· χαίρει γὰρ ὡς κεκτημένη θησαυρὸν μέγαν, τὸ πολύαθλόν σου σῶμα, Ἀνδρέα μάρτυς, ὀρθοδοξίας φωστήρ. Id est : Hodie celebrat regina urbium (*Cpolis*) illustre festum tuæ memoriæ, totam convocans civitatem et regionem; jubilat enim magnum thesaurum possidens, corpus certaminibus gloriosum, sancte martyr Andrea, orthodoxiæ lumen. Hic vero obiter monemus, si quis nomina ex Græcorum Liturgia desumpta non satis sibi nota hic offenderet, eum singulorum declarationem reperturum in Ryæi dissertatione de Acoluthia Græcorum, quæ in Junio nostro edita est (23), expeditius autem ea utetur, qui indicem ultimum a Ghesquiero tomo primo Octobris ad calcem subjectum adhibere voluerit.

§ II. *Septem Martyres in plerisque fastis confuse prolati ab invicem distinguuntur et eorum Acta breviter illustrantur. Persecutionis Constantini Copronymi brevis historia et chronotaxis exhibetur.*

11. Hos septem Sanctos, qui omnes sub Copronymo varia tormenta, et mortem, uno excepto, passi sunt, hic juxta seriem mensium et dierum quibus coluntur subjicimus, ex quo simul apparebit quo loco in opere nostro de iis actum sit, aut in posterum agendum : I Die XVII Martii. S. Paulus monachus et martyr in Creta; — XVI Maii, S. Petrus Calybita et martyr in Blachernis, prope Cpolim : — IV Junii, S. Joannes Monagriæ Hegumenus, martyr Cpoli; — VIII Julii, S. Paulus Novus martyr Cpoli; — XX Octobris, S. Andreas monachus Cretensis, dictus in Crisi, martyr Cpoli; — XXVIII Octobris (?) S. Stephanus qui in Sugdæam relegatus est; — XXVIII Novembris, S. Stephanus Junior, martyr Cpoli. — Placet et de his omnibus nonnulla disserere, ex quibus lumen aliquod persecutioni Copronymianæ affusum iri spero. De primo ex his septem, nempe de S. Paulo martyre in Creta, egerunt decessores ad diem Martii indicatum (24), ibique ex Actis S. Stephani Junioris, a Lipomanno ex Metaphraste Latine vulgatis, loco aliquo insigni de S. Paulo adducto, concludunt eum in Cypro passum esse; verum eum in ipsa Creta passum esse nobis omnino manifestum est. Sunt enim ad manum Acta ejusdem Stephani Junioris, accuratissime a quodam Stephano Diacono conscripta. Dum hunc itaque

(21) Surius ad X. Nov., p. 238, edit. 1618.
(22) T. I. Avril., p. 266.
(23) T. II Junii. p. I et seqq.
(24) T. II Martii, p. 609.

narrantem secuti sumus (25), deprehendimus illico, vel Cypri nomen mendose in codicem Lipomanni irrepsisse vel ipsum interpretem oscitantiæ arguendum esse. En quomodo ea in S. Stephani antiquiore Vita narrentur (26). Itaque in medium prodiit Antonius ex Creta insula, qui de victima Deo immolata his verbis locutus est : Quomodo sine lacrymis egregia abbatis (quo vocabulo non solum monasterii moderatorem, sive ἡγούμενον, sed omnes monachos Græci illius temporis plerumque nuncupant) Pauli certamina in vestrum conspectum adducam, venerandi Patres? Vir ille generosus a Theophane cognomento Lardotyro, insulæ archisatrapa, comprehensus, in prætorium Heraclii interrogandus adductus est. Etc. Antonius igitur, dum insulæ archisatrapam commemorat, non de Cypro loquitur, cujus nulla fit mentio in his Actis S. Stephani, sed de Creta, ex qua oriundus, Cpolim advenit. Cum vero ex iisdem Actis antiquioribus S. Stephani, et Metaphrastæa, quæ Lipomannus Latine versa exhibet, et reliqua omnia profluxerint, etiamsi alicubi Cypri nomen prodiret, ex Actis probatioribus respuendum esset. Verum dubio locum omnino nullum relinquit, quod libro primo de Thematibus (27) refert Constantinus Porphyrogenneta, Cyprum scilicet, ab Heraclii tempore usque ad Basilium Macedonem, a Saracenis fuisse occupatam, in quorum potestatem, postquam, Basilio imperante, per annos septem fuissent depulsi, iterum devenit. Ex quo manifestum est Copronymum Cypro nunquam imperasse, neque ab Antonio illo ex Creta, dum narrationem suam absolvit, de Cypri præfecto dici potuisse (28) : Sic sanctum virum holocaustum igne effecit nequam imperatore (Copronymo nimirum) nequior præfectus, ille nempe Theophanes Lardotyrus, de quo supra. Sed de Creta utique poterat dici, quam idem Porphyrogenneta nonnisi sub Michaele Balbo a Saracenis captam affirmat (29).

12. Tempus martyrii ex Theophane, cum Actis S. Stephani collato sic statui potest. Narrat ille ad annum mundi 6257, sub indictione quarta (30), Copronymum omnibus subditis juramentum præcepisse, ne imaginibus venerationem exhiberent; anno vero sequenti, indictione quinta (31), præfectos in provincias seu themata misisse, qui easdem ibi in monachos, quas ipse Cpoli, ederent tragœdias. Porro monachi, qui anno 767 cum S. Stephano in carcere prætorii versabantur, de crudelitate præfectorum in provinciis plurima memorant (32). Cum autem quadam die una cum vinctis aliis Patribus sederet vir sanctus, sermo motus est de persecutione quæ præfecti imperatoris diversis in locis adhibuerant. Itaque in medium prodiit Antonius ex Creta insula etc. (Cfr. supra num. 11.) Aliunde inductio illa Cpolitana quinta, qua novi præfecti ad provincias missi sunt, currebat a Septembri anni 766, ad Septembrem anni 767, et præterea certum est S. Stephanum hoc anno 767, die XXVIII Novembris martyrio coronatum fuisse. Ergo sub ipsa indictione illa quinta, ante Septembrem anni 767 contigerit martyrium S. Pauli in Creta, de quo Antonius ille Cretensis narrat. Cum vero S. Paulus ad diem XVII Martii in Græcorum fastis memoretur (33), forte non immerito hoc die, indictione quinta, anno consequenter 767, eum passum esse pronuntiabimus.

13. Cum S. Paulo ad eumdem diem colitur S. Theosterictus (34), monachus monasterii Pelecetæ, in Asia ad Hellespontum siti (35), non quod eo die obierit (nam confessorem eum dicunt Menæa (36) et in pace mortuum), sed quod eodem loco (37) Actorum S. Stephani, post dictum Antonium Cretensem, Theosterictus narrationem instituat, de martyrio triginta octo monachorum monasterii sui. Hos igitur dicit a Lachanodraconte præfecto, feria quinta in Cœna Domini, in monasterio suo suo Pelecetæ comprehensos esse, eoque vastato, ab eodem Lachanodraconte versus Ephesum abductos, ibi martyrii palmam obtinuisse. Porro inter præfectos, quos num. præcedenti a Copronymo, indictione quinta, in provincias missos esse diximus, nominatur a Theophane ipse Lachanodracon ille, cui thema Asiæ Minoris traditum scribit, alias dictum Thracesiorum. Perperam itaque, ut id obiter notem, Goarus hic thema Thracensium interpretatus est (38); nam horum thema in Europa situm erat, Thracesiorum vero complectebatur Asiam Minorem. Apprime ea distinguit, simul vocum etyma tradens, Constantinus Porphyrogenneta in laudato opere de Thematibus (39). Indictio autem quinta, jam indicata, incipiebat, ut diximus, a Septembri anni 766; sed cum Theosterictus monasterium Pelecetæ a Lachanodraconte, feria quinta in Cœna Domini, invasum narret, dicendum erit id contigisse anno 767, die XVI Aprilis, quando Pascha die XIX. Martyrium autem triginta octo sociorum Theostericti, quod in Ephesi partibus contigit, affigendum est profecto eidem anno 769, siquidem ante finem Novembris illius anni, S. Stephano in carcere narratum fuit. Diem martyrii assignari forte poterimus in hunc modum. Obtinet quidem hæc martyrum cohors in Martyrologio Romano diem XII Januarii, ad quem decessores nostri de iis ege-

(25) Analecta Græca. Paris, 1688, p. 504.
(26) Analecta Græca, loc. cit.
(27) Edit. Bonn., p. 40.
(28) Analecta Græca, p. 505.
(29) De admin. Imp., cap. XXII.
(30) Theophanis Chronographia, Bonnæ 1839, t. I, p. 675.
(31) Ibid., p. 681.
(32) Analecta Græca, p. 504.
(33) T. II Martii, p. 609.
(34) Ibid.
(35) T. I April., p. 30.
(36) Ad diem XVII Martii, Cfr. Acta SS., t. II Martii, p. 609.
(37) De qua ratione, vide supra, n. 7 Commentarii.
(38) Theophan., I. c., p. 681.
(39) Lib. I, them. III, et lib. II, them. 1.

runt (40), sed hi fatentur se in nullis fastis ad dictum diem consignatos eos reperisse. Postea vero eosdem obvios habuerunt in pretiosissimo Synaxarista Chiffletiano, ad diem II Junii ; nam eosdem esse, ex narratione Theoslericti cum synaxarista illo collata (41), cuilibet manifestum fiet, quanquam Henschenium nostrum id tum fugere potuit. Porro laudatus synaxaristes non solum ad diem II Junii eos signat, sed præterea satis aperte insinuat iis illo die palmam martyrii obtigisse. Ex quibus verisimiliter conficimus hos monachos, mense cum dimidio postquam monasterium suum Pelecetæ vastatum et combustum viderunt, prope Ephesum suffocatos fuisse, die scilicet II Junii anni 757.

14. De S. Petro de Blachernis, quem num. 11 post S. Paulum Cretensem posuimus, plurima etiam ex Actis S. Stephani innotescunt. Papebrochius ad diem XVI Maii (42) ex laudato synaxarista Ms. a Chiffletio nostro accepto, de S. Petro sequentia depromit : Ὁ ἐν Βλαχέρναις Πέτρος, βουνεύροις τυπτόμενος τελειοῦται ; id est : Petrus in Blachernis habitans, taureis cæsus, martyrium consummat. Recte Papebrochius conjicit hic agi de alterutro duorum martyrum, quos Theophanes ad annum 21 et 27 Copronymi refert ; en hujus historici verba Latine versa (43) : Eodem etiam anno (mundi 6253, Constantini 21) Constantinus persecutor Andream venerabilem monachum, Calybitam dictum, ad Blachernas habitantem, in Sancti Mamantis circo flagellis interfecit, quod ejus impietatem, eo Valente juniore et Juliano vocitato, arguisset ; ejus autem corpus in fluentum projici jusserat, sed Andreæ sorores ipsum efferentes, in Leucadii emporio sepulturæ mandarunt. Et anno mundi 6259, Constantini 27. Ceterum ab hoc tempore majori vesania in sanctos Dei Ecclesias ferebatur ; misit enim qui Petrum venerabilem stylitam a petra exturbaret, eumque dogmatibus suis repugantem, vivum pedibus vinctum, ac per medias urbis vias pertractum in Pelagia projici jussit, alios vero saccis inclusos, alligatis pedibus, in mare demergi.

15. Synaxaristæ suo Papebrochius nimium diffidit, dum arbitratur eum duo allata martyria in unum conflasse ; ipse enim Theophanes hic unum martyrem pro altero posuit, ut manifestum fit ex narratione S. Stephani Junioris, qua monachos secum in carcere Prætorii anno 767 detentos ad patientiam hortatur : Sanctos illos Patres, inquit, qui apud nos vitam martyrio absolverunt, imitemur. Sanctum illum monachum Petrum dico, in Blachernis inclusum (ἐγκεκλεισμένον : inclusum, Gallice : reclus, quo sensu frequentissime hæc vox prodit ; perperam igitur Lipomannus : Blachernis in vinculis conjectum qui ante imperatoris conspectum intolerandis boum nervis (βουνεύροις τυπτόμενος) pro Christi imagine cæsus, illum Dacianum et prævaricatorem libere appellando, sublatisque ad Deum oculis dicendo, Gratias tibi ago, Domine, in mediis verberum cruciatibus exspiravit (44). Ad hæc primum advertimus eum, qui hic Dacianus, id est persecutor sævissimus (45), appellatur, a Metaphraste in eadem vita apud Surium ad diem XXVIII Novemb. Julianum Apostatam dici, quod Theophani prorsus consonum est (supra num. 14). Deinde reliqua omnia quæ S. Stephanus narrat de Petro in Blachernis incluso, nihil diversum habent præter solum nomen, ab iis quæ de Andrea in Blachernis Calybita scribit Theophanes. Præterea si Theophanes, ubi de Petro stylita scribit (n. 14), vere Petrum in Blachernis inclusum designaret, quæ de isto narrantur, cum historia S. Stephani componi non possent. Sanctus Stephanus enim, ut suo loco probabimus, a mense Nov. 763 usque ad finem anni 766 in exsilio fuit, et circiter ab ineunte Januario 767 cum prædictis monachis in carcere Prætorii versabatur. Ex quibus probabile fit ante 763 S. martyrem Petrum, de quo narrat, occubuisse ; nam alioquin, qui non melius monachi S. Stephano, quam hic illis, martyrium istud enarrassent? Neque S. Andreas in Blachernis prope Cpolim habitabat, ut Theophanes scribit, sed ex Creta adveniens ad Blachernas se contulit, ubi Copronymus in palatio suo Divi Mamantis in martyres sæviebat, quibuscum illico tentus est. Testantur id Acta et Synaxarium supra relatum (num. 5). Nec etiam tyrannus jussit eum usque ad mortem flagris cædi, ut iterum Theophanes scribit, et dein in fluentum projici, sed crudeliter raptari per viam publicam ; nec Cpoli sorores suas habere potuit qui in Creta monasticam vitam degens, illuc advenerat ut cultum SS. imaginum coram tyranno defenderet ; neque demum in emporio Leucadii ad littus Asiaticum Bospori, honestæ sepulturæ mandari potuit, quem in ipsa urbe, dum raptaretur, exspirantem, in locum sordidissimum, in Pelagia scilicet, cum maleficis projecere, quemque dein viri orthodoxi in loco sancto Crisis, iterum in urbe ipsa, deposuerunt. Quæ singula cum ex Actis S. Andreæ luce clariora sint, manifestum est Theophanem non adjuncta martyrii immutasse, sed sola nomina martyrum transposuisse. Atque hæc iterum, non dicam, confirmantur, sed vere demonstrantur ex iis quæ habet Menologium Basilii ad XXVIII Novembris postquam de S. Stephano Juniore egit. Similiter et S. Andreas (in Crisi) vinctus, raptatusque, e vita excessit. At sanctus Petrus (de Blachernis) in carcerem prius conjectus, deinde eductus, tamdiu flagellis cæditur, donec spiritum Deo tradidit. Num autem S. Andreas Stylita dici possit, infra inquirimus. De Calybitæ vero cognomine cum plura con-

(40) T. I Januar., p. 747.
(41) T. I Junii, p. 168. Cfr. t. I Januar., l. c. et Analecta Græca, p. 505.
(42) T. III Maii, p. 625.
(43) Theophan., t. I, p. 667.
(44) Anal. Græca, p. 507.
(45) Cfr. t. II Junii, p. 788, n. 9.

gesserit Bollandus ad diem xv Januarii, ubi de Joanne Calybita, satis erit hic dixisse illud a vocula Καλύβη, quæ ast tugurium significat, deductum fuisse, ita ut Calybites ille sit qui in tugurio habitat. Quam recte vero S. Petrus hoc cognomento insigniatur quem S. Stephanus appellat Τὸν ὅσιον, τὸν ἐν Βλαχέρναις ἐγκεκλεισμένον, sicut ipsum S. Stephanum Theophanes dicit : τὸν ἔγκλειστον ὄντα εἰς τὸν ἅγιον Αὐξέντιον (quod nomen montis est), nemo non videt (46).

16. Sed quomodo Theophanes in hanc confusionem devenit? Nos aliam causam non novimus nisi quod tunc adolescens fuerit valde, ut ipse prodit ad A. C. 763 (ipsi annum mundi 6255) dum in mari glacie constricto cum pueris se lusisse commemorat. In monasterio versatus (47) procul a Cpoli, diligenter quidem, ut in suo proœmio testatur (48) volumina plurima examinavit, sed de recentibus non multa, ut arbitror, congerere potuit; sequitur in his plerumque Breviarium Nicephori, qui Photio probatus scriptor dicitur, sed is historiam, non chronographiam aut annales contexuit. Causis autem erroris illius assignandis ideo diutius inhæremus, quod in martyrio S. Stephani lapsus iterum nonnullos admiserit, ut ad XXVIII Nov. uberius dicetur. Quid igitur mirum, dum in Menæis, in Menologiis cæterisque fastis Græcis Andreæ illius Calybitæ mentionem qualemcumque diligentius exquireremus, nulla nos usquam hujus cognominis vestigia obvia habuisse? Commemoratur tamen ab omnibus S. Andreas monachus sub Copronymo passus et plerumque verba in Crisi apponuntur. Deprehenderant scilicet Græci fastorum scriptores, quæ a Theophane afferebantur cum æteris testimoniis, si minus historicorum, at certe hagiographorum constare non posse, et ideo Theophane derelicto, Synaxaria sua potius ex Metaphraste aliisve Actorum scriptoribus, ut cæterum plerumque consuevere, depromere maluerunt. Latini e contrario Theophanem aut ejus interpretem Paulum Diaconum secuti, inde quæ a priore confusa fuerant retinuerunt.

17. Ut autem ad ipsum annum utriusque martyrii, Petri nempe et Andreæ, jam indagandum accedamus, sic Theophanis verba num. 14 relata consequenter ad dicta interpretamur : Anno mundi 6253, seu 21 Copronymi contigit martyrium, non ut Theophanes scribit, Andreæ Calybitæ in Blachernis, sed Petri Calybitæ in Blachernis; et anno mundi 6259, Copronymi autem 27, martyrium in quibusdam simile, sed diversam mortem et sepulturam nactus est S. Andreas, qui a sepulturæ loco dictus est in Crisi. De annis a Theophane assignatis jamdudum Henschenius adverterat ab imperio Phocæ, cui unus annus detractus est (49), usque ad annum ultimum Copronymi, ubi error præcedens novo errore tegitur (50). vel annos mundi vel indictiones perpetuo claudicare, idemque de Theophanis emendatione specialem diatribam edidit (51), ex qua Theophanem suum plurimum ornare doctissimi editores Bonnenses (52) potuissent. Verum hoc loco manet altera via accurate annos modo indicatos ad æram vulgarem reducendi ; Theophanes enim ad annum 6252, qui annum martyrii Petri de Blachernis immediate præcessit, eclipsim aliquam solis diligentissime consignat his verbis, ex versione Goari. Apparente solis defectu mensis Augusti die decimo quinto, feria sexta, hora diei decima, anno proinde 760, ut ex tabulis astronomicis constat (53). Et quia annus mundi 6253 Cpoli incepit, ex more Græcorum, mense Septembri anni 760 ut usque ad Septembrem anni 761 decurreret, exinde probabile fit S. Petrum de Blachernis occisum esse die XVI Maii dicti anni 761. Diem illum enim assignat antiquissimus Synaxaristes Ms. quem Papebrochius a Chiffletio nostro in collegio Divionensi exscribendum accepit.

18. Annus martyrii S. Andreæ in Crisi dupliciter inquiri ac statui potest. Primus modus est iste : Memorant Nicephorus (54) et Theophanes (55) varias Copronymi expeditiones plerumque felices in Bulgaros, at quam indictione quarta mense Januario suscepit, anno nimirum 763, iisdem testibus infelicissima fuit ; ex qua nempe turpiter mense Julio reversus est, ac furore quodam correptus, sævitiæ in monachos ac sanctarum imaginum cultores tragœdias edere cœpit. Eadem indictione juramentum ab omnibus subditis exegisse dicitur, quo venerationem imaginibus in posterum se non exhibituros esse sponderent. Porro hæc singula in Actis nostris utrisque reperimus. Ibi sub num. 8 ipse Copronymus dicit se decretum tulisse quo plectendi sunt, quicunque imagines venerarentur. Dein num. 10 arguitur a S. Andrea quod bellum in Barbaros ordinisque politici administrationem neglexerit, ac superbum animum in Christianos demonstrare statuerit. Præterea num. 6 et 7, dum S. Andreas primum coram imperatore apparuit, permultos invenit quæstioni subjectos, nervis bubulis cæsos, oculorum effossione cruciatos, aliaque similia passos, quæ a duobus prædictis scriptoribus ante indictionem quartam nusquam recensentur, sed ea indictione iisdem pene verbis descripta sunt, uti et deinceps pluries (56). Ex his igitur recte statuimus ante indictionem illam id, est ante annum 766 S. Andreæ martyrium non contigisse.

19. Alter modus, quo pressius annum martyrii

(46) Theoph. Chronogr. Edit. Bonn., t. I, p. 674.
(47) In ejus Vita, t. II Martii, p. 220, n. 14 et p. 217. not. *k*.
(48) Loc. cit., p. 3.
(49) T. III Martii, p. VIII. n. 17.
(50) Ibid., p. IX, n. 18.
(51) Ibid., p. I.
(52) Theophanis Chronographia ex recensione Jo. Classeni. Bonnæ 1839.
(53) Art de vérif. les dates, édit. 1783, t. I, p. 66.
(54) S. Nicephori Patr. Cpol. Breviarum, etc. Edit. Bonn., p. 77 et seqq.
(55) Loc. cit., t. I, p. 691.
(56) Theophan., t. I, p. 677 et seqq.

S. Andreæ determinamus hic est : Theophanes ad annum 6259 æræ mundanæ, ut dictum est num. 14 et 17, martyrium S. Petri stylitæ cum S. Andrea commutati, commemorat : sed ad eumdem annum etiam indictionem signavit, quod satis frequenter quidem facit, non tamen ubique. Quando autem id facit, Pagius aliique gravissimi scriptores non dubitant indictionem præ æra Antiochena admittere, qua Theophanes utitur, licet profiteatur se æram Julii Africani adhibere (57). Mihi tamen compertum est æram aliquoties recte proferri, cum erronea indictione, exempli causa ad an. 6253, ut ex adjecta eclipsis indicatione manifestum est. Patet nihilominus recte egisse, qui indictiones universim prætulerunt. Ad hunc igitur annum 6259 Theophanes indictionem signat his verbis (58) : Hoc anno, mensis Octobris die sexto, indictione sexta etc. Verum hæc indictio cum anno 6259 æræ mundanæ non concordat, cum ex regula S. Maximi (59), æræ addenda sit unitas, dein divisione instituta per 15, quod reliquum est, indictionem efficere debeat. Porro hac methodo hic non sex, sed quinque tantum obtinemus. Nihilominus indictionem hic recte adscribi, duplici via firmatur. Primo, quia Theophanes ad annum sequentem, indictione septima, scribit diem 1 Aprilis fuisse diem Sabbati (60) ; ex quo manifestum est, indictionem illam septimam recte adscribi ; ergo et ad præcedentem recte sexta adscripta est. Præterea ad hanc indictionem sextam signat Theophanes annum primum Stephani papæ, atqui reapse Stephanus III, hæc indictione, mense Augusto electus est (61). Sic stabilita indictione qua passus est S. Andreas in Crisi pro quo Theophanes Petrum de Blachernis dixit, facile ipse annus eruitur. Etenim in Actis nostris prioribus, martyrium contigisse dicitur die xx Octobris, ex quo palam fit illud anno 767 affigendum esse.

20. Annus martyrii S. Andreæ in Crisi uno tenore cum illo quo passus est S. Petrus de Blachernis, constituendus fuit, licet nonnulla de posteriore sancto dicenda supersint. Corpus ejus, postquam in circo Divi Mamantis flagris interfectus est, projiciendum erat in fluentum (supra num. 14 seqq.) ἐν τῷ ῥεύματι, ut Theophanes loquitur, sed ejus sorores ipsum efferentes, in Leucadiæ emporio sepulturæ mandarunt. Quale fuerit istud fluentum, facile colligitur ex Topographia Cpolitana Petri Gyllii, apud quem lib. IV cap. VI hæc leguntur (62) ; Non historici modo, sed etiam Grammaticus Suidas, tradunt ad Divum Mamantem pontem fuisse duodecim fornicibus constantem : multæ enim aquæ eo defluebant. Theophanes igitur, cum de fluento determinato loquatur, ut patet ex adjecto articulo τῷ, has aquas ad Divum Mamantem designat ; nisi forte sinum Ceratinum, qui ex Bosporo versus Occidentem se porrigit, voluerit significare. Ita intellexisse Goarius videtur, qui vertit fluentum maris (63) : verum ῥεῦμα de fluviis eorumque impetu dicitur, non de sinu maris ; neque etiam, si sinui Ceratino hoc nomen apud Byzantinos scriptores obtigisset, id Gyllium, Cangium (64), aliosque fugisset. Porro docet Gyllius, templum et circum Divi Mamantis, uti et palatium ab eo dictum, sita fuisse in Blachernis, extra muros civitatis (65). Blachernæ enim audivit omnis regio, quæ inter angulum Cpolis occidentalem et sinum Ceratinum jacet, quo sinu civitas a Septentrione clauditur ; hic etiam decimam quartam Cpolis regionem fuisse idem Gyllius constituit. De locis illis plura videsis apud Papebrochium ad diem XVI Maii (66) et in præclaro opere Cangii quod Cpolis Christiana inscribitur (67).

21. Emporium Leucadii, in quo sorores S. Petri de Blachernis ejus corpus sepelierunt, diversum non est a loco quem Dionysius Byzantinus in Anaplo Bospori (68) Lycadium promontorium dicit, eratque in littore orientali Bospori, non procul a Chrysopoli situm. Constat id iterum ex Chronicis Symeonis Magistri (69), Georgii monachi (70) et continuatoris anonymi Theophanis (71). Emporii autem nomine, quod locis ad mare sitis potissimum tribui notum est, non improprie hic insignitur. Porro locus idem omnino, siquidem ad eumdem annum similia ubique de eo memorantur, a Symeone et Joanne Scyliza Leucatium audit (72), a cæteris vero Leucates ; quamobrem manifeste de eo agi videtur, ad diem XXIII Julii, ubi de S. Anna ἐν τῷ Λεύκατῃ Pinius noster disserit (73). Promontorium enim Leucatas vel Leucactas prope Nicomediam in Bithynia, ut cætera mittam, longius a Cpoli dissitum fuit, quam ut illuc S. Anna ad imperatorem Basilium Macedonem, a quo dicitur in sponsam expostulata, se conferret. Nobis autem non inutile visum est, situm Emporii illius, cujus frequenter Byzantini scriptores meminere, hic accurate assignare. Addimus solum, in quantum ex Gyllio, Cangio et erudito geographo Hammers (74),

(57) Petavius, De doctrina temporum, Ad auctarium, etc., lib. VIII, cap. I et IV., t. III, p. 153 et 15. Edit. Andwerp. (Amstelodam.).
(58) Theoph., loc. cit., p. 681.
(59) Petavius, loc. cit., cap. V, p. 161.
(60) Theoph., loc. cit., p. 686.
(61) Baronius et Pagius, ad an. 768, num. I.
(62) Gronovi Antiquit. Græc., t. VI, col. 3323 et 3130.
(63) Theoph., loc. cit., p. 667.
(64) Cfr. tamen Glossarium Græcum V° ῥεῦμα.
(65) L. c., col. 5322 et seqq.
(66) T. III Maii, p. 625.
(67) Lib. IV, p. 83, n. 6, et p. 174, n. 3 ; lib. I, cap. I n. 16.
(68) Apud Gronov., loc. cit., col. 3201 d. et 3203 d.
(69) Ed. Bonn., p. 721.
(70) Ed. Bonn., p. 877.
(71) Ed. Bonn., p. 384.
(72) Cangius in notis ad Zonar. Ed. Paris. t. II, p. 98.
(73) T. V Julii, p. 486.
(74) Hammers. Cpolis. Pesth. 1822, p. 298.

rem assequi potuimus, collocandum illud esse in loco qui hodie Keurfus dicitur, jacetque inter Kandlische' et Anatoli, et duabus fere leucis horariis trans Bosporum a Cpoli distat.

22. De S. Joanne præfecto monasterii Monagriæ, qui tempore persecutionis Copronymianæ in sacco inclusus, in mare demersus est, pauca habet ad diem IV Junii Henschenius noster (75), eaque iterum ex Synaxariis a Chiffletio acceptis depromit. Joannem hunc ita celebrat S. Stephanus in carcere prætorii, postquam de S. Petro de Blachernis verba fecerat : Imitemur et qui eum (Petrum) secutus est, Joannem divinum illum amœni monasterii Monagriæ præfectum, quem tyrannus imperator (Copronymus) tyrannice comprehensum, quod Christi ejusque Matris imaginem pedibus conculcare renuerat, sacco inclusit, eumque ad ingentem lapidem alligatum in profundo maris præfocavit. Quid hujusmodi morte acerbius? Verum, eo gloriosiorem coronam præbet (76). Ex quibus, sicuti et ex chronologicis observationibus sub num. 17 allatis, recte deducere nobis videmur, S. Joannem Hegumenum monasterii Monagriæ die IV. Junii, anno 761, eodem scilicet quo S. Petrus, martyrii palmam adeptum esse. Apud Henschenium quidem dicitur, non Monagriæ sed Menagriæ præfectus : verum illud ex amanuensium lapsu factum esse conficitur, cum ex quatuor mss. codicibus quos Jac. Lopin se contulisse testatur (77), tum ex ipso Metaphraste qui apud Surium ad diem XXVIII Novembr. similiter scribit : monasterium Monagriæ. Non igitur veritatem plane omnem Papebrochius assequitur, dum in hujus monasterii nuncupationem inquirit (78) ; verisimile tamen est illud in ista, quam dicit, regione Sigriana situm fuisse, quia, ut alibi adstruit (79), ibi plurima monasteria exstitere nomen non valde diversum consecuta, ut erant quæ Parvi Agri et Magni Agri dicebantur. Præterea si illud prope Cpolim fuisset, non dubitamus quin Cangius, tot scriptores editos et mss. incredibili diligentia perscrutatus, ejus, in sua Constantinopoli Christiana notitiam tradidisset.

23. In indiculo martyrum de quibus hic agere nobis assumpsimus (supra num. 11), et in quo ordinem mensium sumus secuti, post Joannem Monagriæ Hegumenum, prodit S. Paulus Novus, militiæ dux, dein monachus ut ex quibusdam documentis apparet (80), demum martyr die VIII Julii, anno, ut videtur, 771. Reliqua quæ ad eum spectant, in Actis nostris ad dictum diem quærantur. Nos hic solum a Paulo ex Creta, de quo supra num. 11 et seqq., cum distinguere intendimus, dein aliquid de anno martyrii emendatius proferre. Refertur in Actis ejus, 122 annis post passionem, revelatione facta Antonio Cauleæ patriarchæ Cpolitano, ejus sacrum corpus honorificæ sepulturæ Cpoli in monasterio Cajumæ traditum fuisse, unde illud Veneti anno 1222 acceperunt et forte usque in hodiernam diem asservant. Demonstratum est autem ab Henschenio Antonium Cauleam non anno 888, ut antea credebatur, sed 893 sedere cœpisse (81) ; ex quo numero, si 122 demantur residui erunt 771. Verum Pinius correctionem Henschenii quam Pagius aliique omnes amplexi sunt (82), non assecutus, cum Baronio annum 888 erronee retinuit (83). Proinde annum non 771, sed 766 martyrio S. Pauli assignaverat. Nunc ex serie quam sequimur, devenimus ad S. Andream in Crisi, quem die XX Octobris anni 767 passum esse, supra num. 18 seq. adstruximus ; verum reservatis, quæ de eo reliqua sunt, ad § sequentem, jam paucis diem XXVIII ejusdem mensis attingimus. Jam dictum est supra num. 7, illo die a vetustissimis Eclogadiis seu Menologiis colendos indici S. Stephanum, Petrum (de Blachernis) et Andream (in Crisi). In Typico S. Sabæ aliisque fastis, prodit hoc eodem die S. Stephanus Sabaita canonum scriptor, de quo agit canon Menæorum novæ editionis, a Theodoro Grapto Nicææ metropolita (84) conscriptus. In Synaxario Menæorum hic Stephanus dicitur episcopus fuisse et certasse contra hæreses ; in Menologio Sirleti ut martyr annuntiatur (85). Hæc autem nec Stephano Sabaitæ qui a Theodoro Grapto celebratur, nec alteri homonymo itidem Sabaitæ, cujus præclara Acta Pinius illustravit ad XIII Julii, convenire possunt (86). Quapropter conjicio hic agi de Stephano illo, qui a Copronymo in Sugdæam, Mœsiæ inferioris partem (87), ejectus est (88), eodem forte qui viginti fere post annis, in concilio Nicæno anni 787 subscripsit : Στέφανος ἀνάξιος ἐπίσκοπος Σουγδάων (89). Sed de his iterum ad XXVIII Octobris.

24. Jam ad celebratissimum totius persecutionis Copronymianæ martyrem Stephanum Juniorem, qui XXVIII Novembris colitur, devenimus. Hic autem satis erit chronotaxin posterioris partis ejus

(75) T. I Junii, p. 402.
(76) Analecta Græca, p. 507.
(77) Ibid. in præfat.
(78) T. I Junii, p. 402.
(79) T. II Martii, p. 213, n. 2.
(80) T. II Julii, p. 636, n. 2. Cfr Menæa, et Menologium Basilii ad XXVIII Novembr.
(81) T. I. Aug. de patriarch. Cpolit., p. 113.
(82) Ibid., n. 663.
(83) T. II Julii, p. 633, n. 10.
(84) Lequien, Oriens Christ., t. III, col. 359 : Cfr Chronic. Symeonis. Edit. Bonn., p. 643.
(85) Cfr t. III Julii, p. 525, n. 9.
(86) Ibid., n. 8 et seq.
(87) Cellarius, t. I, edit. 1773, p. 498. Cfr Acta SS., t. V Junii, p. 247.
(88) Menæa, Venetiis 1843, ad XXVIII Novembr., p. 211. Menologium Basilii, Urbini 1727, ad eumd. diem., p. 217.
(89) Labb. Concil. t. VII, p. 327 c. 363 b, 42 c ; Coletus. Illyricum sacrum, t. VIII, p. 126 ; Lequien, Oriens Christ., t. I, col. 1229.

vitæ, qua sæpius in hoc Commentario nixi sumus, breviter stabilire. Natus est S. Stephanus Cpoli anno 715, post ordinationem S. Germani patriarchæ (90), quæ contigit die XI Augusti ejusdem anni (91). Deductus est a parentibus, valde juvenis, ad Joannem anachoretam montis S. Auxentii, e regione Cpolis, ad sinum Nicomediæ siti, in quo cum diu vixisset, anno ætatis 42 (92), Christi proin 756 aut 757, ad ipsum cacumen montis in angustissimam cellulam se contulit. Interea Copronymus anno 754 (93) synodum iconoclasticam coegerat, cujus decreta ipse deinceps propugnavit, quamque a Constantino pseudopatriarcha, antequam eum morti traderet, anno 768 iterum approbari voluit (94). Hujus conciliabuli decreta anno 763 ad S. Auxentii montem idem imperator jussit deferri, ut a S. Stephano subscriberentur (95). Is vero, eum id facere renuisset, ad S. Auxentii cœmeterium arcte custoditus, die septimo, dum Bulgaris bellum inferre imperator debuit, liberatus est (96). Porro in Bulgaros profectus est Copronymus die XVII Junii, et die XXX ejusdem mensis, feria V, indictione I, eos prælio devicit (97); ex qua indictionis et feriæ indicatione certissimum est ea contigisse anno, quem supra dicebam, 763.

25. Dein a reditu imperatoris Cpolim, paucis eventibus interjectis, incenso S. Auxentii monasterio (98) S. Stephanus e tugurio suo usque ad mare pertractus est, ibique naviculæ impositus et Chrysopolim ad Philippici monasterium delatus (99), postquam dies XVII illic transegerat, ad insulam Proconnesum in exsilium missus est (100). Quoniam vero dicitur ibi, initio pæne exsilii sui, anno 49 ætatis domunculam in columnæ formam a se exstructam, ingressum esse (101), si meminerimus eum anno 715 post XI Augusti esse natum, constabit id accidisse anno 763 exeunte, aut currente 764. Ex quibus quæ num. 24 attulimus de anno 763 iterum confirmantur. Rursum traditur in ejus vita, secundo exsilii anno, id est 763 aut 766, matrem illius obiisse (102), denique nonnullis rebus interjectis, Cpolim eum revocatum fuisse. In qua civitate, diebus aliquot carcere Phialæ detentus (103), cum imperatorem publice arguisset, per undecim menses prætorio incarceratur (104) et demum anno ætatis 53, die XXVIII Novembris (105), anni proin 767, martyrii coronam accepit (106.) Cum enim anno 715 sit in lucem editus, patet eum dicto anno 767, annum ætatis 53 esse ingressum. Porro, si menses undecim carcere prætorii mansit, inde conficimus eum sub finem anni 766 Cpolim revectum fuisse, et consequenter tres fere annos vixisse exsulem in Proconneso. Quocirca, ubi de Petro de Blachernis egimus (supra num. 15), qui anno 761 passus est, merito diximus ejus martyrium S. Stephano innotescere potuisse et ab eo, sex annis elapsis, in carcere prætorii narrari; at non item martyrium S. Andreæ in Crisi, quod XX Octobris anni 767 contigit: tum enim jamdudum S. Stephanus in dicto carcere detinebatur, mox ipse ad eamdem palmam arripiendam, inde exiturus. Rursum, ex iisdem quæ deduximus, conficitur S. Stephanum ter publice prodiisse, et crudeliter fuisse ligatum ac pertractum, ultimis scilicet mensibus annorum 763, 766 et 767 (107). Atque exinde factum est, ut tum Nicephorus in Breviario (108), tum Theophanes (109) anticipate et confuse omnia narraverint, nec opus est cum Pagio (110) in aliam causam inquirere. Porro hæc Theophanis narratio Baronium aliosque aliquando in errorem, de anno mortis S. Stephani constituendo induxit.

26. Nunc autem quoniam inquisitio ista in historiam et chronologiam persecutionis iconoclasticæ secundæ, prolixior facta est, quam id primum existimabamus, utile duximus eam, juxta seriem annorum, hic compendio exhibere, additis numeris Commenturii, ad quos de singulis actum est:

Anno 761, XVI Maii, passio S. Petri de Blachernis. Supra num. 17.

Eodem anno, IV Junii, passio S. Joannis Hegumeni monasterii Monagriæ, num. 22.

Anno 763 ad finem vergente, S. Stephanus Junior ex tuguriolo montis Auxentii abstractus et mari Chrysopolim devectus, mox in Proconnesum exsul mittitur, num. 24 seq.

Anno 766, sub finem. S. Stephanus Junior Cpolim redux, carceri traditur, primum Phialæ aliquot dies, deinde prætorii, num. 23.

Eodem anno Copronymus omnes subditos juramentum præstare jubet, se imaginibus sacris venerationem non exhibituros, num. 12.

Anno 767 Copronymus præfectos crudelissimos ad provincias mittit, num. 12.

Eodem anno, XVII Martii passio S. Pauli monachi in Creta, sub Theophane Lardotyro insulæ præfecto num. 12.

Eodem anno, XVI Aprilis, invaditur monaste-

(90) Analecta græca, p. 403 et 404.
(91) Pagius ad an. 714, n. 2 et ad an. 766, n. 2; Cfr Analecta Gr., p. 405 et 406.
(92) Analecta Gr., p. 423 et seq.
(93) Theoph. loc. cit., p. 659. Pagius ad ann. 754, n. 10.
(94) Theoph., p. 683.
(95) Analecta Gr., p. 457 et 477.
(96) Ibid., p. 460.
(97) Theoph. loc. cit., p. 667 et seq.
(98) Analecta Gr., p. 475.
(99) Ibid., p. 476.
(100) Ibid., p. 483.
(101) Ibid., p. 486.
(102) Ibid., p. 495.
(103) Ibid., p. 495.
(104) Ibid., p. 499 et 503.
(105) Ibid., p. 521.
(106) Cfr Pagius ad an. 766, n. 2.
(107) Analecta Gr., p. 475, 499 et 518.
(108) Edit. Bonn., p. 81.
(109) Loc. cit., 674 et 684.
(110) Pagius ad an. 765, num. 1.

rium Pelecetæ in Asia ad Hellespontum, a Michaele Lachanodraconte Asiæ præfecto, num. 13.

Eodem anno. II Junii, passio 38 monachorum ejusdem monasterii, a Lachanodraconte prope Ephesum terræ mole obrutorum, num. 13.

Eodem anno XX Octobris, passio S. Andreæ in Crisi, num. 19.

Anno 771, VIII Julii, passio S. Pauli Novi, num. 23.

§ III. *Inquiritur in vitam S. Andreæ. Actorum loca nonnulla illustrantur.*

27. S. Andreas natus est in insula Creta, ut testantur ejus Acta et synaxaria omnia, tum excusa, tum mss. Assemanus asserit Menæa impressa, eum ex una urbium Cretæ oriundum facere (111), sed doctissimus vir accurate verba Græca non expenderit: Γέννημα καὶ θρέμμα γέγονε τῆς εὐνομωτάτης τῶν πόλεων Κρήτης. Raderus noster, qui omnia Menæorum synaxaria Latine interpretatus est, et cujus opus ms., in Bibliotheca Burgundica Bruxellensi asservatur (112) eumdem locum obscure vertere maluit: Natus et educatus est in optime morata civitate Cretæ. Sed dubium omne tollit Metaphrastes ex quo Menæorum Synaxarium, ut frequenter contingit, descriptum est: Ἤνεγκε μὴν γὰρ αὐτὸν ἡ εὐνομωτάτη ποτὲ τῶν πόλεων Κρήτη (infra num. 3). Ex quibus manifestum est, Metaphrasten de legibus, quas Minos olim Cretensibus tradidit, sermonem facere. Insolitum quidem est πόλιν apud mediæ Græcitatis scriptores, non de urbe aliqua dici (113), sed de civibus, qui legibus communibus reguntur; verum in Metaphraste, quem ex scriptis patet in antiquis litteris non mediocriter versatum esse et allusiones historicas adamasse, id mirum videri non debet. Apud Hesiodum autem, Thucydidem, Isocratem, Aristotelem aliosque, πόλιν cives quoscunque iisdem legibus rectos designasse, extra controversiam est (114). Porro in Actis nostris prioribus, S. Andreas natus dicitur in loco, qui Castrum dicebatur (infra num. 6): Ἐν τῷ ἐπιλεγομένῳ τῆς Κρήτης Καστρῳ; et ita verba illa accipienda esse, manifestum videtur ex iis quæ in iisdem Actis (num. 16) de loco Crisis leguntur: Ἐν τόπῳ ἐπιλεγομένῳ Κρίσις; hic enim de vocum significatu nemo dubius hærebit. Quanquam autem oppidum quodcunque, præsertim si munitum sit, testibus Gretsero nostro et Goaro in Codino Curopalata illustrato (115), κάστρον dicitur, id certe de tota Creta dici nequit, et quidem interpretationem hujusmodi verba Græca aperte respuunt. Porro Castrum locus Cretæ non valde insignis fuerit, cum apud geographos nusquam prodeat. Recentes quidem nonulli, ut Hoffmann, Balbi, etc., vicum Castel-priotisa commemorant, non procul a Candia situm, a rudi gente habitatum, at eumdem esse cum loco qui medio ævo Castrum dicebatur, nihil est omnino quod indicet, et hac de re vel conjecturam emittere ridiculum esset. Ex eo autem quod S. Andreas martyr in Creta natus feratur, Baronius et alii ante hunc, eum non immerito Cretensem vocarunt (116), nec ideo certe cum Pagio (117) dici potest, Baronium martyrem hunc ab Andrea episcopo, similiter Cretensi dicto, non distinxisse, nam in Notationibus ad Martyrogium, die XVII Octobris, aperte inter utrumque distinguit.

28. De Vita S. Andreæ in Creta acta, pauca admodum innotuerunt. Petrus de Blachernis, quem Theophanes ad annum Christi 767 (118), pro Andrea nostro posuit (vide supra num. 14), ab eodem Styla nuncupatur, quam appellationem ad S. Andream transferendam esse, conjicere quis posset? De hac re adverto, stylitas etiam fors dici potuisse, qui in loco excelso cellam suam habebant, vel quorum cellula in columnæ formam exstructa fuerat; nam id aliquando factum esse patet ex Actis S. Stephani Junioris, cujus exigua cella, quam ipse sibi in insula Proconneso ædificaverat, ab ejus biographo στυλοειδὴς vocatur: Στυλοειδὲς μικρὸν ἔγκλειστρον ἐν τῷ τόπῳ ἀνοικοδομήσας (119). Dein Petrum de Blachernis, a Theophane Stylitam dictum, idem S. Stephanus nuncupat: Τὸν ἐν Βλαχέρναις ἐγκεκλεισμένον, quod de veri nominis stylita dici non posset. Si igitur S. Petrus de Blachernis stylita fuit, accipiendum id est latiori sensu; sed cum Theophanes hoc loco Petrum pro Andrea posuerit, nec addat eum in Blachernis vixisse (cfr. supra num, 14 seqq.), ad annum vero 761 vicissim Andream pro Petro scribat, addatque eum ad Blachernas habitasse et calybitam fuisse dictum (supra ibid.), mihi pene certum est, Petrum de Blachernis, ex appellatione qua S. Stephanus utitur, in Blachernis vere calybitam seu inclusum fuisse, non autem stylitam. Theophanes igitur sicut calybitæ nomen a Petro ad Andream transtulit, vicissim nomen stylitæ ab Andrea ad Petrum potuit transferre. Nemo enim S. Andream calybitam dixit, præter Theophanem et qui eum explicare solent, Zonaras, Cedrenus (120) et Paulus Diaconus in Miscella. Verum hæc est sola probatio quæ adduci queat, nisi forte ad Andreæ vitam stylitam alludat Josephus Hymnographus, in antiquissimo canone Menæorum, ode nempe tertia et septima, tropario I. Stylitarum vivendi rationem si quis noscere cupiat, plura de iis reperiet in Actis nostris, ad V Januarii, quando S. Si-

(111) Kalendaria Ecclesiæ, t. V, p. 304.
(112) Sub n. 7883.
(113) Cfr. Cangii Glossarium Græcum.
(114) Cfr. Stephani Thesaur. Græc.
(115) P. 212, edit. Paris. Cfr. Cangium, loc. cit.
(116 Ad an. 762, n. 1.
(117) Ad an. 761, n. 2.
(118) Theophan., loc. cit., p. 683.
(119) Analecta Græca, p. 486.
(120) P. 11. édit. Bonn.

meon stylitarum antesignanus colitur (121), et aliis locis plurimis. Cl. B. Hase, vir Græcæ eruditionis maximæ, in notis ad Leonem Diaconum (122), observat stylitas usque ad sæculum XII in Oriente perdurasse, Papebrochius vero deprehendit eorumdem institutum apud Ruthenos viguisse ad sua usque tempora (123).

29. Porro, si styliticam vitam S. Andream amplexum esse minus evidens est, certe eum monachum vel anachoretam fuisse, nemo dubitabit. Permultis id testimoniis adstruere, facile, sed supervacaneum foret : nec aliud hic afferimus quam canonem jam laudatum, ante medium sæculum IX a S. Josepho conscriptum (124). Ibi igitur, ode prima, tropario tertio, Sanctum a juventute captum desiderio Christi, lætanter crucem suique abnegationem amplexum esse dicit ; ode vero nona, tropario secundo, eum monachorum, vel anachoretarum decus appellat : Μοναζόντων ἐγκαλλώπισμα. In quodam Menologio Moscho ms., cui, uti et tabulis figuratis de quibus num. 2, fidere semper non possumus, nuncupatur S. Andreas Hieromartyr, quod de martyribus presbyteris solum dici, in comperto est; verum in omnibus aliis ut Hosiomartyr, id est, ut monachus et martyr, proponitur (125). In Sirmondi Synaxarista ms., quem Parisiis decessores nostri olim acceperunt, dicitur in Creta τὴν μονήρη βίον μετεσχόμενος, ex quibus aliisque similibus appellationibus, S. Andreas potius anachoreta vel solitarius, quam monachus seu cœnobita fuisse videtur. Hujusmodi autem anachoretas non rudes homines fuisse, sed plerumque doctrinam sacram satis bene edoctos, ex Actis S. Stephani Junioris, aliisque monumentis facile posset evinci.

30. Jam accedimus ad ea quæ S. Andreas Cpoli gessit. Acta priora, num. 6, dum ejus adventum Cpoli enarrant, eum dicunt Byzam appulisse, non Byzantium, aut Cpolim : Τὴν Βύζαν κατελάμβανε. Nomen istud nec inter urbis portus, in Cangii Cpoli Christiana reperimus, nec ab ullo scriptore de Cpoli dictum fuisse vidimus. Gyllius scribit de Barbysa fluvio prope Cpolim (126). Ortelius (127) de Bisa, bizya, Bizo Thraciæ et Mœsiæ urbibus, sed de his omnibus hic agi non potest. Ex his autem jam pronum est judicare hæc Acta priora Cpoli non fuisse scripta, quod iterum ex infra dicendis pene manifestum fiet. Porro cum S. Andreas Cpolim advenisset, illico ad palatium quod a S. Mamante nuncupatur, se contulit, quod ibi imperator degeret, et continua martyriorum spectacula in adjacente Hippodromio (128) ederentur. Palatium illud extra urbem, occidentem versus, in decima quarta regione situm fuisse, constat ex Gyllio et Cangio quos n. 20 adduximus, et cum Cpolim ex portu advenientibus ultra urbem esset, ideo in Actis prioribus in synaxario Mediolanensi, quod § 1 excusum est, et in Sirmondiano ms., palatium divi Mamantis πέραν situm dicitur, id est, ultra urbem. Idem palatium Symeoni Metaphrastæ qui Cpoli degebat, in Actis num. 6, non ultra, sed ante urbem dicitur ; demum Cangius in Chronico Pascali (129) πέραν vertit : versus fretum, siquidem ædes S. Mamantis de quo hoc loco sermo, freto Sycæno seu Ceratino proxima erat.

31. S. Andreas, cum Copronymo furorem suum in imagines sacras earumque cultores exprobrasset, varia perpessus, ut in Actis refertur, demum in arctum fœdumque carcerem conjectus est. Hunc non temere carcerem Phialæ seu Fontis fuisse dixeris, cujus frequens mentio in Actis S. Stephani, quemque ex iisdem non procul ab Hippodromio, martyriorum, in hac persecutione, ordinario theatro, situm, ac valde tetricum fuisse appareret (130). Metaphrastes hic insinuat S. Andream plures dies in carcere transegisse et socios captivos confirmasse ; cui Acta priora contradicere videntur, et manifeste contradicit synaxarium ex iis contractum, et num. 5 recitatum ; nam ibi postera jam die, coram Copronymo iterum apparuisse fertur, quod item synaxaristes Menæorum asserit, in cæteris omnibus ipsis Metaphrastæ verbis locutus. In iisdem Menæis excusis, ad XXVIII Novembris (131), ubi de S. Stephano dicitur eum in carcere prætorii fuisse detentum, additur eum ibi Petrum et Andream reperisse, verum illud evidenter erroneum est, et ex male intellecto Menologio Basiliano profluxit. In hujus synaxario, ad eumdem diem, titulus habet : Certamen S. Stephani Junioris monachi et martyris, et qui cum eo passi sunt, Petri et Andreæ. Dein S. Andreas quidem dicitur monachus fuisse : ὁ ὅσιος, sed S. Petrus vocatur simpliciter : ὁ ἅγιος, et enarratis breviter amborum martyriis, sicuti supra et in Actis describuntur, de S. Petro additur, eum prius carcere detentum fuisse (cfr. num. 15 circa finem).

32. Quibus non accurate discussis aut juxta Acta authentica emendatis, synaxaristes Menæorum discernit a monachis S. Petrum et S. Andream, quamvis aperte non dicat eos monachos non fuisse; et itidem trecentos et quadraginta duos captivos, quibus S. Stephanus in prætorio adjunctus est, in monachos et alios distinguere videtur. Verum, tam distinctio ista, quam præsentia S. Andreæ in carcere prætorii cum S. Stephano, ex scriptore diligentissimo et coævo Stephano Diacono, qui 342

(121) T. I Januar., p. 262 ; cfr t. II Febr., p. 91, n. 36.
(122) Edit. Paris, p. 263 ; cfr t. II Feb., loc. cit., not. i.
(123) T. I Maii, p. XXVIII.
(124) T. I April., p. 269, n. 13.
(125) Cfr t. I Maii, p. VII : et supra, § 1, passim.
(126) De Bosporo Thracio, apud Gronovii Antiqq. Græc., t. VII, col. 3128.
(127) Ortelii Thesaurus geographicus. Antverp. 1596.
(128) Theophan. loc. cit., p. 667, 676, 677, 682, etc., et in Actis infra.
(129) Edit. Bonn., p. 598.
(130) Anal. græc., p. 466, 467 et seqq. et 499.
(131) Venetiis 1843, p. 210.

illos captivos omnes monachos fuisse diserte asserit, nec ullum Petrum aut Andream tum carcere detentum, vel socium quemvis cum S. Stephano supplicio traditum commemorat, corrigi debent (132). Id iterum apparet ex canone S. Stephani, in Menæis ad XXVIII Novembris, qui canon scriptorem præfert eumdem S. Josephum, qui Andreæ canonem concinnavit ac nomen in ulimæ odæ acrostichide signare consuevit, quemque nosse poterit Lector ex Actis a Papebrochio editis ad diem tertium Aprilis (133). In hoc canone, ode 6, etiam celebrantur S. Paulus quem Gretensem diximus, SS. martyres Ephesini 38 (cfr. supra num. 13), S. Petrus de Blachernis, eodem ordine omnino, eoque illis martyrii genere tributo, quo apud Stephanum Diaconum insigniuntur. Hymnographus igitur S. Stephani Acta genuina perlustraverit, sed non item synaxaristes Menæorum; idque vel eo evincere possemus, quod ejus corpus in mare projectum fuisse referat, ἐν τῷ πελάγει, cum in Pelagia dicendum fuisset. Atque hic etiam advertimus, quod dudum jam Papebrochius monuit (134), Officia et canones Menæorum plerumque synaxariis esse multo antiquiora et probatiora. Porro prodit quidem, in eodem Josephi canone de S. Stephano, etiam Andreas martyr, sed extra seriem illam quam ex S. Stephani Actis excerptam diximus, Ode nempe octava, tropario tertio; neque additur eum cum S. Stephano in carcere prætorii versatum esse, sed paucis verbis, unico Tropario isto, martyrium in hunc modum exponitur: Fortiter persecutori resistens, divina sapientia præditus Andreas, flagellis percutitur, et immanem mortem justus patitur, jam accinens Domino Christo in sæcula. Non potuit itaque Josephus Hymnographus, qui Cpoli degebat, patriarchæ Ignatii Sceuophylax, ubi de S. Stephano, primario totius persecutionis Copronymianæ martyre agebat, etiam S. Andreæ in Crisi non meminisse, licet in Actis S. Stephani quæ in canone suo secutus videtur, de eo mentio non fiat. Id iterum patebit ex laudibus quibus S. Andream cumulat in canone quem de ipso concinnavit, et ex quo inferius plurima proferimus.

33. Eductus est S. Andreas e carcere suo, quem Phialæ fuisse verosimilius diximus, ad imperatorem, et coram eo imaginum venerationem iterum audacter tuitus, a palatio S. Mamantis in urbem pertrahi jubetur (in Actis, num. 14 et 15), cumque ad forum Bovis pervenisset, terram ubique irrigans cruore, ibi a piscatore quodam pede dextero abscisso, animam Deo tradidit. Quod cum vidissent, qui eum trahebant, in locum fœdissimum exanime corpus projecere. Hæc ex sequentibus illustrantur. Bos scilicet seu forum Bovis, nomen mutuabatur a camino æneo in formam bovis conflato, in quo ustus fertur S. Antipas martyr, antequam Pergamo Cpolim a Theodosio magno esset advectus, quique in hoc foro eminebat. De hoc martyrii instrumento egregie disputat Morcellus noster in doctissimis Commentariis quibus Kalendarium suum Cpolitanum exornavit (135). Capiebat autem forum Bovis undecima regio, non procul a freto Ceratino dissita, nec a porta Blachernarum, ubi multi habitabant piscatores (136). De Bove plura etiam congessit olim Papebrochius (137). Ex eo autem quod ibi forum fuisse dicatur, facile intelligitur quod in Actis nostris scriptum est num. 15, truculentum illum piscatorem hastam, ex macello quodam ibi arreptam, adhibuisse. Conferendus etiam Anonymus Combefisianus (138), qui ex Bove æneo nummos cusos ab Heraclio refert, ut ita ad Copronymi usque tempora Bos non permansisse videatur, sed solum nomen foro inditum. Locus ille fœdissimus, in quem S. Andreas projectus fuit, Pelagii sepulcretum est, quod etiam S. Stephanum Juniorem excepisse testatur Nicephorus in Breviario, et ex ejus Actis ad diem XXVIII Novemb. pluribus declarabitur. En Nicephori verba Petavio interprete: A palatio ad Bovis usque forum attractum, miserrime discerpserunt. Cujus corpus in eum locum quem Pelagii sepulcra nominant, tanquam malefici cujusdam abjiciunt: illuc enim et profanorum gentilium et eorum qui capitali supplicio damnati essent, cadavera deportabantur (139). Metaphrastes num. 15, et synaxaristes Menæorum S. Andream in locum maleficorum projectum dicunt, et inter corporum congeriem repertum; verum Theophanes aperte Pelagia indicat (supra num. 14). Cur autem eadem sepulcra non Pelagii, sed Pelagiæ, τῆς ἁγίας Πελαγίας, ab aliquibus dicta sint, diligenter inquirit Janningus in Actis S. Pelagiæ Antiochenæ (140), nec explicationem Cangii, ad calcem Annalium Zonaræ traditam, admitti posse, recte ibidem evicisse videtur.

§ IV. *S. Andreæ reliquiæ, miracula, locus sepulturæ.*

34. Corpus S. Andreæ in Pelagiis per miraculum repertum ac a cæteris discretum, a piis viris in loco sancto Crisis depositum est; atque hoc quidem ex Actis, ut aiunt, anepigraphis num. 16, insequenti nocte factum esse videtur. Miraculum tamen præcitatum, quod Metaphrastes et Menæa excusa referunt, in iisdem Actis non comparet, sed omittunt tantum, ac nihil dissonum addunt quod cum Metaphraste componi non possit. Et hæc est altera ratio cur Acta illa Cpoli scripta non fuisse videantur.

(132) Anal. Græc., p. 500 et 517.
(133) T. April., p. 268.
(134) T. III Mart., p. 165 et t. I Junii, p. 17, n. 6.
(135) T. II, p. 85.
(136) Gyllius Topogr. Cpol., lib. II, cap. II.
(137) T. VII Maji, p. 68, n. 12 et t. II April., p. 4, n. 3.
(138) Manipul. Cpolit., p. 20.
(139) P. 46 d. edit. Paris; cfr Analecta Græca, p. 519 et 520.
(140) T. II Junii, p. 159, n. 25 et seqq.

quod scilicet ex tot miraculis, quæ S. Josephus Hymnographus anno 814 jam Cpoli sacerdotio fungens (141), ac sæculo sequenti Metaphrastes magnifice extollunt, nullum ea commemorent, aut de illis ne verbum quidem proferant. Si enim Cpoli scriptor Actorum degisset, non eo modo patrocinium S. Andreæ sibi apprecatus foret, tale illud rogans scilicet, quale id experiuntur qui colunt tuam sacram memoriam et loculum reliquiarum tuarum venerantur. Nunc ex Canone S. Josephi ea exhibemus quæ S. Andreæ miracula commendant; sed ultimam Odam cui hymnographus, in perpetuam venerationis suæ memoriam, nomen per acrostichidem intexere suevit, integram vertimus, eadem acrostichide servata. Advertisse etiam juverit, uti postremæ huic Odæ, ita cæteris omnibus annexum esse Theotocium seu versiculum in honorem Deiparæ, quod jam ante Josephum factitabat Theophanes, aliique hymnographi Græci; ut ita planum fiat quanta Græci, a Romana sede necdum divulsi, quanta, inquam, in B. Virginem devotione polluerint. Ex his Canticis excerptum est opusculum Wangnereckii nostri cui titulus : Pietas Mariana Græcorum, et Maraccius suum Mariale ex unius fere S. Josephi hymnis, etsi permulti adhuc in bibliothecis manuscripti delitescunt, concinnare potuit.

35. Sanitas ex te sive vivo adhuc, sive jam mortuo, tanquam ex fonte in ægrotos defluit, verbo divino potens, sancte Andrea, qui spiritus impuros depellis, et Creatori tuo inclamas : Tu solus sanctus, Domine. *Ode* 3, *troparia* 2.

Suave spirans, odore virtutum, ubi nunc jaces in sepulcro. Pater sancte, vultum lætificas eorum qui confidenti corde Te adeunt. *Ode* 4 *trop.* 2.

Peccati tenebras abhorruisti, Pater, et libidinis expers ut lucerna splenduisti, qui ad sanctum tumulum tuum accedentes splendore curationum, Deo dante, illuminas. *Ode.* 5, *tr.* 1.

Dei habitaculum factus es, Pater, qui sancte vixisti et pugnasti fortiter ; nunc vero in monumento jaces, salvus et indissolubilis, cunctorum solvens morbos fidelium. *Ode* 5, *tr.* 2.

Ut magni pretii thesaurus absconditus, oculis fidelium, Pater, manifestus factus es, et miraculis ditas omnes qui colunt te. *Ode* 6, *tr.* 3.

Spiritus tuus divina communicatione præfulgidus, mirabilis Andrea, stellam lucidam cunctis te exhibuit, et ubique miraculis illustras fideles collaudantes te. *Ode* 7, *tr.* 3.

Contra Christum in rabiem abrepti, ut feræ bestiæ te trucidari jusserunt ; quare raptantes et cædentes te in barathrum projecerunt, qui ita veritatis manifestus martyr factus es. *Ode* 8, *tr.* 2.

Prodigiis fideles, tanquam fluento, irrigas, et fugas, vir beate, nequitiæ spiritus, et languores tollis, qui a Christo Deo nostro curationum gratiam cœlitus accepisti. *Ode* 8, *tr.* 3.

Ode 9.

Ideo, Pater sancte, cursu tuo consummato, et orthodoxa fide intemerate servata, quia certasti legitime, coronam duplicem desuper accepisti, ut martyr invictus, ut asceta egregius.

Odoriferum ut lilium, ut rosa, Pater, in prato divinæ asceseos floruisti, ut cedrus suave redoles, martyrum splendorem adeptus, beate Andrea, monachorum decus.

Signis et portentis merito celebris, omnium sub oculis indissolubilis manes, beate Andrea, qui mentem illuminas fide ardenti adeuntium te et gratulantium tibi.

Ecce diem festivum et sanctam suavissimamque memoriam tuam celebrantes hodie, tibi, Pater, cum fiducia clamamus : Sacris ad Deum precationibus tuis, ab omni vicissitudine vitæ liberare nos digneris.

Theotocium.

Phosphori veri, qui lumen tulit in mundum splendore Deitatis, et ignorantiæ tenebras fugavit in ævum, viscera tua, castissima Virgo, habitaculum facta sunt ; ideo glorificamus te.

36. Hic exscribenda forent Metaphrastæ verba, quibus testatur, suo etiam tempore, neminem morbo aut malo qualicunque correptum, Sancti tumulum adiisse quin remedium inde retulerit ; qui Cpoli degens ita fidenter non fuisset concives allocutus, nisi frequentibus miraculis S. Andreas fidelium pietatem remunerasset. Verum, his missis, cum in Actis ejus n. 17 legi possint de Crisis loco cui sacrum pignus creditum est, quædam proferenda sunt. In Actis utrisque, sed in Metaphrastæis disertius, locus ille sanctus dicitur. Fuit ibi scilicet monasterium, cui anno circiter 1284, ex Possini nostri calculo (142), Raulena Protovestiarissa peramplam et exquisiti artificii ædem adjecit. Alibi vero Pachymeres, ex ejusdem Possini interpretatione, ita fere loquitur : abdidit se Gregorius patriarcha in monasteriolum Aristinæ dictum, contiguum monasterio S. Andreæ in Crisi, viciniam in talis delectu loci sequens Protovestiarissæ Raulænæ in eo S. Andreæ monasterio degentis a qua benigne fovebatur (143). Num igitur ob viciniam utriusvis istorum monasteriorum Crisis locus sanctus, jam inde octavo sæculo dicta sit, definiri non potest ; nos aliam appellationis causam non deteximus. Porro ex priore Pachymeris allegato loco discimus, Raulænam, feminam multis tertii decimi sæculi scriptoribus celebratam, S. Andreæ magnificum templum suscitasse ; cui Maximus Planudes monachus, qui tum temporis vivebat (144) et ex biographis inno-

(141) T. I April., p. 269, n. 13.
(142) Pachymer, t. II, p. 53 d. et 606.
(143) Loc. cit. p. 89 e.
(144) Pachym., l. c. p. 166 c.

tescere facile cuipiam poterit, inscriptionem duplicem destinavit. Hanc utramque Cangius, cum comperisset Raulænam ex Francis stirpem deduxisse (145), in supplemento Cpolis Christianæ, quod Zonaræ Annalibus subjecit, edendam curavit. Nos illas hic recudendas esse non duximus, cum præsertim in extollendo Raulænæ genere Planudes pene totus sit : de quo etiam monuisse juvat, ne disticha quædam non rite intelligantur, eum acerrimum Græci schismatis propugnatorem fuisse.

37. Quid de venerandis S. Andreæ reliquiis post Cpolis direptionem a Turcis factum sit, ignoramus ; fortasse earum aliqua pars etiamnum Cpoli asservaretur, nam secus non integra aut absque Commentario fors prodiissent quæ in Græco Officio de præsente S. Andreæ corpore toties repetuntur. Menæa enim, uti ea excusa habemus, Cpolitanæ Ecclesiæ officia potissimum referunt, et patrocinante patriarcha Cpolitano, sæculo XVI, primum typis mandata fuere (146). Obvius est aliquis S. Andreas Cretensis in Descriptione montis Atho, anno 1701 in Valachia edita et a Montfauconio ad calcem Palæographiæ Græcæ reproducta ; scimus quidem Acta et Vitam S. Andreæ episcopi Cretensis minus nota fuisse, et martyrem nostrum tam in fastis quam in Actis, sæpissime Cretensem dici, sed hæc dubium non solvunt. En autem locum ex dicta Descriptione : Ibidem in monasterio Batopedii erat olim caput S. Andreæ Cretensis : sed Patres a multis jam annis ipsum quasi cimelium pretiosum obtulerunt piissimo et magno totius Russiæ imperatori. In monasterio Iberorum ejusdem montis Atho reliquiæ cernebantur S. Stephani Junioris (147), quem eodem tempore passum diximus, et Menæorum synaxarium Cpoli requiescere asseverat. Nunc Acta duplicia damus, quorum priora interpretati sumus, sed monemus ea prolixe et in formam encomii scripta esse. Quam emendate utraque proferant antiqui codices, ex quibus exscripta sunt, lectio ipsa patefaciet ; vix ulli iotacismi obvii sunt, sphalmata autem amanuensium paucissima, eaque ipsa postmodum alia manu in margine correcta sunt, aut hic, pro Actis Metaphrastæis scilicet, ex quatuor codicum collatione emendantur. Videsis plura de utrisque supra n. 8 et 9.

(145) In notis ad Alexiad., p. 239.
(146) T. I Aug., p. 229.
(147) Palæogr. Gr., p. 464 et 474.

MAPTYPION

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΟΣΙΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΑΝΔΡΕΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΤΩ ΚΡΙΣΕΙ.

—

MARTYRIUM

S. MONACHI ET MARTYRIS

ANDREÆ IN CRISI.

(Ex Cod. Coisl. CXLV, fol. 121 verso Bibliothecæ regiæ Parisinæ cum collatione aliorum quinque integrorum codicum. A. — Cod. Coisl. CXL. B. — Cod. Reg. 1484. C. — Cod. 1495. D. — Cod. Reg. 1503. A. E. — Cod. Reg. 1503. F. — Cod. Reg. 1543.)

Caput unicum. S. Andreæ pia in Creta vita ; venit Constantinopolim ad impugnandum Constantinum Copronymum, et immania tormenta passus, exspirat. Sepulcrum miraculis claret. In Crisi deponitur.

Α'. Πολλὴ κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων τοῦ διαβόλου ἡ κακουργία, καὶ μάλιστα ὅταν ἀπταίστως ὁρᾷ, καὶ ἀκλινῶς ὁδεύουσαν τὴν εὐσέβειαν· πολλὴ καὶ ποικίλη καὶ μεγάλης δεομένη ψυχῆς, καὶ ἀσφαλῶς τῇ πρὸς Χριστὸν [1] ἀγάπῃ καθωπλισμένης,

I. Si justi memoriam cum encomiis celebrare divinus quidam vir ac sapiens divina lege statuit, quantam sane convenit apostolo Christi nos simul afferre laudem? Siquidem hunc justitia mirum in modum fecit et apostolatu dignum, et ut Paulo dilectus videretur. Verumenimvero quoniam hic in Evangelio laudem adeptus est, relictis omnino encomiorum legibus, quæcumque de eo narrare necesse est, per modum historiæ referemus.

II. Quis Antiochenam ignorat civitatem, quem situm ac magnitudinem, quosve terminos habeat? et quænam hæc sit, et quantam occupet terram, quove irrigetur flumine. Orontes hic est, ubi primum homo Christiani appellatione ditatus est: ex qua divus Lucas ortus est: et naturam quidem ac indolem habens, ut quæ generosa esset ac pretiosa: veluti ex hoc manifestum est quod et vita apparuit studiosissimus, et sermonem tradidit vitæ maxime conformem. Cum autem omni disciplinæ genere vacasset a puero, et Syriacam ac Hebraicam linguam exactissime edoctus est, et velut arbor juxta fontes, floridus jam et augmentatus, divinarum Scripturarum studio mirum in modum profecit. Adolescentiam itaque attingens, gymnasia frequentabat quæ tum in Græcia erant, tum in Ægypto, ac pulcherrimam apud Græcos eruditionem collegit: grammaticen quidem ac poeticen perfecte assecutus, ad rhetorices vero artisque bene dicendi cacumen pertingens, neque in philosophiæ dignitatibus alicui cedens: sed logica quidem ad ethicen, ethice vero ad practicen tanquam gradu utens, ita omnibus bonis incumbens tandem pulcherrimam simul ac huma-

nissimam medicinam assequitur, idque in tantum ut ab hac ut plurimum designaretur ac appellaretur. Postquam autem ingenii dexteritate ac magnitudine omnem artem citius percurrit quam volucris aera, satisque humanæ doctrinæ adeptus est, ad sublimiorem ac meliorem transit habitum.

A χαρακτηρίζεσθαι. Ἐπεὶ δὲ τάχει φυσεως καὶ μεγέθει, τέχνην ἅπασαν διῆλθε ῥᾳδίως ἢ ἀέρα πτηνόν, ἅλις τε τῆς ἀνθρωπίνης εἶχε παιδείας, πρὸς τὴν ὑψηλοτέραν ἕξιν καὶ ἀμείνω μεταχωρεῖ.

III. Quis autem fuit modus transitus? Habebat quidem interim de mundi salute disputationes ac congressus is qui, liber a peccato, venerat ut peccatores vocaret ad pœnitentiam [1], idque post luctam contra adversarium et tropæa de illo relata, post auditum superne Patris testimonium ac Spiritus descensum [2]. Percurrebat autem fama universam Judæam ac Galilæam [3], et alicubi etiam extra terminos ea quæ evangelicæ prædicationis erant sequebantur. Tunc multi sane ad veram hanc B doctrinam cordis aures obturabant ac mentis oculos claudebant : neque vitæ suscipere sermonem, neque veram lucem intueri digni erant. Illi autem in quibus veritatis vestigium impressum erat, quique terræ bonæ rationem ac proportionem habebant, totis (quod aiunt) oculis intuebantur, et arrectas adhibebant animæ aures ad auscultationem, ac velocissime ad veritatem transferebantur, nihilque quod facere decens erat prætermittebant, ut ad id quod honestum erat accederent, et ad ipsam nudam animam transmitterent certam veritatem. Horum unus erat admirandus hic præco veritatis ac præceptor : qui ad piam prædicationem mentis oculo illustratus, despicit cognationem omnem, despicit et naturæ viscera, abjicit pecunias, possessiones, omnemque substantiam : ita C ut nemo adeo facile pedum pulverem ac manuum sordes abjiceret : ut ne vel hoc ipso præ festinantia occupari certe potuerit, quo facultates indigentibus distribueret. Utque breviter dicam, despectis cunctis inferioribus, superna velociter amplectitur, et ad Judæam accedit, vaditque ad eum quem concupiscebat, ac statim ad conspectum ac sermones Jesu, efficitur splendidum receptaculum ad pretiosum gratiæ unguentum. Neque tamen illi frequentibus fuit opus sermonibus ac miraculis ad illius cognitionem; sed quanto doctrina ac prudentia animique dexteritate in aliis præpollebat, tanto velocius et ipsam pure veritatem et prædicatum sermonem cognoscit. Ab hoc tempore efficitur legitimus ac verus Christi discipulus : D cumque frequenter præceptori adfuisset, et ejus signa ac prodigia assectatus esset, ne in salutaribus quidem ipsius afflictionibus deest. Et quemadmodum omnibus adfuerat, ita sane et resurrectionis conspector fuit.

Γ'. Τίς δὲ ὁ τρόπος τῆς μεταθέσεως ; Εἶχε μὲν ἄρτι τὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου διατριβὰς ὁ ἁμαρτίας ἐλεύθερος καὶ καλέσαι ἁμαρτωλοὺς ἐλθὼν εἰς μετάνοιαν, καὶ ταῦτα μετὰ τὴν κατὰ τοῦ ἀντίπαλου πάλην, καὶ τὰ κατ' αὐτου τρόπαια, τήν τε τοῦ Πατρὸς ἄνωθεν μαρτυρίαν, καὶ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Πνεύματος. Διήει δὲ ἀνὰ πᾶσαν Ἰουδαίαν φήμη καὶ Γαλιλαίαν, καὶ που καὶ τοῖς ὑπερορίοις τὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος εἵπετο. Ἔνθα πολλοὶ μὲν πρὸς τὴν ἀληθινὴν ταύτην διδασκαλίαν τά τε τῆς καρδίας ἔδυον ὦτα, καὶ τὰ τῆς διανοίας ἔμυον ὄμματα, ὅσοι μηδὲ ζωῆς δέξασθαι λόγον, μηδὲ φῶς ἰδεῖν τὸ ἀληθινὸν ἐτύγχανον ἀξιοι. Οἷς δὲ ἴχνος ἐντετύπωτο ἀληθείας, καὶ γῆς ἀγαθῆς λόγον ἐπεῖχον, οὗτοι καὶ ὅλῳ ἐώρων τῷ ὀφθαλμῷ, καὶ ἑστῶτα ὑπεῖχον τὰ τῆς ψυχῆς ὦτα πρὸς τὴν ἀκρόασιν, τάχιστά τε πρὸς τὴν ἀλήθειαν μετετίθεντο, καὶ οὐδὲν ὃ πρᾶξαι παρὸν κατελίμπανον, ὅπως ἂν ἐγγὺς τοῦ τοιοῦδε καλοῦ γένοιντο, καὶ αὐτῇ γυμνῇ τῇ ψυχῇ τὴν πληροφορίαν εἰσδέξαιντο. Τούτων εἷν ἦν καὶ ὁ θαυμαστὸς τῆς ἀληθείας οὗτος κῆρύξ τε καὶ διδάσκαλος. Ὃς πρὸς τὸ εὐσεβὲς κήρυγμα, τὸ ὄμμα τῆς διανοίας καταυγασθεὶς, ὑπερορᾷ μὲν συγγενείας ἁπάσης, ὑπερορᾷ δὲ καὶ σπλάγχνων τῶν φυσίκων, ἀποτίθεται χρήματα, κτήματα, πᾶσαν οὐσίαν, ὡς ποδῶν κόνιν καὶ χειρῶν ῥύπον οὐδεὶς οὕτω ῥᾳδίως, μηδ' αὐτῷ δὴ τούτῳ νείμασθαι τὸν πλοῦτον τοῖς ἐνδεέσιν ὑπὸ τοῦ τάχους ἀσχοληθείς. Καὶ συνελόντα φάναι. τῶν κάτω πάντων ὑπεριδὼν, τῶν ἄνω ταχὺ περιέχεται, καὶ τῇ μὲν Ἰουδαίᾳ ἐπιδημεῖ, τῷ ποθουμένῳ δὲ προσφοιτᾷ, καὶ εἰς ὄψιν αὐτίκα καὶ λόγους τοῦ Ἰησοῦ γίγνεται τὸ περικαλλὲς δοχεῖον τῷ πολυτίμῳ τῆς χάριτος, μύρῳ. Οὐ μὴν οὐδὲ συχνῶν ἐδεήθη λόγων καὶ θαυμάτων πρὸς τὴν ἐκείνου ἐπίγνωσιν· ἀλλ' ὅσῳ παιδείᾳ καὶ συνέσει καὶ ψυχῆς εὐθύτητι τῶν ἄλλων ἐκράτει, τοσούτῳ θᾶττον αὐτὴν τε κεθαρῶς τὴν ἐλήθειαν, καὶ τὸν κηρυσσόμενον λόγον ἐπιγινώσκει. Ἐντεῦθεν γνήσιος Χριστοῦ γίνεται μαθητὴς, τὰ πολλά τε τῷ διδωσκάλῳ συνὼν, καὶ τοῖς τέρασιν αὐτοῦ καὶ σημείοις παρηκολουθηκὼς, οὐδὲ τῶν σωτηρίων αὐτοῦ ἀπολιμπάνεται παθημάτων. Ἀλλ' ὥσπερ πᾶσι παρὴν, οὕτων δὴ καὶ τῆς ἀναστάσεως θεωρὸς ἦν.

IV. Cum Cleopa enim ad agrum Emmaus proficiscenti adstans post resurrectionem Dominus (o horrore plenum illum accessum !) tarditatem ac cordis eorum incredulitatem improperat : et Scripturarum interpretationibus suam passionem ac magnum resurrectionis mysterium confirmat. Ve-

Δ'. Πορευομένῳ γὰρ μετὰ Κλεόπα ἐξ Ἱερουσαλὴμ εἰς τὸν ἀγρὸν Ἐμμαοῦς ὁ Κύριος μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐπιστὰς (ὦ τῆς φρικτῆς ἐκείνης ἐπιστασίας !) τό τε βραδὺ καὶ δύσπιστον τῆς καρδίας αὐτῶν ὀνειδίζει, καὶ ταῖς ἐπιλύσεσι τῶν Γραφῶν τὸ κατ' αὐτὸν πάθος καὶ τὸ μέγα τῆς ἀναστάσεως μυστή-

[1] Luc. v, 32. [2] Matth. III, 16. [3] Matth. IX, 26.

ριον βεβαιοῖ. Πλὴν ἀλλὰ τῆς θείας ὁμιλίας ταύτης, τί τὸ γεώργιον. Ἤδη πῦρ θεῖον ταῖς τούτων ἀναλάμπει ψυχαῖς· καὶ τῆς ἡμέρας ἄρτι κλινάσης, μεῖναι σὺν αὐτοῖς τὸν Δεσπότην παρεβιάσαντο. Ὁ δὲ, πλείονα τὴν Θεογνωσίαν αὐτοῖσ ἐνθεῖναι βουλόμενος, οὐ συνέστη μόνον ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τῇ τραπέζῃ συγκατακλίνεται· τῇ τε τοῦ ἄρτου κλάσει οὗτος, ἐκεῖνος ὁ τριήμερος εἶναι νεκρὸς ἀκριβέστερον γνωρισθεὶς, τέλος ᾤχετο λαθὼν αὐτῶν πᾶσαν αἴσθησιν, βεβαιοτέραν οὕτως αὐτοῖς τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἐργασάμενος.

Ε'. Ἐντεῦθεν καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος πρὸς οὐρανὸν ἀναλήψεως, καὶ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκεῖθεν ἐπιφοιτήσεως, οὗτος τοῖς δώδεκα κεκοινωνηκὼς, τῆς αὐτῆς τε πληρωθεὶς χάριτος καὶ δυνάμεως, τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος ἀναδείκνυται, θεολογῶν τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, καὶ πολλοὺς εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ πεποιηκότος ἐκ τῆς ἀπάτης χειραγωγῶν καὶ τελειῶν τῷ βαπτίσματι. Ἔτρεχε μὲν γὰρ ὁ θεῖος οὗτος Λουκᾶς πανταχοῦ διασπείρων τὸ κήρυγμα, καὶ τῇ τῶν λόγων σαγήνῃ τοὺς πλείους ἐκ τῆς τοῦ βυθοῦ ἀγνωσίας προσάγων Θεῷ, κακοπαθῶν ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου, τοῖς πονηροτάτοις Ἑλλήνων εἰς λόγους χωρῶν, πολλὰ τὰ δυσχερῆ ὑφιστάμενος κατὰ γῆν, κατὰ θάλατταν, κατὰ πόλεις. Ἔρημος αὐτῷ φίλον ἔδαφος ὠνομάζετο, μόνον εἴ τινας ἐν αὐτῇ Θεῷ προσαγαγεῖν εὕροι, καὶ μεταθεῖναι πρὸς τὴν εὐσέβειαν.

ς'. Ἐπεὶ δὲ καὶ Παῦλος, τῶν οὐρανίων ἐπιβήσεσθαι μέλλων, κατοπτεῦσαί τε καὶ κηρύξαι τρανῶς τὴν ἀλήθειαν, τὸ τῆς ἀπάτης σκότος ἀποβαλὼν τῇ εὐσεβείᾳ συνέθετο, καὶ τῷ χορῷ συνηριθμεῖτο τῶν μαθητῶν, συνοδοιπόρος αὐτῷ Λουκᾶς καθίσταται πανταχοῦ καὶ συνέκδημος, ἀγώνων τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐρῶν, καὶ διὰ τοῦτο τηλικῷδε συντάξας ἑαυτὸν στρατιώτῃ, μέχρι τε δεσμῶν ὡς κακοῦργος συγκακοπαθῶν αὐτῷ, καὶ τὰς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνας εἰς τὰ πέρατα συνεκπέμπων, οὕτω συναρμοσθεὶς καὶ οἰκειωθεὶς, καὶ κατὰ πάντα κεχαρισμένος αὐτῷ γενόμενος, ὥστε τὸν Παῦλον, ἐπιστέλλοντα τοῖς πιστοῖς, ἀγαπητὸν πολλαχοῦ τὸν Λουκᾶν ὀνομάζειν. Ὃς ἀπό τε Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ τὸ Εὐαγγέλιον σὺν τούτῳ πληρῶν, ἀπό τε Ἰουδαίας ἄχρι Ῥώμης αὐτῷ συνδεσμούμενος, τῶν αὐτῶν κόπων, τῶν αὐτῶν θλίψεων, τῶν αὐτῶν κεκοινώνηκε ναυαγίων, συμμέτοχος ἀναφανῆναι πάντως καὶ τῶν ἐπὶ τοιούτοις πόνοις στεφάνων βουλόμενος. Οὕτω τοιγαροῦν πολυτελῶς σὺν τῷ Παύλῳ τὸ τοῦ κηρύγματος ἐμπορευσάμενος τάλαντον, καὶ τοσαῦτα παραγαγὼν καὶ σαγηνεύσας ἔθνη τῇ εὐσεβείᾳ, τῆς ὅλης τοῦ διδασκάλου οἰκονομίας ὁ καὶ φιλῶν τῷ ὄντι καὶ φιλούμενος μαθητὴς, ἱερογράφος ὁμοῦ καὶ Εὐαγγελιστὴς δείκνυται, ἅτε καὶ πρότερον παρηκολουθηκὼς, καὶ παρὰ τῶν ἀπαρχῆς ὑπηρετῶν ταῦτα γνωρισθεὶς, ἢ καὶ μυσταγωγηθεὶς ἄνωθεν. Τὸ γὰρ τοῦ νυμφοστόλου Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον οὗτος μυστήριον ἀνετάξατο ὁ Εὐαγγελιστὴς, τοῦ κοινὴν εὐαγγελισαμένου τῷ κόσμῳ χαράν. Οὗτος καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν ἐναργῶς διεχάραξεν, ὥσπερ ἄρτι

A rumtamen quæ fuit hujus divinæ collocutionis agricolatio ? Ignis divinus jam in horum animis relucet, jamque die declinante manere secum Dominum quodammodo coegerunt. Porro ipse, majori Dei cognitione illos afflare volens, non solum vulgari modo congressus est, verumetiam ad mensam una recumbit, panisque fractione exactius agnitus est hic idem qui triduo mortuus fuerat, tandem disparuit nullo eorum sensu id percipiente; effecta hoc modo in eis firmiori resurrectione mortuorum.

V. Præterea a Salvatoris in cœlum assumptione ac sanctissimi Spiritus inde descensione, hic duodecim apostolis associatus et eadem gratia ac potestate repletus, Gentium præceptor designatur, B divino modo docens dispensationis mysterium, et multos ad Creatoris cognitionem ex errore manuducens ac baptismate consecrans. Siquidem currebat divinus hic Lucas prædicationem ubique disseminans, et sermonum sagena plures ex profunda ignorantia ad Deum adducebat : afflictus pro Evangelio, cum ad pessimos Græcos ad disseminandos sermones accederet, multa aspera sustinebat in terra, in mari, in singulis civitatibus. Desertum dicebatur ei amicum solum, dummodo aliquos in eo inveniret quos Deo adduceret ac transferret ad pietatem.

VI. Ubi autem et Paulus cœlestia conscendisset, ut intueretur veritatem et aperte eam prædicaret, ac abjectis erroris tenebris veritati adhæsisset, et C choro discipulorum annumeratus esset, Lucas ipsi socius itineris ubique constituitur ac peregrinationis comes, certamina pro pietate exoptans, et ob id se hujusmodi conjungens militi, et una cum eo usque ad vincula afflictus quasi maleficus. simulque cognitionis radios ad fines terræ emittens : adeo ipsi conformis ac domesticus, et per omnia gratus effectus, ut Paulus scribens fidelibus Lucam frequenter nominaret dilectum : qui ab Hierosolymis et circumadjacentibus locis Illyricum usque una cum ipso implevit Evangelium : et a Judæa Romam usque una cum eo vinctus, eisdem laboribus, eisdem afflictionibus, eisdem communicavit naufragiis, volens omnino particeps declarari etiam coronarum propter hos labores recipien- D darum. Ita ergo ubi variis modis in talento prædicationis simul cum Paulo nogotiatus esset, atque tot gentes adduxisset ac irretiisset ad pietatem, totius dispensationis præceptoris et vere amator et amatus discipulus, sacræ scriptor historiæ simul et Evangelista ostenditur, ut qui et prius assecutus esset, et ab his qui ab initio ministri fuerant hæc cognovisset, aut etiam superne in sacris edoctus esset. Siquidem hic evangelista mysterium retexuit Gabrielis paranymphi delatum ad Virginem qui communem mundo gratiam annuntiaverat. Hic etiam Christi nativitatem aperte exaravit, tanquam recens in præsepi jacentem

manifestans, et fascias ac pastores, gaudiique præcones angelos describens. Hic sententias ac doctrinas omnem mentem excedentes, veri simul ac honesti amore manifestavit, rerum veritati sermonum ingenuitatem commiscens, ut et mentis simul ac linguæ virtutem ob oculos poneret. In parabolis quoque doctrinas salutares retexuit, in hoc etiam copiosior cæteris. Utque breviter dicam, quemadmodum Verbi descensum in terram dilucide cognoscendum dedit, ita et ascensum in cœlos, et reditum ad thronum paternum, sicut quispiam e cœlo veniens, manifestavit. Hoc autem inter cætera gratissimum est quod ipsum quoque typum assumptæ humanitatis Christi mei, ac signum ejus quæ illum pepererat et assumptam humanitatem dederat, primus hic cera ac lineamentis tingens, ut ad hæc usque tempora, in imagine honorarentur, tradidit tanquam non satis esse existimans, nisi etiam per imaginem ac typum versaretur cum is quos desiderabat, quod ferventissimi amoris signum est. Neque id solum, sed et fidelibus omnibus Christique amatoribus hæc quæ maxima erant gratiose donavit.

VII. At non in his solis Lucas gratiam Spiritus quæ in se erat coarctavit, neque ad solum Evangelium hic ministrantem habuit linguam, sed post finem miraculorum Christi, etiam apostolorum exponit actiones; et primum divinam Salvatoris in cœlum assumptionem: deinde super ipsos in ignis linguis Spiritus descensum: dehinc ita Stephani lapidationem, Pauli conversionem; nempe per Christum factam de cœlis vocationem, et transitum a littera ad spiritum: hujus in singulis locis vincula, carceres, plagas, flagellationes, varias gentium insidias; quomodo ab Hierosolymis Romam pervenerit, labores in mari, afflictiones, pericula, calamitates, naufragia: quorum non spectator tantum, sed et particeps fuerat: atque ob id diligens est horum enarrator. Sed Paulo quidem Romæ relicto, rursum hic ad Orientem discedit, totamque Libyam percurrens in Ægyptum pervenit: et cum superiorem Thebaida intra suam doctrinam recepisset, ac ad Magistrum per Evangelium adduxisset, inferiorem Thebaida septem portarum civitatem accedit, in qua etiam pontifex ac pastor a Spiritu præponitur. Statuis impurisque dæmonum delubris in terram dejectis (id enim studio sibi erat, ut errorem totis quod aiunt pedibus fugientem demonstraret), sacra templa contra soli Deo erigit, eisque qui in profundis ignorantiæ tenebris tenebantur, per Evangelium ad Dei cognitionem regeneratis, lucis filios effici curat.

VIII. Hujusmodi igitur fructibus magistro oblatis, impietate de medio sublata, erectis templis, altaribus stabilitis ac consecratis, et in his presbyteris ac diaconis apud credentes creatis, rectæque fidei præfinitione ipsis tradita; et nunc quidem a

κείμενον τῇ φάτνῃ παραδεικνὺς, καὶ σπάργανα, καὶ ποιμένας, καὶ τοὺς τῆς χαρᾶς κήρυκας ἀγγέλους συνεπιγράφων. Οὗτος τὰς πάντα νοῦν ὑπερβαλλομένας παραδοξοποιίας φιλαληθῶς τε ὁμοῦ καὶ φιλοκάλως ἐδήλωσε, παγμάτων ἀληθείᾳ λόγων εὐγένειαν συγκεράσας, ἵνα καὶ γνώμης ἅμα καὶ γλώττης ἀρετὴν παραστήσῃ. Ἐν παραβολαῖς τε διδασκαλίας σωτηριώδεις, κἀν τούτῳ τῶν ἄλλων πλεονεκτῶν, ἐξυφήνατο. Καὶ συνελόντα φάναι, καθάπερ τὴν ἐπὶ γῆς κάθοδον τοῦ Λόγου τρανῶς ἐγνώρισεν, οὕτω καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν, ἄνοδον καὶ πρὸς τὸν πατρῷον θρόνον ἐπάνοδον, οἷά τις ἥκων ἐξ οὐρανοῦ διεσάφησεν. Ὃ δὲ τῶν ἄλλων ἔστι χαριέστατον, ὅτι καὶ αὐτὸν τὸν τοῦ προσλήμματος τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ τύπον, τόν τε τῆς αὐτὸν τεκούσης καὶ δούσης τὸ πρόσλημμα χαρακτῆρα, πρῶτος οὗτος κηρῷ καὶ χρώμασι βάψας, ἐν εἰκόνι τιμᾶσθαι μέχρι καὶ νῦν παραδέδωκεν, ὥσπερ οὐκ ἀρκοῦν εἶναι νομίζων, εἰ μὴ καὶ δι' εἰκόνος καὶ τύπου ἐντυγχάνει τοῖς ποθουμένοις, ὅπερ φιλίας θερμοτάτης ἐστὶ τεκμήριον· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πιστοῖς πᾶσι καὶ φιλοχρίστοις τὰ μέγιστα χαριζόμενος.

Ζ'. Ἀλλ' οὐκ ἐν τούτοις μόνοις Λουκᾶς τὴν ἐν αὐτῷ χάριν τοῦ Πνεύματος περιέγραψεν, οὐδὲ πρὸς μόνον ἐκεῖνος τὸ Εὐαγγέλιον ὑπουργὸν ἔσχε τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ πρὸς τῷ τέλει τῶν τοῦ Χριστοῦ θαυμάτων καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων ἐκτίθεται πράξεις· καὶ πρῶτά γε τὴν θείαν πρὸς οὐρανὸν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν, εἶτα ἐπ' αὐτοὺς ἐν πυρίναις γλώσσαις τοῦ Πνεύματος κάθοδον· εἶθ' οὕτω τὴν τοῦ Στεφάνου κατάλευσιν, τὴν τοῦ Παύλου μεταβολὴν, τὴν ἐξ οὐρανῶν φημι διὰ Χριστοῦ κλῆσιν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ γράμματος ἐπὶ τὸ πνεῦμα μετάθεσιν· τὰ κατὰ τόπον τούτου δεσμὰ, τὰς φυλακὰς, τὰς πληγὰς, τοὺς ῥαβδισμοὺς, τὰς τῶν ἐθνῶν πολυτρόπους ἐπιβουλὰς, τὴν ἐξ Ἱεροσολύμων ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἄφιξιν, τοὺς κατὰ θάλατταν πόνους, τὰς θλίψεις, τοὺς κινδύνους, τὰς συμφορὰς, τὰ ναυάγια. Ὧν οὐ θεατὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινωνὸς ἦν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀκριβὴς πάντων ἐξηγητής. Ἀλλὰ Παῦλον μὲν ἐν Ῥώμῃ καταλιπὼν, πρὸς Ἕω πάλιν οὗτος ἀπαίρει, ὅλην τε Λιβύην διαδραμὼν τοῖς ἐπ' Αἰγύπτου ἐπιδημεῖ. καὶ τὴν ἄνω Θηβαΐδα τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας εἴσω λαβὼν, τῷ διδασκάλῳ τε διὰ τοῦ Εὐαγγελίου προσαγαγὼν, τῇ κάτω Θηβαΐδι τῇ ἑπταπύλῳ ἐφίσταται· ἐφ' ᾗ καὶ ἀρχιερεὺς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος καὶ ποιμὴν προχειρίζεται. Ἰδρύματα δὲ καὶ τεμένη μιαρὰ δαιμόνων εἰς ἔδαφος κατασείσας (τοῦτο γὰρ ἡ σπουδὴ τῷ ἀνδρὶ, ἁπάτην ὅλῳ ποδὶ φεύγουσαν ἀποδεῖξαι), ἱεροὺς τῷ μόνῳ Θεῷ ναοὺς ἀντανίστησι, καὶ τοὺς ὑπὸ βαθεῖ σκότῳ τῆς ἀγνοίας κατεχομένους, διὰ τοῦ Εὐαγγελίου πρὸς θεογνωσίαν ἀναγεννήσας, υἱοὺς ἡμέρας γενέσθαι παρασκευάζει.

Η'. Τοιούτους τοιγαροῦν τῷ διδασκάλῳ προσενεγκὼν τοὺς καρποὺς, ἐκ μέσου τε θέμενος τὴν ἀσέβειαν, ναοὺς ἀνεγείρας, θυσιαστήρια πηξάμενος, καὶ ταῦτα καθιερώσας, καὶ ὑπὸ τῶν πιστευσάντων πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἐν τούτοις χειροτονήσας, καὶ τὸν

τῆς ὀρθῆς, πίστεως ὅρον αὐτοῖς παραδοὺς, καὶ νῦν μὲν ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς παράγων Γραφῆς, νῦν δὲ ἀφ' οὗπερ οὗτος ἀνετάξατο Εὐαγγελίου διερμηνεύων αὐτοῖς τὰ περὶ Χριστοῦ, καὶ δεικνὺς τὴν Παλαιὰν τῇ Νέᾳ μάλα συμβαίνουσαν, καὶ Θεὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν αὐτὴν τε κἀκείνην νομοθετήσαντα, πλήρης ἡμερῶν ἤδη γενόμενος, ἐν εἰρήνῃ πρὸς τὸν τῆς εἰρήνης ἀναλύει Θεὸν, τὸν χοῦν μέν ἀπολιπὼν τῷ χοΐ, τὴν δὲ ψυχὴν ταῖς χερσὶν τοῦ δεδωκότος ἐμπαραθέμενος, ἐκεῖ μεταφοιτήσας, ἔνθα ἡ τῶν ζώντων χώρα, ἔνθα ἦχος ἑορταζόντων, ἔνθα εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία.

Θ'. Τσιαῦτα τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἄθλων τοῦ ἀποστόλου τὰ διηγήματα, καὶ τοῦτο τέλος αὐτῷ τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ καμάτων· ὧν καὶ νῦν ἐν ἀγαλλιάσει θερίζει τὰ δράγματα, ὡς μετὰ Παύλου καὶ αὐτὸν δύνασθαι λέγειν· « Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα, ἐφ' οἷς τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον ἀποκείμενον. » Πλὴν ἀλλ' ἀκόλουθον οἶμαι τούτοις ἐπιμνησθῆναι καὶ ὅθεν δὴ, καὶ ὅπως, καὶ ἐφ' ὅτῳ ἄρα τῶν χρόνων, τὸ ἱερὸν αὐτοῦ λείψανον ἐξ Ἀχαΐας ἀνακομισθὲν; ὡς τι θεῖον θησαύρισμα, τῇ λαμπρᾷ καὶ βασιλίδι τῶν πόλεων ἀποδίδοται.

Ι'. Λιήει ἀπὸ τοῦ Σιρμίου ποτὲ πρὸς τὸν Ἴστρον Κωνστάντιος ὁ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου παῖς, τρίτος δὲ καθ' ἡλικίαν τῶν ἀδελφῶν. Καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου χρόνον οὐ βραχὺν στρατοπεδευσάμενος, ἤκουε τοὺς πέραν τοῦ Ἴστρου Βαρβάρους μέλλειν ἐπιστρατεύειν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ. Καὶ ὁ μὲν ὑποπτήξας μή τι κακὸν ἐν τῇ αὐτοῦ δράσωσι, πρὸς τὴν Θρᾴκην εὐθὺς καὶ τὸ Βυζάντιον ἤλαυνεν. Ἐν Ὀδρυσῷ δὲ χωρίῳ καταλαβόντι, ἔνθα πόλιν Ἀδριανὸς ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἀναστήσας τὴν ἑαυτοῦ προσηγορίαν τῷ τόπῳ δέδωκε, πρόσεισί τις τῶν ἐπισκόπων ὥς τι κομίζων δῶρον αὐτῷ χαριέστατον, τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν Ἀνδρέου καὶ Λουκὰ ἐν Ἀχαΐᾳ τετάφθαι μηνύων τὰ σώματα. Ὁ δὲ ἥσθη τε τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ Ἀρτέμιον ᾧ μάλα ἐχρῆτο, καὶ ὃν τῆς πρὸς Χριστὸν ἀγάπης ἤδει διάπυρον ἐραστὴν (μαρτυρεῖ τὸν ἔνθεον τούτου ἔρωτα τῷ ἀνδρὶ, ὁ ἐπὶ τῶν καιρῶν Ἰουλιανοῦ διὰ Χριστὸν ἆθλος καὶ κίνδυνος)· τοῦτον γοῦν τὸν οὕτω θερμὸν ὑπὲρ εὐσεβείας πνέοντα φίλον Ἀρτέμιον πρὸς τὴν τῶν σεπτῶν ἀνακομιδὴν σωμάτων αὐτίκα ἐκπέμπει. Καὶ γὰρ δὴ καὶ οὗτος ἦν Κωνστάντιος τά τε ἄλλα μέτριος, τόν τε τρόπον ἐπιεικὴς, καὶ πολλῷ γε κομιδῇ τῷ περὶ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομὴν ἔρωτι κάτοχος. Ἐντεῦθεν καὶ πρὸς τῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πόλει περὶ τὸν ἐκείνου τάφον οἷα γέρας ἀποδιδοὺς τῷ πατρὶ, ναὸν ἐξ αὐτῶν κρηπίδων οἰκοδομεῖ μέγιστον. Οὗ δὴ καὶ Ἀρτεμίου τὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ἐξ Ἀχαΐας ἀνακομίσαντος λείψανα, ἐν αὐτῷ τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ τῆς ἱερᾶς τραπέζης κατάθετο, Ἀνδρέου μὲν τῆς Πατρέων πόλεως, Λουκᾶ δὲ ἐκ Θηβῶν τῆς Βοιωτίας μετενεχθέντος. Βραχὺ τὸ ἐν μέσῳ καὶ Τι-

A Veteris Instrumenti scriptura adducens testimonia, nunc vero ab eo quod ipse contexuerat Evangelio interpretans ipsis ea quæ de Christo erant, et ostendens Vetus Instrumentum omnino consonum esse Novo, unumque et eumdem esse Deum qui et hoc et illud statuerat, plenus jam dierum effectus, redit in pace ad Deum pacis, pulvere quidem pulveri relicto, anima vero in manibus ejus qui dederat commendata : illuc transiens ubi regio est viventium, ubi sonus festa celebrantium, ubi inhabitatio est omnium lætantium.

IX. Hujusmodi sunt certaminum apostoli pro pietate narrationes : hic fuit ipsi finis laborum pro Christo perpessorum, quorum etiam manipulos nunc metit in lætitia, ita ut possit et ipse cum Paulo dicere : « Bonum certamen certavi, cursum B consummavi, fidem servavi, propter quæ reposita est mihi corona justitiæ [a]. » Verumtamen his nunc consequens esse opinor mentionem facere unde, et quomodo, quibusve sane temporibus sacræ hujus reliquiæ ex Achaia, veluti divinus quidam thesaurus reportatæ sint, et claræ ac regiæ civitati redditæ.

X. Transibat quondam a Sirmio ad Istrum Constantius, Constantini Magni filius, sed fratrum tertius, atque ad hanc Istri ripam non longo tempore castrametatus, audivit Barbaros qui ultra Istrum erant conflicturos cum Romanorum principatu : et ipse formidans ne quid mali in suo principatu facerent, confestim ad Thraciam ac Byzan- C tium equitavit. Cumque ad regionem Odrysiorum pervenisset, ubi Adrianus Romanorum imperator, exstructa civitate, sui appellationem loco dedit, accedit ad eum quidam episcopus, veluti donum quoddam ipsi gratissimum deferens, Andreæ ac Lucæ Christi discipulorum corpora indicans in Achaia esse sepulta. Porro ille et nuntio gavisus est, et Artemium quo maxime utebatur, et quem sciebat fervidum amatorem charitatis erga Christum (attestatur viro divinum hujus amorem, certamen, ac periculum temporibus Juliani propter Christum susceptum) ; hunc ergo tanto fervore pro pietate spirantem amicum Artemium ad pretiosorum corporum reductionem confestim emittit. Etenim erat hic Constantius et in cæteris D moderatus, et moribus mitis ac modestus, et magno admodum circa ecclesiarum ædificationem amore occupatus. Unde etiam ad patris sui civitatem circa illius sepulcrum, veluti reddens patri honorem, templum ab ipsis fundamentis maximum ædificat, in quo etiam, ubi Artemius sacrorum apostolorum reliquias ex Achaia retulisset, in ipso divino altari sacræ mensæ reposuit : Andreæ quidem e civitate Patreorum, Lucæ autem ex Thebis Bœotiæ translatis corporibus. Ac brevi tempore

[a] II Tim. IV, 7, 8.

intermedio etiam Timotheum qui in choro discipulorum Christi velut perspicua quædam stella splenduerat, ex Epheso refert Ioniæ, ministro quoque rursum ad hoc usus Artemio. Sed habuit et ipsum sacræ mensæ ambitus, veluti reddentem debitum quoddam pietatis suis auxiliatoribus. Verum Timotheus quidem hujusmodi habuit corporis reductionem.

XI. Porro in divi Lucæ reductione tale editur miraculum sermone ac memoria dignum. Anatolius quidam ennuchus unus eorum qui tunc e regio erant cubiculo, misero corporis morbo detentus erat. Ubi ergo majorem novit esse morbum quam qui medicorum posset arte curari, probe sciens ille quod quæ impossibilia sunt apud homines, Deo possibilia sunt, omnibus aliis relictis, ad Lucam Christi discipulum confugit, et hoc auxiliatore utitur adversus morbum. Ubi enim urna quæ pretiosum continebat ipsius corpus ad sacrum templum jam esset delata, quod a fundamentis Constantius erexerat, accedens hic dictus Anatolius, simulque bajulans cum his qui illam portabant, confestim deprimente morbo absolvitur: et vivens ex mortuo tale adeptus beneficium, tota sua vita non intermisit gratias agere apostolo ac Deo qui per ipsum hujusmodi edebat miracula.

XII. Ita igitur primum ex Thebis relatum divinissimi Lucæ corpus, honorifice admodum ac magnifice una cum Andrea ac Timotheo in templo reponitur, quod a Constantio ædificatum erat : cum circa sacrarum reliquiarum repositionem fidei opera ac fervidum Constantii desiderium plurimum demonstrata sunt. Quanquam hic postea maligni laqueis aliquantulum captus (o casum miserum ! heu turbulentam subversionem !) Arianorum dogma ebibit. Multis autem postmodum temporibus, Justinianus, assumptis imperii sceptris, multo adhuc amplificentius circa hæc sacra apostolorum corpora afficitur, et theca argentea hæc concludens, circa ipsum altare vehementi Dei amore reponit, nempe pretiosa in pretioso conditorio. Et quidem sacri altaris mensam theca constituit : porro communi apostolorum nomine templum appellatur : ad quod sane omnes qui conveniunt fideles laudant hunc tanquam discipulum, celebrant ut evangelistam, beatificant tanquam eum qui in sacris sudoribus ac laboribus divino Paulo semper fuit socius : et inde sanctificationem participantes, spirituali implentur gaudio : idque gratia ac benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A μόθεον, τὸν τῷ χορῷ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν οἷά τινα διαφανῆ ἀστέρα ἐκλάμψαντα, ἐξ Ἐφέσου ἀναφέρει τῆς Ἰωνίας, ὑπουργῷ καὶ αὖθις πρὸς τοῦτο τῷ Ἀρτεμίῳ χρησάμενος. Ἀλλ' ἔσχε καὶ αὐτὸν ὁ τῆς ἱερᾶς τραπέζης θεῖος περίβολος, καθέπερ τι χρέος τοῖς συνεργάταις αὐτοῦ τῆς εὐσεβείας ἀποδοθέντα. Ἀλλὰ Τιμόθεός μὲν τοιαύτην ἔσχε τὴν ἀνακομιδὴν τοῦ σώματος.

ΙΑ. Ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ θείου Λουκᾶ θαυματουργεῖταί τι τοιοῦτον λόγου καὶ μνήμης ἄξιον· Ἀνατόλιός τις, εὐνοῦχος εἷς τῶν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος τηνικαῦτα ὤν, πάθει δεινοῦ σώματος κατάσχετος ἦν, Ὡς οὖν μεῖζον ἤδει τὸ πάθος ἢ κατὰ τὴν τῶν ἰατρῶν ὑέχνην ἐδόκει, εὖ ἐκεῖνος εἰδὼς ὅτι τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα, τῷ Θεῷ δυνατὰ, τῶν ἀλλων ἀφέμενος πάντων, ἐπὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ μαθητὴν Λουκᾶν καταφεύγει, καὶ τούτῳ βοηθῷ χρῆται κατὰ τῆς νόσου Τῆς γὰρ σοροῦ, ἣ τὸν τίμιον αὐτοῦ συνεῖχε νεκρὸν, ἐπὶ τὸν ἅγιον ἤδη κομιζομένης ναὸν, ὃν ἐκ βάθρων αὐτῶν Κωνστάντιος ἤγειρεν, οὗτος ὁ λεχθεὶς Ἀνατόλιος προσελθὼν, καὶ συνδιαβαστάσας τοῖς φέρουσι ταύτην, παραχρῆμα τοῦ πιέζοντος ἀπολύεται πάθους. Καὶ ὁ ζῶν ἀπὸ τοῦ νεκροῦ τοιαύτης ἀπολαύσας εὐεργεσίας, οὐ διέλιπε παρ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωὴν τῷ τε ἀποστόλῳ τὴν χάριν ὁμολογῶν, καὶ τῷ δι' αὐτοῦ τοιαῦτα θαυματουργοῦντι Θεῷ.

ΙΒ'. Οὕτω μὲν οὖν ἐκ Θηβῶν ἀνακομισθὲν τὸ πρῶτον τὸ τοῦ θειοτάτου σῶμα Λουκᾶ, ἐντίμως ἄγαν καὶ μεγαλοπρεπῶς, μετὰ Ἀνδρέου, φημὶ, καὶ Τιμοθέου, τῷ παρὰ Κωνσταντίου οἰκοδομηθέντι ναῷ κατατίθεται, πολλὰ περὶ τὴν τῶν ἱερῶν λειψάνων κατάθεσιν πίστεως ἔργα καὶ πόθου ζέοντος τοῦ Κωνσταντίου ἐνδειξαμένου, εἰ καὶ ταῖς τοῦ πονηροῦ πάγαις οὗτος μικρὸν ὕστερον ἁλοὺς (ὢ πτώματος ὀλεθρίου ! τὴν θολερὰν, φεῦ ! ἀνατροπὴν)· τοῦ τῶν Ἀρειανῶν ἐξέπιε δόγματος. Χρόνοις δὲ ἱκανοῖς ὕστερον Ἰουστινιανὸς τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας παραλαβὼν, φιλοτιμότερον ὅσον περὶ τὰ ἱερὰ ταυτὶ τῶν ἀποστόλων διατίθεται σώματα, καὶ ἀργυρέᾳ θήκῃ ταῦτα περιλαβὼν παρ' αὐτῷ τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ, μάλα θεοφιλῶς κατατίθεται, τὰ τίμια, φημὶ, ἐν τιμίῳ. Καὶ τράπεζα μὲν τοῦ ἱεροῦ θυσιαστηρίου ἡ θήκη τελεῖ, κοινῷ δὲ τῶν ἀποστόλων ὀνόματι ὁ νεὼς οὗτος προσαγορεύεται. Οὐ δὴ πάντες οἱ πιστοὶ συνιόντες, ἐπαινοῦσι τοῦτον ὡς μαθητὴν, ἀνευφημοῦσιν ὡς εὐαγγελιστὴν, ὡς ἱερῶν ἱδρώτων καὶ πόνων τῷ θεσπεσίῳ κοινωνήσαντι Παύλῳ διαπαντὸς μακαρίζουσι· καὶ τοῦ ἐκεῖθεν μεταλαμβάνοντες ἁγιασμοῦ, χαρᾶς πληροῦνται πνευματικῆς χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΟΥΑΡΟΥ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΑΥΤΩ.

—

MARTYRIUM S. VARI
ET SOCIORUM EJUS.

(Latine apud Surium ad diem 19 Octobris; Græce ex cod. ms. Paris. n. 1480.)

—

Α. Μαξιμιανοῦ τοῦ τυράννου τὸ δυσσεβὲς ἀνὰ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην ἐκδόντος διάταγμα, πέμψαντο, δὲ καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἄρχουσιν, ὡς ἢ πάντας τοὺς ἐν αὐτῇ Χριστιανοὺς τῶν μιαρῶν ἀπογίνεσθαι θυσιῶν, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἐξόμνυσθαι πίστιν, ἢ ποικίλαις κολάσεσι καὶ βασάνοις τοῦ ζῆν ἀπαλλάττεσθαι· καὶ πολλῶν ἐπὶ τούτῳ πιστῶν συλληφθέντων, καὶ τῶν μὲν τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον εὐκλεῶς ἀπενεγκαμένων, τῶν δὲ εἱρκταῖς καὶ δεσμοῖς παραπεμφθέντων, λιμῷ τε καὶ δίψει πιεζομένων, ἀνήρ τις τοῦ καταλόγου Αἰγυπτίων, πολλοῦ μὲν ἄξιος Μαξιμιανῷ, πολλοῦ δὲ καὶ τῷ αὐτοῦ στρατεύματι, φοβερὸς οὐχ ἥκιστα πολεμίοις. Οὔαρος ὄνομα, τὸ γένος ἐπίσημος, τὴν δόξαν περίβλεπτος, τὴν ἀρετὴν περιβόητος, λάθρα ὁπόσαι νύκτες τὸ δεσμωτήριον εἰσιὼν, τοῦτο μὲν ἐπιμελείας ἠξίου τοὺς ἄνδρας, τοῦτο δὲ καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ εὔχεσθαι παρεκάλει, ὥστε τὸν ἴσον ἐκείνοις καὶ αὐτὸν ἀγῶνα τελέσαι. Ἐδεδοίκει γὰρ ἔτι κατάδηλος γενέσθαι τὸ σέβας, διὰ τὸ τοὺς ὑπασπιστὰς τῆς ἀσεβείας φόνιόν τι πνέειν κατὰ τῶν εὐσεβούντων καὶ μανικὸν, καὶ οὓς ἂν φωράσειαν Χριστιανοὺς, τοὺς μὲν πυρὶ, τοὺς δὲ θαλάσσῃ, τοὺς δὲ καὶ ἄλλαις βασάνοις καὶ θανάτῳ παραδιδόναι.

Β'. Ἐπεὶ οὖν ἀνηγγέλθη τῷ ἄρχοντι ὡς καί τινες τῶν τὴν ἔρημον οἰκούντων πιστῶν ὑπὸ τῶν τῆς ἀσεβείας ὑπηρετῶν συνελήφθησαν, ἡσθεὶς τῇ ἀγγελίᾳ, τούτους μὲν κατὰ τὸ παρὸν ἐν ἀσφαλεῖ τῇ φρουρᾷ κατακλεισθῆναι κελεύει, τὰ δὲ τῶν κολάσεων ὄργανα, τῇ ὑστεραίᾳ εὐτρεπισθῆναι, καὶ αὐτοὺς εἰσαχθῆναι πρὸς τὴν ἐξέτασιν. Εἰς ὥτα τοιγαροῦν τῷ μακαρίῳ Οὐάρῳ τὸ πρᾶγμα χωρῆσαν, χρήματα τοῖς προεστῶσι τῆς φυλακῆς παρασχὼν, νυκτὸς εἴσεισι πρὸς τοὺς ἄνδρας, καὶ λύει μὲν αὐτοὺς τῶν δεσμῶν, ἐκβάλλει δὲ καὶ τοὺς πόδας τοῦ ξύλου. Θεραπείας ἀξιώσας, καὶ τροφῆς μετασχεῖν παρασκευάσας παρ' ὅλας ὀκτὼ ἡμέρας ἀσίτους ἤδη διαμεμενηκότας, πεσὼν ἐλιπάρει, Δέομαι ὑμῶν, λέγων, γνήσιοι θεράποντες τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ ἐμοῦ τὸν Θεὸν ἱκετεῦσαι τῆς αὐτῆς ὑμῖν ἀξιῶσαι καὶ μὲ μερίδος καὶ δοῦναι μοι καρτερίαν πρὸς τὰ δεινά, Δοῦλος γὰρ εἰμι καὶ

I. Cum Maximianus tyrannus per universum fere orbem terræ impium edidisset edictum, misissetque etiam ad præsides, qui erant in Ægypto, ut vel omnes in ea existentes Christiani exsecranda gustarent sacrificia et suam abjurarent fidem, vel variis tormentis et suppliciis vita eis adimeretur; et hac de causa multi fideles fuissent comprehensi, et alii quidem pro Christo mortem gloriose sustinuissent, alii autem in carceres et vincula conjecti essent, fameque et siti premerentur: vir quidam ex numero militum Ægyptiorum, qui in magno quidem erat pretio apud Maximianum, et apud ipsum exercitum, erat autem terribilis hostibus, nomine Varus, genere insignis, gloria conspicuus, ac virtute clarus. Is clam singulis noctibus carcerem ingrediens, partim quidem eos curabat, qui erant in vinculis: partim autem eos rogabat ut pro ipso orarent, quo æque, atque ipsi, certamen perageret. Timebat enim adhuc suam aperire religionem, quod satellites impietatis eædem et furorem spirarent adversus pios, et quos deprehendissent Christianos, alios quidem igni, alios autem aliis tormentis et morti traderent.

II. Cum autem præsidi fuisset renuntiatum quod quidam ex fidelibus, qui habitabant in solitudine, comprehensi fuerant a ministris impietatis, nuntio lætatus, eos quidem jubet in præsentia includi in tuta custodia, die autem sequenti parari tormenta, et ipsos introduci ad habendam de eis quæstionem. Cum res ergo venisset ad aures beati Vari, pecunia data iis qui præerant custodiæ, noctu ad eos ingreditur, et eos quidem solvit e vinculis, pedes autem e cippo amovet. Cumque eos curasset, et ut cibum sumerent effecisset, qui totos octo dies jam jejuni manserant, procidens humi, obsecrabat: Rogo vos, dicens, germani ac sinceri Christi famuli, Deo pro me supplicate, ut me quoque eadem, qua vos, parte dignetur, et adversus mala et aspera det mihi fortitudinem. Nam ego quoque sum servus Christi, et ejus sancto-

rum : sed varia et acerba supplicia et judicum sævitia me volentem prodire in medium abducunt, et timorem incutiunt. Orate ergo pro me, sancti martyres, orate. Vos enim cras in Domino consummabimini. Ad hæc sancti : Nemo, aiunt, o frater Vare, potest metere in exsultatione, nisi prius in lacrymis semina dejecerit, et qui in eis spargendis suscipiuntur, labores sustinuerit. Similiter autem athleta quoque non coronatur, nisi prius legitime certaverit. Agedum ergo, o frater, eis nobis comes itineris, et perfectus miles Christi. Habemus enim illum ipsum, pro quo suscipimus, nos benigne e superis defendentem, et latenter nobis magnum præbentem auxilium. Sanctis hæc dicentibus, veniunt quidam milites, quibus jussum fuerat, ut eos deducerent ad præsidem. Qui cum aspexissent beatum Varum jacentem ad pedes martyrum, et novo spectaculo essent veluti obstupefacti, ideo benignis, ut sibi videbantur, verbis cum eo agentes : Insanis, ei dicunt, o homo ? Non times omnino ne, si hæc res nota fuerit præsidi, cum militari dignitate vitam quoque simul amittas? Ad quos beatus Varus : Utinam, inquit, inveniar perfectus Christianus, et liceat mihi esse horum sanctorum socium certaminis, et in eisdem habitare tabernaculis. Persuadet autem amicitia, ut ego vobis fidam, et eorum, qui hic dicuntur aut fiunt, nihil habeam suspectum.

III. His sic dictis, milites sanctos, qui erant sex numero (erant enim omnes quidem septem, sed unus jam mortuus fuerat in solitudine), catena vinctos adduxerunt ad præsidem. Ille autem sedebat in excelso tribunali, et eum circumsistebat multitudo militum, qui omnino pendebant a verbis illius et nutu. Cum ergo jussisset eos exutos introduci, statim quidem rogavit : Quodnam est vobis genus et quænam conditio, quænam autem vestra nomina ? Et responsum mox ab eis exigebat. Præpotentem enim vobis juro, aiebat, deorum virtutem ac justitiam, quod vos adhuc superstites apponam feris edendos et canibus. Sancti autem neque fastum tantæ auctoritatis, neque verborum sævitiam extimescentes, Nobis, dicebant, o judex, nulla patria est in terra. Sumus enim revera hospites et advenæ. Nam Christianis vera patria et civitas in cœlis est ædificata. Crede nobis hæc ita se habere : minas autem tuas parum curamus : imo vero optamus ut minæ tuæ non se usque ad verba solum sistant, sed ad effectum etiam deducantur. Sic enim erit manifestum nostrum in Christum desiderium : et ipse scies omnino, quale auxilium ab ipso assequamur. Cum sancti hæc dixissent, tyrannus conversus ad assessores, Video, inquit, hos infelices unum et idem tanquam ex consensu meditari. Parentur ergo flagella, et eos plagæ abunde excipiant. Cum autem valde quidem verberantur, nihil autem responderent, judex intulit interrogationem,

A αὐτὸς Χριστοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ἁγίων · ἀλλά με τὸ ποικίλον καὶ αὐστηρὸν τῶν κολάσεων, καὶ τὸ τῶν δικαστῶν ἀπηνὲς, εἰς μέσον ἀγαγεῖν ἐμαυτὸν βουλόμενον, ἀπάγει καὶ δειλίαν ἐντίθησιν, εὔξασθε τοιγαροῦν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἅγιοι μάρτυρες, εὔξασθε. Τὴν αὔριον γὰρ ὑμεῖς ἐν Κυρίῳ τελειοῦσθε. Πρὸς ταῦτα οἱ ἅγιοι. Οὐδεὶς, ἀδελφὲ, φασὶν, Οὔαρε, θερίζειν ἐν ἀγαλλιάσει δύναται, εἰ μὴ χειμῶνος πρότερον τὰ σπέρματα καταβαλῃ καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς ἀνάσχηται πόνων. Παραπλησίως δὲ καὶ ἀθλητὴς οὐ στεφανοῦται, εἰ μὴ πρότερον νομίμως ἀθλήσει. Δεῦρο δὴ οὖν, ἀδελφὲ, σύνοδος ἡμῖν γενοῦ, καὶ τέλειος στρατιώτης Χριστοῦ. Ἔχομεν γὰρ αὐτὸν ἐκεῖνον, ὑπὲρ οὗ τὰς κολάσεις ἀναδεχόμεθα, φιλανθρώπως ἡμῶν ἄνωθεν ἀντιλαμβανόμενον, καὶ πολλὴν ἀφανῶς παρέχοντα τὴν βοήθειαν. Ταῦτα τῶν ἁγίων διεσιόντων, ἐφίστανB ταί τινες τῶν τῆς τάξεως, ἀγαγεῖν αὐτοὺς προστάγοντες παρὰ τὸν ἄρχοντα. Οἱ καὶ, τὸν μακάριον Οὔαρον θεασάμενοι πρὸς τοῖς ποσὶ κείμενον τῶν μαρτύρων, καὶ οἱονεὶ καταπλαγέντες ἐπὶ τῷ καινῷ τοῦ θεάματος, καὶ διὰ τοῦτο φιλανθρωπίας λόγους τῷ δοκεῖν προσφέροντες, Μαίνῃ, λέγουσι πρὸς αὐτὸν, ἄνθρωπε ; Οὐ δέδοικας ὅλως μὴ, γνωσθέντος τῷ ἡγεμόνι τοῦ πράγματος, τῷ στρατιωτικῷ ἀξιώματι συναπολέσῃς καὶ τὴν ζωήν ; Πρὸς οὓς ὁ μακαριος, Γένοιτό μοι Χριστιανὸν ἔφη, τέλειον εὑρεθῆναι, καὶ τοῖς ἁγίοις τούτοις σύναθλόν τε καὶ σύσκηνον. Πείθει γάρ με θαρρεῖν πρὸς ὑμᾶς ἡ φιλία, καὶ οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα λεγομένων ἢ πραττομένων ὑποπτεύειν.

Γ'. Τούτων οὕτω λεχθέντων οἱ στρατιῶται τοὺς ἁγίους ἓξ ὄντας τὸν ἀριθμὸν (ἑπτὰ μὲν γὰρ οἱ πάντες ἦσαν, ἔφθασε δὲ ὁ εἷς κατὰ τὴν ἔρημον τελευC τῆσαι), δεδεμένους ἀλύσει, τῷ ἡγεμόνι προσῆγον. Ὁ δὲ ἐφ' ὑψηλοῦ μὲν καθῆστο τοῦ βήματος, περιειστήκει δὲ αὐτὸν πλῆθος στρατιωτῶν, τῶν ἐκείνου λόγων καὶ τοῦ νεύματος ὅλως ἐξηρτημένοι. Κελεύσας οὖν ἀποδυθέντας εἰσάγεσθαι τοὺς ἁγίους, εὐθὺς, Οἵοι μὲν γένους, ἠρώτα, οἵας δὲ τύχης ἐστέ ; τίνα δὲ ὑμῶν τὰ ὀνόματα ; Καὶ τὴν ἀπόκρισιν ὡς τάχος ἀπῄτει. Τὴν ἔφορον γὰρ ὑμῖν ὄμνυμι, φησὶ, δίκην καὶ τὴν μεγίλην τῶν θεῶν δύναμιν, ὡς ἔτι περιόντας ὑμᾶς θηρίοις καὶ κυσὶ βορὰν παραθήσομαι. Οἱ δὲ ἅγιοι, μηδὲν μήτε πρὸς τὸ σοβαρὸν τοῦ σχήματος, μήτε πρὸς τὴν ἀπήνειον τῶν λόγων ὑποσταλέντες, Ἡμῖν, ὦ δικαστὰ εἶπον, πατρὶς ἐπὶ γῆς οὐδε μία · ξένοι γὰρ ἡμεῖς ὄντες καὶ παρεπίδημοι. Πατρὶς γὰρ Χριστιανοῖς ἀληθὴς καὶ πόλις ἐν οὐρανοῖς ᾠκοδόμηται. D Ταῦτα πίστευε ἡμῖν οὕτως ἔχειν. Τῶν δὲ σῶν ἀπειλῶν ὀλίγη φροντίς · μᾶλλον δὲ καὶ δι' εὐχῆς τὸ πρᾶγμα ποιούμεθα μὴ μέχρι λόγων στῆναί σοι τὴν ἀπειλὴν, ἀλλὰ καί εἰς ἔργον ἐκβῆναι. Οὕτω γὰρ καὶ ἡμῖν ὁ πόθος ὁ πρὸς Χριστὸν δῆλος ἔσται καὶ αὐτὸς εἴσῃ πάντως, ὁποίας παρ' αὐτοῦ τυγχάνομεν τῆς ἐπικουρίας. Τοιαῦτα τῶν ἁγίων διεξελθόντων, ὁ τύραννος πρὸς τοὺς συνέδρους ἐπιστραφεὶς, Μίαν, ἔφη, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντας μελέτην τοὺς κακοδαίμονας ὥσπερ ἐκ συμφωνίας ὁρῶ. Μάστιγες οὖν αὐτοὺς καὶ πληγαὶ δαψιλῶς ἐκδεχέσθωσαν. Ὡς δὲ ἐτύπτοντο μὲν σφοδρῶς, οὐδὲν δὲ ἀπεκρίνοντο, ὁ δικαστὴς ἐπῆγεν

ἐρώτησιν, οὕτως εἰπών· Ὁ μάλιστά γε ζητούμενος ἕβδομος ὑμῶν ποῦ ἐστι; Τούτου ῥηθέντος, αὐτίκα δρομαίως τοῦ ὄχλου ἐξορμηθεὶς ὁ γενναιότατος Οὔαρος, στὰς ἐν μέσῳ λέγει τῷ ἡγεμόνι· Ἐκεῖνος μὲν ἐκ πολλοῦ τὸν βίον μετήλλαξεν, ἐμὲ δὲ κληρονόμον τῶν αὐτοῦ ἐνεστήσατο. Εἴ τι οὖν ἐκείνῳ χρέως, ἀποδώσων αὐτὸς πάρειμι.

Δ'. Ἤκουσεν ὁ ἡγεμών, καὶ ὅλος τοῦ θυμοῦ γέγονε· καὶ, Τίς οὗτος, καὶ τίνος τάγματος; ἡ τάξις λεγέτω, φησί. Ὁ δὲ, Τάγματος μὲν τοῦ ἐκ Τυάνων, στρατιώτης δὲ καὶ τῶν ἐπιφανῶν, ἀπεκρίνατο. Καὶ ὁ ἡγεμών, πληγεὶς ἐπὶ τούτῳ, Τίς σε πονηρὸς δαίμων εἰς κίνδυνον. εἶπεν, οὕτω σαφῆ, σεαυτὸν ὠθῆσαι πεποίηκεν, ὡς καὶ τὸ τῆς προσούσης σοι περιδόξου στρατείας ἀξίωμα, τὰ ἐκεῖθέν τε σιτηρέσια, παρ' οὐδὲν θέσθαι, καὶ τοσούτοις τὴν ἰδίαν ψυχὴν περιβαλεῖν χαλεποῖς; Καὶ ὁ μακάριος, Τὸν ἄρτον, εἶπε, τὸν ἐξ οὐρανοῦ καθιόντα, καὶ τὸ θεῖον ποτήριον τοῦ τιμίου αἵματος Χριστοῦ τοῦ Κυρίου μου, τῶν σῶν προέκρινα τιμῶν τε καὶ ὀψωνίων, δόξαν ἀεὶ μένουσαν τῆς ῥεούσης, καὶ ζωὴν ἄληκτον φθαρτῆς καὶ προσκαίρου. Κἶτα ὅλος ἐπὶ τῷ πάθει γενόμενος ὁ δικάζων, ἀποβλέψας πρὸς τοὺς ἁγίους ἐν πολλῷ σάλῳ καὶ πικρίᾳ ψυχῆς εἶπε. Μάρτυς ἡ τῶν μεγίστων θεῶν δύναμις, ὑμᾶς πρότερον ἐν κακοῖς ἀφέλωμαι τὴν ζωὴν, τοιοῦτον ἐμὲ ζημιώσαντας στρατιώτην· ὑμέτερον γὰρ ἂν εἴη τοῦτο καὶ οὐχ ἑτέρου. Οἱ δὲ μάρτυρες ἐν μηδενὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ ποιούμενοι, Μικρὸν, εἶπον, ἀνάμεινον, δικαστὰ, καὶ τὰ ὅπλα τῆς νῦν στρατείας, οἷα κατανοήσεις. Τῷ γὰρ τῶν ἀγγέλων τάγματι τὸν ἄνδρα προσενηνόχαμεν. Τούτου ῥηθέντος, ὁ μὲν πείθειν ἐπεχείρει τοὺς ἁγίους συνθέσθαι τῇ ἀσεβείᾳ, καὶ θυσίαν τοῖς ματαίοις προσενεγκεῖν ὁ μάταιος· οἱ δὲ μηδὲ τὸ οὖς ὅλως διδόντες τοῖς αὐτοῦ ῥήμασιν, ἀνθυπέφερον· « Θεοὶ οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν. » Μεθ' οὓς ὁ μακάριος Οὔαρος, μείξονα τὴν ὀργὴν ἐξάπτων τῷ δικαστῇ. Τί πράγματα παρέχεις, ἔλεγε, τοῖς ἁγίοις, μωρὰ λέγων καὶ εἰς οὐδὲν χρήσιμα; « Ὁ γὰρ μωρὸς, φησὶ, μωρὰ λαλήσει. » (Ἠσαΐας ὁ μέγας σοι τοῦτο καὶ οὐκ ἐγὼ) καὶ ταῦτα μηδὲ ἀντοφθαλμεῖν αὐτοῖς, μηδὲ εἰς λόγους ὅλως ἰέναι δυνάμενος.

Ε'. Τούτων ἀκούσας ἐκεῖνος οὐκ ἔτι καθεκτὸς ἦν, ἀλλὰ θυμοῦ πλείονος πλησθεὶς, ἐπὶ ξύλου μὲν τὸν Οὔαρον μετεωρίζειν ἐκέλευε. Πρὸς δὲ τοὺς ἁγίους, Ἐάν τῆς ὑμῶν, εἶπεν, ἐνστάσεως ἡττηθῶ, ἔξαρνος πάντως καὶ τῆς τῶν θεῶν ἔσομαι λατρείας. Οὕτως ἰσχυρόν τι καὶ αὐστηρὸν ἡ ἀλήθεια, καὶ ἀσθένειαν πολλάκις διελέγχον ψυχῆς, φέρειν αὐτῆς τὴν ἐλευθερίαν οὐ δυναμένης. Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, Δοκίμασόν σου τέως τὴν δυναστείαν, εἰρήκασιν, ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡμῶν ἀδελφοῦ· καὶ εἴγε τούτου κρείττων ὀφθῇς, τότε τάχα καὶ ἐφ' ἡμᾶς χρηστῶν οὐκ ἀμοιρήσεις ἐλπίδων. Πρὸς ταῦτα ὁ δικαστὴς τοῖς μὲν ἁγίοις τὰ χαλεπώτατα ἀπειλήσαν, τοῦ ξύλου κατενεχθῆναι προστάττει τὸν μάρτυρα· καὶ ὥσπερ

A dicens : Qui maxime quæritur septimus ex vobis, ubi est? Hoc dicto, cursim statim e turba egressus præclarissimus Varus, stans in medio dicit præsidi : Ille quidem jam diu abhinc ex hac vita excessit, me autem suum hæredem instituit. Si quid ergo ab illo debebatur, adsum ipse redditurus.

IV. Audivit præses, et totus ad iram est conversus : Quis hic sit, inquit, dicat, et e quanam sit legione. Ille autem : Ex legione quidem Tyanensi, miles vero clarus, respondit. Præses autem, ea de causa obstupefactus, Quis malus dæmon, inquit, effecit, ut te in manifestum impelleres periculum, ut et gloriosam tuam militiam, et quam ex ea habes tesseram frumentariam, nihili facias, et tuam animam in tanta mala injicias? Beatus B autem Varus : Panem, inquit, qui de cœlo descendit, et divinum calicem pretiosi sanguinis Christi Domini mei prætuli tuis honoribus et stipendiis : gloriam quæ semper manet, ei quæ fluit, et vitam quæ nunquam desinit, ei in quam cadit interitus et est ad breve tempus. Tunc judex aperte ostendens se esse animo perturbatum, aspiciens ad sanctos, concitate et acerbe dixit : Testis sit mihi virtus maximorum deorum, vobis prius adimam in malis vitam, qui me tali milite privaveritis. Hoc enim fuerit vestrum, et non alterius. Martyres autem verba ejus nihilifacientes, Exspecta parumper, dixerunt, o judex, et videbis qualia sint arma hujus militiæ Ad ordinem enim angelorum hominem adduximus. Hoc dicto, ille quidem conaC batur persuadere sanctis, ut assentirentur impietati, et rebus vanis offerent sacrificium, ipse plane vanus et stolidus. Illi autem ne aurem quidem ejus verbis præbentes, contra referebant : « Dii, qui cœlum et terram non fecerunt, pereant [1] ! » Post quos beatus Varus iram magis accendens, judici, Quid, dixit, sanctis exhibes molestiam, stulta dicens, et ad nihil utilia? « Stultus autem stulta loquetur [2]. » (Magnus Isaias hoc tibi dicit, et non ego) idque cum nec eos quidem contra intueri, nec cum eis omnino conferre sermonem velis, vel potius non possis.

V. Hæc cum ille audiisset, non poterat amplius cohiberi, sed majore ira plenus, jussit quidem Varum in ligno sublimem extolli. Sanctis autem D dixit : Si fuero a vestra superatus constantia, cultum quoque deorum omnino abnegabo. Adeo res valida et acris est veritas, et quæ sæpe arguit animi imbecillitatem, qui non potest ejus ferre libertatem. Christi autem martyres, Experire, dixerunt, in hoc nostro fratre quid possis ; et si eo fueris superior fortassis, ut speras, in nobis res quoque recte succedet. Ad hæc judex cum sanctis quidem esset minatus gravissima, jubet in cippum duci martyrem : et perinde ac si existimaret non συχ' ἱκανὴν νομίσας πρὸς τοιοῦτον εὐγενὲς φρόνημα,

[1] Jerem. x, 11. [2] Isa. xxxii. 6.

sufficere hoc supplicium adversus tam generosum et tam bene instructum animum, jussit ut extensus loris, in terra cæderetur crudeliter, deinde per quatuor viros tractum, validis clavis conteri et confringi. Forti ergo et generoso animo hæc mala ferens athleta, ad sanctos omnibus audientibus conversus : Benedicite famulo vestro, sancti patres, inquit, benedicite. Rogate, ut mihi vires confirmentur a Domino, et me ejus dextera suscipiat. Novit enim humanam imbecillitatem, qui eam ipse quoque gestare voluit, et dixit : « Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma [3]. » Sancti igitur, cum oculos in cœlum sustulissent, Deus, dixerunt, Deus virtutum, ipse emittet tibi virtutem ex alto, et capiti tuo imponet galeam salutis, et te induet vestimentis ultionis. Manus illius defendet te, et brachium te corroborabit, et præclaras præbebit victorias contra adversarium. « Exsurge ergo, exsurge, induere fortitudine brachii tui [4], » hoc discens a divina Scriptura, et sciens qualis ab alto adsit nobis adjutor, et qualium bonorum perceptio eos manet, qui propter illum hæc pati lubenter voluerunt. Martyr autem Christi cum interea verberaretur, et quodammodo sentiret manum opem e cœlo ferentem, in exsultatione animæ dixit sanctis : Nulla propter me tristitia subeat corda vestra. Ecce enim vestræ preces, quæ Deo persuaserunt, aspera tormenta plana effecerunt et levia, et molestiam mutarunt in recreationem, adeo ut nec plagas quidem sentiam.

VI. Post hæc rursus aggressus est tyrannus persuadere, et athletam attrahere ad negandum, bona ei pollicens, et horum ipsorum, quæ sustinuit, tormentorum, non in illum, sed in alios Christi martyres culpam conferens. Postquam autem vidit sanctum callida illius inventa amplius irridentem, ira magis accensus, jubet Varum rursus suspendi in ligno comparato ad torquendum, et eum ferreis discerpi ungulis. Cum autem martyri, dum cæderetur corpus, plurimæ carnes in terram caderent, et illius sanguine solum cruentaretur, bonus quidem Varus, tanquam nihil patiens, erat quietus : sanctis autem graviter affectus erat animus, et eorum viscera laniabantur propter animi consensionem. Non ferentes itaque judicis crudelitatem : Quid vero non intelligis, inquiunt, o tu, vel feris ipsis agrestior, quod et lapides et ferrum passa essent, percussa toties ? Ipse autem ne sic quidem potuit molliri, et eam rem quodammodo habuit ludibrio : Christus, inquiens, vester accedat, ipsumque a meis liberet manibus : nesciens stultus, quod hæc ferre posse magno et forti animo, significabant illum affuisse et liberasse, et suum rorem dedisse dolorum medicinam. Beatus autem ille, etiam dum discerperetur, Nolim, inquit, liberari ab his, quæ ad tempus durant, tormentis, sed ab iis quæ ma-

A καὶ παρασκευὴν ψυχῆς τὴν κόλασιν ταύτην ἰμᾶσιν ὠμοῖς ἔφη κατὰ γῆς ταθέντα μαστίζεσθαι, εἶτα διὰ τεσσάρων ἑλκόμενον ῥοπάλοις ἀδροῖς συνθλᾶσθαι καὶ κατατρίβεσθαι. Γενναίως οὖν τὰ δεινὰ ταῦτα φέρων ὁ ἀθλητὴς πρὸς τοὺς ἁγίους ἐν ἐπηκόῳ πάντων ἐπιστραφείς, Εὐλογήσατε τὸν δοῦλον ὑμῶν, πατέρες ἅγιοι, φησὶν, εὐλογήσατε· εὔξασθε παρὰ Κυρίου ἐνδυναμωθῆναί με καὶ ἀντιλαβέσθαι μου τὴν αὐτοῦ δεξιάν. Οἶδε γὰρ αὐτὸς τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, ὁ καὶ φορέσαι ταύτην καταδεξάμενος, καὶ εἰπὼν ὅτι « Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. » Οἱ δὲ ἅγιοι, τὰ ὄμματα εἰς οὐρανοὺς ἀνατείναντες, Ὁ Θεὸς, εἶπον, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, αὐτὸς ἐξαποστελεῖ σοι δύναμιν ἐξ ὕψους, καὶ περιθήσει ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου περικεφαλαίαν σωτηρίου, καὶ ἱμάτιον ἐκδικήσεως περιβαλεῖ σε, Ἡ χεὶρ ἐκείνου συναντιλήψεταί σοι, καὶ B ὁ βραχίων κἄτισχύσει, λαμπρά τε παράσχοι κατὰ τοῦ ἀντικειμένου τὰ νικητήρια. « Ἐξεγείρου τοιγαροῦν, ἐξεγείρου, ἔνδυσαι τὴν ἰσχὺν τοῦ βραχίονός σου « παρὰ τῆς θείας τοῦτο Γραφῆς διδασκόμενος, καὶ εἰδὼς, οἷος ἡμῖν ἄνωθεν παρίσταται βοηθος, καὶ οἵων ἀγαθῶν ἀπόλαυσις περιμένει τοὺς δι' ἐκεῖνον ταῦτα πάσχειν προῃρημένους. Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ἐν τοσούτῳ τυπτόμενος, καὶ ὥσπερ αἰσθόμενος ἄνωθεν χειρὸς ἐπιβοηθούσης, ἐν ἀγαλλιάσει ψυχῆς ἔφη πρὸς τοὺς ἁγίους· Μηδεμία λύπη τὰς ὑμῶν ὑποτρεχέτω καρδίας, χάριν ἡμῶν· ἰδοὺ γὰρ ἡ θεοπειθὴς ὑμῶν εὐχὴ, τὸ τραχὺ τῶν βασάνων εἰς ὁμαλὸν, εἰς τὸ λυποῦν εἰς ἄνεσιν μετεσκεύασε, καὶ τοσοῦτον ὅσῳ μηδὲ πληγῶν ἡμᾶς ἐπαισθάνεσθαι.

ς'. Τὸ μετὰ ταῦτα πείθειν ὁ τύραννος ἐπεχείρει C πάλιν, καὶ πρὸς ἄρνησιν εἶλκε τὸν ἀθλητὴν, ἀγαθὰ ὑπισχνούμενος, καὶ αὐτῶν ὧν ἄχρι τοῦ νῦν ὑπέστη βασάνων, οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλὰ τοὺς τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας αἰτιώμενος. Ὡς δὲ ἐώρα τὸν ἅγιον διαγελῶντα μᾶλλον αὐτὸν τῆς ἐπινοίας καὶ τοῦ σοφίσματος, ἔτι πλείονα τὸν θυμὸν ἐκκαύσας, τῷ κολαστηρίῳ ξύλῳ καὶ αὖθις ἀναρτηθῆναι κελεύει τὸν Οὔαρον, καὶ ὄνυξι σιδηροῖς καταξαίνεσθαι. Ἐπεὶ δὲ τῷ μάρτυρι ξαινουμένου τοῦ σώματος, αἱ πλείονες τῶν σαρκῶν εἰς γῆν ἀπερρίπτοντο, καὶ τῷ ἐκεῖθεν αἵματι τὸ ἔδαφος ἐφοινίσσετο, ὁ μὲν χρηστὸς Οὔαρος ὡς οὐδὲν πάσχων ἤρεμος ἦν· ἔπασχε δὲ τοῖς ἁγίοις δεινῶς ἡ ψυχὴ, καὶ τὰ σπλάγχνα τούτων ἐκόπτετο διὰ τὸν ὁμόψυχον. Ἀμέλει καὶ τὴν ὠμότητα μὴ ἐνεγκόντες τοῦ δικαστοῦ, Τί δὲ οὐ συνίης, εἶπον, καὶ θηρίων αὐτῶν, D ἀγριώτερε, ὅτι καὶ λίθοι καὶ σίδηρος ἔπαθον ἂν τοσαῦτα πληττόμενοι ; Αὐτὸς δὲ καὶ οὕτως ἀμείλικτος ἦν, καὶ ὥσπερ εἰς χλεύην τὸ πρᾶγμα τιθεὶς, Ὁ Χριστὸς, φησὶν, ὁ ὑμέτερος παρελθὼν, τῶν ἐμῶν αὐτὸν ἐξελέσθω χειρῶν, μὴ εἰδὼς ὁ ἀνόητος, ὡς τὸ ταῦτα δύνασθαι φέρειν μεγαλοψύχως δήλωσις ἦν ὅτι καὶ παρῆν ἐκεῖνος καὶ ἐξῃρεῖτο, καὶ τὴν παρ αὐτοῦ δρόσον ἴαμα ἐδίδου τῶν ὀδυνῶν. Ὁ δὲ μακάριος καὶ ξεόμενος, Μή μοι γένοιτο, ἔφη, τῶν βασάνων ἀπαλλαγῆναι τῶν προσκαίρων τούτων, ἀλλὰ τῶν

[3] Matth. xxvi, 41. [4] Isa li, 9.

μενουσῶν ὁ ἐμὸς ἐξέλοιτό με Χριστὸς, σὲ δὲ καὶ τὴν σὴν ὠμότητα τοιαύταις ἀξίως κατακρινεῖ.

VII. Constantius autem cum audiisset id, quod accíderat, Gallum ad se accersit. Ille autem cum sciret quidem, se non vocari ad bonum aliquod, rursus autem cogitaret, quod si nollet parere, oporteret bellum facere, armis protinus correptis, elegit potius pacem. Et præmissa uxore ad mitigandum Constantium, ipse quoque sua sponte adibat periculum. Atque Constantia quidem statim profecta est, ut fratrem prior conveniret, et in animo habens rogare pro marito, ut nihil grave in eum statueret. Cum autem prompto et alacri animi studio iter iniisset, inter eundum incidit in morbum. Et cum ascendisset in Bithyniam, in quadam ejus statione, quæ Gallicana dicitur, est mortua. Gallus autem etsi hoc, quod præter opinionem acciderat, magnam reputasset calamitatem, ibat tamen ulterius, non desistens ab iis, quæ statuerat. Postquam vero venit ad Noricorum civitatem, quæ vocatur Pytaviota, huc Mediolano, cum illic tunc esset Constantius, mittitur dux exercitus Barbation, qui Gallo aufert purpuram. Et cum eum fecisset privatum, relegat in quamdam insulam Dalmatiæ. Cum Gallus autem venisset in insulam, Eusebius eunuchus, qui præpositi tunc habebat honorem, et qui cum eo erant, persuadent Constantio, ut quamprimum Gallum tolleret de medio. Ille vero persuasus, mittit qui ipsum interficerent. Cum ii autem jam irent, Constantius rursus motus est misericordia, et misit ocissime litteras, quæ Gallum a morte liberabant. Eusebius autem, et qui cum eo erant, persuadent Magistrano, qui mittebatur, ne prius veniret ad ostendendas litteras, quam audivisset Gallum fuisse de medio sublatum. Hæc facta sunt, et Gallus fuit interfectus.

VIII. Constantius autem veritus, quod non posset solus totum regere imperium, maxime cum Galli, quando vellent, promptissime incitarentur adversus imperium, tam propter vires corporis, quam propter levitatem animorum, jam ducebatur pœnitentia, quod Gallum de medio sustulisset. Et cum reputasset eos, qui sunt genere conjuncti, esse externis et alienis longe tutiores ad regi so-

A τῶν πραγμάτων ἁπτόμενος. καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ θράσους καὶ τῆς ἀλαζονείας διατασσόμενος· τοὺς γὰρ ἄρχοντας οὓς σὺν αὐτῷ ἐπεπόμφει Κωνστάντιος, τῶν βασιλικῶν τε καὶ πολιτικῶν πράγμάτων ὄντας διαιτητὰς, τόν τε τῶν Πραιτορίων ὕπαρχον Δομετιανὸν (ὁ γὰρ Θαλάσσιος ἐτεθνήκτι) καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ κοιαίστωρος Μόντιον. διὰ τὸ μὴ πειθαρχεῖν αὐτοὺς καὶ ὑπουργεῖν ταῖς παραλόγοις αὐτοῦ καὶ ἀκαθέκτοις ὁρμαῖς, σχοίνους τοῖς στρατιώταις τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐξάψασθαι παρακελευσάμενος, ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς συρῆναι προσέταξε καὶ ἀμφοτέρους ἀπ· ἔκτεινεν, ἄνδρας ἐν ἀξιώμασι διαπρέψαντας, καὶ παντὸς κέρδους καὶ λήμματος εὑρεθέντας ὑψηλοτέρους, οὓς ὁ τῆς πόλεως περιστείλας ἐπίσκοπος, ἔθαψεν, αἰδεσθεὶς τὸ τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ἀνυπέρβλητον.

B Ζ'. Ὁ δὲ Κωνστάντιος, ἐπειδὴ τάχιστα ἐπύθετο τὸ συμβὰν. μετάπεμπτον ὡς ἑαυτὸν ἐποιεῖτο τὸν Γάλλον. Ὁ δὲ εἰδὼς μὲν ὡς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τυγχάνει καλούμενος, ἐννοῶν δὲ πάλιν ὡς εἰ μὴ βούλοιτο ὑπακούειν, πόλεμον ἀνάγκη ποιεῖν, ὅπλα πρὸς Κωνστάντιον ἐκ τοῦ εὐθέος ἀράμενον, αἱρεῖταν μᾶλλον τὰ τῆς εἰρήνης, καὶ τὴν γυναῖκα προαποστείλας ὡς τὸν Κωνστάντιον ἐκμειλίξασθαι, καὶ αὐτὸς ἀπῄει αὐτόμολος ἐς τὸν κίνδυνον. Ἡ μὲν οὖν Κωνσταντία προτέρα ἐξώρμησε προεντυχεῖν τῷ ἀδελφῷ, καὶ δεηθῆναι τούτου ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς προθυμουμένη, τοῦ μή τι εἰς αὐτὸν βουλεύσασθαι ἀνήκεστον· πολλῇ δὲ προθυμίᾳ περὶ τὴν ὁδοιπορίαν χρωμένη εἰς νόσον ἐνέπεσε μεταξὺ πορευομένη, καὶ Βιθυνίας ἐπιβᾶσα, ἐν σταθμῷ τινι ταύτης Γαλλικάνῳ λεγομένῳ ἀπέθανεν. Ὁ δὲ Γάλλος, καὶ τοῦτο C παρὰδόξαν αὐτῷ συμβὰν, μεγάλην συμφορὰν ποιησάμενος, ὅμως ἦει τὸ πρόσω, τῶν δεδογμένων οὐκ ἐξιστάμενος. Ἐπεὶ δὲ εἰς Νορικοὺς ἀφίκετο, πόλιν αὐτῶν Πυταβιώτατα καλουμένην, ἐνταῦθα δὴ ἀπὸ Μεδιολάνων καταπέμπεται στρατηγὸς Βαρβατίων, ἐκεῖ τοῦ Κωνσταντίου τὸ τηνικαῦτα τυγχάνοντος, ὃς τὸν Γάλλον ἀφαιρεῖται τῆς ἀλουργίδος, καὶ εἰς ἰδιώτην μετασκευάσας, ἐξόριστον αὐτὸν εἷς τινα νῆσον τῆς Δαλματίας κατέστησε. Τοῦ Γάλλου δὲ εἰς τὴν νῆσον ἀφιγμένου, Εὐσέβιος ὁ εὐνοῦχος, ὁ τὴν τοῦ πραιποσίτου τότε τιμὴν ἔχων, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, πείθουσι Κωνστάντιον ὡς τάχιστα Γάλλον ποιήσασθαι ἐκποδών· ὁ δὲ πεισθεὶς πέμπει τοὺς ἀποκτενοῦντας αὐτὸν, καὶ ἤδη τούτων ἀφικνουμένων, πάλιν ὁ Κωνστάντιος εἰς ἔλεον μετεβλήθη, καὶ πέμπει D διάταχέων γράμματα τὸν Γάλλαν τοῦ πάθους ἀνακαλούμενος. Ὁ δὲ Εὐσέβιος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πείθουσι τὸν πεμφθέντα Μαγιστριανὸν, μὴ πρότερον ἐπιστῆναι δεικνύντα τὸ γράμμα. πρὶν ἂν πύθοιτο. Γάλλον ἀνῃρημένον. Ἐγένετο ταῦτα, καὶ ὁ Γάλλος ἐτεθνήκει.

Η'. Ὁ δὲ Κωνστάντιος περὶ τοῖς πράγμασι δείσας μὴ οὐχ οἷός τε ᾖ μόνος ἁπάσης εἶναι τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς, ἄλλως τε δὲ καὶ τῶν Γαλατῶν, ὀξύτατά τε καὶ ὁπότε προθυμηθεῖεν εἰς τὰς τυραννίδας ἐγειρομένων, διά τε σώματος ἰσχὺν καὶ κουφότητα φρονημάτων μετεμέλετο ἤδη τὸν Γάλλον ὑπεξελών, καὶ λογισάμενος, τὸ συγγενὲς τοῦ ὀθνείου καὶ ἀλλογενοῦς ἀσφαλέστερον εἶναι μακρῷ πρὸς κοινωνίαν

τῆς βασιλείας, Ἰουλιανὸν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Γάλλου ἐκ τῆς Ἰωνίας μεταπεμψάμενος ἐν τῇ Μεδιολάνων, Καίσαρα ἀναδείκνυσι, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῷ τὴν ἑαυτοῦ Ἑλένην εἰς γάμον ἐκδοὺς, καὶ τὰ πιστὰ πρὸς αὐτὸν ποιησάμενον τοῦτον μὲν ἐξέπεμψεν εἰς τὰς Γαλλίας, φύλακα τῆς ἐκεῖσε βασιλείας ἐσόμενον, αὐτὸς δὲ εἰς Ἰλλυριοὺς ἀφικόμενος ἐν τῷ Σιρμίῳ διῆγεν. Ἀκούσας δὲ ὅτι οἱ πέραν Ἴστρου Βάρβαροι μέλλουσιν ἐπιστρατεύειν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, ἀπάρας ἀπὸ τοῦ Σιρμίου εἰς τὸν Ἴστρον διέβη. Καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ ὄχθῃ χρόνον οὐκ ὀλίγον ποιήσας, ἐπεὶ τὰ τῶν βαρβάρων ἠρεμεῖν ἐμάνθανε πάλιν συνήματα, ἐπὶ τὴν Θρᾴκην ἤλαυνεν αὖθις. Ὡς δὲ ἐν Ὀδρυσοῖς ἐτύγχανε γεγονὼς, ἔνθα πόλιν κτίσας. Ἀδριανὸς ὁ βασιλεὺς τὴν ἑαυτοῦ καταλέλοιπε τῷ τόπῳ προσηγορίαν, ἐπύθετο πρός τινος τῶν ἐπισκόπων, ὡς τὰ σώματα τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀποστόλων, Ἀνδρέου τε καὶ Λουκᾶ, ἐν Ἀχαΐᾳ τεθαμμένα τυγχάνουσιν, Ἀνδρέου μὲν ἐν Ἥτραις, Λουκᾶ δὲ ἐν Θήβαις τῆς Βοιωτίας. Ὡς οὖν ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς ταῦτα Κωνστάντιος, ἥσθη τε τῷ λόγῳ καὶ ἐπιμέγα ἐβόησε, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας φησὶ, Καλέσατέ μοι τὸν φίλον Ἀρτέμιον· τοῦ δὲ τάχος παραγενομένου, Συγχαίρω σοι, ἔφη, ἀνδρῶν ἁπάντων θεοφιλέστατε. Ὁ δὲ πρὸς αὐτόν. Καὶ εἴης μοι χαίρων, ὦ βασιλεῦ, διαπαντὸς, καὶ μή ποτέ σε τῶν λυπηρῶν τι καταλήψοιτο. Καὶ ὁ βασιλεὺς, Ζητεῖς δέ τι χαριέστερον, ὦ φίλων ἄριστε, τῆς τῶν σωμάτων τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀποστόλων εὑρέσεως; καὶ ὁ μέγας Ἀρτέμιος· Τίς καὶ πόθεν. ὦ δέσποτα, ὁ τοῦτον ἡμῖν τὸν θησαυρὸν φανερώσας τὴν σήμερον; Καὶ ὁ Κωνστάντιος. Ὁ τῆς Ἀχαΐας, ἔφη, ἐπίσκοπος, ὁ νῦν ἐφορεύων ἐν Πάτραις. Ἀλλ' ἄπιθι, ἀνδρῶν ἄριστε, καὶ τὸ τάχος ἐν Κωνσταντινουπόλει μοι τὴν τούτων ἀνακομιδὴν ποίησον. Ταῦτα ἀκούσας παρὰ τοῦ βασιλέως ὁ μέγας, τὴν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ὁδὸν ἐπορεύετο, τὰ τούτων ἀνακομίσων ἅγια λείψανα, ἃ δὴ καὶ μάλα θαυμασίως ἀνακομισάμενος, ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ τοῦ Κωνστάντίου ἐκ βάθρων οἰκοδοληθέντι ναῷ, ἐπὶ τῷ τῶν ἀποστόλων ὀνόματι, παρὰ τῷ τοῦ πατρὸς τάφῳ ταῦτα κατέθετο, καὶ γέρας γε αὐτῷ τῆς λειτουργίας ὁ βασιλεὺς, δεηθέντων τῶν ἐπισκόπων, τὴν τῆς Αἰγύπτου παρέσχεν ἀρχήν. Τοιοῦτος καὶ πρὸ τῶν τῆς μαρτυρίας ἀγώνων ὑπῆρχεν Ἀρτέμιος, καὶ οὕτω παρὰ πᾶσιν αἰδέσιμος.

Θ'. Ἐπορεύετο μὲν οὖν ὁ μέγας Ἀρτέμιος τὴν ἐπ' Αἴγυπτον, ἄρτι τὴν τοῦ δουκὸς ἀξίαν περιβαλόμενος. Ὁ Κωνστάντιος δὲ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἀπάρας, τὴν ἐπὶ Συρίας ἐποιεῖτο ὁδὸν, καὶ φθάσας τὴν μεγαλόπολιν Ἀντιόχειαν, αὐτοῦ που κατασκηνοῖ, τὸν πρὸς τοὺς Πέρσας ἑτοιμαζόμενος πόλεμον· αὐτοῦ δὲ τῇ πόλει προσμένοντος, ἀφίκετο γράμματα πρὸς αὐτὸν, δηλοῦντα τὴν Ἰουλιανοῦ ἐπανάστασιν. Ὁ γὰρ Ἰουλιανὸς, ὡς δεδήλωται μοι καὶ πρόσθεν, ἐπὶ φυλακῇ τῶν Ἑσπερίων εἰς τὰς Γαλλίας ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίου Καῖσαρ ἀποδειχθεὶς, αὐτὸς ἐπιπλεῖον ἐν τῷ τοῦ Καίσαρος σχήματι εἶναι μὴ ἀνασχόμενος, διάδημά τε περιτίθεται, καὶ τῷ τῆς βασιλείας ἑαυτὸν ἐπιφημίζει ὀνόματι. Ἐπεὶ δὲ

A cietatem, Julianum fratrem Galli ex Ionia accersitum Mediolanum, creat Cæsarem; et cum suam sororem Helenam ei dedisset in matrimonium, fideque ab eo accepta sibi cavisset, eum quidem misit in Galliam, illic futurum custodem imperii, ipse autem in Illyricum veniens degebat Sirmii. Cum autem audivisset, quod Barbari, qui agebant trans Danubium, essent ducturi exercitum contra imperium Romanorum, Sirmio profectus transiit Danubium. Cum autem longo tempore ibi fuisset ad ipsam ripam, et rursus intellexisset Barbaros non esse se loco moturos, profectus est in Thraciam. Postquam vero fuit apud Odrysos, ubi Adrianus, constructa civitate, ei loco suam reliquit appellationem, audivit a quodam episcopo, quod corpora
B Christi apostolorum Andreæ et Lucæ sepulta erant in Achaia, Andreæ quidem Patris, Lucæ autem Thebis Bæotiæ. Postquam autem imperator hæc audivit Constantius, propter id est lætatus et magna voce clamavit, et iis, qui aderant, dixit: Vocate mihi charum Artemium. Cum is autem quamprimum venisset: Gratulor tibi, inquit, virorum omnium religiosissime, et una tecum lætor. Ille vero illi dixit: Mihi perpetuo læteris, o imperator, nec te unquam aliquid molestum comprehendat. Imperator autem: Quærisne aliquid, o amicorum optime, gratius ac jucundius inventione corporum Christi apostolorum? Magnus vero Artemius: Quisnam aut undenam, inquit, o domine, est is, qui hunc hodie thesaurum aperuit?
C Constantius autem: Achaiæ, inquit, episcopus, qui nunc præsidet Patris. Sed abi, o virorum amicorum optime, et ea quamprimum exporta Constantinopolim. Hæc cum ab imperatore magnus audisset Artemius, recta ivit ad apostolos, eorum sanctas allaturus reliquias. Quas quidem cum valde admirabiliter exportasset, in templo, quod ab ipso Constantio exstructum est a fundamentis in nomine apostolorum, prope sepulcrum patris eas deposuit. Ei autem in præmium ministerii dedit imperator, rogantibus episcopis, munus rectionis Ægypti. Talis fuit Artemius etiam ante certamina martyrii, et adeo erat apud omnes venerandus.

IX. Atque proficiscebatur quidam magnus Arte-
D mius in Ægyptum, ducis modo suscepta dignitate. Constantius autem profectus Constantinopoli tendebat in Syriam: et cum in magnam pervenisset Antiochiam, ibidem figit tabernaculum, bellum parans adversus Persas. Cum ibi autem maneret in civitate, venerunt ad eum litteræ, insurrectionem Juliani significantes. Julianus enim, ut a me jam ante fuit declaratum, ad custodiam Occidentis in Gallia Cæsar creatus a Constantio, non ferens amplius esse in habitu Cæsaris, induit diadema, et se appellat nomine imperatoris. Postquam autem sibi imperium usurpavit, nihil jam parvum cogitabat, neque statuebat sibi amplius esse cunctandum;

sed volens in suam redigere potestatem totam Europam, quæ obedit Romanis, instructo exercitu, per Germanos perrexit ad Danubium. Et cum ulteriorem ripam apprehendisset, per loca illius ducebat exercitum. Latens vero præfectos, et Italiæ Taurum, qui vocabatur, et Illyrici Florentium, postquam venit ad Pæonas, transiens ad alteram partem fluvii, statim et universam Illyricam regionem in suam redegit potestatem, et Italiam, et usque ad Oceanum occidentalem universas gentes, quæ erant imperii Romanorum.

X. Constantius autem cum hæc audivisset, fuit conturbatus, ut est consentaneum, et de Constantinopoli admodum timens, ne quod ille animo cogitabat, eam prior in suam redigeret potestatem, eam totis viribus festinabat præoccupare. Interim autem dum ab eo colligebatur exercitus, dispersus per civitates Orientis, et se parabat ad tantam viam, significat episcopis, ut eum præcedentes veniant quamprimum Nicæam. Erat enim in ea secundam synodum congregaturus, ab impiis Arianis incitatus adversus Homousion. Cum vero, transmissa Cilicia, venisset ad Mopsi, qui vocantur, fontes, quædam imbecillitas ei repente accidit, nec poterat ulterius progredi. Postquam autem sensit se jam male habere, et non victurum esse amplius, Antiochiæ episcopo celerrime accersito Euzoio, petit ut baptizetur. Et cum baptizatus, parum fuisset superstes, illic e vita excedit, cum imperasset integros quadraginta annos, viginti quidem cum patre, solus autem reliquos.

XI. Cum eum autem deflevisset exercitus, et justa ei fecisset, in arca posuerunt, cum corpus instruxissent iis, quæ solent fieri ad hoc, ut duret, et cum in currum imposuissent, tulerunt Constantinopolim, cum propriis armis unusquisque eum sequentes in eodem ornatu, quem, dum viveret, habebat inter principes. Atque ii quidem venerunt Constantinopolim, ducentes corpus. Venit autem et Julianus, proficiscens ex Illyrico, et jam firmiter tenens universum imperium, nullo post mortem Constantii auso ei repugnare. Cum autem ferretur corpus in templum SS. Apostolorum, ubi prope patrem eum erant posituri, Julianus ipse præcedebat lectum, capiti ablato diademate. Postquam autem eum sepelierunt, jam veniens in regiam, tunc rursus imposuit diadema, et rerum potiebatur, solus jam Romanorum universum adeptus imperium. Cum ergo excessisset Constantius, in eos, qui restabant, et maxime qui propter invidiam præbuerant causam Galli occisionis, iræ suæ fervorem ostendit Julianus. Et statim. Eusebio quidem præposito caput adimit, quod omnino videretur suis calumniis Gallo cædem adornasse; Paulum autem Hispanum, qui erat unus ex scribis imperatoris, tradit igni, ut qui in Gallum fuerat acerbe

A ἀντελάβετο τῶν πραγμάτων, οὐκ ἔτι μικρὸν οὐδὲν ἐνενόει· οὐδὲ διαμέλλειν ἐγίνωσκε δεῖν, ἀλλὰ τὴν Εὐρώπην τέως ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι πᾶσαν ἐθέλων, ὁπόση Ῥωμαίοις ὑπακούει, τῷ στρατῷ συνταξάμενος, διὰ Γερμανῶν ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐχώρει. Καὶ τῆς πέραν ὄχθης λαβόμενος, διὰ τῶν ἐκείνης χωρίων ἤλαυνε, τοὺς ὑπάρχους δὲ διαλαθὼν, τόν τε τῶν Ἰταλιῶν Ταῦρον οὕτω καλούμενον, καὶ τὸν τῶν Ἰλλυριῶν Φλορέντιον, ἐπειδὴ κατὰ πλείονας ἐγίνετο διατριβὰς, ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ αὐτίκα τήν τε Ἰλλυρίδα πᾶσαν ὑφ' ἑαυτῷ γῆν εἶχε καὶ τὰς Ἰταλίας, καὶ τὰ μέχρι Ἑσπερίου Ὠκεανοῦ σύμπαντα ἔθνη, ὁπόσα τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατήσεως ἦν.

Γ'. Ὁ δὲ Κωνστάντιος ταῦτα πυθόμενος, ἐταράχθη τε, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, καὶ περὶ Κωνσταντινουπόλεως B μάλιστα δείσας, μὴ, ὅπερ κακεῖνος διενοεῖτο, φθάσειεν αὐτὴν ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος, ἐπείγετο κατὰ τὸ δυνατὸν προκαταλαβεῖν. Ἐν ὅσῳ δὲ ὁ στρατὸς αὐτῷ συνελέγετο, κατὰ τὰς πόλεις τῆς Ἑῴας ἐσκεδασμένος, καὶ ἔμελλεν ἐξαρτύεσθαι ὡς πρὸς τοσαύτην ὁδὸν, σημαίνει τοῖς ἐπισκόποις εἰς τὴν Νίκαιαν αὐτὸν ὡς ὅτι τάχιστα ὀφθῆναι προαφικομένους· ἐμελέτα γὰρ ἐν αὐτῇ δευτέραν συγκροτῆσαι σύνοδον, παρὰ τῶν δυσσεβῶν Ἀρρείανῶν κατὰ τοῦ Ὁμοουσίου παροτρυνόμενος. Ἐπεὶ δὲ τὴν Κιλικίαν διεξελθὼν, εἰς τὰς Μόψου καλουμένας κρήνας ἀφίκετο, ἀσθένειά τις αὐτῷ ἐξαπινσίως προσέπεσε, καὶ οὐχ οἷός τε ἦν ἐπὶ τὸ πρόσω χωρεῖν, Ὡς δὲ ἤσθετο φαύλως ἔχων ἤδη καὶ οὐκ ἂν βιωσόμενος, τὴν ταχίστην τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον Εὐζώϊον μεταπεμψάμενος, βαπτίσαι αὐτὸν ἐπιτρέπει, καὶ δὴ βαπτισάμενος C καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς, αὐτόθι προλείπει τὸ ζῆν, βασιλεύσας τὰ σύμπαντα ἔτη τεσσαράκοντα, τὰ μὲν εἴκοσι μετὰ τοῦ πατέρος, μόνος δὲ τὰ ἐπίλοιπα.

ΙΑ'. Αὐτὸν δὲ ἡ στρατιὰ ὀλοφυρομένη, καὶ τὰ νομιζόμενα ἐπ' αὐτῷ τελέσασα, λάρνακι τοῦτον ἐνέθεσαν, τοῖς εἰωθόσιν εἰς τὸ διαρκέσαι σκευάσαντες τὸν νεκρὸν, καὶ εἰς ἅμαξαν ἐνθέμενοι, ἐκόμιζον ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν, σὺν τοῖς οἰκείοις ἕκαστος ὅπλοις αὐτῷ ἑφεπόμενοι, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν κόσμον ὅνπερ καὶ ζῶντος ἐν τοῖς ἡγεμόσι τεταγμένοι ἐτύγχανον. Οὗτοι μὲν δὴ τὴν Κωνσταντινούπολιν εἶχον ἄγοντες τὸν νεκρὸν, καὶ ὁ Ἰουλιανὸς συνομάρτησεν ἐκ τῶν Ἰλλυριῶν ἀφικόμενος, καὶ ἤδη βεβαίως ἔχων τὴν πᾶσαν βασιλείαν, οὐδενὸς αὐτὸν μετὰ τὸν Κωνσταντίου θάνατον ἐναντιωθῆναι τολμήσαντος, κομιζομένου δὲ τοῦ νεκροῦ ἐπὶ τὸν D νεὼν τῶν Ἀποστόλων, ἵνα περ αὐτὸν καταθήσειν πλησίον τοῦ πατρὸς ἔμελλον, αὐτὸς ἡγεῖτο τῆς κλίνης ὁ Ἰουλιανὸς, τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς περιελὼν. Ἐπεὶ δὲ ἔθαψαν αὐτὸν, ἐπὶ τὰ βασίλεια ἤδη ἀπαλλαττόμενος, τό τε διάδημα αὖθις ἐπέθετο. Καὶ τῶν πραγμάτων ἐγκρατὴς ἦν, μόνος ἤδη τὴν Ῥωμαίων ὅλην βασιλείαν ὑποζωσάμενος. Ἐπεὶ οὖν ὁ Κωνστάντιος ἐκ ποδῶν ἦν, εἰς τοὺς ὑπολείπομένους καὶ μάλιστα τῷ φρόνῳ τὴν αἰτίαν παρασχομένους τῆς ἀναιρέσεως Γάλλου, ἀνεψυχε τὸ ζέον τῆς ὀργῆς Ἰουλιανὸς, καὶ αὐτίκα Εὐσέβιον μὲν τὸν Πραιπόσιτον τῆς κεφαλῆς ἀφαιρεῖται, διότι τὴν

ἀρχὴν ἐφαίνετο ἐκ τῶν αὐτοῦ διαβολῶν, τὸν ἄπαντα τῷ Γάλλῳ φόνον συγκειρασάμενος· Παῦλον δὲ τὸν Σπανὸν εἰς τοὺς ὑπογραφέας τοῦ βασιλέως τελοῦντα, πυρὶ παραδίδωσιν, ὡς πολλὰ δὴ μάλα τῷ Γάλλῳ ἐμπικρανάμενον. Τυύτους μὲν οὖν ἀμφοτέρους εἰς τὴν Χαλκηδόνα διαπέμψας, ἐκεῖ τῇ οἰκείᾳ δίκῃ ὑπάγει ἑκάτερον, ἀνεῖλε δὲ καὶ Γαυδέντιον στρατηγὸν τῆς Ἀφρικῆς, καὶ ἄλλους τινὰς ὁπόσοι τι εἰς αὐτὸν πεπαρῳνήκεσαν· ἀλλὰ τούτους μὲν διὰ γραμμάτων ἐκόλασε, τὸν δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα καὶ γενναῖον ἄθλητὴν Ἀρτέμιαν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ παρὼν καὶ παρόντα διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, ἀπανθρώπως ἐκόλασε, καὶ τῆς παρούσης αὐτὸν ἀπεγύμνωσεν ἐξουσίας, μὴ φέρων τὴν αὐτοῦ παῤῥησίαν καὶ ἔνστασιν. Ὁ γὰρ Ἰουλιανὸς, ὡς δεδήλωται, τὴν τῶν Ῥωμαίων περιθέμενος βασιλείαν, ἐσπούδαζε μάλιστα τὸν Ἑλληνισμὸν ἐπανορθοῦν. Πανταχοῦ τοίνυν γράμματα διαπεμπόμενος, ἐκέλευε τὰ τούτων τεμένη καὶ τοὺς βωμοὺς ἀνιστᾷν, μετὰ πολλῆς ὅσης τῆς σπουδῆς τε καὶ προθυμίας, καὶ ὅσας ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ταῖς ἐκκλησίαις προσόδους ἀπένειμε, καὶ ὁ τούτου υἱὸς ναοῖς ἀφιέρωσεν, ἀντ' ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ ῥάντας, καὶ θύτας, καὶ κανηφόρους, καὶ ὅσας μὲν κἀι ἕτερα διεπραττετο κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν.

ΙΒ'. Μετὰ δὲ ταῦτα μητέρος αὐτοῦ ἀδελφὸν ἔχων, Ἰουλιανὸν τοῦνομα, τὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ πίστιν διὰ τὴν ἐκείνου χάριν ἐξομοσάμενον, καὶ πολλὴν ὑπὲρ τοῦ Ἑλληνισμοῦ προθυμίαν ἐπιδεικνύμενον, ἄρχοντα τῆς ἑῴας ὃν καλοῦσι κόμητα ἐξέπεμψεν, ἐντειλάμενος, τὰ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν πράγματα κακοῦν τε καὶ διαφθείρειν, πανταχοῦ δὲ καὶ διὰ πάσης ἰδέας τὸν Ἑλληνισμὸν αὔξειν τε καὶ ἐπαίρειν. Ὁ δὲ ἀφικόμενος ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπειρᾶτο μείζων τῶν ἐντεταλμένων τοῖς ἔργοις φαίνεσθαι, καὶ δὴ προσαφαιρεῖται μὲν πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἅπαντα τὰ κειμήλια, ὅσα ἐν ἀργύρῳ τε καὶ χρυσῷ καὶ σηρικοῖς ὑφάσμασι διετέλει, ἀποκλείει δὲ καὶ τὰς ἐκκλησίας, τοῦ μὴ τινα εἰσφοιτᾷν ἐν αὐταῖς εὐχῆς ἕνεκα, κλεῖθρα καὶ μυχμοὺς τοῖς πολῶσιν ἐπιβαλών. Καὶ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν Ἀντιόχου πόλιν· ὁ τῆς Ἀνατολῆς ἄρχων εἰργάζετο, ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς, ἔτι κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν διεῖλκέ τινα χρόνον, τὰ ἐν ταύτῃ κρατύνας, εἰς ὅπερ ἐνόμιζε μάλιστα τῇ βασιλεία συμφέρειν, καὶ ὅπως ὁ Ἑλληνισμὸς αὐτῷ πρὸς τὸ μεγαλειότερον ἐξαρθῇ σκοπῶν τε καὶ πραγμκτευόμενος. Ἅρας οὖν ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως σὺν παντὶ τῷ στρατῷ τὴν ἐπὶ τῆς Συρίας ἐποιεῖτο ὁδόν.

Π'. Διελθὼν τοίνυν ἅπασαν τὴν Φουγίαν, καὶ πρὸς τὴν ἐσχάτην αὐτῆς πόλιν τὸ καλούμενον Ἰκόνιον κατανήσας, ἐξέκλινε τὴν Ἰσαυρίαν καταλιπών. Καὶ τὸν λεγόμενον Ταῦρον ὑπεραναβὰς · ἦλθεν ἐπὶ τὰς πόλεις τῆς Κιλικίας, καὶ τῷ σταθμῷ προσπελάσας τῷ ἐν Ἰσσῷ αὐτοῦ που κατασκηνοῖ, τὸν ἐκ Μακεδονίας Ἀλέξανδρον μιμησάμενος· αὐτόθι γὰρ κἀκεῖνος ἐν Ἰσσῷ τὸν πρὸς Δαρεῖον τὸν Περσῶν βασιλέα συνεκρότησε πόλεμον, καὶ τοῦτον νικήσας, ἐπίσημον τὸν τόπον εἰργάσατο· ἐκεῖθεν τὸν Ἰσσικὸν

A invectus. Ambos namque Chalcedonem misit, et illic utrumque suo affecit supplicio. Interfecit etiam Gaudentium ducem exercitus Africæ, et quosdam alios, qui ei insultaverant. Sed eos quidem puniit per litteras; Christi autem martyrem et fortem athletam Artemium, ipse per se Antiochiæ præsens præsentem propter Christi confessionem inhumane puniit, et ea, quam habebat, privavit potestate, non ferens ejus dicendi libertatem et constantiam. Julianus enim, cum, ut ostensum est, Romanorum usurpasset imperium, maxime studebat gentium errorem in suum locum restituere. In omnes itaque partes mittens litteras jubebat deorum templa et altaria prompto et alacri animi studio exstrui, et quoscunque reditus magnus Constantinus attribuit ecclesiis, et ejus filius Constantius, eos ademit, et templis consecravit idolorum, pro episcopis, pres-
B byteris et diaconis, constituens ædituos, aspersores, sacrificos et canephoros, et quæcunque nomina nugæ imponunt gentilium. Hæc quidem et alia fiebant Constantinopoli.

Κωνστάντιος, ταύτας ἀφελὼν, τοῖς τῶν εἰδώλων καὶ διακόνων καταστήσας ζακόρους, καὶ νεωκόρους, ὁ ἑλληνικὸς ὕθλος ἐπιφημίζει προσωνυμίας. Ταῦτα

XII. Post hæc autem cum matris suæ haberet fratrem, nomine Julianum, qui ut illi gratificaretur, Christianismi fidem abjuraverat, et pro errore gentium ostendebat promptum et alacre animi studium, emisit Orientis rectorem, quem vocant comitem, jubens ut res quidem ecclesiarum
C vexaret et perderet, ubique autem et omni ratione errorem gentium augeret et extolleret. Ille igitur cum venisset Antiochiam, conabatur reipsa plura præstare, quam ei fuerat imperatum. Et ecclesiis quidem aufert quæcunque habebant pretiosa, tam in argento et auro, quam in sericis vestimentis. Quin etiam claudit ecclesias, ne quis in eas ingrederetur precandi causa, claustris et vectibus januis impositis. Et hæc quidem Antiochiæ faciebat comes Orientis. Imperator autem Julianus Constantinopoli aliquod adhuc morabatur tempus, res confirmans et corroborans, prout ei maxime expedire videbatur imperio: et ut error gentium magnifice extolleretur, considerans et procurans. Postea vero discedens Constantinopoli cum uni-
D verso exercitu, iter faciebat in Syriam.

XIII. Cum itaque universam pervasisset Phrygiam, et ad ejus ultimam venisset civitatem, quæ vocatur Iconium, declinavit relicta Isauria. Et cum Taurum, qui dicitur, superasset, venit ad civitates Ciliciæ. Cum vero accessisset ad stationem, quæ est in Isso, illic castrametatur, Macedonem Alexandrum imitatus. Nam ille quoque in Isso cum Dario rege Persarum commisit prælium. Quo victo, locum reddidit insignem. Illinc sinum transmisit Issicum, et venit Antiochiam, iram spirans adver-

sus Christianos, et se eos esse omnino eversurum minitans. Cum Antiochiam ergo venisset tyrannus, et in domum divertisset imperatoriam, et nec unum quidem diem quievisset, ad eum adducti sunt, veluti signo dato accusati, Eugenius et Macarius, qui ipsi quoque erant pars presbyteratus Ecclesiæ Antiochenæ. Quos cum protinus curasset sistendos: Quinam estis, inquit, et quodnam est vobis vitæ studium? Dixit Eugenius: Christiani sumus, et Christi gregis pastores. Hæc est nobis vita, hæc conditio, hoc studium. Dixit autem imperator: Ubi est is, quem dicitis Christi gregem? Eugenius autem: Universus, inquit, orbis terræ, quem sol aspicit, et qui in eo sunt homines. Julianus autem: Nos, inquit, quibusnam præsumus, et in quosnam hodie obtinemus imperium, o tu infelix et miser homuncule, si quamcunque terram sol aspicit, Christus gregem possidet? Martyr vero: Eidem, inquit, gregi præes, o imperator, cujus nos sumus pastores. Per Christum enim reges regnant, et tyranni in terra dominantur. Ipse quoque Christus hodie quidem tibi dedit imperium, etiamsi apparueris ingratus in benefactorem; cras autem dabit alii. Es enim unius diei, et ipse imperas iis, qui sunt unius diei. Illi autem est regnum æternum, et quod nunquam finem accipit.

XIV. Apostata vero: Impie, et a deorum, inquit, aliene benevolentia, cum hesternus sit Christus tuus, et unius diei, et ab Augusti Cæsaris tempore incœperit, a te ergo hodie rex æternus creatur? Martyr autem: Quod ad humanitatem quidem attinet, ineffabilisque et inenarrabilis dispensationis, seu carnis susceptæ, mysterium, ita habet, o imperator. Quoad vero ejus divinam, et quæ est ante sæcula, generationem, nullum invenietur tempus ea anterius. Imperator autem, existimans martyrem esse agrestem quempiam, et nulla præditum eruditione, irridens inquit: Tuus ergo Christus, o miser, bis fuit generatus? Si vero propterea gloriaris, sunt etiam apud Græcos viri sapientissimi, non solum bis, sed etiam ter geniti. Nam et Mercurius, cognomine Trismegistus, ter venit se in mundo ostendens, quomodo narrant ejus sacri et admirandi libri; et ideo nominatur Trismegistus, id est, ter maximus. Similiter autem Pythagoras, qui hoc fuit posterior, ipse quoque ter venit in vitam, ut qui primo quidem fuerit nauclerus Ægyptius, deinde Euphorbus, de quo meminit Homerus; postremo autem Pythagoras, Mnesarchi filius, Samius.

XV. Martyr autem suaviter irridens nugas docti imperatoris, et impiorum gentilium stultiloquentiam, conjectans autem tyrannum per hæc verba conari irridere Christi generationem, cum magna severitate ei dixit et nobilitate: Oportebat nec tibi quidem omnino respondere, o iniquissime, nec te ulla dignari allocutione, sed propter eam, quæ adest, multitudi-

A κόλπον διαπεράσας, ἦλθεν εἰς Ἀντιόχειαν, θυμοῦ πλέον κατὰ Χριστιανῶν, καὶ αὐτοὺς ἐκτρίψαι εἰς τέλος διαπειλούμενος. Ἐλθόντι τοιγαροῦν τῷ τυράννῳ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ πρὸς τοῖς βασιλείοις οἴκοις κατασκηνώσαντι, καὶ μὴ δὲ πρὸς ἡμέραν βίαν σχολάσαντι προσήχθησαν αὐτῷ ὥσπερ ἀπό τινος παραγγέλματος διαβληθέντες, Εὐγένιος καὶ Μακάριος, τοῦ πρεσβυτερίου τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας καὶ αὐτοὶ μέρος τυγχάνοντες, οὓς εὐθέως παραστησάμενος· Τίνες ἐστὲ, ἔφη, καὶ τίνα δή που τὴν ἀγωγὴν καὶ τὸ ἐπιτήδευμα ἔχετε; Εὐγένιος ἔφη· Χριστιανοί ἐσμεν, καὶ τῆς Χριστοῦ ποίμνης ἀγελάρχαι τυγχάνομεν, τοῦτο βίος ἡμῖν καὶ τύχη καὶ ἐπιτήδευμα. Καὶ ὁ βασιλεύς· Ποῦ τοίνυν ἐστὶν ἣν ὑμεῖς φατε τοῦ Χριστοῦ ποίμνην; Καὶ ὁ Εὐγένιος·

B Πᾶσα ἡ οἰκουμένη, ὅσην τε ἥλιος ἐφορᾷ, καὶ ὅσοι ἐπὶ ταύτης εἰσὶν ἄνθρωποι. Καὶ ὁ Ἰουλιανός· Ἡμεῖς δὲ τίνων ἄρχομεν καὶ τίνων βασιλεύομεν σήμερον, ὦ ταλαίπωρον σὺ καὶ δυστυχὲς ἀνθρώπιον, εἰ ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν ὁ Χριστὸς ποίμνην κέκτηται; Καὶ ὁ μάρτυς· Τῆς αὐτῆς, ὦ βασιλεῦ, ποίμνης τε καὶ ἀγέλης ἐπιστατεῖς, ἥσπερ δὴ καὶ ἡμεῖς ἀγελάρχαι τυγχάνομεν· δι' αὐτοῦ γὰρ βασιλεῖς βασιλεύουσι καὶ τύραννοι κρατοῦσι γῆς. Καὶ αὐτός σοι τὸ βασίλειον δέδωκε σήμερον, κἂν αὐτὸς ἀχάριτος περὶ τὸν εὐεργέτην ἐφάνης· αὖριον δὲ πάλιν ἑτέρῳ δώσει. Ἐφημέρων ἄρχεις αὐτὸς, τῷ δὲ ἡ βασιλεία αἰώνιος. καὶ πέρας οὐδέποτε δεχομένη.

C ΙΔ'. Καὶ ὁ παραβάτης· Ἀνόσιε καὶ τῆς τῶν θεῶν εὐμενίας ἀλλότριε, χθιζὸς ὢν ὁ σὸς Χριστὸς καὶ ἐφήμερος, ἀπὸ τῶν Αὐγούστου τε Καίσαρος χρόνων ἀρξάμενος, αἰώνιος βασιλεὺς ὑπὸ σοῦ κεχειροτόνηται σήμερον; Καὶ ὁ μάρτυς· Ναὶ, κατὰ μὲν τὸ ἀνθρώπινον καὶ τὸ τῆς ἀφράστου καὶ ἀῤῥήτου αὐτοῦ οἰκονομίας μυστήριον, εἴτουν σαρώσεως οὕτως ἔχει, βασιλεῦ, ἐπεὶ κατὰ τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ προαιώνιον γέννησιν οὐδεὶς εὑρεθήσεται χρόνος ὁ ταύτης ὑπέρτερον. Καὶ ὁ βασιλεὺς, νομίσας ἄγροικόν

D τινα τὸν τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα καὶ παιδίας ἀμέτοχον, διαχλευάζων φησί· Οὐκ οὖν, ὦ ταλαίπωρε, ὁ Χριστός σου δὶς ἄρα γεγέννηται, καὶ ἐπὶ τούτῳ κομπάζεις; Εἰσὶ καὶ παρ' Ἕλλησιν ἄνδρες σοφώτατοι, οὐ μόνον δὶς γεννηθέντες, ἀλλὰ καὶ τρίς· ὅ τε γὰρ Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος ἐπικαλούμενος, τρίτον ἦλθεν εἰς κόσμον ἑαυτὸν ἐπιδεικνὺς, καθὼς αἱ ἱεραὶ αὐτοῦ καὶ θαυμάσιαι βίβλοι διαγορεύουσι, καὶ διὰ τοῦτο Τρισμέγιστος ὀνομάζεται, ὁμοίως δὲ καὶ Πυθαγόρας, ὁ τούτου Μνησάρχου υἱὸς, Σάμιος.

IE'. Καὶ ὁ μάρτυς, ἡδύ τι γελάσας, τῶν κομψευμάτων τοῦ σοφοῦ βασιλέως, καὶ τῆς τῶν ἀσεβῶν Ἑλλήνων μωρολογίας, ὑπονοήσας δὲ τόν τύραννον τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν διὰ τουτων τῶν ῥημάτων χλευάζειν ἤδη πειρώμενον, ἔφη πρὸς αὐτὸν μετὰ πολλῆς τῆς αὐστηρίας καὶ γενναιότητος. Ἔδει τὴν ἀρχὴν μὴ δὲ ἀποκρίνασθαί σοι, παρανομώτατε, μὴ δὲ τῆς οἵας οὖν ἀπολογίας καταξιῶσαι,

ἀλλὰ διὰ τὸν παρεστῶτα ὄχλον ὅτι τῆς τοῦ Χριστοῦ πολίτης οἱ πλείους αὐτῶν τυγχάνουσιν, εἶπον ὅσα δὴ εἶπον, καὶ νῦν ἐπ' ὀλίγω ἐρῶ, τῆς αὐτῶν κηδόμενος σωτηρίας, ὅτι τὸν γῆ ἄνωθεν καὶ πρὸ πολλῶν γενεῶν οἱ προφῆται προκατήγγειλαν καὶ πολλὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ τὰ μαρτύρια, ἔκ τε τῶν παρ' ὑμῖν χρησμῶν καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν Σιβιλλείων γραμμάτων. Καὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ ἡ αἰτία, ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶἀνακλήσει τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐκπτώσεως γέγονεν· ἐλθὼν γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς πᾶσαν νόσον ἀπήλασε καὶ πᾶσαν μαλακίαν, καὶ παραδόξως ἑνὶ ῥήματι νεκροὺς ἤγειρεν ὀδωδότας, τὸ δὲ πάντων θαυμασιώτερον, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας παθὼν τὸ διὰ σταυροῦ πάθος, ἀνέστη τριήμερος ἐκ τῶν νεκρῶν, ὑπὸ μάρτυσι πεντακοσίοις, καὶ στρατιωτῶν φρουρούντων αὐτοῦ τὸν τάφον, ἵνα μὴ σχῇ χώραν ὁ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ συκοφαντῆσαι βουλόμενος, καὶ ἀναστὰς ἐν νεκρῶν ὤφθη τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐφ' ὅλαις τεσσαράκοντα ἡμέραις μετ' αὐτῶν συναναστρεφόμενος, καὶ ὁρώντων αὐτῶν καὶ βλεπόντων εἰς οὐρανοὺς ἀνελήφθη, τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεὰν καὶ δύναμιν τούτοις ἐξαποστείλας, ὥστε καὶ γλώσσαις ἀλλογενῶν ἀποφθέγγεσθαι καὶ μὴ χρείαν ἔχειν τοῦ ἑρμηνεύοντος· ἐλάλει γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὰ πόρρω βλέπειν ἐδίδου, καὶ προφητεύειν τὰ μέλλοντα· οἵτινες ἐξελθόντες ἐκηρύξαν αὐτοῦ πανταχοῦ, μηδὲν ἐπιφερόμενοι, ἢ μόνον τὴν αὐτοῦ ἀόρατον δύναμιν, οὐκ ἀσπίδα καὶ δόρυ καὶ ξίφος κατέχοντες, ἀλλὰ γυμνοὶ καὶ ἄοπλοι καὶ πένητες, καὶ πάντα τὸν κόσμον ἐξώγρησαν, νεκροὺς ἐγείροντες, λεπροὺς καθαρίζοντες. δαιμόνια ἐκβάλλοντες. Καὶ ταῦτα τίνες; ἁλιεῖς καὶ ἀγράμματοι, καὶ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας ἀμέτοχοι.

Ις'. Οὓς δὲ αὐτὸς παρεισήγαγες, ἐπικερτομῶν τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, ἄνδρας σοφοὺς τε καὶ θεολόγους, ὡς νῦν εἴρηκας, εἰ καὶ δοίημεν ἀληθῶς γενέσθαι τοῦτο τὸ παραλήρημα, τί γεννηθέντες δὶς καὶ τρὶς καὶ τετράκις τὸν κόσμον ὠφέλησαν, ἢ μέρος τι τῶν τοῦ κόσμου μικρὸν ἢ ἐλάχιστον! τίς ἐκ τῶν βίβλων Ἑρμοῦ τε καὶ Πυθαγόρου. νεκροὺς ἐζανέστησεν, ἢ λεπροὺς ἐκαθάρισεν, ἢ δαίμονας ἀπήλασεν, οὓς ὑμεῖς φεραπεύετε; Ἀλλ' Ἑρμῆς μὲν ὁ Τρισμέγιστος ὑφ' ὑμῶν προαγορευόμενος, Αἰγύπτιος γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων νόμοις τραφεὶς, γυναῖκά τε γήμας, παῖδας ἔτεκεν, ὧν τὸν πρεσβύτερον, Τὰτ ὀνομάζουσι πρὸς ὃν αὐτὸς διαλέγεται, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἀφοσιοῖ, πρός τε τὸν ἐξ Ἐπιδαύρου Ἀσκληπιὸν τὸν προκατάρξαντα καθ' ὑμᾶς τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης, ᾧ καὶ τὴν ἑαυτοῦ θεολογίαν διασαφεῖ οὕτως ἔχουσαν· Θεὸν νοῆσαι μὲν χαλεπὸν, φρᾶσαι δὲ ἀδύνατον, ἔστι γὰρ τρισυπόστατος, ἀνερμήνευτος οὐσία καὶ φύσις, οὐκ ἔχουσα παρὰ βροτοῖς ἐξομοίωσιν. Οὓς δὲ θεοὺς ὀνομάζουσιν ἄνθρῶποι, πολὺ τὸ μυθῶδες καὶ σφαλερὸν ἑαυτοῖς ἐπεσπάσαντο, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσεως καὶ αὐτὸς ἀμυδράν τινα προφητείαν διαγορεύει, οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἑβραίων θεολογίας ταύτην ἀπαρυσάμενος. Ἀλλὰ τί μοι τῶν

A nem, quoniam complures ex iis sunt de grege Christi, dixi quæcunque dixi, et nunc etiam dicam parumper, curam gerens eorum salutis: Christum ab alto repetentes, multis ante sæculis prophetæ prius annuntiarunt, multaque sunt ejus adventus testimonia, tam ex iis, quæ sunt apud nos oraculis, quam ex ipsis scriptis Sibyllinis. Ejus autem susceptæ carnis causa fuit propter salutem et reparationem lapsus hominum. Nam cum venisset in terram, omnem morbum expulit et omnem infirmitatem: et admirabiliter uno verbo excitavit mortuos, qui fetebant. Quod autem est omnium maxime admirabile, pro salute mundi passus mortem per crucem, tertio die surrexit a mortuis, testibus iis militibus, qui servabant ejus sepulcrum, et plusquam quingentis B hominibus, ne locum habeat, qui vult calumniari ejus resurrectionem. Et cum surrexisset a mortuis, visus est suis discipulis, totos quadraginta dies cum eis versans, eisque videntibus et aspicientibus, fuit assumptus in cœlos. Denique eis sancti Spiritus donum demisit et virtutem, adeo ut loquerentur linguis alienigenarum, et non opus haberent interprete. Loquebatur enim in eis sanctus Spiritus, et dabat eis, ut viderent, quæ erant procul remota, et futura prædicerent. Qui quidem egressi, ipsum ubique prædicarunt, et nihil inferentes, præter solam ejus virtutem, quæ non cadebat sub aspectum, neque clypeum, lanceam aut ensem tenentes: sed nudi, inermes, et pauperes mundum ceperunt universum, mortuos excitantes, C leprosos mundantes, dæmonia ejicientes. Quinam autem hæc fecerunt? Piscatores, et ignari litterarum, et qui mundi sapientiæ non erant participes.

XVI. Quos autem ipse induxisti, ludificans Christi generationem, viros doctos et theologos, ut nunc dixisti, etiamsi concesserimus vere fuisse has nugas, quid bis, et ter, et quater geniti mundo profuerunt, vel mundi parvæ, atque adeo minimæ parti? Quis ex Mercurii et Pythagoræ libris mortuos suscitavit, aut leprosos mundavit, aut dæmones expulit, quos vos colitis? Sed Mercurius quidem, qui a vobis dicitur Trismegistus, fuit homo Ægyptius, et in legibus educatus Ægyptiis: et cum duxisset uxorem, peperit filios, quorum natu majorem Tat nominant, cum quo loquitur, ei suas de- D dicans orationes, et cum Asclepio ex Epidauro, qui, ut vos vultis, fuit auctor et princeps scientiæ medicinæ: cui etiam suam explicat, quæ sic habet, theologiam: Deum intelligere quidem est difficile, sed ut eum verbis exprimas, minime potest fieri. Est enim in terna consistens hypostasi, essentia et natura, quæ non potest explicari, non habens apud homines assimilationem. Quos autem deos nominant homines, ii multas et periculosas ad se attraxerunt fabulas. Quinetiam de Christi adventu ipse quoque obscuram quamdam refert prophetiam, ut qui non ex se, sed ex Hebræorum eam hauserit theologia. Sed quid mihi cum putridis et male olentibus Mer-

curii verbis, quæ a vobis quidem in honore habentur, jam autem diu ante putruerunt et effluxerunt? Neque enim de vivis fas est rogare mortuos iis, qui ex divinis eloquiis habent veros martyres, qui adventum Christi et divinitatem prænuntiarunt.

XVII. Pythagoras autem, qui sectæ Italicæ fuit auctor et princeps, quid magnum et admirandum fecit, ter in vitam productus? An quod cum fuisset Olympiæ, ut vos dicitis, aureum suum femur ostendit Hellanodicis? Vel quod mugientem bovem sacrificaturus: Habet, inquit, animam viri mihi amicissimi, et per mugitum me salutat infelix? Seu quod aquilam, quæ sublime volabat, per incantationem fecit cadere in terram? Hæc miracula fecit, cum esset Olympiæ ter genitus Pythagoras, insano gloriæ amore captus, et visione hæc apprehendens ter infelix, qui quaternionem jusjurandum constituebat, et eum dicebat fontem æternæ naturæ, qui fabas colebat propter quas periit, cum suis familiaribus simul expulsus a Tarentinis. Nam cum nollet calcare locum, in quo fabæ erant dispersæ, ibidem interficitur cum familiaribus et discipulis, et consumitur ab inimicis. Theano autem ejus uxor et discipula, cum nollet dicere causam, propter quam faba non vescuntur, ipsa quoque, ei lingua amputata, perimitur.

XVIII. Hæc sunt sapientum philosophorum privilegia, qui bis et ter sunt geniti, ut ipse dixisti oratorie. Illa autem sunt mei Christi miracula, propter generis humani salutem et restitutionem. Et Pythagoras quidem et Mercurius hominum animas deducunt ad profundum inferorum, quasdam earum transmigrationes et traductiones introducentes, aliquando quidem in animalia rationis expertia et bestias eas traducentes: aliquando autem in pisces et plantas; et alias quasdam revocationes et ambitus fingentes. Christus autem, ut Deus verus et æternus, cum animam fecisset immortalem, et senii expertem divino, qui fuit ab initio, spiritu et insufflatione, quando fabricatus fuit primum hominem (ut divini, et quos nemo potest calumniari, referunt libri Mosis), eam rursus per inobedientiam lapsam, et deceptionem serpentis, qui affert animi, exitium, ipse veniens in terram, et in ea degens, et viam salutis nobis ostendens, per baptismum et resurrectionem a mortuis ab inferis reduxit ad cœlos. Et rursus veniens ad judicandum vivos et mortuos, faciet surgere corpora, et conjunget suis animabus, et reddet unicuique secundum sua opera [1].

XIX. Hæc cum martyr fuisset philosophatus, iniquus Julianus: Videte, inquit, viri Romani et Græci, hunc sceleratum et exsecrandum hominem, quantas ex Græcis disciplinis effudit nugas in nostram

[1] I. Cor. v, 10.

σαπρῶν τε καὶ ὀδωδότων Ἑρμοῦ ῥημάτων, τῶν παρ' ὑμῖν τιμωμένων, ἤδη πρὸ πολλοῦ σεσηπότων καὶ ἀπερρυηκότων; οὐδὲ γὰρ ὅσιον περὶ τῶν ζώντων ἐρωτᾷν τοὺς νεκροὺς, ἔχοντας· ἐν τῶν θεοσόφων λογίων τοὺς ἀληθεῖς μάρτυρας, οἳ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν τε καὶ θεότητα προκατήγγειλαν.

ΙΖ'. Πυθαγόρας δὲ ὁ τῆς Ἰταλικῆς κατάρξας αἱρέσεως τί μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐν τῷ βίῳ προσπαραχθεὶς ἀπειργάσατο, ἢ ὅτι ἐν Ὀλυμπίᾳ γενόμενος, ὡς ὑμεῖς φατε, χρυσοῦν τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν τοῖς Ἑλλανοδίκαις ὑπέδειξε; καὶ βοῦν θύεσθαι μέλλοντα μυκησάμενον· Ἀνδρὸς, ἔφη, ψυχὴν ἐμοὶ φιλτάτου κέκτηται. καὶ διὰ τοῦ μυκήματος προσαγορεύει με ὁ ταλαίπωρος, καὶ ἀετὸν ἐν ὕψει καταπετόμενον δι' ἐπῳδῆς καταπεσεῖν ἐπὶ γῆς πεποίηκε; Ταῦτα ὁ τρὶς γεννηθεὶς ἐθαυματούργει ἐν Ὀλυμπίᾳ γενόμενος, δοξομανῶν καὶ φαντασιούμενος ὁ τρισάθλιος, ὁ τὴν τετρακτὺν ὅρκον τιθέμενος καὶ ταύτην φασκων πηγὴν ἀενναου φύσεως, ὁ τοὺς κυάμους σεβόμενος, δι' οὓς ἀπώλετο μετα τῶν αὐτοῦ ἑταίρων, ὑπὸ τῶν Τάραντίνων συνελαυνόμενος· μὴ βουλόμενος γὰρ τὸν τόπον πατῆσαι, ἐν ᾧ οἱ κύαμοι ἐσπαρμένοι ἐτύγχανον, αὐτοῦ μετὰ τῶν ἑταίρων καὶ μαθητῶν κατασφάττεται, καὶ τῶν ἐχθρῶν γίνεται παρανάλωμα. Θεανὼ δὲ ἡ τούτου γαμετὴ καὶ μαθήτρια, μὴ θέλουσα τὴν αἰτίαν κατειπεῖν δι' ἣν τὸν κύαμον οὐκ ἐσθίουσι, τὴν γλῶτταν ἐκτμηθεῖσα πρότερον, καὶ αὐτὴ προσαπόλλυται.

ΙΗ'. Ταῦτα τῶν σοφῶν φιλοσόφων τα προτερήματα, τῶν δὶς καὶ τρὶς γεννηθέντων ὡς αὐτὸς ἐρητόρευσας, κἀκεῖνα τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ ἀνακλήσει τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους τὰ τερατ. ουργήματα. Καὶ Πυθαγόρας μὲν καὶ Ἑρμῆς τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς εἰς τὸν ᾅδου πυθμένα κατάγουσι, μετεμψυχώσεις δή τινας καὶ μεταγγισμοὺς παρεισάγοντες, ποτὲ μὲν εἰς ἄλογα ζῶα καὶ θηρία ταύτας μεταβιβάζοντες, ποτὲ δὲ εἰς ἰχθῦς καὶ φυτὰ καὶ ἄλλας τινὰς ἐπανακυκλήσεις καὶ περιόδους κατασπῶντες αὐτὰς καὶ ἀπορράπίζοντες. Ὁ δὲ Χριστὸς, καθ' ὃ Θεὸς ὑπάρχων ἀληθὴς καὶ αἰώνιος, ἀθάνατον αὐτὴν καὶ ἀγήρω κατασκευάσας τῷ ἀπαρχῆς πνεύματι θείῳ καὶ ἐμφυσήματι, ἡνίκα τὸν πρῶτον ἐδημιούργησεν ἄνθρωπον, ὡς αἱ θεῖαι καὶ ἀδιάβλητοι τοῦ Μωσέως βίβλοι διασκοῦσι, πεσοῦσαν πάλιν διὰ τῆς παρακοῆς καὶ τῆς ἀπάτης τοῦ ψυχοφθόρου δράκοντος ἐλθὼν ἐπὶ γῆς καὶ πολιτευσάμενος καὶ ὑποδείξας ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας διὰ τοῦ βαπτίσματος καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναστάσεως, ἐκ τῶν τοῦ ᾅδου πυθμένων εἰς οὐρανοὺς ταύτην ἐπανήγαγε, καὶ πάλιν ἐρχόμενος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἐξαναστήσει τὰ σώματα, καὶ συνάψει ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς, καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Ιθ. Ταῦτα τοῦ μάρτυρος φιλοσοφήσαντος, ὁ παράνομος Ἰουλιανός· Ὁρᾶτε, ἔφη, ἄνδρες Ῥωμαῖοι καὶ Ἕλληνες, τουτονὶ τὸν παλαμναῖον καὶ ἀλιτήριον, πόσον ἐκ τῶν ἑλληνικῶν μαθημάτων κατὰ τῆς ἡμε-

τέρας θρησκείας κατεσκέδασεν ὕθλον; Μὰ τὸν ἐμοὶ προσφιλέστατον ἥλιον, οὐκ ἔμασιν ἀνέξομαι τὸ Χριστιανῶν ἀθεώτατον ἐκπαιδεύεσθαι γένος. Ἰδοὺ γὰρ τῆς ἱερᾶς παιδείας καὶ οὗτος ὁ κύων μεταλαχὼν, κἂν οὐκ εὐθείας καὶ ὁμαλῆς, ἀλλ' ὅμως πολλὴν τινα καὶ ἀτερπῆ περὶ τὴν ἱστορίαν μορολογίαν κατέχει. Ταῦτα εἰπὼν, κελεύει τὸν μάρτυρα τοῖς δημίοις παραδοθῆναι καὶ μαστιγοῦν, ἄχρι καὶ πεντακοσίων πληγῶν. Οἱ δὲ λαβόντες, ἧκιζον ἀπανθρώπως ταῖς μάστιξι, καὶ ὁ κήρυξ ἐβόα· Ποίησον τὸ τοῦ βασιλέως θέλημα, παῦσαι τῶν μωρολογιῶν, καὶ ἀπαλλαγήσῃ τῶν κολαζόντων σε. Ὁ δὲ μάρτυς ἐκαρτέρει τυπτόμενος, σιωπῶν καὶ μηδὲν ὅλως φθεγγόμενος. Ἀτενίσας δὲ πρὸς τὸν τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα Μακάριον, φησὶ πρὸς αὐτόν· Σὺ δὲ τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ, δυστυχὲς ἀνθρώπιον; Μακάριος ἔφη, Σὺ εἶ δυστυχὴς τῷ ὄντι καὶ πάντων ἀνθρώπων ἀθλιώτατος, ἐγὼ δὲ μακάριος ἀληθῶς, συμφωνοῦσαν ἔχων τοῖς πράγμασι καὶ τὴν προσωνυμίαν, ὅτι τὸν Χριστὸν ὁμολογῶν προσκυνῶ, αὐτὸς δὲ τοῦτον ἀπηρνήσω, δαίμοσι καὶ τῷ διαβόλῳ προσκολληθείς, οἳ σε καὶ οὐ θέλοντα τῷ αἰωνίῳ πυρὶ παραπέμψουσι. Καὶ ὁ παραβάτης· Οἶδ' ὅτι θανατᾷς, φησὶ, καὶ πρὸς ὀργὴν κινῆσαί με σπεύδεις, ἵνα θᾶττον ἐξαναλώσω σε. Ἀλλ' οὐχ ὡς αὐτὸς ἤλπισας οὕτως ἔσται σοι.

Κ'. Πλὴν ἀλλὰ τοῦτο πρῶτον ἀπόκριναι, τί τὸ δόξαν ὑμῖν, ὦ κατάρατοι, ὅτι μὴ δὲ μιᾶς τινος ἐξουσία ὑμῖν ἐντειλαμένης, παντὶ καὶ παντοχοῦ διατρέχοντες, τὰς τῶν μεγάλων θεῶν σπονδάς τε καὶ θυσίας ἀνατρέπειν σπουδάζετε, διδάσκοντες τοὺς ἀνθρώπους, τούτους μὴ εἶναι θεους, μὴ δὲ σωτῆρας τῆς οἰκουμένης, καὶ τοῦ ἀνθρωπείου γένους προνοητάς τε καὶ κηδεμόνας, οὓς ἡ ἀπ' αἰῶνος καὶ ἄνωθεν πατροπαράδοτος τῶν ἀνθρώπων συνήθεια σέβειν τε καὶ προσκυνεῖν παραδέδωκε, τὸν δὲ Χριστὸν χθὲς τοῦ εἶναι ἀρξάμενον καὶ οὐ προπυλλοῦ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς, Θεὸν προαιώνιον καὶ βασιλέα τῶν ὅλων ἀνακηρύττετε. Καὶ ὁ Μακάριος· Οὐκ ἠρκέσθης ταῖς Εὐγενίου σοφαῖς ἀποδείξεσιν, ἀνομώτατε; πλὴν κἀγώ σοι ὁμοτρόπως αὐτῷ τὰς ἀποκρίσεις ποιήσομαι, ὅτι Χριστὸς ὢν διὰ γέλωτος σὺ καὶ χλεύης ποιῇ, αὐτὸς τοῖς ἰδίοις εἴρηκε μαθηταῖς, Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν, οἱ καὶ πορευθέντες, ταῦτα ἐδίδαξαν, φεύγειν τε ἀπὸ τῶν ματαίων εἰδώλων, καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ Θεὸν ζῶντα, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οἱ δὲ θεοί σου οὓς αὐτὸς προσκυνεῖς, δαιμόνων εἰσὶ πλάσματα καὶ μύθων εὑρέματα, καὶ διαβολικῆς ἐνεργείας κυοφορήματα. Λέγει γὰρ περὶ αὐτῶν ἡ ἡμετέρα Γραφὴ, Θεοὶ οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν ἀπολέσθωσαν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ νόμος αὐτοὺς ἕτερος βασιλικὸς, ὁ παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ σοῦ συγ-

religionem. Per solem mihi charissimum, non amplius feram Græcis disciplinis institui maxime impium genus Christianorum. Ecce enim sacræ doctrinæ aliqua ex parte effectus particeps hic canis, licet non recte, multas tamen et injucundas ineptias effudit circa historiam. Hæc cum dixisset, jubet martyrem tradi lictoribus, et flagris cædi ad quingentas usque plagas. Illi autem eum acceptum flagris cædebant inhumane. Et præco clamabat : Fac quod vult imperator : desine stulta loqui, et liberaberis ab iis, qui te puniunt. Martyr autem fortiter tolerabat, dum verberaretur, tacens, et nihil omnino loquens. In beatum vero Macarium oculos defigens imperator, ei dicit : Tu autem quid dicis de teipso, infelix homuncule? Beatus autem dixit martyr : Tu es revera infelix, et omnium hominum miserrimus : ego autem vere beatus, habens appellationem rei convenientem, quoniam Christum confitens adoro : ipse autem eum negasti, dæmonibus adhærens et diabolo, qui te vel invitum transmittent ad ignem æternum. Transgressor autem Julianus : Scio, inquit, te mortem cupere, et studere me ad iram movere, ut te cito consumam. Verum non ita erit, ut sperasti.

XX. Sed hoc mihi primum responde, quidnam vobis visum sit, o exsecrandi, quod, cum nulla vobis jusserit potestas, omnes partes obeuntes, magnorum deorum studetis evertere libamina atque sacrificia, docentes homines, eos non esse deos, neque servatores orbis terræ, nec humani generis curam gerere, quos ab ævo et multis retro sæculis, a patribus data hominum consuetudo, colendos tradidit et adorandos : Christum autem, qui heri cœpit esse, et non multum ante nostram ætatem, Deum ante sæcula, et Regem universorum prædicatis. Macarius autem : Non tibi suffecerunt, o vir iniquissime, sapientes Eugenii demonstrationes, quod eadem et de iisdem semper interrogas? Cæterum ego quoque tibi eodem modo, quo ipse reddam responsa : Quod Christus, quem tu irrides ac ludificaris, ipse suis dixit discipulis : « Euntes in mundum universum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis [2]. » Qui etiam profecti hæc docuerunt, fugere vana simulacra, et converti ad Deum vivum, qui creavit cœlum et terram. Dii autem tui, quos ipse adoras, sunt figmenta dæmonum, et inventa fabularum diabolicæque fetus operationis. De iis enim dicit nostra Scriptura : « Dii, qui cœlum et terram non fecerunt, pereant [3]. » Nec hoc solum, sed alia quoque lex imperatoria a Constantino tuo cognato lata, eos expellit ab adoratione, et dissolvit eorum cultus [3] : qui cum in Christum cre-

[2] Matth, xxvii, 19, 20. [3] Jer. x, 11.

(1) Hujus legis, vel potius harum legum meminit Euseb. lib. II Vitæ Constantini cap. 43, 44 45, et lib. IV, cap. 23 ; Baron. 32.

didisset, idolorum templa evertit omnia, et quæ eis offeruntur, sacrificia aporte fecit cessare. Quid ergo mali facimus, o imperator, si quæ Deus jussit, et magnus statuit imperator, servamus, et homines ad ea hortamur: quæ autem veterum, ut dixisti, virorum ignorantia ex dæmonum invenit machinatione, interdicimus, et modis omnibus prohibemus?

A γενοῦς ἔκτεθεὶς, ἐκβάλλει τῆς προσκυνήσεως, καὶ καταλύει αὐτῶν τὰ σεβάσματα, ὃς εἰς Χριστὸν πιστεύσας, τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη πάντα κατέστρεψε, καὶ τὰς προσαγομένας θυσίας αὐτοῖς διαῤῥήδην κατέπαυσε. Τί τοίνυν ἀδικοῦμεν, ὦ βασιλεῦ, ἃ Θεὸς προσέταξε, καὶ βασιλεὺς μέγας νενομοθέτηκε κρατύνοντες, καὶ σέβειν τοὺς ἀνθρώπους ὑποτιθέμενοι, ἃ δὲ ἡ τῶν παλαιῶν, ὡς ἔφης, ἀνδρῶν ἄνοια ἐκ τῆς τῶν δαιμόνων ἐφεῦρε μηχ ανουργίας, ἀπαγορεύοντες τε καὶ πᾶσι τρόποις διακωλύοντες.

XXI. Transgressor autem Julianus, Sed Constantinus, inquit, cum miserrime quædam innovasset propter ei grata scelera, defecit a diis, deceptus a vobis Galilæis, ut qui esset nulla doctrina præditus, et nec Romanis, nec Græcis legibus ac moribus confirmatus. Ego autem, o impie, qui perveni ad summum Græcæ et Romanæ eruditionis, et in veterum virorum theologia, Mercurii, inquam, Orphei et Platonis sum exercitatus, et in Judaicis quoque scripturis non parum versatus, vestras nihili faciens præstigias, jubeo homines redire ad morem et cultum a patribus traditum, et antiquissimum et pium, multum valere jubens inanes indoctorum opiniones. Sed hic quoque veste exuatur, et flagellorum faciat periculum, ut ex hoc effectus modestior, vel invitus nostris se submittat legibus.

ΚΓ'. Καὶ ὁ παραβάτης· Ἀλλὰ Κωνσταντῖνος, οἰκτρότατα νεωτερίσας, διὰ τὰς φίλας αὐτῷ ἀνοσιουργίας ἀπέστη τῶν θεῶν, ὑφ' ἡμῶν τῶν Γαλιλαίων ἐξαπατηθείς, ἅτε δὴ καὶ παιδείας ἀμέτοχος, καὶ μήτε τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐμπεδωθεὶς, μήτε τοῖς Ἑλληνικοῖς νόμοις καὶ ἔθεσιν, ἐγὼ δὲ, ὦ ἀνόσιε, τῆς Ἑλληνικῆς τε καὶ Ῥωμαϊκῆς παιδείας ἄκρας ἐπειλημμένος, καὶ τὰς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν θεολογίας Ἑρμοῦ τέ φημι καὶ Ὀρφέως καὶ Πλάτωνος, ἐξησκημένος, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ταῖς Ἰουδαϊκαῖς γραφαῖς ὡμιληκὼς, καὶ τὴν τούτων τερθρείαν ἐξουθενηκὼς, πάλιν ἐπὶ τὸ πατροπαράδοτον καὶ ἀρχαιότατον καὶ θεοφιλὲς τοὺς ἀνθρώπους ἔθος τε καὶ σέβας ἀνατρέχειν διακελεύομαι, μακρὰ χαίρειν εἰπὼν ταῖς τῶν ἀπαιδεύτων κενολογίαις, ἀλλ', ἀπογυμνούσθω καὶ οὗτος τῆς ἀμπεχόνης καὶ τῆς τῶν μαστίγων πείρας ἓν μεθέξει γινέσθω, ὡς ἂν ἐκ τούτου σωφρονέστερος γεγονὼς, τοῖς ἡμετέροις νόμοις καὶ μὴ βουλόμενος ὑποκύψειε.

XXII. Cum hi ergo inhumane cruciarentur, et gravissimis afficerentur verberibus, beatus et pius Artemius, qui, ut prius est ostensum, dux et Augustalis Ægypti fuit a Constantio constitutus, et propterea quod se recte et integre gereret in administratione, rerum quoque Syriæ acceperat procurationem, postquam audivit imperium tenere Julianum, et ad bellum Persicum properare, et accepit litteras, quæ jubebant, ut cum toto exercitu ad imperatorem accederet, ipse quoque Antiochiam venit, ut jussus fuerat, et cum eo, cum quo par erat, honore et satellitibus adstitit imperatori, quando de martyribus habebat quæstionem. Hæc autem videns, et corde sauciatus, et se erroris esse defensorem, si tacitus ea, quæ fiebant, præteriret, arbitratus, libere de pietate loquitur ac vera religione, et dicit ei: O imperator, cur adeo inhumane torques viros sanctos et Deo consecratos, et cogis fidem suam abnegare? Scias te quoque ipsum esse hominem, obnoxium iisdem affectionibus, et participem ejusdem naturæ, et earumdem perpessionum, etiamsi te Deus creavit imperatorem, si modo a Deo accepisti imperium, et non potius malus dæmon te adversus nos petitum accepit, ut cribret Christi triticum et superseminet zizania. Sed est vanus ejus conatus. Non sunt enim ei vires, ut antea. Ex quo enim venit Christus, et fixa est crux, et in ea fuit Christus in altum sublatus, cecidit dæmonum arrogantia, et sunt contemptui habitæ eorum artes. Ne fallaris ergo, o imperator, neque dæmonibus gratificans, aggrediaris persequi genus Christianorum: sed disce Christi virtutem esse omni ex parte

ΚΒ'. Τούτων τοίνυν ἀπανθρώπως τιμωρουμένων αἰκισμοῖς τε βαρυτάτοις ἀλγυνομένων, ὁ μακάριος καὶ εὐσεβὴς Ἀρτέμιος, ὡς προδεδήλωται, Δοὺξ καὶ Αὐγουστάλιος ὑπὸ Κωνσταντίου τῆς Αἰγύπτου κατασταθεὶς, καὶ διὰ τὴν ὀρθὴν αὐτοῦ καὶ ἀμώμητον πρᾶξιν, ἐπιτροπὴν λαβὼν καὶ τῶν τῆς Συρίας ἐπιμελεῖσθαι πραγμάτων, ἀκούσας ὅτι Ἰουλιανὸς βεβασίλευκε, καὶ πρὸς τὸν Περσικὸν κατεπείγεται πόλεμον, γράμματα δεξάμενος τὰ παρακελευόμενα μετὰ παντὸς τοῦ στρατεύματος εἰς Ἀντιόχειαν ἀπαντᾷν, κατὰ τὸ κελευσθὲν καὶ αὐτὸς εἰς Ἀντιόχειαν παρεγένετο, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης αὐσῷ τιμῆς τε καὶ δορυφορίας παρειστήκει τῷ βασιλεῖ, ὅτε καὶ τὴν τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐποιεῖτο ἐξέτασιν. Καὶ δὴ ταῦτα ὁρῶν, πληγείς τε τὴν καρδίαν, καὶ ὡς συνήγορος εἶναι τῇ πλάνῃ νομίσας εἰ σιωπῶν παρέλθοι τὰ γινόμενα, παῤῥησιάζεται τὴν εὐσέβειαν, καί φησι πρὸς αὐτὸν, Ὦ βασιλεῦ, διατί οὕτως ἀπανθρώπω, ἄνδρας ἁγίους καὶ Θεῷ ἀφιερωμένους αἰκίζεις, καὶ ἀναγκάζεις ἐξάρνους γενέσθαι τῆς αὐτῶν πίστεως, ἴσθι τοιγαροῦν ὅτι καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος εἶ ὁμοιοπαθὴς, καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως καὶ τῶν παθημάτων μετεσχηκὼς, καὶ εἰ Θεός σε βασιλέα κατέστησεν, εἶ ἄρα γε καὶ ἐκ Θεοῦ τὸ βασίλειον εἴληφας, καὶ μὴ πονηρὸς δαίμων, ὥσπερ τὸν Ἰὼβ πρότερον, οὕτως καὶ σὲ καθ' ἡμῶν ἐξαιτησάμενος εἴληφεν, ἵνα σινιάσῃ τὸν τοῦ Χριστοῦ, σῖτον, καὶ ἐπισπείρῃ ζιζάνια. Ἀλλ' εἰς μάτην αὐτοῦ τὸ ἐγχείρημα. Οὐκ ἔτι γὰρ αὐτῷ, ἰσχὺς ὡς καὶ πρότερον· ἀφ' οὗ γὰρ ἦλθε Χριστὸς, καὶ κατεπάγη σταυρὸς καὶ ὑψώθη Χριστὸς ἐν αὐτῷ πέπτωκεν ἡ τῶν δαιμόνων ὀφρὺς, καὶ καταπεφρόνηται τὰ τούτων τεχνάσματα. Μὴ οὖν ἀπατῶ, βασι-

λεῦ, μὴ δὲ τοῖς δαίμοσι χαριζόμενος τὸ τῶν Χριστιανῶν εὐσεβὲς διώκειν ἐπιχείρει φύλον, ἀλλὰ μάνθανε ὡς ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις ἀνίκητος πάντη καὶ ἀήττητος· ἔχεις τῶν τοσούτων λόγων καὶ αὐτὸς πληροφορίαν, εἴ γε καὶ ἀπατᾷν σεαυτὸν οὐ βούλει, ἐξ ὧν σοι χρησμῶν Ὀρειβάσιος ὁ ἰατρὸς καὶ κοιαίστωρ, παρὰ τοῦ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος ἄρτι κεκόμικεν. Ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸν χρησμὸν αὐτὸν, κἂν μὴ βούλῃ ἐπαναγνώσομαι, ἔχει γὰρ οὕτως.

A invictam et insuperabilem. Ea autem, quæ dico, tibi sunt satis cognita et persuasa, si te non vis decipere, ex responsis, quæ ad te nuper attulit Oribasius tuus medicus et quæstor a Delphico Apolline. Ego autem, etsi nolis, ipsum tibi legam responsum. Sic enim habet :

Εἴπατε τῷ βασιλεῖ· χαμαὶ πέσε δαίδαλος αὐλά·
Οὐκ ἔτι Φοῖβος ἔχει καλύβαν, οὐ μάντιδα δάφνην,
Οὐ παγὰν λαλέουσαν, ἀπέσβετο, καὶ λάλον ὕδωρ.

Dicite vos regi : Pulcherrima corruit aula.
Non tectum pulcher, nec taurum vatibus aptam,
XXXIX. Sceleratissimo autem tyranno audienti erant hæc deliciæ, et ei magnam afferebant voluptatem. Unde etiam post hæc jussit excitari templum Judæorum, quod erat Hierosolymis : et e civitate expulsis Christianis, Judæis reliquit habitandam. Quamobrem quemdam quoque Alypium, falsæ religioni virum deditissimum, et comitis dignitate honestatum, eo mittit, jubens ut magno studio templum rursus ædificaret, quod Vespasianus et ejus filius Titus simul cum civitate destruxerunt et exusserunt. Oportebat enim ad affectum deduci verbum Christi, qui est ipsa veritas, nempe : « Non manebit lapis super lapidem, qui non destruatur [9]. » Quod quidem studens falsum ostendere stolidus iste, contendebat templum rursus ædificare, etiamsi frustra laborabat, ea aggrediens, quæ fieri non poterant. Nam cum magno studio concurrissent, qui Deum occiderant, Judæi, et magna manu et summa animi alacritate opus aggrederentur, et jaciendis fundamentis fossam foderent argenteis (ut dicunt nonnulli) ligonibus et hamis, essentque jacturi fundamenta, vehementissima irruens nocte procella, quod exinanitum quidem fuerat, rursus aggessit. Cum fulgura autem et tonitrua continenter demitterentur, et dies jam appropinquaret, fuit terræmotus adeo ingens, ut multi perierint : et ignis emissus ex iis, quæ jaciebantur, fundamentis, combussit omnes, qui sunt illic inventi. Atque hæc quidem sic gerebantur.

XL. Julianus autem cum sedisset pro tribunali in loco quem vocant Basilicam, et curasset sistendum martyrem : Audiisti omnino, inquit, o tu quoque vir maxime impie, ab iis, qui ea, quæ tu, audent aggredi, quænam ausi sint infelices adversus Apollinem, qui est in Daphne, et quemadmodum eum exusserunt cum ipsis sacris et donariis, adeo ut opus admirandum, et maxime venerandum, fuerit ab igne consumptum. Sed non gaudebunt his nostra irridentes. Ego enim pro eo exigam pœnas septuagies septies, quomodo dicunt vestra Eloquia. Martyr autem : Audivi, inquit, quod ira divinitus immissa, et ignis e cœlo missus, deum tuum occiderit, et totum ejus templum consumpserit. Si ergo erat deus, cur non se servavit ex igne ? Fœdifragus autem Julianus : Videris, o maxime impie, tu quoque forte his insultare, et libenter irridere, tanquam qui vindictam aliquam sis a Deo tuo consecutus. Martyr autem : Mihi omnino, inquit, venit in mentem ridere, et exsultare propter lapsumi

[9] Marc. XIII, 2.

A τοῦτον οἱ Ἕλληνες κατασπάσαντες, τῶν ποδῶν τε σχοίνους ἐξάψαντες, ἕσυραν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἕως οὗ κατὰ μικρὸν ἀποθραυόμενος ἠφανίσθη, μόνης τῆς κεφαλῆς καταλειφθείσης καὶ ἁρπαγείσης ὑπό τινος ἐν τῷ θορυβεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας, λαλούντων αὐτῶν βλάσφημα καὶ ἀπηχέστατα ῥήματα εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἃ μή τις ἀνθρώπων ἤκουσε πώποτε.

ΛΘ'. Τῷ μέντοι παρανομωτάτῳ τυράννῳ ἀκούοντι ταῦτα τρυφὴ ἦν, καὶ πολλὴν αὐτῷ ἐνεποίει τὴν ἡδονήν. Ὅθεν ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις τῶν Ἰουδαίων ναὸν ἐκέλευεν ἀνιστᾶν, καὶ τοὺς Χριστιανοὺς τῆς πόλεως ἐκβαλὼν, τοὺς Ἰουδαίους ἀνῆκεν οἰκεῖν. Ἐφ' ᾧ δὴ καὶ Ἀλύπιόν τινα, ἄνδρα δεισιδαιμονέστατον, κόμητα τιμήσας, ἀποστέλλει, B ἐντειλάμενος σπουδῇ πολλῇ τὸν ναὸν ἀνοικοδομήσασθαι, ὃν Οὐεσπασιανὸς καὶ Τίτος ὁ τούτου υἱὸς καὶ αὐτὸν ἅμα τῇ πόλει καθεῖλον καὶ ἐνεπύρισαν. Ἔδει γὰρ εἰς πέρας ἐλθεῖν τὸ τῆς ἀληθείας ῥῆμα Χριστοῦ, τὸ, « Οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ. » Ὅπερ ὁ ἀνόητος οὗτος ψευδὲς ἀποδεῖξαι φιλονεικῶν, τὸν ναὸν ἔσπευδεν ἀνοικοδομεῖν, εἰ καὶ εἰς μάτην ἔκαμνεν, ἀντιτύποις ἐπιχειρῶν. Συνδραμόντων γὰρ σπουδῇ πολλῇ τῶν θεοκτόνων Ἰουδαίων, καὶ τοῦ ἔργου χειρὶ τῇ πάσῃ καὶ προθυμίᾳ ἀντιλαμβανομένων, τήν τε τάφρον τῶν θεμελίων ἐξορυττόντων ἀργυραῖς, ὥς τινες φασὶν, ἅμαις καὶ σκάφαις, καὶ τοὺς θεμελίους μελλόντων καταβαλέσθαι, σφοδροτάτη καταιγὶς ἐπελθοῦσα, τὸ κενωθὲν μὲν ἀντεχώννυ, ἀστραπῶν δὲ καὶ βροντῶν συνεχῶς καταπεμπομένων, σεισμὸς ἐγγιζούσης λοιC κὸν ἡμέρας ἐγένετο, ὥς τε πολλοὺς καὶ ὑπαίθρους μένοντας ἐναποψύξαι καὶ πῦρ ἐκ τῶν ὀρυσσομένων θεμελίων ἐξενεχθὲν, πάντας τοὺς εὑρεθέντας ἐκεῖσε κατέφλεξεν. Ἐπράττετο μὲν οὖν ταῦτα τῇδε.

Μ'. Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς, τοῦ βήματος προκαθίσας ἐν τόπῳ ὃν Βασιλικὴν ἔθος καλεῖν, τὸν μάρτυρά τε παραστησάμενος. Πάντως ἤκουσας, ἔφη, καὶ αὐτὸς, ἀσεβέστατε, τῶν κατὰ σὲ τολμώντων πᾶσιν ἐπιχειρεῖν, ὅπερ οἱ κακοδαίμονες ἐτόλμησαν κατὰ τοῦ ἐν τῇ Δάφνῃ ναοῦ τοῦ σωτῆρος Ἀπόλλωνος, καὶ ὅπως ἐνέπρησαν τοῦτον αὐτοῖς ἱεροῖς καὶ ἀναθήμασιν, ὡς καὶ τὸ θαυμαστὸν ἔργον καὶ πάντιμον δαπάνημα γενέσθαι πυρός. Ἀλλ' οὐ χαιρήσουσι τούτοις ἐπιD χλευάζοντες τὰ ἡμέτερα. Ἐγὼ γὰρ ἀπαιτήσω τὴν ὑπὲρ τούτου ποινὴν ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, καθώς φησι τὰ ὑμέτερα λόγια. Καὶ ὁ μάρτυς, Ἤκουσα, φησὶ, ὡς θεήλατος ὀργὴ καὶ πῦρ οὐρανόθεν κατσπεμφθὲν, κατέφαγε τὸν θεόν σου, καὶ αὐτοῦ τὸν ναὸν ἀνάλωσεν ἅπαντα · εἰ οὖν θεὸς, ἦν, τί μὴ ἑαυτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς ἐῤῥύσατο ; Καὶ ὁ παραβάτης, Τάχα καὶ αὐτὸς ἔοικάς μοι, ἀνοσιώτατε, ἐπικερτομεῖν, τοῖς δὲ καὶ ἡδέως καταγελᾷν, ἅτε δή τινος ἐκδικίας παρὰ τοῦ θεοῦ σου τυχών. Καὶ ὁ μάρτυς · Ἐμοὶ πάντοτε γελᾷν μὲν ἔπεισι καὶ κομπάζειν ἐπὶ τῇ πτώσει τῶν σῶν

θεῶν, ἀφρονέστατε, σεμνύνεσθαι δὲ καὶ χαίρειν ἐφ' οἷς ὁ Θεός μου καθ' ἑκάστην θαυματουργεῖν, ἐκδίκησιν δὲ τῶν παρὰ σοῦ μοι ἐπαγομένων ἐκεῖ δέξομαι, ὁπόταν τὸ πῦρ ἐκεῖνό σε καταλάβῃ, καὶ ἡ διαιωνίζουσα κόλασις. Κἀνταῦθα δὲ οὐ πολὺ τὸ μέσον, καὶ τὸ « Μνημόσυνόν σου ἀπολεῖται μετ' ἤχου. » Καὶ ὁ παραβάτης · Εἰ οὖν ἐπὶ τούτοις ἀγάλλῃ, προσθήκην ἐγὼ σοι θήσω τῆς ἡδονῆς. Ἀλλὰ φείδομαί σου δι' οἰκείαν χρηστότητα, καὶ βούλομαί σε τῆς οἰκείας ἀνοίας παυσάμενον, σώφρονι λογισμῷ χρήσασθαι, καὶ προσελθόντα θῦσαι τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς. Καὶ ἀξιώματι γὰρ μεγίστῳ τετίμησαι, καὶ πλοῦτος ἱκανὸς ἄνωθέν σοι καὶ ἐκ προγόνων συνήθροισται, καὶ πολλοῖς σε πλεονεκτήμασιν ἀρετῆς ἐκόσμησαν οἱ θεοί, κἂν αὐτὸς ὤφθης περὶ τοὺς εὐηργετηκότας ἀχάριστος. Καὶ ὁ μάρτυς · Τί μαίνῃ, παρανομώτατε, καὶ ἀσχολῇ ἐπὶ τοῖσδε τοῖς ἀνονήτοις, ἐάσας τε τὰς βαρβαρικὰς ἐπαναστάσεις, καὶ τὸν Περσικὸν ἀναβαλόμενος πόλεμον, δι' ὃν τὴν οἰκουμένην πᾶσαν ἐσάλευσας, εἰς ἐμὲ τὸν τοῦ Θεοῦ δοῦλον τὴν ὅλην ἄγεις σχολήν ; Ὃν οὖν βούλει καθ' ἡμῶν θάνατον ἀποφαίνου · ἐγὼ γὰρ οὔτε τοῖς θεοῖς σου λατρεύω, οὔτε τοῖς προστάγμασι τοῖς σοῖς πείθομαι.

ΜΑ'. Ταῦτα ὁ παραβάτης ἀκούσας, καὶ θυμοῦ πλησθεὶς τὴν καρδίαν, λατόμους μετακαλεῖται καὶ λιθοξόους, καὶ, Ὁρᾶτε, ἔφη, τήνδε τὴν πέτραν ; δείξας ἀπότομόν τινα κατέναντι τοῦ θεάτρου · ταύτην διχῇ διελόντες, καὶ θάτερον μέρος εἰς γῆν ὕπτιον θέμενοι, ἄνωθέν τε αὐτὸν ὑφαπλώσαντες, τῷ ἑτέρῳ μέρει μεθ' ὁρμῆς συγκαλύψατε, ἵν' οὗτος μέσος ἀπολῃφθεὶς, σάρκας τε καὶ ὀστᾶ διαφθαρείη, καὶ ἔργοιν αὐτοῖς μάθοι τίνι τε ἀνθίσταται, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ βοηθείας παραπολαύσοι. Τοῦ ἔργου δὲ θᾶττον τοῦ λόγου περαιωθέντος, καὶ τοῦ ἁγίου τῶν πετρῶν μέσον ἀπολῃφθέντος, τοσαύτη τις ἦν ἡ πιέζουσα τοῦτον βία, ὥστε τῶν ὀστῶν αὐτοῦ καταθραυομένων, ἦχόν τινα καὶ κρότον τοῖς πολλοῖς ἐξακούεσθαι, καὶ γὰρ πάντα τὰ ἐντὸς αὐτοῦ διερράγη, ἡ ἁρμονία τε πᾶσα τῶν ὀστῶν συντέτριπτο, αἱ κόραι τε τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ἰδίας ἐλπεπηδήκεσαν ἕδρας. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχων ἀναγκης, τῆς πρὸς Θεὸν ὠδῆς οὐκ ἠμέλει, Ἔψαλε γὰρ. Ἐν πέτρᾳ, λέγων, ὕψωσάς με, ὡδήγησάς με, ὅτι ἐγεννήθης ἐλπίς μου πύργος ἰσχύος ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ. Ἔστησας ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου καὶ κατεύθυνας τὰ διαβήματά μου. Δέξαι οὖν, παῖ Θεοῦ μονογενὲς, τὸ πνεῦμά μου, καὶ μὴ συγκλείσῃς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. Οὕτως οὖν ἐν μέσῳ τῶν πετρῶν ἡμέραν ὅλην καὶ νύκτα τοῦ μάρτυρος διαμείναντος, ἐκέλευσεν ὁ παράνομος διαζευχθῆναι τὰς πέτρας, τέλεον διεφθάρθαι τοῦτον καὶ μηδ' ὅτι οὖν αὐτῷ πνεύματος μέρος καταλελεῖφθαι ὅσον ἀπὸ τοῦ πολλοῦ ἐκείνου βάρους οἰόμενος. Ὁ δὲ τῶν πετρῶν διαιρεθεισῶν ἐξῆει βαδίζων καὶ τοῖς ἰδίοις ποσὶ χρώμενος, θαῦμα ὄντως ὁρῶσι μόνοις οὐκ ἀπιστούμενον. Ἄνθρωπος γυμνὸς, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων ἐκκεκομμένους, ὀστᾶ δὲ συντετριμμένα, μέλη δὲ καὶ σάρκας τῇ τῶν πετρῶν συμπεύξει ὡς ἄν τις

A tuorum deorum, o stultissime : gloriari autem et lætari propter miracula, quæ Deus meus facit quotidie. Ultionem vero eorum, quæ a te mihi intentantur, illic accipiam, quando te ignis ille comprehenderit et æternum supplicium. Porro autem hic quoque, non multo interjecto tempore, « Memoria tua peribit cum sonitu[10]. » Fœdifragus vero Julianus : Cum videam te suppliciis delectari, ego tibi accessionem afferam voluptatis. Sed tibi parco propter meam benignitatem, et volo te, dimissa ignorantia sapienti uti ratiocinatione, accedentem sacrificare diis immortalibus. Nam et maxima dignitate es ornatus, et satis magnæ divitiæ a tuis majoribus tibi sunt congregatæ, et multis virtutis dotibus te dii honestarunt, etiamsi conspectus sis ingratus in B eos, qui te affecerunt beneficio. Martyr autem : Quid insanis, inquit, o iniquissime, et immoraris in his, quæ nihil proficiunt ? mittens autem aggredi Barbaros, et bellum differens Persicum, propter quod universum orbem terræ commovisti, in me Dei servum totum consumis otium. Quamcunque ergo vis mortem in nos pronuntia. Ego enim neque deos tuos colam, neque tuis jussis parebo.

XLI. Hæc cum audiisset Julianus, et esset animus ejus ira repletus, accersit lapicidas, et : Videtis, inquit, hanc petram ? (ostendens quamdam præruptam ex adverso theatri). Eam in duas partes dividite : et cum alteram partem supinam in terram dejeceritis, et eam desuper hunc maleficum extenderitis, altera parte cum impetu ipsum cooperite, ut is medius interceptus simul habeat carnes C et ossa corrupta, et factis ipsis discat cuinam resistat, et an Dei sui fruatur auxilio. Eo autem facto dicto citius, et sancto in mediis petris intercepto tanta erat vis quæ eum premebat ut, cum ejus ossa confringerentur, quidam sonus et fragor a multis exaudiretur. Disrupta enim sunt omnia, quæ erant intra ipsum, et contritæ sunt omnes compages ejus ossium, et oculi excesserunt e sede propria. Sed quamvis esset ad hanc adductus necessitatem, non neglexit tamen ad Deum canere. Psallebat enim, « In petra, dicens, exaltasti me, et deduxisti me, quoniam factus es spes mea, turris virtutis a facie inimici. Statuisti supra petram pedes meos, et direxisti gressus meos [11]. » Accipe ergo, Fili Dei unigenite, spiritum meum, et ne concludas D me in manus inimicorum. Sic ergo cum in medio petrarum totum diem et noctem mansisset martyr, jussit sceleratus Julianus disjungi petras, eum penitus interiisse, et nullam spiritus partem esse ei relictam præ illo nimio onere arbitrans. Ille autem amotus a petris, egressus est, incedens, et suis utens pedibus, revera miraculum maxime admirandum. Homo nudus, cui egressi quidem erant oculi, ossa contrita, membra et carnes petrarum complicatione compressa, ejus autem intestina omnia misere effluxerant : is (o novum et alienum specta-

[10] Psal. XI, 7. [11] Psal. LX, 3, 4 ; XXXIX, 3.

culum) ambulabat, et disserebat, et loquebatur adversus tyrannum. Unde is quoque stupore afficiebatur, ut qui martyrem tanquam monstrum aliquod cerneret : et dicebat iis qui aderant : Videte rem plane novam et plenam prodigii. Non est iste veneficus et præstigiator ? Per immortales et invictos deos, non putabam, o viri, hunc exsecrandum adhuc vivere. Is autem et intestinis, et universa campage ei dissoluta, et incedit, et loquitur. Sed dii eum reservarunt ad multorum insipientum correctionem, ut esset terriculum iis, qui eorum supermundanam non adorant potentiam.

XLII. Sic dixit, et martyri : Ecce, miser, inquit, et oculis es privatus, et sunt tibi membra omnia inutilia et perdita. Quænam ergo spes est adhuc tibi reliqua ? In quem sperasti inaniter ? Sed deorum invocata benignitate, ad eos accede. Fient tibi fortasse propitii, et non tradent te iis, quæ sunt apud inferos, suppliciis. Martyr autem Christi cum audiisset supplicium, subrisit, et dixit tyranno : Dii tui me tradent suppliciis ? et quonam modo illi, cum suas pœnas non effugerint, fient aliorum punitores ? Illis paratus est ignis æternus : illis tartarus, et stridor dentium. Cum quibus ipse quoque traderis igni immateriali, in æternum puniendus : quoniam Filium Dei conculcasti, pretiosum ejus sanguinem, quem pro nobis effudit, communem existimans : et Spiritum gratiæ affecisti contumelia, in quo fuisti sanctificatus [12]. Mihi autem pro parvo hoc labore et brevi cruciatu dabuntur multa dona et splendida et coronæ victoriæ. Sed quid hæc ad te, qui te omnino tradidisti dæmonibus ? Discede ergo a me, discede, operator iniquitatis, quoniam nulla est luci societas cum tenebris [13], et quamcunque velis fer in nos sententiam. Jam enim et verbis, et factis es certior factus, me tuæ voluntati minime esse cessurum.

XLIII. Hæc cum audiisset fœdifragus Julianus, et esset omnino in summam adductus dubitationem : Artemius, dixit, qui deorum abnegavit religionem, Romanis autem et nostris relictis rationibus, pro Romano et Græco maluit dici Christianus, et pro duce et augustali Galilæus magis studet nominari, gladio exsecrandum habeat caput amputatum. Hanc cum sententiam accepisset martyr Christi, exiit lætus e tribunali, et alacriter sequens eos, qui abducebant. Postquam autem pervenit ad locum, ab iis, qui eum volebant interimere, petit breve tempus ad orandum. Cum ergo accepisset, et ad cœlum aspexisset : Deus, inquit, ago tibi gratias, quod me corroborasti indignum tuum famulum, ut conculcarem stimulos diaboli, et contererem ejus laqueos, quos paravit pedibus meis : pudoreque et

[12] Hebr, x, 29. [13] II Cor. vi, 14.

A εἶποι ἀληλεσμένα κάτω τε τὰς ἔγκατα πάντα δεινῶς κατερρυηκότα, οὗτος, ὦ ξένου θαύματος ! περιεπάτει καὶ διελέγετο, καὶ πρὸς τὸν τύραννον ἀντεφθέγγετο · ἐξίπληττε γὰρ καὶ αὐτὸν οἷόν τι τέρας φαινόμενος, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας. Ὁρᾶτε, ἔλεγε, πρᾶγμα καινὸν ὄντως καὶ τερατείας μεστόν. Ἆρ' οὐ φαρμακὸς οὗτος καὶ γόης. Νὴ τοὺς ἀθανάτους καὶ ἀηττήνους θεούς, οὐκ ᾤμην, ὦ ἄνδρες, τουτονὶ τὸν παλαμναῖον ἐν τοῖς ζῶσι τετάχθαι, οὗτος δὲ, ταὶ τῶν ἐντοσθίων καὶ τῆς ἁρμονίας ἁπάσης διαλυθείσης αὐτῷ, καὶ βαδίζει καὶ φθέγγεται. Ἀλλ' οἱ θεοὶ τοῦτον ἐταμιεύσαντο, εἰς πολλῶν ἄφρόνων σωφρονισμὸν, ἵν' ᾖ μορμολύκειον, τοῖς τὸ κράτος αὐτῶν μὴ προσκυνοῦσι τὸ ὑπερκόσμιον.

B ΜΒ'. Οὕτω τε ἔφη, καὶ πρὸς τὸν μάρτυρα · Ἰδοὺ, ταλαίπωρε, λέγει, καὶ ὀφθαλμῶν ἐστερήθης καὶ μελῶν ἁπάντων ἀχρείως οὕτω καὶ διεφθαρμένως ἔχεις. Ποία οὖν ἔτι ὑπολείπεταί σοι ἐλπίς ; Πρὸς ὃν διακενῆς ἔλπισας ; Ἀλλὰ τὴν εὐμένειαν τῶν θεῶν ἐπικαλεσάμενος, πρόσελθε τυύτοις · ἴσως ἵλεοί σοι γενήσονται, καὶ οὐχὶ ταῖς ἐν ᾅδου παραδώσουσι τιμωρίαις. Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, τιμωρίαν ἀκούσας, ἐμειδίασε, καί φησι πρὸς τὸν τύραννᾶν, Οἱ σοὶ θεοί με ταῖς κολάσεσι παραδώσουσι ; Καὶ πῶς ἐκεῖνοι, τὰς ἰδίας ἐκρυγόντες κολάσεις, ἑτέρων μᾶλλον ἔσονται κολασταί ; Ἐκείνοις ἡτοίμασται τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Ἐκείνοις ὁ τάρταρος, καὶ ὁ τῶν ὀδόντων βρυγμός · μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς πυρὶ ἀΰλῳ παραδοθήσῃ αἰωνίως κολάσθησόμενος, ὅτι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κατεπάτησας, τὸ αἷμα τούτου τὸ τίμιον, ὃ ὑπὲρ ἡμῶν C ἐξέχεε, κοινὸν ἡγησάμενος, καὶ ἐνυβρίσας εἰς τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος ἐν ᾧ ἠγεάσθης. Ἐμοὶ δὲ ὑπὲρ τοῦ μικροῦ τούτου καμάτου, καὶ τῆς ἐν βραχεῖ τιμωρίας, πολλαὶ καὶ φιλότιμοι δοθήσονται δωρεαὶ καὶ στέφανοι νικητήριοι, Ἀλλὰ τί ταῦτα πρὸς σὲ τὸν ἅπαξ τοῖς δαίμοσιν ἑαυτὸν παραδόντα ; Ἀπόστηθι τοιγαροῦν ἀπ' ἐμοῦ, ἀπόστηθι, ἐργάτα τῆς ἀνομίας, ἐπεὶ μηδεμία κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, καὶ ἣν βούλει καθ' ἡμῶν ἐπένεγκε τὴν ἀπόφασιν · ἤδη γὰρ πεπληροφόρησαι καὶ λόγοις καὶ πράγμασιν, ὅτι τοῖς σοῖς θελήμασιν αὐτὸς οὐχ ὑπείκω.

D ΜΓ'. Τούτων ἀκούσας ὁ παρεδάτης καὶ τοῖς ὅλοις ἀπορηθείς, Ἀρτέμιος, εἶπεν, ὁ τὴν τῶν θεῶν θρησκείαν ἐξαρνηθείς, τοὺς Ῥωμαϊκοὺς δὲ καὶ ἡμετέρους λόγους ἀπολιπὼν, Χριστιανός τε καλεῖσθαι ἀντὶ Ῥωμαίου καὶ Ἕλληνος προελόμενος, καὶ ἀντὶ Δουκὸς καὶ Αὐγουσταλίου, Γαλιλαῖος μᾶλλον ὀνομάζεσθαι φιλοτιμούμενος, τὴν μιαρὰν αὐτοῦ κεφαλὴν ἐκκοπτέσθω τῷ ξίφει. Ταύτην οὖν τὴν ἀπόφασιν ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς δεξάμενος ἐξῆλθε τοῦ βήματος χαίρων, καὶ προθύμως τοῖς ἀπάγουοιν ἑφεπόμενος · ὡς δὲ καὶ τὸν τόπον κατείληφε, χάριν αἰτεῖται παρὰ τῶν ἀναιρεῖν βουλομένων, βραχεῖαν προσευχῆς ὥραν. Λαβὼν τοίνυν καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀπιδὼν, Ὁ Θεὸς, εἶπεν, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἐνίσχυσάς με τὸν ἀνάξιον δοῦλόν σου καταπατῆσαι τὰ κέντρα τοῦ διαβόλου, καὶ τὰς αὐτοῦ παγίδας συντρίψαι, ἃς ἡτοί-

μασε τοῖς ποσὶ μου, αἰσχῦναί τε καὶ πλῆρῶσαι ἀτιμίας τὸ πρόσωπον σοῦ σε τὸ τοῦ κόσμου φῶς ἀπολιπόντος, καὶ ὀπίσω τοῦ πλανήσαντος αὐτὸν ἀκολουθήσαντος, διαβόλου· εὐχαριστῶ σοι, μονογενὲς Υἱὲ τοῦ Πατέρος, ὅτι ἠξίωσάς με τοῦ βραβείου τῆς ἄνω κλήσεως καὶ τοῦ χοροῦ τῶν ἁγίων σου, καὶ ἐτελείωσάς με ἐν τῇ ὁμολογίᾳ σου. Καὶ νῦν ἐπικαλοῦμαί σε, Δέσποτα, ἔπιδε ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐπὶ τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ δὸς ἀναψυχὴν τῇ κληρονομίᾳ σου, ὅτι ἠσθένησε καὶ οὐ κατηρτήσω αὐτήν· ἰδοὺ γὰρ οἱ ἐχθροί σου ἤχησαν καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλὴν καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σου, λέγοντες· Δεῦτε καὶ ἐξολοθρεύσομεν αὐτούς, καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἔτι. Ταῦτα κομπάζει Ἰουλιανός, ταῦτα βλασφήμῳ γλώττᾳ βοᾷ, ταῦτα ἀπειλεῖ τῷ λαῷ σου, Δέσποτα, ὑπὲρ οὗ ἐξέχεας τὸ σὸν αἷμα. Ἰδοὺ γὰρ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαπται, τὸ ἁγίασμά σου ἐμπέπρησται, καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ οἴκου σου περιῄρηται, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης σου ἐξουδένωται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Ἀλλὰ σύ, μακρόθυμε Κύριε, στῆσον τὴν καθ' ἡμῶν ἀγανάκτησιν, καὶ ἐλέους ἐν ὀργῇ μνήσθησι, καὶ τὸν θυμόν σου σβέσον, ὃν ὃν ἡμεῖς ἐξεκαύσαμεν ἐν τῷ παροργίζειν σε τὸν φιλάνθρωπον. Θραῦσον εἰδωλολατρείας ὑπερήφανον κεφαλήν, τὴν νῦν πάλιν κινουμένην, καὶ κατὰ τῶν σῶν δούλων ἐπαιρομένην. Δὸς ἐδαφισθῆναι τὰ πονηρὰ ταύτης νήπια, ὑπὸ τὴν ἀῤῥαγῆ πέτραν τῆς σῆς ὁμολογίας καὶ πίστεως, ἵνα ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας σου, καθαρὰ καὶ ἀμώμητος προσάγηταί σοι θυσία, καὶ δοξάζηταί σου τὸ πανάγιον ὄνομά, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

ignominia affeceris ejus vultum, qui te reliquit, mundi lucem, et eum secutus est, qui ipsum seduxit, diabolum. Ago tibi gratias, unigenite Fili Patris, quod me dignatus sis bravio supernæ vocationis, et choro sanctorum tuorum, et me consummaveris in tua confessione. Et nunc invoco te, Domine, aspice super me et super humilitatem meam, et da refrigerium hæreditati tuæ, quoniam est imbecilla, et non perfecisti eam. « Ecce enim inimici tui resonuerunt, et qui te odio habent sustulerunt caput, et consilium ceperunt contra sanctos tuos, dicentes : Venite, exterminemus eos, et non fiat mentio nominis Christi amplius [14]. » Hæc jactat Julianus : hæc blasphema lingua effutit : hæc minatur populo tuo, Domine, pro quo tuum sanguinem effudisti. Ecce enim altaria tua sunt effossa : sanctuarium tuum est incensum : et ablatus est decor domus tuæ : et sanguis testamenti tui pro nihilo est habitus propter peccata nostra. Sed tu, patiens Domine, siste tuam in nos indignationem, et in ira memento misericordiæ, et exstingue furorem tuum, quem nos accendimus, dum te benignum et clementem ad iram provocaremus. Confringe superbum caput idololatriæ, quod nunc rursus movetur et extollitur adversus servos tuos. Da, ut humi allidantur mali ejus infantes ab infracta petra tuæ confessionis et fidei : ut in omni loco tui dominatus, purum et nulli reprehensioni obnoxium offeratur sacrificium : et glorificetur tuum sanctissimum nomen, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et in sæcula.

ΜΔ'. Καὶ κλίνας τὰ γόνατα τρίτον, καὶ προσκυνήσας κατὰ ἀνατολὰς, Θεὲ ἐκ Θεοῦ, πάλιν εἶπε, μόνε ἐκ μόνου, βασιλεῦ ἐκ βασιλέως, ὁ ἐν οὐρανοῖς ὢν καὶ καθεζόμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ σε γεννήσαντος Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὁ ἐπὶ γῆς πολιτευσάμενος, διὰ τὴν ἁπάντων ἡμῶν σωτηρίαν, ὁ στέφανος τῶν ὑπὲρ σοῦ εὐσεβῶς ἀθλούντων, ἐπάκουσόν μου τοῦ ταπεινοῦ καὶ ἀναξίου δούλου σου σήμερον, καὶ μετ' εἰρήνης δέξαι μου τὴν ψυχὴν κἀὶ ἀνάπαυσον αὐτὴν μετὰ τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων. Καὶ φωνὴ αὐτῷ ἐξ οὐρανοῦ ἐγένετο λέγουσα· Ἤκουσε Κύριος τῶν εὐχῶν σου, Ἀρτέμιε, καὶ τὴν χάριν τῶν ἰαμάτων σοι ἐχαρίσατο. Σπεῦδε τοίνυν τελειῶσαι τὸν δρόμον σου, καὶ ἀπολάβεῖν τὸ βραβεῖον τὸ ἡτοιμασμένον τοῖς ἁγίοις καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ. Ταύτης ὁ μακάριος τῆς φωνῆς ἀκούσας, καὶ πληροφορίαν ὥσπερ δεξάμενος, δῆλος ἦν ἡδονῆς πλησθεὶς τὴν ψυχὴν καὶ ἤδη τὴν τρυφὴν καὶ δόξαν ἧς ἀπολαύειν ἔμελλε, φανταζόμενος. Ὅθεν καὶ ἄσμενον τὸν αὐχένα προτείνας, δέχεται τὴν πληγὴν, εἰκάδα τότε τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἄγοντος, καὶ αὐτὸς μὲν εἰς οὐρανοὺς ἄνεισι, τῷ προσώπῳ Χριστοῦ ἐμφανισθησόμενος,

XLIV. Et cum ter genua flexisset, et adorasset ad orientem, Deus ex Deo, rursus dixit, solus ex solo, Rex ex Rege, qui es in cœlis, et sedes ad dexteram Patris, qui te genuit, quique in terra es versatus propter omnium nostrum salutem, corona eorum qui pro te pie decertant, audi me hodie humilem et indignum tuum famulum, et in pace suscipe animam meam : et fac eam quiescere cum sanctis tuis, qui tibi placuerunt a sæculo. Vox autem e cœlo exstitit, dicens : Audivit Dominus tuas preces, o Artemi, et tibi donavit gratiam curationum. Festina ergo consummare cursum tuum, et accipere bravium paratum sanctis omnibus, qui dilexerunt adventum Christi. Hanc vocem cum audiisset beatus Artemius, et quodammodo certior esset factus, aperte ostendebat se esse repletum gaudio, et jam visione apprehendere delicias et gloriam, qua erat fruiturus. Unde etiam cum collum libenter porrexisset, ictum accipit vicesimo mensis Octobris. Et ipse quidem ascendit in cœlos, appariturus ante Christi faciem, pro quo etiam mortem suscepit alacriter. Corpus autem et caput in terra reliquit, magnum Christianis solatium,

[14] Psal. LXXXII, 3, 4.

animi medicamentum, insidiarum omnium et damnorum remedium.

XLV. Quod quidem cum sustulisset mulier, nomine Arista, quæ erat diaconissa Ecclesiæ Antiochenæ, idque curasset, et in capsam imposuisset, ad felicissimam transmittit Constantinopolim, studium quidem ponens, ut eo dignum templum ædificaret, ferventioris in eum charitatis indicium. Cum autem non potuisset, quod volebat, ad effectum deducere, eo factum est, ut in hodiernum usque diem in templo Præcursoris ejus sacræ manerent reliquiæ, quæ conservantur sicut thesaurus, qui non consumitur, ad gloriam Christi veri Dei nostri: quem decet honor, potentia, majestas et magnificentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ὑπὲρ οὗ καὶ ἀποθανεῖν προθύμως εἵλετο, καὶ τὸ σῶμα δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν εἰς γῆν καταλείπει, μέγα Χριστιανοῖς παραμύθιον, ἴαμα ψυχῆς, ἴαμα σώματος πάσης ἐπιβουλῆς καὶ βλάβης ἀλεξιτήριον.

ΜΕ'. Ὅπερ φιλόχριστος ἀνελομέη γυνὴ. Ἀρίστη τοὔνομα, διάκονος οὖσα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας, ἐπιμελείας τε ἀξιώσασα, καὶ θήκῃ ἐνθεῖσα πρὸς τὴν πανευδαίμονα Κωνσταντινούπολιν παραπέμπει, σπουδὴν μὲν ποιουμένη τοῦ καὶ ναὸν αὐτῷ ἄξιον ἀνοικοδομῆσαι, θερμοτέρας πίστεως τῆς πρὸς αὐτὸν γνώρισμα. μὴ δυνηθεῖσα δὲ τῷ θελήματι πέρας ἐπαγαγεῖν, ταύτῃ τοι καὶ διέμεινεν εἰς δεῦρο τῷ τοῦ Ἰπροδρόμου ναῷ τὰ ἱερὰ τούτων λείψανα, θησαυρὸς ὥσπερ ἀδάπανος συντηρούμενα, εἰς δόξαν Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν, ᾧ πρέπει τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΕΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΒΕΡΚΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΑΠΟΛΕΩΣ.

—

VITA ET CONVERSATION

SANCTI PATRIS NOSTRI

ABERCII EPISCOPI HIERAPOLEOS.

(Latine ap. Surium Octobr. die 22; Græce ex cod. ms. Paris 1484.)

—

I. Marco Antonino et Lucio Vero Romanum obtinentibus imperium, pervasit decretum in universam terram, quæ parebat Romanis, jubens offerri publica sacrificia et libamina diis, qui dicuntur. Cum hoc ergo decretum tunc missum esset ad Publium parvæ Phrygiæ præsidem, licebat videre omnes, qui erant sub ditione Romanorum, celebrare festa et sacrificia, et diligenter inservire jussui Romanorum: senatusque Hierapolitanus et populus nequaquam aberant a sacro illo publico. Hic autem ipse, cujus est præsens argumentum, Abercius, cui erat commissus episcopatus Hierapolitanorum, cum vidisset cives candidatos infesta illa festa peragere ad suæ animæ interitum: et verum quidem Deum contemptui haberi, surda autem adorari simulacra: falsam phantasiam (ut dicam cum divino Habacuc) et erroris caliginem super multos infundi, rem arbitratus gravem et valde absurdam, et tanquam animo sauciatus pro fratri-

Α'. Μάρκου Ἀντωνίνου καὶ Λευκίου Βήρου, τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διεπόντων ἀρχὴν, δόγμα ἐπὶ πᾶσαν ἐφοίτα τὴν γῆν ὅση τότε Ῥωμαίοις ὑπήκουε, δημοτελεῖς κελεῦον τοῖς λεγομένοις θεοῖς σπονδάς τε καὶ θυσίας ἐπιτελεῖν. Τοῦ γοῦν τοιούτου δόγματος καὶ σὺτῷ Ποπλίῳ τῆς μικρᾶς Φρυγίας ἡγεμονεύοντι τότε καταπεμφθέντος, ἦν ὁρᾷν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους πᾶσαν ἑορτάς τε ἄγοντας καὶ θυσίας, καὶ σπουδῇ τῷ τῶν αὐτοκρατόρων προστάγματι διακονουμένους· ἥ τε βουλὴ τῶν Ἱεραπολιτῶν καὶ ὁ δῆμος, οὐδὲ οὗτοι τῆς κοινῆς ἐκείνης ἀπελιμπάνοντο τελετῆς, Αὐτὸς δὲ οὗτος, ὁ νῦν ὑπόθεσις ἡμῖν ὑπάρχων Ἀβέρκιος, τὴν Ἱεραπολιτῶν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένος, λευχειμονοῦντάς τε τοὺς πολίτας, καὶ τὰς ἀνέορτους ἐκείνας ἑορτὰς ἐπὶ καταστροφῇ, φεῦ! τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἐπιτελοῦντας ἰδὼν, καὶ τὸν μὲν ἀληθῆ Θεὸν ἀθετουμένον, εἴδωλα δὲ κωφὰ προσκυνούμενα, ψευδῆ φαντασίαν εἶναι (ἵνα τὸ τοῦ Θείου Ἀμβάκου φθέγξιομαι), καὶ πλάνης ἀχλὺν ἐπὶ πολλοὺς

διαχεομένην, χαλεπὸν τὸ πρᾶγμα καὶ δεινῶς ἄτοπον ἡγησάμενος, καὶ οἷα ὑπὲρ ἀδελφῶν πληγεὶς τὴν ψυχὴν, ἐν δάκρυσι τῷ Θεῷ καταμόνας προσηύχετο, Θεὲ, λέγων, τῶν αἰώνων, καὶ Κύριε τοῦ ἐλέους, καὶ δημιουργὲ τοῦ συμπαντος τοῦδε καὶ συνοχεῦ, ὁ ἐνανθρωπῆσαι τὸν μονογενῆ σοῦ Παῖδα δι' ἡμᾶς εὐδοκήσας, ἔπιδε καὶ νῦν ἐφ' ὃν ἐδημιούργησας κόσμον, μηδὲ τὴν σὴν ταύτην πόλιν ἐν ᾗ με ποιμένα τῶν σῶν ἔθου πρυβάτων, καὶ ἧς τῷ ἀναξίῳ ἐμοὶ τὴν ἐπισκοπὴν ἐνεχείρισας, χειροποιήτοις οὕτω περιίδῃς βδελύγμασι προσκειμένην· ἀλλὰ τοῦ ἐπισκοτοῦντος αὐτῇ τῆς ἀπάτης νέφους ἀπαλλάξας, τῷ σῷ φωτὶ προσοικείωσον.

Β'. Ταῦτα ἐπὶ πολὺ τῆς ἡμέρας προσευξάμενος, καὶ ὕπνῳ δοὺς ἑαυτὸν, ὁρᾷ νεανίαν ὡραῖόν τε καὶ καλὸν τὸ εἶδος, ῥάβδον αὐτῷ ἐγχειρίζοντα, καὶ Ἐν τῷ ὀνόματί μου, Ἀβέρκιε, λέγοντα, πορεύθητι νῦν, καὶ σύντριψον τῇ βακτηρίᾳ ταύτῃ τοὺς τῆς πλάνης αἰτίους. Διυπνισθεὶς οὖν, καὶ ὅτι Κύριος ἦν ὁ φανεὶς αὐτῷ καλῶς ἐννοήσας, εὐθὺς διανίσταται, καὶ θάρσους ἐμπίπλαται, καὶ παμμέγεθές τι ξύλον ἁρπάσας, ἄπεισε πνέων ζήλου καὶ ὀργῆς ἐκεῖνος παρὰ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ἔνθα αἱ πλεῖσται σπονδαί τε καὶ θυσίαι διετελοῦντο. Ἦν δὲ περί που τὴν ἑνάτην ὥραν ἡ νὺξ, καὶ τῇ θείᾳ πεποιθὼς ἐμφανείᾳ, πρῶτα μὲν αὐταῖς χερσὶ τὰς τοῦ νεὼ πύλας ὠθεῖ· καὶ ἐπεὶ αἵ τε κλεῖδες αὐτῷ καὶ οἱ μοχλοὶ συνετρίβησαν, καὶ αἱ πύλαι ἀνεπετάσθησαν, εἰς μέσον τὸν ναὸν εἰσδραμὼν, τὸ ἑστὼς ἐκεῖσε τοῦ Ἀπόλλωνος εἴδωλον κατέαξέ τε καὶ εἰς λεπτὰ διεῖλεν. Εἶτα καὶ τὰ τῶν ἄλλων θεῶν περιελθὼν, ἐπίσης διέθηκε. Καὶ οἱ θεοὶ οὐκ ἠμύναντο, καὶ τὰ κωφὰ καὶ μάτατα, κωφὰ οὕτω καὶ ἄφωνα ἦν· φωνὴν μεγίστην ἀπὸ τῶν ἔργων ἀφιέντα, ὅτι μεμήνασιν ἄνθρωποι τοιούτοις οὖσι προσέχοντες, καὶ θεοὺς αὐτοὺς ὀνομάζοντες, καὶ ὅτι ταῦτα ἃ πάσχει νῦν, δικαίως ἐκεῖνα πάσχει καὶ λίαν ἐπαινετῶς.

Γ'. Οἱ μέντοι θεραπευταὶ τῶν θεῶν καὶ τοῦ νεὼ ὑπηρέται, τὰ γεγενημένα ταῦτα κατὰ πολλὴν τόλμαν ἰδόντες, μεστοὶ ἐκπλήξεως καὶ ἀπορίας εἱστήκεισαν. Ὁ δὲ, πρὸς αὐτοὺς ἐπιστραφεὶς, ὀργῇ τε δικαίᾳ ὁ δίκαιος ἀπιδὼν. Ἄπιτε, φησὶ, τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ παντὶ ἀπαγγείλατε, ὡς οἱ θεοὶ ὑμῶν τῇ παρατεθείσῃ χθὲς αὐτοῖς εὐωχίᾳ καὶ αὐτῷ νώμῳ μεθύσαντες, συνέτριψάν τε ἀλλήλους, καὶ εἰς ἔδαφος οὕτω κατέσπασαν. Ἀλλ' ὑμεῖς, εἴ γε δὴ καὶ ὀλίγα φρενῶν μετέχετε, τὰ συντρίμματα τῶν εἰδώλων ταῦτα καμίνῳ παράδοτε καὶ πυρί. Τάχα γὰρ ἂν οὕτως ὑμῖν οἱ θεοὶ χρήσιμοί μου ὀφθεῖεν, διὰ τῆς ἀσβέστου, φημὶ, τῆς ἐξ αὐτῶν ἐκείνων γενησομένης. Ταῦτα πράξας Ἀβέρκιος καὶ εἰπὼν, οἴκαδε ἐπανῆκε, καθάπερ τις ἀριστεὺς κοινοὺς ἀνελὼν πολεμίους, πολλῶν ὄντως ψυχῶν ἀπωλείας αἰτίους. Ἐπανελθὼν δὲ τοὺς πρὸς αὐτὸν συῤῥέοντας ἐδίδασκεν ὄχλους θεοσεβείας ἀληθοῦς ἔχεσθαι, καὶ βίου σώφρονος ἐπιμελεῖσθαι. Ὑπὸ δὲ τὴν αὐτὴν νύκτα, οἵ τε θύται καὶ οἱ νεωκόροι προσίασι τῇ βουλῇ, καὶ προσαγγέλλουσι μὲν Ἀβέρκιον, ἀναδιδάσκουσι δὲ τὰ γεγενημένα, καὶ ἅμα φωτὶ λόγος εὐθὺς διὰ πάντων ἔχώρει,

A bus, cum lacrymis Deum seorsum precabatur, dicens: Deus sæculorum, et Domine misericordiæ, qui hoc universum fabricatus id continet: qui voluisti, ut unigenitus tuus Filius propter nos homo fieret, nunc quoque aspice mundum, quem tu condidisti: neque hanc tuam civitatem, in qua me posuisti pastorem tuarum ovium, et cujus mihi indigno commisisti episcopatum, despicias sic manufactis deditam abominationibus: sed eos liberatos a nube erroris, quæ eis offundit tenebras, adjunge tuo lumini.

II. Hæc cum magna diei parte esset precatus, et se somno dedisset, videt adolescentem elegantem ac speciosum, virgam ei in manum tradentem, et B dicentem: In nomine meo, Aberci, nunc ambula, et hoc baculo contere auctores erroris. E somno ergo excitatus, cum recte intellexisset Dominum sibi apparuisse, statim surgit, et impletur fiducia, et maximo ligno arrepto, abiit ille, zelum spirans et iram, ad templum Apollinis, ubi peragebantur plura sacrificia et libamina. Erat autem circa nonam horam noctis. Itaque divina fretus apparitione, primum quidem ipsis manibus pulsat templi portas: et cum claves et vectes ab eo essent contriti, et apertæ essent portæ, in medium accurrens templum, Apollinis, quod illic stabat, simulacrum confregit ac comminuit. Deinde alia quoque aliorum deorum simulacra obiens, affecit similiter. Dii autem non se defenderunt, et quæ sunt surda et inania, sic erant plane surda et muta, vocem tamen C maximam rebus ipsis emittentia, insanos esse homines, qui eos colunt, et deos nominant: et quæ nunc patiuntur, illa quidem juste pati, et valde laudabiliter.

III. Deorum autem cultores, et templi ministri, cum hæc magna audacia facta esse vidissent, erant pleni stupore et dubitatione. Is vero ad eos conversus, et justa cum ira, justus intuens: Abite, inquit, ad senatum, et toti populo renuntiate, quod dii vestri hesterno inebriati convivio et comessatione, se invicem contriverunt, et sic in terram dejecerunt. Sed vos, si quid sit in vobis sensus, confracta hæc simulacra camino mandate et igni. Sic enim dii D vestri vobis forte fuerint utiles, per calcem, inquam, quæ est ex illis facienda. Hæc cum fecisset et dixisset Abercius, domum rediit, tanquam vir fortissimus, suis peremptis hostibus, qui erant revera auctores exitii multarum animarum. Reversus autem docebat multitudinem, quæ ad ipsum confluebat, veram sequi religionem, et moderatæ vitæ curam gerere. Sub ipsam noctem, sacrifici et æditui accedunt ad senatum, et deferunt quidem Abercium, docent autem ea, quæ facta fuerant. Itaque cum primum illuxit, fama per omnes pervasit, quod magnus quidem Abercius in magnum errorem incidisset, in deos autem insurrexisset, et quod ea

de causa non solum diis et imperatoribus, sed etiam populo et universæ civitati deberet dare pœnas. Propere ergo omnes in templum congregati, inter se disceptabant et de eo communicabant. Et qui erant quidem primi ex civibus, et longe aliis antecellebant, consulebant mittere ministros publicos, et Abercium adducere, redditurum rationem, quanam de causa hæc sit ausus, et quosnam habeat, qui ei opem ferant. Neque est enim, aiebant, verisimile, eum, qui talia aggreditur, non plures habere adjutores. Cum ergo illos quoque comprehenderimus, vinctos simul cum Abercio mittemus ad præsidem, ut meritas luant pœnas suæ in deos ipsos injuriæ et in imperatores.

IV. Atque iis quidem, qui cæteris præstabant prudentia, sicut diximus, videbatur hoc expedire, et. Sic, aiebant, erit nobis faciendum. Populus autem cum vidisset manus et pedes, et deorum facies humi projectas, et valde commotus esset, amens, dixerit quispiam, pro amentibus, lignis et lapidibus correptis (talis enim est universa turba, ad iram commota, et ita impetu utens inconsiderato): Eamus, inter se invicem clamabant, eamus, injiciamus ignem in ejus domum, et eam quamprimum accendamus, ut non ille solum, sed etiam quicunque cum eo habitat, et cum eo sentit, male pereat, Senatus autem timens, ne, si exustæ essent ædes Abercii, ædes quoque vicinorum et multorum nulli culpæ affinium, mali quoque simul essent participes: et deinde de iis pœnas sumeret Publius, quod se adjunxissent multitudini, efferatos demulcebat, et æstuantes eorum animos conabatur comprimere. Interim autem facta mora non modica, cum hoc quidam audivissent ex iis qui jam pietatem didicerant, celerrime veniunt ad ædes Abercii: cumque illum invenissent, eos, qui aderant, placido et læto vultu accipientem doctrina pietatis, perinde ac si nihil novi accidisset, ei dicunt paratas insidias, et rogant, ut parum loci det insolenti populi tumultui, et statim excedat e civitate, ne res duas præcipuas amitterent, patrem scilicet et fratres, ipsum scilicet divinum Abercium, quem eis in locum patris dedit Spiritus sanctus, et fratres illos, quos, si is esset superstes, adduceret ad pietatem.

V. Ille autem: Fugitivi, inquit, o fratres, omnino existimaremur a suscipiendis pro Christo perpessionibus, si propter ipsum pati tam turpiter declinaremus, idque cum ille sacris jusserit apostolis libere prædicare gentibus verbum pietatis, neque timere aliquid grave, et quod nollent pro nomine ejus non pati in tempore, quo intentantur ea, quæ vexant et cruciant. Nam et propter ipsum mala perpeti est jucundum, et pro illo mori est quavis vita vere jucundius. Verum enim vero parendum est vobis sic volentibus: et fugiendi sunt ii, qui

A ὡς μέγαλῃ μὲν Ἀβέρκιος περιπέσοι πλάνῃ, κατεπαρθείη δὲ τῶν θεῶν, κἀντεῦθεν οὐχ ὅπως αὐτὸν τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς αὐτοκράτορσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ δήμῳ καὶ τῇ πόλει πάσῃ δίκας ὀφείλειν. Σπουδῇ τοίνυν πάντες ἐπὶ τὸν ναὸν ἀθροισθέντες, ἐσκέπτοντό τε, καὶ ἀλλήλοις περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐκοινοῦντο. Οἱ μὲν οὖν βελτίους τῶν πολιτῶν καὶ πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκόντες τοὺς δημοσίους συνεβούλευον ὑπηρέτας πέμψαι καὶ τὸν Ἀβέρκιον ἀγαγεῖν, ὑφέξοντα λόγον ὅτου χάριν τοιαῦτα τολμήσαι, καὶ τίνας αὐτῷ τοὺς συναραμένους ἔχοι· οὐδὲ γὰρ ἐστι τῶν εἰκότων, φασὶ, τηλικούτοις ἐπιχειροῦντα, μὴ καὶ πλείονας ἔχειν τοὺς συνεργούς. Κἀκείνους οὖν κατασχόντες, δεσμίους τῷ ἡγεμόνι σὺν Ἀβερκίῳ ἀποστελοῦμεν, ὅπως ἀξίαν γε δῶσι τὴν δίκην, ὧν εἰς τε τοὺς θεοὺς
B αὐτοὺς καὶ τοὺς αὐτοκράτορας ὕβρισαν.

Δ'. Τοῖς μὲν οὖν συνέσει τῶν πολλῶν διαφέρουσιν ὥσπερ ἔφημεν, τοῦτο λυσιτελεῖν ἐδόκει· καὶ, Οὕτω ποιητέα ἡμῖν, ἔφασαν, ἔσται. Ὁ δὲ ὄχλος, τάς τε χεῖρας καὶ τοὺς πόδας καὶ τὰ πρόσωπα τῶν θεῶν ἐῤῥιμμένα κατὰ γῆς θεασάμενοι, σφόδρα τε κινηθέντες, ἀνόητοι, φαίη τις, ὑπὲρ ἀνοήτων, καὶ ξύλα καὶ λίθους ἁρπάσαντες (τοιοῦτον γὰρ ὄχλος ἅπας εἰς ὀργὴν κινηθεὶς, καὶ οὕτως ἀλογίστῳ τῇ ὁρμῇ χρώμενος), Ἴωμεν, πρὸς ἀλλήλους ἐβόων, ἴωμεν· πῦρ κατὰ τῆς αὐτοῦ βάλωμεν οἰκίας, καὶ ταύτην ὅτι τάχος ἀνάψωμεν, ὡς ἂν μὴ ἐκεῖνος μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶς ὅστις σύνοικος αὐτῷ καὶ ὁμόφρων κακῶς ἀπόλωνται. Ἡ μέντοι βουλὴ, δείσασα μὴ, τῆς Ἀβερκίου οἰκίας ἐμπρησθείσης, αἵ τε τῶν γειτόνων καὶ πολλῶν ἄλλων ἀναιτίων συμμετάσχωσι τοῦ κακοῦ,
C εἶτα δίκας οὗτοι Ποπλίῳ ὑπόσχωσι, τῷ πλήθει ἑαυτοὺς διανείμαντες, κατέψων τε ἄγριαίνοντας καὶ φλεγμαινούσας καταστέλλειν αὐτοῖς τὰς ψυχὰς ἐπειρῶντο. Ἐν τούτῳ τοίνυν διατριβῆς οὐ μικρᾶς γενομένης, αἰσθόμενοί τινες τῶν τὴν εὐσέβειαν ἤδη καταμαθόντων, ἐν πολλῷ τῷ τάχει πρὸς τὸν τοῦ Ἀβερκίου οἶκον ἐφίστανται· καὶ τοῦτον καταλαβόντες τῇ τῆς εὐσεβείας διδασκαλίᾳ τοὺς παρόντας ὡς ἥδιστα ἐν ἡμέρῳ οἷ τῇ ὄψει καὶ φαιδρᾷ δεξιούμενον, ὥσπερ οὐδενὸς καινοῦ γενομένου, φράζουσιν αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ ἀντιβολοῦσι μικράν τινα χώραν δοῦναι τῇ ἀτάκτῳ ῥοπῇ, καὶ τῆς πόλεως αὐτίκα ὑπεξελθεῖν· ὡς δὲ μὴ δύο, τὰ καιριώτατα, πατέρα τε ζημιωθῶσι, καὶ ἀδελφοὺς, αὐτὸν δηλαδὴ τὸν θεῖον Ἀβέρκιον, ὃν εἰς πατρικὴν μοῖραν αὐτοῖς
D τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔταξε, καὶ ἀδελφοὺς ἐκείνους, οὓς, εἰ οὗτος ἐπιβιῴη, προσάγοι τῇ εὐσεβείᾳ.

Ε'. Ὁ δὲ, Δραπέται μὲν, ἔφη, πάντως ἂν τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθημάτων, ἀδελφοὶ, νομισθείημεν, εἰ τὸ δι' αὐτὸν παθεῖν ἀγεννῶς οὕτως ἐκφύγοιμεν. καὶ ταῦτα τοῖς ἱεροῖς ἀποστόλοις ἐκείνου κελεύσαντος κηρύττειν σὺν παῤῥησίᾳ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον τοῖς ἔθνεσι, μηδὲ φοβεῖσθαί τι τῶν ἀδουλήτων ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἐν καιρῷ τῆς τῶν ἐπηρεαζόντων ἐπαγωγῆς. Τό τε γὰρ κακοπαθεῖν δι' αὐτὸν ἡδὺ, καὶ τὸ ὑπὲρ ἐκείνου ἀποθανεῖν ζωῆς πάσης ἀληθῶς ἥδιον. Πλὴν ἀλλὰ πειστέον ὑμῖν οὕτω βουλομένοις, καὶ τοὺς ἐπιόντας καθ' ἡμῶν φευ-

κτέον. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο μόνον Χριστοῦ, φεύγειν ἀτεχνῶς τοὺς διώκοντας. Ταῦτα ἔφη, καὶ ἅμα σὺν αὐτοῖς ἐξελθὼν, ἄπεισι κατὰ μέσην τὴν πόλιν παρὰ τὴν ἀγοράν. Ἔνθα δὴ καὶ εἰς τόπον ὃς οὕτω παρ' αὐτοῖς Φραγέλλιον ἐκαλεῖτο καθίσας, τὸ κήρυγμά τε τῆς ἀληθείας ἐδίδασκε τοὺς παρόντας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως ἠξίου, ὡς ἐκείνους ἀξιοῦσθαι δυνκτὸν ἦν, καὶ δεῖν ἔλεγε τὸν τῷ θείῳ βαπτίσματι τελειωθέντα, καὶ Χριστιανὸν ἀξιωθέντα ἤδη καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, τῶν μὲν παρόντων ἡδέων καταφρονεῖν, ἐπίκαιρα γὰρ, ὀρέγεσθαι δὲ μόνης τῆς ἀθανάτου ζωῆς, Ἐπεὶ καὶ μόνη ὡς ἀληθῶς αὕτη ζωὴ, ἣν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἡτοίμασεν ὁ Θεός. Ἐν ὅσῳ οὖν ταῦτα οὕτω πρὸς αὐτοὺς διελέγετο, τὸ κατ' αὐσοῦ φερόμενον πλῆθος τὸ πρᾶγμα μαθόντες, καὶ ὅτι οὐκ ἠγάπησεν οἴκοι περὶ τῆς οἰκείας διεξιέναι πίττεως, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ κηρύσσει καὶ παῤῥησιάζεται τὴν εὐσέβειαν, εἰς πλείονα τὴν μανίαν παροξυνθέντες καὶ θερμοτέρῳ ζέσαντες πνεύματι, οὐκ ἔτι καθεκτοὶ ἦμενον, οὐδὲ τοῖς βελτίστοις τῆς πόλεως ὑπεῖξαι οἷοί τε ἦσαν, ἀλλὰ σὺν θορύβῳ καὶ κραυγῇ κατ' αὐτοῦ ὥρμων μονονοὺ τοῖς ὀδοῦσιν αὐτόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ διασπαράξαι βουλόμενοι.

ς'. Ἐπειδὴ δὲ ὡς αὐτόν τε ἦδη ἐγένοντο, καὶ ὅσον οὔπω τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν αὐτῷ ἔμελλον, ἰδοὺ τρεῖς νεανίσκοι, πονηρῶν πάλαι δαιμόνων εἰς τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐνακηψάντων, ἐκ τοῦ αἰφνιδίου περιῤῥηξάμενοι τὰ ἐσθῆτας ἐκθέουσι τοῦ ὄχλου, τὰς οἰκείας αὐτῶν χεῖρας δάκνοντές τε καὶ στρεβλοῦντες, τοὺς ὀφθαλμοὺς διαστρέφοντες, ἀφρὸν τοῦ στόματος ἀποπτύοντες, ἄσημόν τινα καὶ ἀλλόκοτον φωνὴν ἀφιέντες, οἳ καὶ προσδραμόντες τῷ Ἀβερκίῳ, Ὁρκοῦμέν σε κατὰ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου Θεοῦ, ὃν σὺ κηρύττεις, ἰσχυρῶς ἐβόων, μὴ πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. Τοῦτο τῷ μὲν πλήσει, τὴν ἄλογον ἐκείνην ἔπεσχεν ὁρμὴν · τοῖς νεανίσκοις δὲ πέρας ἐγένετο τοῦ κακοῦ, μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἀμφοτέρος ἔσσησε τὴν μανίαν, τοῖς μὲν τὴν ἐκ τῶν δαιμόνων, τῷ πλήθει δὲ τὴν ἐξ ἀπαιδεύτου φύσεως κατὰ τοῦ ἁγίου κεκινημένην. Ἵσταντο οὖν πάντες ἀτενὲς αὐτὸν βλέποντες, μόνῃ τῇ κοσμιότητι τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῇ τῶν ἠθῶν γαληνότητι τὰς ὁρμὰς πεδηθέντες, καὶ τὸ μέλλον εἰς ὅ τι οὖν ἐκβῇ περιμένοντες. Ὁ μέντοι θεῖος Ἀβέρκιος οὐδὲν μελλήσας, εἰς εὐχὴν ἑαυτὸν τρεψάμενος. Ὁ τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ Πατὴρ, εἶπεν, ὁ, κἂν μυριάκις ἁμαρτωμεν, αὐτὸς τὰ πρὸς σωτηρίαν οἰκονομῶν · δέομαι καὶ ἱκετεύω σε λύσαι τοῖς νεανίσκοις τὴν ἐκ τῶν δαιμόνων ἐπήρειαν · ἵνα καὶ αὐτοὶ τὸ λοιπὸν κατὰ τὸ σὸν ὡσι θέλημα πορευόμενοι, καὶ πολλοὺς ἄλλους τῷ περὶ αὐτοὺς θαύματι προστεθῆναί σοι παρασκευάσωσιν · ὥστε πάντας γνῶναι ὅτι σὺ εἶ Θεὸς μόνος καὶ οὐκ ἔστιν ἕτερος πλὴν σοῦ. Ταῦτα εὐξάμενος τῷ Θεῷ, καὶ εἰς τοὺς νεανίσκους ἰδὼν, πλήττει τούτων τῇ μετὰ χεῖρας ῥάβδῳ τὰς κεφαλὰς, Ἐν ὀνόματι τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ, εἰπὼν, ἐξέλθετε ἐκ τῶν νεανίσκων τούτων, δαιμόνια πονηρά, μηδὲν αὐτοὺς λυμηνάμενα. Καὶ τὰ μὲν δόξαντά τινα μεγίστην ἀφεῖναι φωνὴν, εὐθὺς ἀπηλλάττοντο · οἱ δὲ

nos invadunt. Nam hoc quoque plane jubet lex Christi, fugere videlicet eos, qui persequuntur, Hæc dixit, et simul cum eis egressus, per mediam civitatem vadit in forum. Ubi etiam cum sedisset in loco, qui apud eos vocabatur Fragellium, docebat eos qui aderant, præconium veritatis, et eos dignabatur Dei cognitione, prout illi poterant esse digni ; et dicebat oportere eum, qui erat divino baptismo initiatus, et dignus habitus, qui jam Christianus et esset et nominaretur, quæ aderant quidem, jucunda despicere : esse enim brevia et caduca : expetere autem vitam solam immortalem. Nam ea sola est vere vita quam Deus paravit iis, qui ipsum diligunt. Interim autem dum hæc disserebat, cum quæ in eum ferebatur id rescivisset multitudo : et quod non satis habuit domi verba facere de sua fide, sed etiam publice prædicat, et libere annuntiat suam religionem, majori insania perciti, et ferventes acriori spiritu, non amplius contineri poterant, nec volebant optimatibus cedere civitatis : sed cum tumultu et clamore in eum impetum faciebant, ipsum, et eos qui cum ipso erant, dentibus propemodum volentes discerpere.

VI. Cum autem jam ad ipsum venissent, et mox essent manus in eum injecturi, ecce tres adolescentes, cum maligni dæmones eos longo ante tempore invasissent, repente ruptis vestibus e populo excurrunt, suas manus mordentes et torquentes, oculos invertentes, spumas in ore agentes, et confusam quamdam alienamque vocem emittentes. Qui cum accurrissent ad Abercium : Adjuramus te per verum et solum Deum, quem tu prædicas, vehementer clamabant, ne nos torquecas ante tempus. Hoc multitudinis quidem illum a ratione alienum cohibuit impetum : adolescentibus autem sedavit malum : aut potius, si verius sit dicendum, utrisque repressit insaniam, adolescentibus quidem insaniam, quæ proficiscebatur a dæmonibus : multitudini autem eam, quæ ex inerudita et rudi natura commota erat adversus sanctum. Stabant ergo omnes eum fixis intuentes oculis, maxima ejus moderatione et morum tranquillitate eorum impetu refrenato, atque exspectabant, quisnam futurus esset exitus. Divinus autem Abercius nihil cunctatus, cum se convertisset ad orationem : Sancti tui Filii Jesu Pater, dixit, qui etiamsi millies peccaverimus, ipse ea dispensas, quæ pertinent ad salutem, rogo te et obsecro, ut dæmonum insultum solvas adolescentibus, ut ipsi quoque de cætero ambulent, tuam sequentes voluntatem, et efficiant eo, quod in ipsis fiet, miraculo, ut multi alii tibi adjungantur, atque omnes cognoscant, te solum esse Deum, et non esse alium præter te. Hæc cum Deum esset precatus, et aspexisset adolescentes, percutit eorum capita virga, quam habebat in manibus : In nomine mei Christi, dicens, exite ex his adolescentibus, mala dæmonia, eos nihil offendentia. Et illa quidem visa vocem edere maximam, protinus abierunt : ii vero, depulsa ea, quæ tunc propter dæmones eos obsidebat,

caligine, cum parum aspexissent, et veluti respirassent, illius sanctos pedes osculantur, et nullam edentes vocem, eos diu tenent, adeo ut omnes existimarent eos esse mortuos. Ipse autem cum apprehendisset illorum dexteram, facit eos surgere sanæ mentis. Et illi quidem, quæsitis vestibus, cum eas induissent, cernebantur deinceps vestiti, et sanæ mentis, et ab Abercio minime recedentes.

VII. Cum hæc autem vidisset turba, omnes veluti una mente et uno ore : Tu es solus verus Deus, qui per tuum prædicaris Abercium, magna voce dixerunt. Ei rei fert testimonium repentina illa commutatio multitudinis, quæ usque adeo fuit capta miraculo, ut nullus defuerit, qui non haberet agnitionem : imo omnes ad divinum baptismum accurrerint, ex paratis Abercio insidiis hoc præclarum interim consecuti, nempe suam salutem. Cæterum dicebant esse aliquid, quod eos maxime conturbabat : se enim pertimescere ne propter magnum dedecus, quo multitudo peccatorum perfudit animam, sic permanerent nequaquam Deo accepti. Accedentes itaque dicebant : Doce nos, homo Dei, an sit nos Deus patienter aspecturus, an nobis mala redditurus propter ea peccata, quæ fecimus in ignorantia, quod etiam horremus, propter quod dolemus, quod timemus ac formidamus. Ille autem propius accedens, quam potuit maxima et clarissima voce : Viri, inquit, qui nunc credidistis, si non perseveretis in veteribus vestris operibus, et paternis traditionibus, sed recedatis ab omni vitio, invidia, inquam, odio, immunditia, et aliis, quæ prius fecistis, cum essetis in ignorantia, ipse erit vobis propitius, in quem nunc sincere credidistis : qui etiam eos vocans, qui sunt aggravati peccatis : « Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos [1] » Habemus exempla innumerabilia ejus benignitatis. Quamobrem in ipsum credentes, vos omnes ei vestras dedicate animas, et spe non frustrabimini. Sed graves, dicebant, plagas accepimus, totos nosipsos antea dedentes obscenis corporis voluptatibus, et maxima ex parte servientes corporis voluptatibus, et maxima ex parte servientes corporis desideriis, et adhuc malam habemus consuetudinem, tyrannidem in nobis exercentem. Ille autem : Accurrite, inquit, quamprimum ad medicum, et jejunium, labores, preces, lacrymas, peccatorum confessionem, et illarum ipsarum, quæ vos vexant, cogitationum, et ad malum faciendum impellunt : quod etiam per divinum Osee longo ante tempore Deus utpote non ab eis factum, exprobrat Judæis : Cur, dicens siluistis impietatem, et ejus fructum vindemiastis [2] ? Hæc utilissima medicamenta ipsi vobis imponite : et nec vulnerum quidem vobis remanebit vestigium.

VIII. Cum eos sic divinus alloqueretur Aber-

[1] Matth. II, 28. [2] Osee x, 13.

A τὴν κατέχουσαν αὐτοὺς τέως ὑπὸ δαιμόνων ἀχλὺν ἀποβεβληκότες, διαβλέψαντές τε μικρὸν καὶ οἷον ἀνενεγκόντες, τοῖς ἁγίοις ἐκείνου ποσὶν ἑαυτοὺς διδοῦσι, καὶ ἄφωνοι τούτων ἐπὶ πολὺ ἔχονται, ὥστε καὶ θανεῖν αὐτοὺς νομίζεσθαι παρὰ πάντων. Αὐτὸς μέντοι, λαβόμενος ἑκατέρου τῆς δεξιᾶς, νήφοντας αὐτοὺς διανίστησι. Καὶ οἱ μὲν ἐσθῆτας ἐπιζητήσαντες καὶ ταύτας ἐνδύντες, εἱματισμένοι τὸ λοιπὸν ἐωρῶντο καὶ σωφρονοῦντες, καὶ Ἀβερκίου μηδ' ὅπως οὖν ἀφιστάμενοι.

Ζ'. Ὁ δὲ ὄχλος, ταῦτα ἰδόντες, ὥςπερ ὑπὸ μιᾷ πάντες γνώμῃ καὶ γλώττῃ. Σὺ εἶ ὁ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς ὁ διὰ τοῦ σοῦ κηρυττόμενος Ἀβερκίου, μέγα ἐφθέγξαντο. Μαρτυρεῖ τῷ πράγματι καὶ ἡ ἀθρόα τοῦ πλήθους ἐκείνου μεταβολή, οὕτω κατ' ἄκρας B ἀλύντων τῷ θαύματι, ὡς μηδένα τούτων ἀπολειφθῆναι τῆς ἐπιγνώσεως · ἀλλὰ τῷ θείῳ πάντας βαπτίσματι προσδραμεῖν, καλὸν πάρεργον τῆς Ἀβερκίου ἐπιβουλῆς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ποιησαμένους. Πλὴν εἶναί τι τὸ μάλιστα θορυβοῦν αὐτοὺς ἔλεγον · δεδοικέναι γὰρ καὶ τρέμειν, μή ποτε διὰ τὴν πολλὴν αἰσχύνην, ἣν τὸ τῶν ἁμαρτιῶν πλῆθος τῆς ψυχῆς αὐτῶν κατεσκέδασεν, ἀπρόσδεκτοι οὕτω παρὰ Θεῷ διαμείνωσιν. Ἀμέλει καὶ προσιόντες. Δείδαχον ἡμᾶς, ἔλεγον, ἄνερ τοῦ Θεοῦ, εἰ ἀνεξίκακον ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐπιβλέψει, ἢ ἀποδιδοὺς ἔσται ἐφ' οἷς εἰς αὐτὸν ἐν ἀγνοίᾳ πεπλημμελήκαμεν · ὃ καὶ φριττόμενος ὑπὲρ οὗ φοβούμεθα καὶ δεδοίκαμεν. Ὁ δὲ, προσέχων μεγάλῃ ὡς δυνατὸν καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ · Ἄνδρες οἱ νῦν πιστεύσαντες, ἔφη, εἰ μὴ ἐπιμείνητε C τοῖς παλαιοῖς ὑμῶν ἔργοις καὶ ταῖς πατρικαῖς παραδόσεσιν, ἀλλὰ πάσης ἀποστῆτε κακίας, φθόνους φημὶ, καὶ μίσους, ἐκαθαρσίας καὶ τῶν ἄλλων ὅσα πρότερον ἐν ἀγνοίᾳ ὄντες ἐπράττετε, ἵλεως ὑμῖν αὐτὸς ἔσται, εἰς ὃν γνησίως νῦν πεπιστεύκατε · ὃς καὶ προσκαλούμενος τοὺς ἁμαρτίαις βεβαρημένους · Δεῦτε πάντες, φησὶν, οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἐναπαύσω ὑμᾶς. Ἔχομεν μυρία τῆς σὺτοῦ χρηστότητος ὑποδείγματα. Διόπερ εἰς αὐτὸν πιστεύσαντες, αὐτῷ καὶ τὰς ψυχὰς ἀνάθεσθε πάντες, καὶ τῶν ἐλπίδων οὐχ ἁμαρτήσετε. Ἀλλὰ πληγὰς, εἶπον, ἐλάβομεν χαλεπὰς, ὅλους ἑαυτοὺς πρὸς ἀτόπους τοῦ βίου ἡδονὰς πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἀνέντες, καὶ πολλὰ ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις δουλεύσαντες, καὶ τὴν πονηρὰν ἔτι συνήθειαν τυραννοῦσαν ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες. Ἀλλὰ δράμετε, φη- D σὶν, ὡς τάχος ἐπὶ τὸν ἰατρὸν, καὶ νηστείαν, πόνους, προσευχὰς, δάκρυα, τὸ τὴν ἁμαρτίαν ἐξαγορεύειν, καὶ αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἐνοχλοῦντας ὑμῖν λογισμοὺς καὶ πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ πρᾶξιν ὠθοῦντας ὃ καὶ διὰ Ὡσηὲ τοῦ θείου πολλοῖς πρότερον ὁ Θεὸς χρόνοις ὀνειδίζει τοὺς Ἰουδαίους, Ἵνα τι, λέγων, παρεσιωπήσατε ἀσέβειαν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἐτρυγήσατε ; Ταῦτα δὴ τὰ ἀνοσιμώτατα φάρμακα αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπίθετε, καὶ οὐδὲ ἴχνος ὑμῖν τῶν τραυμάτων ὑπολειφθήσεται.

Η'. Οὕτω τοῦ θείου πρὸς αὐτοὺς Ἀβερκίου δι-

ἐξιόντος, ἡ ἐνάτη τῆς ἡμέρας ὥρα πρὸς τὸ τέλος ἤδη γενομένη, τέλος αὐτῷ καὶ τῷ τῶν λόγων ἐπάγει, καὶ διέλυσεν ἐν τούτοις τὴν ὁμιλίαν, τῆς συνήθους αὐτὸν προσευχῆς ἐλκούσης, εἰς ὁμιλίαν ἄλλην τοῦ ποθουμένου. Ὁ μὲν οὖν ἀνέστη καὶ τὰς ἱερὰς ἐκείνας χεῖρας τοῖς κακῶς ἔχουσιν ἔπιθεῖς, ἔσβεσέ τε αὐτοῖς τὰς ὀδύνας καὶ πρὸς τελείαν ὑγίειαν ἐπανήγαγεν. Εἶτα πᾶσιν ἐπευξάμενός τε καὶ εὐλογήσας, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ ἐν Κυρίῳ φιλήματος μεταδοὺς, καὶ οἷόν τιπα σφραγῖδα τοῦτο αὐτοῖς ἐπιθείς, ὥστε καλῶς φυλαχθῆναι παρὰ τούτοις τὰ εἰρημένα, οἶκαδε σὺν τοῖς ἀδελφοῖς ἐχώρει· τὸ δὲ πλῆθος ἐπηκολούθουν, καὶ βαπτισθῆναι ὑπ' ἐκείνου ἐδέοντο. Ὁ δὲ ἀποδέχεται μὲν τὸ πρόθυμον, ὥσπερ εἰκὸς, πολλῷ πλείονα καὶ αὐτὸς ἔχων ἐν τούτῳ τὴν προθυμίαν· ἐπεὶ δὲ μὴ καὶ τὰ τῆς ὥρας συμβαίνοντα ἦν, εἰς τὴν αὔριον τὸ βάπτισμα ἀνεβάλετο. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τούτων τῷ θερμῷ ἔρωτι τοῦ βαπτίσματος, οὐδὲ τὴν οἰκαδε ὑποστροφὴν ὑπομείναντες, αὐτοῦ που παρὰ τὸ δωμάτιον ἐκοιμήθησαν. Ἐπειδὴ δὲ ἦν ἐκ μέσων νυκτῶν, ὁ τοσοῦτον ἐν χάριτι λάμψας Ἀβέρκιος, προσευξάμενος τῷ Θεῷ ἔξεισι τῆς οἰκίας, καὶ τὸν ὄχλον περιεστῶτάς τε καὶ ὑπομένοντας θεασάμενος, τὰ ὄμματα εἰς οὐρανοὺς ἀνασχὼν, Εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα καὶ Θεὲ, εἶπεν, ὅτι με τὸν ποιμένα τῶν σῶν λογικῶν προβάτων ἠλέησας, καὶ τὸν ἀγρυπνοῦντα καθ' ἡμῶν λύκον, κεχηνότα μάτην ἀπέδειξας, καὶ τὴν διασπασθεῖσαν ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοῦ ποιμνίου μοῖραν ἀνεκαλέσω, καὶ τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος υἱοθεσίας ἤδη κατηξίου. Ταῦτα τῷ τῶν ὅλων Θεῷ διαλεχθεὶς, ἀκολουθεῖν αὐτῷ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τὸ πλῆθος προτρέπεται. Ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο ἤδη, τὰς συνήθεις αὐτοῖς εὐχὰς ἐπειπὼν, τελειοῖ τῷ βαπτίσματι ἄνδρας πεντακοσίους τὸν ἀριθμὸν, πολλοὶ οὖν παρὰ τὸν ἄνδρα τὸ ἀπ' ἐκείνου συνέῤῥεον, οὐ τῆς μεγάλης μόνον Φρυγίας καὶ τῆς περιχώρου πάσης, ἀλλὰ καὶ ὅσοι τὴν Ἀσίαν ᾤκουν, ὅσοι τε τῇ Λυδίᾳ, καὶ ὅσοι τῇ Καρίᾳ ταῖς ἐπαρχίαις ἐπεδήμουν. Καὶ γὰρ διὰ πάσης πόλεως περὶ αὐτοῦ λόγος ἐχώρει, οὐ κενὸς ὢν καὶ μάταιος καὶ διὰ τοῦτο καὶ σβεσθῆναι τὸ τάχος δυνάμενος, ἀλλὰ πολλὴν ἔχων τὴν ῥώμην ἀπὸ τῆς ἀληθείας. Συνάῤῥεον τοίνυν παρ' αὐτὸν, οἱ μὲν ὥστε τὰ σωτήρια διδαχθῆναι, οἱ δὲ καὶ τῶν ἐνοχλούντων ἀπαλλαγῆναι ὅσους δηλαδὴ νόσος ἐπιεζέ τις, ἤ τι καὶ ἄλλο κατεῖχε κακόν Ἦν γὰρ διδάξαι τὸν τῆς ἀληθείας λόγον δεξιώτατος, καὶ οἰκειώσασθαι τοὺς προσιόντας διὰ Χριστὸν ἑτοιμότατος, καὶ ἀπαλλάξαι κακῶν ἀξύτατος.

Θ'. Ὀλίγαι γοῦν παρῆλθον ἡμέραι, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, πρὸς δὲ καὶ τὴν λοιπὴν ἀδελφότητα παραλαβὼν, πρόεισι, καὶ καθίσας εἰς ὅνπερ εἰώθει τόπον, ὥσπερ ἔκ τινος ἡδίστης πηγῆς τὰ γλυκύτατα τῆς διδασκαλίας ῥεῖθρα προῖσι τοῦ στόματος. Ἐν τούτῳ δὲ προσῆλθέ τις ὑπὸ χειραγωγῷ γυνὴ τῶν ἐπιφανων, ἐκκεκομμένη τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὄνομα Φρύγελλα, Εὐξεινιανοῦ μήνηρ Ποπλίωνος· Ὁ δὲ ἦν τῶν παρὰ τῷ αὐτοκράτορί τε καὶ τῇ πόλει πάσῃ, τὰς πρώτας ἐχόντων τιμὰς ὁ

A cius, nona hora diei finita ei quoque affert finem dicendi : et in his solvit sermonem, consuetis precibus eum trahentibus ad alium sermonem habendum cum eo, quem desiderabat. Ille ergo surrexit ; et cum sacras manus imposuisset iis, qui male se habebant, et eorum exstinxit dolores, et ad perfectam reduxit sanitatem. Deinde cum bene precatus esset omnibus, et benedixisset, quin etiam osculo in Domino impertiisset, et veluti quoddam signaculum eis imposuisset, ut quæ dicta sunt, recte ab eis custodirentur, domum ibat cum fratribus : multitudo autem eum sequebatur, et rogabat, ut ab illo baptizaretur. Ille autem accipit quidem, ut par erat, promptum eorum animi studium, ipse quoque in eo habens longe majo-
B rem, quam ii habebant, animi alacritatem : sed quoniam non erat tempus conveniens, baptismum differt in diem sequentem. Atque multi quidem ex iis propter magnum baptismi desiderium, cum ne domum quidem redire sustinuissent, dormierunt illic prope domunculam. Cum autem esset medium noctis, gratia resplendens Abercius, cum Deum precatus fuisset, e domo egreditur : et cum circumsistentem vidisset turbam, et sustinentem, sublatis in cœlos oculis : Ago tibi gratias, Domine Deus, inquit, quod misertus sis mei, qui sum pastor tuarum ovium rationis compotum : et, qui in nos vigilabat, lupum frustra hiantem reddideris, et a veritate divulsam hanc gregis partem revocaris, et jam filiorum adoptione digneris per baptismum. Hæc cum dixisset Deo universorum,
C jubet multitudinem eum sequi ad ecclesiam. Cum autem jam venissent, consuetis dictis precibus, baptismo initiat viros numero quingentos. Ex hinc autem multi ad illum confluebant, non solum ex magna Phrygia, et universa finitima regione, sed etiam qui Asiam habitabant, et qui degebant in provinciis Lydia et Caria. Etenim per universam civitatem de ipso manabat sermo, qui non erat vanus et inanis et ideo cito poterat exstingui, sed qui ex veritate magnas habebat vires. Ad eum ergo confluebant, alii quidem ut discerent quæ erant salutaria, alii autem ut liberarentur ab iis, quæ eis afferebant molestiam : quos scilicet premebat morbus, aut etiam aliquod aliud tenebat malum. Erat enim aptissimus ad docendum verbum veri-
D tatis, et paratissimus familiares Christo reddere eos, qui accedebant.

IX. Pauci dies præterierunt, cum assumptis presbyteris et diaconis, et reliqua præterea fraternitate, procedit : et sedens in eo loco, in quo consueverat, tanquam ex aliquo fonte suavissimo, ex ore profundit doctrinæ fluenta suavissima. Interea autem accessit adducta illustris quædam femina, oculis orbata, nomine Phrygella, mater Euxeniani Poplionis. Is vero Poplion apud imperatorem et universam civitatem primum locum in honore obtinebat. Adducta ergo, sicut diximus,

mater illius, postquam audivit magnum Abercium hic jam sedere et docere, magno studio ad eum accurrens, et illius pedes prehensans, vehementer eum precabatur. et : Miserere, dicebat, mihi hominum maxime venerande, solique vere Deo chare, miserere mei supplicis : redde mihi rursus oculos, magnum Dei opus : effice ut jucundum solem rursus intuear, neque me despicias affectam tam miserabiliter : consolare meam calamitatem : moveat te maximus meus splendor. Est mihi filius Poplion, qui multum potest apud imperatorem et civitatem, ego autem ipsum non video. Sunt mihi divitiæ ingentes et variæ, famuli, pecuniæ, prædia ; ego autem ad ea me pejus habeo, quam egentes. Nam illi quidem possunt frui aspectu illorum paucorum quæ habent, et ea quæ habent, ut volunt, administrare : ego vero nec ea possum videre, quorum credor esse domina. Et utinam privata his omnibus solos haberem oculos. Propterea rogo tuam clementem animam, valde, inquam, rogo et supplico misera, ut meos aperias oculos, et tua apud verum Deum fiducia eis vim videndi immittas.

A Ἡοπλίων. Χειραγωγῷ οὖν, ὥσπερ ἔφημεν, ἡ ἐκείνου μήτηρ χρωμένη ἐπειδὴ τὸν μέγαν Ἀβέρχιον αὐτοῦ τε ἥδη καθῆσθαι καὶ διδάσκειν ἐπύθετο, σπουδῇ αὐτῷ προσδραμοῦσα, καὶ τῶν ἐκείνου λαβομένη ποδῶν, πολλὴ τις ἦν δεομένη, καὶ, Οἰκτειρον, ἀνθρώπων ἐμοὶ τιμιώτατε, καὶ τῷ μόνῳ καὶ ἀληθεῖ Θεῷ φίλε, τὴν ἱκέτιν, ἔλεγε, οἰκτειρον· ἀπόδος μοι πάλιν τοὺς ἀφθαλμοὺς, τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ κτίσμα, τὸν γλυκὺν ἥλιον ἰδεῖν ἐμὲ παρασκεύασον, μηδὲ οὕτως ἔχουσαν ἐλεεινῶς περιίδῃς· παραμύθησαί μοι τὴν συμφορὰ, τὸ τῆς ἐμῆς περιφανείας μέγεθος δυσωπήθητι. Ἔστι μοι Ποπλίων υἱὸς, μέγα παρὰ βασιλεῖ καὶ τῇ πόλει δυνάμενος· ἐγὼ δὲ αὐτὸν οὐχ ὁρῶ. Ἔστι μοι πλοῦτος παντοδαπὸς, οἰκέται, χρήματα, κτῆσις ὅση· ἐγὼ δὲ μᾶλλον τῶν ἐνδεῶν πρὸς B ταύτην ἔχω κακῶς. Τοῖς μὲν γὰρ καὶ δυνατὸν ἀπολαύειν τῆς θέας τῶν ὀλίγων ὧν ἔχουσι, καὶ διατίθεσθαι τὰ ὄντα, ὥσπερ ἂν βούλωνται· ἐγὼ δὲ οὐδὲ ὁρᾷν ἔχω ταῦτα, ὧν εἶναι κυρία πιστεύομαι· ὄφελόν γε τούτων πάντων ἀφῃρημένη τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶχον μόνους. Διὰ τοῦτο δέομαί σου, τῆς φιλανθρώπου ψυχῆς πάνυ δέομαι, καὶ ἱκέτις ἡ ἀθλία γίνομαι, διανοῖξαι τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς ἐνεοὺς καὶ τῇ σῇ πρὸς τὸν ἀληθῆ Θεὸν παῤῥησίᾳ, τὴν τοῦ βλέπειν αὐτοῖς δύναμιν ἐνθεῖναι.

X. Ille autem : At ego, inquit, o mulier, sum peccator, et qui magis egeo misericordia, et pendeo totus a Dei clementia. Si autem tu etiam credis in Deum, in quo ego confido, potest omnino sicut ei, qui erat cæcus ab ortu, tibi quoque visum donare. Illa vero : Credo, inquit, in verum Dominum Christum : tu igitur meos credentis tangens oculos, jucundam et desiderabilem eis lucem largire. Hæc non nudis solum dicebat verbis, sed et moribus confirmabat, et fontibus lacrymarum. Misertus ergo sanctus, et ad cœlos aspiciens, qui erat cœlis vere dignus : Veni, inquit, vera lux Jesu Christe, et aperi hujus oculos. Deinde conversus, cum ejus tetigisset oculos : Si vere, dixit, in Christum credidit Phrygella, statim visum recipiat. Cum sic ergo dixisset, et soluta est ipsa orbitas, et patuit veram fuisse ejus fidem in Christum. Visus enim oculorum corporis significabat illuminatos esse animæ oculos. Porro autem cognita est etiam in dono grata, dicens : Domine, ago tibi gratias, quod mihi dupliciter lucem sis largitus. His enim qui videntur oculis corporis, cordis oculos longe mihi magis aperuisti ; unde etiam mihi convenit dicere, quæ tuus David : « Liberasti oculos meos a lacrymis, et pedes meos a lapsu [3]. » Vere enim sum liberata ab offensione, neque gressus animæ sunt minores gressibus corporis. Hinc vehementi capta amore Christi cum totam se contulisset ad servanda ejus mandata, Ecce, inquit, Pater, ad sanctum aspiciens, præsentibus his multis testibus, dimidium mearum facultatum tibi committo, ut distribuas indigentibus. Quæ ergo circumsistebat multitudo, admirata novum hoc miraculum, ipsa quoque exclamavit :

Ι'. Ὁ δὲ, Ἀλλὰ κἀγὼ ἁμαρτωλὸς, ἔφη, γύναι, καὶ ἐλέου μᾶλλον δεόμενος, καὶ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φιλανθρωπίας ἐμαυτὸν ἀναρτήσας. Εἰ δὲ ἐφ' ὃν ἐγὼ πέποιθα καὶ σὺ πιστεύεις Θεὸν, δυνασὸν αὐτῷ πάντα ὥσπερ δὴ τῷ ἐκ γενετῆς τυφλῷ, καὶ σοὶ τὸ βλέπειν χαρίσασθαι. Ἡ δὲ, Πιστεύω, φησὶν, εἰς τὸν ἀληθῆ Δεσπότην Χριστὸν, καὶ πιστευούσης τῶν ἐμῶν C ἀψάμενος ἀφθαλμῶν τὸ ποθεινὸν τούτοις χάρισαι φῶς. Ταῦτα οὐ λόγοις μόνον ἐφώνει ψιλοῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ ἤθει καὶ τοῖς τῶν δακρύων πηγαῖς ἐπιστοῦτο· σπλαγχνισθεὶς οὖν ὁ ἅγιος καὶ εἰς οὐρανοὺς ἰδὼν, ὁ τῶν οὐρανῶν ὄντως ἄξιος, Ἔ θὲ, τὸ ἀληθινὸν, ἔφη, φῶς, Ἰησοῦ Χριστὲ, καὶ διάνοιξον ταύτης τοὺς ὀφθαλμοὺς· Εἶτα ἐπιστραφεὶς καὶ τῶν ὀμμάτων αὐτῆς ἁψάμενος· Εἰ ἀληθῶς, εἶπεν, εἰς Χριστὸν ἐπίστευσε Φρύγελλα, παραχρῆμα ἀναβλεψατω. Οὕτως εἰπόντος, ἥ τε πήρωσις αὐτῇ διελυετο, καὶ ἡ πρὸς Χριστὸν πίστις ἀληθὴς ἐδείκνυτο. Ἡ γὰρ τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν ἀνάβλεψις, τῆς ψυχῆς ἐδήλου πεφωτίσθαι τοὺς ὀφθαλμούς. Ἀμέλει καὶ εὐγνώμων περὶ τὴν δωρεὰν ἐγνωρίζετο, Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, λέγουσα, ὅτι μοι διπλῇ τὸ φῶς ἐχαρίσω· τῶν γὰρ ὁρωμένων D τούτων τοῇ σώματος ὀφθαλμῶν, πολλῷ πλέον ἐμοὶ τοὺς τῆς καρδίας διήνοιξας. Ὅθεν μοι καὶ προσήκει τὰ τοῦ Δαυὶδ τοῦ σοῦ φθέγγεσθαι· ὅτι, Ἐῤῥύσω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς ποδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος· ἐῤῥύσθην γὰρ ἀληθῶς τοῦ προσκόπτειν οὐδὲν ἧττον τῶν σωματικῶν, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς διαβήματα. Ἐντεῦθεν καὶ θερμῷ τῷ εἰς Χριστὸν ἔρωτι ληφθεῖσα, καὶ ὅλη τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ γενομένη. Ἰδοὺ, φησὶ, Πάτερ, εἰς τὸν ἅγιον ἀποβλέψασα, συντίθημί σοι ὑπὸ πολλοῖς μάρτυσι τούτοις τὸ ἥμισυ τῆς οὐσίας διαδοῦναι τοῖς ἐνδεέ-

[3] Psal. CXIV, 8.

σιν. Ὁ τοίνυν περιεστηκὼς ὄχλος τὸ καινὸν τοῦ θαύματος ἐκπλαγέντες, Μέγας εἶ, καὶ οὗτοι, ὁ τῶν Χριστιανῶν Θεὸς, ἀνεβόησαν, ἐπεὶ καὶ μεγάλων ὄντως ἀπολαύουσι τῶν χαρίτων οἱ τὸ σὸν ἐπικαλούμενοι ὄνομα. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ θεῖος Ἀβέρκιος. Ἰδοὺ, γύναι, φησὶν, ἔγνως ὅπως ὁ ἐμὸς Δεσπότης ἀμείβεται φιλοτίμως τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτόν· Πορεύου τοιγαροῦν εἰς εἰρήνην, ἑαυτῇ τε προσέχουσα, κἀκείνῳ προσήκουσαν τὴν εὐχαριστίαν ἀποδιδοῦσα, Ταῦτα ὁ μὲν ἔλεγεν· ἡ δὲ πρὸς μὲν τὸ παρὸν ἀφίστατο· πάλιν δὲ ἐπανήρχετο, καὶ κατὰ πολὺ τὸ σέβας αὐτοῦ εἶχετο, καὶ οὐδαμῶς τὸ μετὰ ταῦτα διίστατο, ἥπτετο μὲν οὖν' Ἀβέρκιος αὖθις τῆς συνήθους διδασκαλίας.

A Magnus es, Deus Christianorum, nam ii quoque magnis vere fruuntur gratiis, qui tuum nomen invocant. Tunc autem divinus Abercius : Ecce, inquit, mulier, cognovisti, quam liberaliter ac munifice Dominus meus eos remuneratur, qui sperant in ipsum. Vade ergo in pace, tibi animum adhibens, et illi agens eas, quas par est, gratias. Hæc ille cum dixisset, Phrygella recessit quidem in præsentia : rursus autem rediit, et eum valde colere perseveravit. Atque rursus quidem aggressus est Abercius consuetam doctrinam.

ΙΑ'. Τοῦ δὲ κατὰ τὴν Φρύγελλαν θαύματος εἰς πολλὰ τῆς γῆς μέρη διαδοθέντος, προσέρχονται αὐτῷ πρεσβύτιδες τρεῖς, τὰς ὄψεις καὶ αὗται πεπηρωμέναι· Πιστεύομεν, λέγουσαι, καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν ὑπὸ σοῦ κηρυττόμενον Ἰησοῦν· φανήτω τοιγαροῦν ἡ εὐσπλαγχνία τοῦδε καὶ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ δεῖξον, ὦ θαυμάσιε, καὶ ἡμῖν, ὥσπερ ἄρα καὶ Φρυγέλλῃ, τὸ φῶς· Ὁ δὲ, Εἰ ἡ πίστις ὑμῶν πρὸς τὸν ἀληθῆ Θὸν ἀληθής ἐστιν, ὡς φατε, τοῖς νοητοῖς αὐτὸν τῆς καρδίας ὄψεσθι ὀφθαλμοῖς. Ταῦτά τε εἰρηκε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνατείνας· Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, δέομαί σου, ἔφη, ἰδέτωσαν καὶ αὗται τὸ φῶς τῆς σῆς ἐπιγνώσεως, καὶ τῆς ἐπικειμένης αὐταῖς ἀχλύος ἀνενεγκοῦσαι, διαβλεψάτωσαν, Δέσποτα, πρὸς τὰς σὰς τῆς ἀληθείας αὐγάς. Οὕτως ηὔξατο, καὶ ἰδοὺ τὸν τόπον ἔνθα δὴ καὶ εἱστήκεσαν, φῶς ἄνωθεν περιήστραπτε μέγα, καὶ πάντας εἶχε πεσόντας ἡ γῆ, τῷ παραδόξῳ τῆς θέας καταπλαγέντας· τὸ δὲ φῶς οὐχ οἷον ἐξ ἡλίου καὶ ἀστραπῆς ἔρχεται, ἀλλὰ καινὸν ἄλλως καὶ φρικὸν καὶ ἀσύνηθες. Ἵσταντο τοίνυν ἀκλινεῖς αὗται, πάντων τῷ ἐδάφει καταπεσόντων, καὶ τὸ φανὲν ἐκεῖνο φῶς πολὺ, ταῖς ὄψεσι τούτων ἐγκατασκῆψαν, ἀναβλέψαι τε αὐτὰς ἐποίησε παραχρῆμα, καὶ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο φῶς τὸ γλυκὺ καὶ φίλον ἀνθρώποις ἰδεῖν. Ὁ δέ ὡς οὕτως ὑγιῶς τῶν ὀμμάτων ἐχούσας εἶδε· Τί ἄρα τὸ φανὲν ὑμῖν, ἤρετο, καὶ τί πρῶτον διαβλέψασαι εἴδετε ; Ἡ μὲν οὖν, Πρεσβύτην, ἔφη, τὸ εἶδος, ἄῤῥητον τὴν ὥραν, φαιδρόν· ἡ δὲ, Νεανίσκος ὤφθη μοι· ἡ δὲ ἑτέρα, Παιδάριον κομιδῇ, φησὶν, ἥψατό μου τῶν ὀφθαλμῶν. Τούτων ἀκούσας Ἀβέρκιος, καὶ τῷ τῶν θαυμασίων χάριν ὁμολογήσας Θεῷ, διέλυσε τὴν διδασκαλίαν.

B XI. Cum autem quod in Phrygella factum fuit miraculum, in multas terræ partes pervasisset, accedunt ad eum tres vetulæ, quæ ipsæ quoque erant orbatæ oculis, dicentes : Nos etiam credimus in Jesum, qui a te prædicatur. Appareat ergo in nos quoque ejus clementia, et nobis lucem, o vir admirande, ostende, sicut Phrygellæ. Ille autem, Si fides vestra, inquit, vera est in verum Deum, sicut dicitis, eum videbitis cordis oculis, qui cadunt sub intelligentiam. Hæc dixit, et cum sustulisset oculos : Domine Jesu Christe, inquit, rogo te, videant ipsæ quoque lucem tuæ agnitionis : et ab ea, quæ est eis offusa, liberatæ caligine, aspiciant, Domine, radios tuæ veritatis. Sic est precatus : et ecce locum, in quo stabant, magna lux circumfulsit desuper : et omnes in terram ceciderunt obstupefacti spectaculo quod præter opinionem evenerat. Non erat autem lux, cujusC modi ea est, quæ venit ex sole et fulgure, sed nova prorsus, et stupenda, et insueta. Eæ ergo stabant immotæ, cum omnes humi cecidissent : et lux illa, quæ apparuit, cum valde in eorum oculos incubuisset, eas statim fecit videre, et hanc suavem et hominibus gratam solis lucem intueri. Ille autem cum tam sanis eas vidisset oculis : Quid est, rogavit, quod vobis apparuit, et quid vidistis, cum primum aspexistis ? Una autem : Senem, inquit, vidi, cujus formæ non potest referri pulchritudo et alacritas. Altera autem : Visus est mihi adolescens. Tertia vero : Puer, inquit, meos attigit oculos. Has cum audisset Abercius, et rerum admirabilium Deo egisset gratias, intermisit docere.

ΙΒ'. Ἐκ δὲ τῶν παρόντων τοὺς συνήθεις παραλαβὼν, οἴκαδε ἐπάνηκε, καὶ τοὺς τῆς ἐνάτης ὥρας ὕμνους ἀποδοὺς (τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἔθος, οἷονεὶ κατὰ παρεργον καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἡμέρας ποιεῖσθαι καὶ τοῦ σώματος λόγον,) βραχύ τι ἄρτου μεταλαμβάνει. Τούτων τοίνυν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων, τῆς περιχώρου πολλοὺς ἦν ὁρᾷν πρὸς τὸν ἄνδρα συῤῥέοντας καὶ εἰς ὄνομα Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου βαπτιζομένους. Ἐν τοσούτῳ δὲ τὰ κατὰ τὴν μητέρα γνοὺς Εὐξεινιανὸς, ὅπως τε χειραγωγουμένη προσέλθοι τῷ ἁγίῳ, καὶ ὅπως πεπηρωμένων αὐτῇ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνοβλέψειεν, ἀκριβῶς πάντά ἐξ αὐτῆς πυθόμενος, ἄπεισι παρὰ τοῦτον, καὶ ἀσπάσάμενος, Εἴ σε ἤδειν, πάτερ, ἐγὼ, φησὶν, ἥδέως

D XII. Ex iis autem, qui aderant, iis assumptis, qui erant familiares, domum rediit, et cum horæ nonæ hymnos absolvisset, parum panis assumit. Ita enim solebat, tanquam aliud agendo, et in fine diei, corporis habere rationem. Hæc cum ab ipso facta essent, licebat videre multos ex ea, quæ est circumcirca, regione ad eum confluere, et baptizari in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Interim autem cum quæ matri evenissent, cognovisset Euxenianus, et quemadmodum deducta accessisset ad sanctum, et quemadmodum orbata visum recuperasset, omnia ex ipsa sciscitatus, venit ad illum, ac : Si te scirem, inquit, o pater, libenter aspicere ad pecunias, non distribuissem

tibi parvam partem mearum facultatum, quod A meæ matri conciliaris tantum beneficium. Cum autem cum aliis, quæ tibi donavit Deus, te quoque pecuniis fecit superiorem, quidnam, ut est consentaneum, tibi pro hoc dono reddiderimus? Quidnam aliud, quam hanc gratiam tibi feremus acceptam? Cum hæc quidem dixisset, sancti pedes prehendit. Sanctus autem accepta ejus dextera: Scias, inquit, o optime, mihi nulla re alia tua opus esse, nisi quod, cum sis adeo prudens, fidelis fias ex infideli, et impia mutata religione, venias ad agnitionem veritatis. Volo enim te fidelem esse potius pauperem, quam infidelem illustrem et divitem.

XIII. Tunc respondit Euxenianus: Si vis igitur, o sacrum caput, de hoc nobis est quærendum. Sæpe enim audivi matri assidens, se a te didicisse, B Deum nunc quidem esse clementem et benignum, nunc autem terribilem et justum: et alios ut valde bonum bonis remunerare, alios utpote justum ulcisci et punire. Si ergo ex amore quidem exsistit beneficium et remuneratio, supplicium autem et pœna ab odio, quomodo fieri potest, ut idem sit bonus, et justa inferat supplicia? Quoniam, inquit magnus Abercius, cum unicuique reddatur pro meritis, eos quidem, qui bona faciunt, tanquam qui natura sit bonus, afficit beneficio: eos autem, qui mala exercent, punit, ut qui omnia juste faciat, nemine effugiente ejus cognitionem eorum, quæ nos facimus, et vel solum cogitamus. Ipse est enim accuratissimus examinator eorum, quæ sunt in profundo cogitationis, corda exami- C nans et renes, pervadens usque ad divisionem animæ et spiritus, compagum quoque et medullarum, et judex cogitationum et conceptionum cordis [4]. Euxenianus vero: Hoc quidem, inquit, recte est solutum. Sed illud quoque me doce: si Deus bonis delectatur, cur non ab initio talem fecit hominem, ut bonum quidem possit operari, malum autem minime possit facere? Sic enim et quæ sunt ei grata, fecissemus, et mansissemus nullo affecti supplicio. Ille autem: Hoc quoque est, inquit, ejus, qui nostri magnam curam gerit, et qui omnino vult nostrum bonum. Si enim non possemus mala facere, nec bona quidem faciendo nihil lucraremur. Neque enim propterea laude digni essemus, nec commendatione. Tunc namque quod factum D esset, non fuisset factum nostro libero arbitrio, sed ex rei natura. Non enim qui non potest malum facere, is non faciens est laudandus, sed qui, cum possit quidem facere abstinet propter boni desiderium. Cum autem utrumque sit in nostra potestate, ut vel boni simus, vel mali, si velimus, cur tollis occasionem parandæ bonæ existimationis, et ejicis materiam coronarum? Ad hæc Euxenianus: Nunc, inquit, mihi satis est persuasum, hominem esse sui juris, et liberum habere arbitrium, et sua

εἰς χρήματα βλέποντα, οὐκ ὀλίγον ἂν σοι μέρος ἀπένειμα τῆς οὐσίας ἀνθ' ὧν μοι χάριτος εἰς τὴν μητέρα τοιαύτης ὑπῆρξας. Ἐπεὶ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ὧν ἐδωρήσατό σοι Θεὸς, καὶ κρείττονά σε χρημάτων διέθηκε, τί ἂν σε τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀμείψαίμεθα κατὰ λόγον; τί ἄλλο γε ἡ ἀναγραπτά σοι τὰ τῆς εὐχαριστίας κείσεται παρ' ἡμῖν; Ταυτα ὁ μὲν εἰπὼν, τῶν ποδῶν ἥψατο τοῦ ἁγίου· ὁ δὲ τῆς δεξιᾶς λαβόμενος, Ἐμὲ μηδενὸς, ἔφη, χρήζοντα ἴσθι, ὦ βέλτιστε, παρὰ σοῦ, ἢ ὅπως οὕτω συνετὸς ὤν, πιστός τε ἐξ ἀπίστου γένοιο καὶ τῆς δυσσεβοῦς θρησκείας μεταβαλὼν, εἰς ἐπίγνωσιν ἔλθοις τῆς ἀληθείας. Βούλομαι πιστόν σε εἶναι πένητα μᾶλλον, ἢ ἄπιστον περιφανῆ τε καὶ πλούσιον.

ΙΓ'. Καὶ ὁ Εὐξεινιανός· Οὐκοῦ, ὦ ἱερὰ κεφαλὴ, εἴπερ βούλει, ζητητέον ἡμῖν περὶ τούτου. Ἡολλάκις γὰρ ἤκουσα παρακαθήμενος τῇ μητρὶ ὡς ὑπὸ σοῦ διδαχθείη τὸν Θεὸν νῦν μὲν φιλάνθρωπόν τε καὶ ἀγαθὸν, νῦν δὲ φοβερὸν εἶναι καὶ δίκαιον, καὶ τοὺς μὲν, ὡς σφόδρα ἀγαθὸν, ἀγαθοῖς ἀμείβεσθαι, τοὺς δὲ, οἷα δίκαιον, ἀμύνεσθαι καὶ κολάζειν. Εἰ τοίνυν ἐξ ἀγάπης μὲν ἡ εὐεργεσία καὶ τὸ ἀμείβεσθαι, ἡ τιμωρία δὲ καὶ τὸ κολάζειν ἐκ μίσους· πῶς ἐνι τὸν αὐτὸν ἀγαθόν τε εἶναι καὶ δικαίας ἐπάγειν τιμωρίας; Ὅτι, φησὶν ὁ μέγας Ἀβέρκιος, τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ συντηρουμένου, τοὺς μὲν τὰ ἀγαθὰ πράσσοντας, οἷα φύσει ἀγαθὸς ὤν, εὐεργετεῖ, τοὺς δὲ τὰ φαῦλα μετιόντας, ἅτε δικαίως πάντα ποιῶν, τιμωρεῖται, μηδενὸς αὐτοῦ τὴν γνῶσιν ὧν ἡμεῖς πράττομέν τε καὶ μόνον εἰς νοῦν λαμβάνομεν, διαφεύγοντος. Αὐτὸς γὰρ ἐστι καὶ τῶν ἐν βάθει τῆς διανοίας ἐξεταστὴς ἀκριβέστατος, δοκιμάζων καρδίας, καὶ νεφροὺς διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων, καὶ ἐννοιῶν καρδίας. Καὶ ὁ Εὐξεινιανός· Τοῦτο μὲν οὖν ὀρθῶς ἐπιλέλυται· πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνό με δίδαξον· εἰ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ Θεὸς ἥδεται, διατί μὴ τὴν ἀρχὴν τοιοῦτον ἐποίει τὸν ἄνθρωπον, ὥστε τὸ μὲν ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι δυνατὸν εἶναι, πονηρὸν δὲ μηδ' ὁτιοῦν πρᾶξαι δύνασθαι; Οὕτω γὰρ ἂν τά τε κατὰ γνώμην αὐτῷ πράττοντες ἦμεν, καὶ ἀπαθεῖς πάσης διεμένομεν τιμωρίας. Ὁ δὲ, Καὶ τοῦτο σοδρῶς κηδομένου, ἔφη, καὶ τὸ ἡμέτερον ἀγαθὸν ἐκ παντὸς θέλοντος· εἰ γὰρ μὴ τὰ φαῦλα πράττειν δυνατῶς ἔχομεν, οὐδὲν ἂν οὐδὲ ἀπὸ τοῦ τὰ ἀγαθὰ ποιεῖν ἐκερδαίνομεν. Οὔτε γὰρ ἐπαίνου παρὰ τοῦτο πάντως οὔτε ἀποδοχῆς ἦμεν ἄξιοι. Τότε γὰρ οὐ παρὰ τὴν ἡμετέραν ἐγίνετο τὸ πραχθὲν προαίρεσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν. Οὐ γὰρ ὁ μὴ ποιεῖν τὸ κακὸν δυνάμενος, οὗτος μὴ πράττων ἐπαινετὸς, ἀλλ' ὁ πράττειν μὲν δυνατὸς ὤν, ἀπεχόμενος δὲ διὰ τὴν πρὸς τὸ καλὸν ἐφεσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἀμφότερα παρ' ἡμῖν, καὶ εἴτε ἀγαθοὶ ἐσμεν, εἰ βουλοίμεθα, εἴτε φαῦλοι, Ἐὰν θέλητε γὰρ, φησὶ, θεοὶ ἔσεσθε· τί τῆς εὐδοκιμήσεως τὴν πρόφασιν ἀναιρεῖς, καὶ τῶν στεφάνων ἐκβάλλεις τὰς ἀφορμάς; Ἡρὸς ταῦτα ὁ Εὐξεινιανὸς, Ἀκριβῶς πέπεισμαι τὸν ἄνθρωπον,

Hebr. iv, 12.

ἔφη, αὐτόνομόν τε εἶναι καὶ αὐτεξούσιον, καὶ κατὰ γνώμην ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἔρχεσθαι, Τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους διαμιλλωμένων αὐτῶν, ἡ ἐνάτη, πάλιν καταλαβοῦσα, διέλυσε τὰς ζητήσεις Ἀναστὰς γὰρ ὁ θεῖος Ἀβέρκιος σἀπάζεται τοὺς περιεστῶτας, καὶ εὐλογήσας, οἴκαδε σὺν Εὐξεινιανῷ πέμπει.

ΙΔ'. Ὀλίγαι τὸ μετὰ ταῦτα διῆλθον ἡμέραι, καὶ τὰς πέριξ κώμας καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὰς ἐν γειτόνων, ἅμα τοῖς ἀδελφοῖς περιῆει· ἐμάνθανε γὰρ ἤδη πολλοὺς ἐκεῖ διαφόροις πιέζεσθαι νόσοις. Περιελθὼν οὖν καὶ θεραπεύσας εὐχῇ καὶ χειρῶν ἐπιθέσει, ἐπεὶ βαλανείου ἄπορον ἐώρα τὸν τόπον, πρᾶγμα νοσοῦσι δεξιὸν παραμύθιον, εἴς τινα χῶρον ἐλθὼν ᾧ Ἀγρὸς μὲν ἡ κλῆσις, ποταμὸς δὲ αὐτῷ παραῤῥέει, τὰ γόνατα τῷ Θεῷ κλίνας, τοῦ ἐδάφους γίνεται. Καὶ ἰδοὺ βροντὴ μὲν ἐξ ἀκριβοῦς κατaῤῥήγνυται τῆς αἰθρίας· ἀναδίδωσι δὲ πηγὰς θερμῶν ὑδάτων ἡ γῆ, καὶ διὰ πάντων ὑμνεῖτο Θεὸς, ἐπήκοος οὕτω δικαίων ἀνδρῶν γινόμενος. Ἡ μέντοι μακαρία ἐκείνη γλῶσσα, λάκκους ὀρύξαι τοῖς παροῦσιν ἐντειλαμένη, ὥστε σύῤῥοιαν ἐν τούτοις γίνεσθαι τῶν θερμῶν ὑδάτων, καὶ εἰς ἀνάκτησιν αὐτὰ σωμάτων εἶναι πεπονηκότων, ἐπανῆει πρὸς τὴν οἰκίαν. Ἐν τούτῳ οὖν ὁ τῶν πειρασμῶν καὶ τῆς ἀπάτης πατὴρ, ὁ πονηρὸς δαίμων, γυναικείαν ὑποκριθεὶς μορφὴν, πρόσεισι τῷ ἁγίῳ, εὐλογίας τυχεῖν δῆθεν παρ' αὐτοῦ βουλόμενος. Ὁ δὲ ἐπιβαλὼν ἐκείνῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὸν ἔσω κρυπτόμενον λύκον οὐκ ἀγνοήσας, εἰ καὶ τὴν τοῦ προβάτου δορὰν πριέκειτο, εὐθὺς μεταστρέφεται, καὶ λίθῳ προσπταίει τὸν πόδα τὸν δεξιόν. Περιαλγὴς οὖν γενόμενος, ἅπτεται τῇ χειρὶ τοῦ ἀστραγάλου· αὐτὸν γὰρ ἦν πεπληγώς. Καὶ ὁ πονηρὸς, εἰς ἑαυτὸν πάλιν μεταβαλὼν, ἡδισνόν τε καὶ θερμὸν ἀνεγέλα, καὶ ἀπὸ τῆς φίλης εὐθὺς ὑπερηφανίας· Μήτοι με νόμιζε, λέγει, τῶν ταπεινῶν εἶναι ἐκείνων δαιμονίων, ἃ σὺ πολλάκις φυγαδεύειν οἶδας, καὶ μόνῳ τῷ ῥήματι· ἀλλ' αὐτός εἰμι αὐτὸς ἑκατόνταρχος, οὗ δὴ καὶ νῦν εἰς πεῖραν ἐλθὼν, ὁρᾷς πῶς χαλεπαῖς βέβλησαι περιωδυνίαις, ὁ πολλοῖς ἑτέροις λυσάμενος τὰς ὀδύνας. Οὕτως ἀπὸ τοῦ βλάπτειν ὁ μιαρὸς, οὐδέποτε δὲ ἀπὸ τοῦ ὠφελεῖν οὐδένα, ἑαυτῷ τὸν ἔπαινον περιτίθησι. Ταῦτα τοίνυν πρὸς τὸν θαυμαστὸν Ἀβέρκιον εἶπε, καὶ τινι τῶν περιεστηκότων αὐτὸν νεανίσκων ἐπιπηδᾷ· ὃν χαλεπῶς σπαράξας τε καὶ διαταράξας, μεταξὺ πάντωτ ἐλεεινῶς κατεβάλλει.

ΙΕ'. Ὁ μέντοι μέγας Ἀβέρκιος ἔλεον αὐτίκα τοῦ νεανίσκου λαβὼν καὶ δεηθεὶς τοῦ Θεοῦ λύσιν τε αὐτῷ δίδωσι τοῦ κακοῦ, καὶ τὸν μιαρὸν ἐκεῖνον δαίμονα ἐκποδὼν τίθησιν, ἔργῳ δηλώσας τίς ὁ τοῦ ἀγαθοῦ μαθητὴς καὶ ἀγαθύνειν δεδιδαγμένος, καὶ τίς ὁ ἐξ ἀρχῆς πονηρὸς, καὶ τοῦ πράττειν ἄλλους τὰ πονηρὰ διδάσκαλος. Ἐκεῖνος δὲ ἀλλ' οὐ μέχρι τούτου ἔστη, οὐδὲ ἐπὶ μόνῃ τῇ τοιαύτῃ ἔμεινεν ἥττῃ, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν αὐτῷ προκηρύττει πάλην· οὗ μηδὲ τὴν πρώτην ὑπενεγκεῖν ἴσχυσεν. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ἄκων ἀπῆει τὸν νεανίσκον ἀπολιπὼν τραλεῖα ὡς εἶχε καὶ ἀναιδεῖ χρησάμενος τῇ φωνῇ· Ταχύ σε, ἔφη, Ἀβέρκιε, καὶ ἀκοντα παρασκευάσω τὴν Ῥωμαίων ἰδεῖν, Τὸ δὲ ἄρα οὐ πολῷ ὕστερον ἐξέβη, ὡς τὰ ἑξῆς τοῦ

A sponte venire ad peccandum. Sed dum de his rebus inter se disceptarent, hora nona rursus veniens, finiit quæstiones. Statim enim surgens divinus Abercius, salutat eos, qui circumstabant, et cum benedixisset, domum mittit cum Euxeniano.

XIV. Pauci dies postea præterierunt, cum vicos circumcirca positos, et ante alios, eos qui erant propinqui, obiit cum fratribus. Jam enim acceperat, multos variis illic morbis laborare. Cum autem abiisset, et eos curasset precibus et manuum impositione, postquam vidit locum egere balneo, (quod quidem ægrotantibus est aptum solatium) veniens in quemdam locum, qui appellatur Ager, fluvius autem prope eum fluit, flexis Deo genibus humi
B procidit. Et ecce erumpit quidem tonitru cœlo sereno, emittit autem terra fontes aquarum calidarum : et per omnia laudabatur Deus, qui justos sic exaudit. Cum beata autem illa lingua iis, qui aderant, jussisset fodere cisternas, ut aquæ calidæ in eas confluerent, et eæ essent ad recreanda corpora laborantia, domum revertitur. Interim autem tentationum et deceptionis pater malignus dæmon, indutus forma muliebri, venit ad sanctum, volens ab ipso consequi benedictionem. Ille autem conjectis in illum oculis, qui intus latebat, lupum non
C ignorans, etiamsi ovis pellem induisset, protinus avertitur, et lapide offendit pedem dexterum. Dolore ergo affectus, manu tangit talum : ipsum enim percusserat. Malignus autem rursus in seipsum mutatus, suavissime risit, et vehementissime, et solita protinus superbia : Ne me existimes, inquit, esse ex illis humilibus dæmoniis, quæ tu scis sæpe fugare vel verbo solo : sed sum ipse centurio, cujus cum nunc fecisti periculum, vides quam gravibus sis affectus doloribus, qui liberasti multos a molestiis. Sic exsecrandus ex eo, quod lædat, nunquam autem ex eo, quod prosit, sibi laudem tribuit. Hæc ergo admirabili dixit Abercio, et impetum facit in quemdam ex iis, qui ipsum circumsistebant, adolescentibus : quem cum graviter discerpsisset, miserabiliter projicit in medium omnium.

D XV. Magnus autem Abercius statim misericordia motus adolescentis, et Deum precatus, eum malo solvit, et exsecrandum illum dæmonem procul expellit, re ipsa ostendens, quisnam sit boni discipulus, et qui bene facere didicerit : et quisnam is sit, qui est malus ab initio, et magister male faciendi aliis. Ille autem non eo usque constitit, neque semel superatum esse satis habuit : sed ei rursus bellum denuntiat, cujus primum conflictum non potuit sustinere. Quando enim invitus recessit, relicto adolescente, aspera et impudenti voce usus : Cito te, inquit, o Aberci, vel invitum faciam videre Romanorum civitatem. Hoc autem non multo post evenit, ut deinceps ostendemus. Divinus

enim Abercius domum suam reversus, totos septem dies transegit in jejuniis et nocturnis vigiliis simul cum fratribus, rogans ne esset tanta inimici in eum potentia, ut quo ille eum duceret, ipse sequeretur. Septima vero nocte ei in somnis apparens Dominus, dixit: Romam, o Aberci, mea venies providentia, ut qui in ea sunt, meum nomen agnoscant. Esto ergo bono animo, gratia enim mea tecum erit. Tunc sanctus e somno excitatus: Fiat, inquit, voluntas tua, Christe: et divinam apparitionem renuntiavit fratribus. Sed ei quidem sic prædictum est fore, ut veniret ad Romanorum civitatem.

XVI. Malignus autem dæmon, qui paulo ante cum eo venturum est minitatus, nihil differens venit Romam, et imperatoris Antonini filiam jam nubilem, et sexdecim annos natam (1), quæ Lucio quidem Vero fuerat desponsa, vocabatur autem Lucilla, et cæteras suas æquales pulchritudine et magnitudine superabat, ingreditur: et statim ciet furore, ut se discerperet et dejiceret, et dentibus morderet manus, et suas carnes manderet. Mater autem Faustina (hoc enim erat nomen Augustæ) simul cum Antonino augebantur animo, et valde erant dubii ac perplexi, et eam rem maximam ducebant calamitatem. Quod autem eis maxime augebat animi ægritudinem, erat, quod puella fuerat desponsa Lucio. Nam eum quidem jam miserat Antoninus ad Orientem, bellum gesturum contra regem Bulgessum (2). Inter eos autem convenerat, ut stato die Lucius quidem ab Oriente, Antoninus autem Roma venirent Ephesum: et in templo, quod ibi erat, Dianæ Antoninus, dea teste, traderet puellam, Lucius vero acciperet. Cum ergo Lucius, ut convenerat, propere navigaret Ephesum, nesciens quid ageret Antoninus, cum esset ejus filia a dæmone correpta, tempus protrahit excusationę, scribens ad Lucium, quod Germani, trajecto Rheno, oppida Romanorum et vicos populantur: et ideo non poterat nunc cum filia venire Ephesum, ut convenerat, sed tantum anno sequenti. Ei autem cum in media navigatione redditæ fuissent litteræ ab imperatore, magno dolore affectus, idque ferens ægerrime, revertitur Antiochiam. Imperator autem Antoninus partim quidem sua sponte valde de filia sollicitus, partim vero a conjuge incitatus, omnia faciebat, et a nullo abstinebat, quod haberet rationem.

XVII. Adductis itaque Romanorum et Italorum sacerdotibus, et ex Etruria accersitis aruspicibus, per ipsos adjurabat dæmonem, et nihil non excogitabat ad mali curationem. Illa autem et inania esse

A λόγου δηλώσει. Ὁ μὲν γὰρ θεῖος Ἀβέρκιος, εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἐπανελὼν, ἑπτὰ ὅλας εἵλκεν ἡμέρας ἐν νηστείαις καὶ παννυχίσιν ἅμα τοῖς ἀδελφοῖς, δεόμενος μὴ τοιαύτην γενέσθαι κατ' αὐτοῦ ἰσχὺν τῷ ἐχθρῷ ὡς ἦπερ ἂν ἐκεῖνος ἄγῃ καὶ αὐτὸν ἕπεσθαι· ὑπὸ δὲ τὴν ἑβδόμην νύκτα ὄναρ αἰτῷ τὸν Κύριον ἐπιστάντα, καὶ Εἰς Ῥωμην. φάναι, Ἀβέρκιε, οἰκονομίᾳ τῇ ἐμῇ ἀφίξῃ· ὥστε δὴ καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐπιγνῶναι. Θάῤῥει τοιγαροῦν· ἡ γὰρ χάρις μου μετὰ σοῦ ἔσται. Τότε διυπνισθέντα τὸν ἅγιον, Γένοιτο, φάναι, τὸ θέλημά σου, Κύριε· καὶ τὴν θείαν ἐκείκην ἐμφάνειαν τοῖς ἀδελφοῖς ἀπαγγεῖλαι, Ἀλλὰ τῷ μὲν οὕτω καὶ παρὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀφικέσθαι προείρητο.

B Ις'. Ὁ δὲ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος ὁ μικρῷ πρόσθεν τῷ ἁγίῳ τὴν ἄφιξιν ταύτην ἐπισείσας, οὐδὲν ἀναβαλόμενος, εἰς Ῥώμην φοιτᾷ, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως Ἀντωνίνου παῖδα, ἐπίγαμόν τε ἤδη καὶ ἐκκαιδεκέτιν οὖσαν, ἣ Βήρῳ μὲν Λευκίῳ ἀνδρι κατηγγύητο, Λουκίλλα δὲ ἐκαλεῖτο, κάλλει καὶ μεγέθει τὰς κατ' αὐτὴν ὑπερενεγκοῦσαν, εἰσδύεται, καὶ αὐτίκα ἐκμαίνει· ὡς ταράττεσθαί τε καὶ καταβάλλεσθαι, καὶ ὀδοῦσι τῶν χειρῶν ἅπτεσθαι, καὶ τὰς αὐτῆς σάρκας διαμασᾶσθαι. Ἡ οὖν μήτηρ Φαυστίνα (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ Αὐγούστῃ) λύπῃ σὺν Ἀντωνίνῳ καὶ ἀπορίᾳ δεινῶς εἶχοντο, καὶ συμφορὰν ἐσχάτην τὸ πρᾶγμα ἐτίθεντο· ἦν δὲ τὸ μάλιστα αὐτοῖς ἐπιτεῖνον τὴν ἀθυμίαν ἡ πρὸς τὸν Λεύκιον τῆς κόρης μνηστεία, Τοῦτον γὰρ ἀπεστάλκει μὲν Ἀντωνῖνος ἤδη πρὸς τὴν Ἑῴαν πόλεμον συμβαλοῦντα τῷ βασιλεῖ Βουλγέσσῳ. Ὑπῆρχε δὲ ἄλλῃλοις συγκείμενον C κατά τινας ῥητὰς ἡμέρας, τὸν μὲν ἀπὸ τῆς Ἑῴας, τὸν Λεύκιον, τὸν δὲ ἀπὸ Ῥώμης τὴν Ἔφεσον καταλαβεῖν· καὶ ἐν τῷ κατ' αὐτὴν ναῷ τῆς Ἀρτέμιδος, τὸν μὲν ὑπὸ μάρτυρι τῇ θεῷ καταθέσθαι Λευκίῳ τὴν παῖδα, τὸν δὲ δέξασθαι. Ἐπεὶ οὖν ὁ Λεύκιος κατὰ νὰς συνθήκας ἔπλει πρὸς τὴν Ἔφεσον ἐπειγόμενος, οὐκ ἔχων ὅ τι χρήσαιτο ἑαυτῷ Ἀντωνῖνος δαιμονώσης αὐτῷ τῆς παιδὸς προφάσει διακρούεται τὸν καιρὸν, γράψας Λευκίῳ ὡς τὸ Γερμανῶν ἔθνος διαβὰν τὸν Ῥῆνον, τάς τε πόλεις Ῥωμαίων καὶ τὰς κώμας λῃΐζεται· κἀντεῦθεν μηδὲ κατὰ τὰ συγκείμενα δύνασθαι νῦν εἰς Ἔφεσον μετὰ τῆς παιδὸς συνδραμεῖν, ἀλλ' εἰς τὸ ἐπιὸν ἔτος. Τῷ δὲ, ἐπειδὴ κατὰ μέσον τὸν πλοῦν τὰ παρὰ βασιλέως ὑπήντα γράμματα· σφόδρα τε ἀθυμήσας καὶ χαλεπῶς ἐνεγκὼν, εἰς τὴν ἐν D Δάφνῃ Ἀντιόχειαν ὑποστρέφει. Βασιλεὺς δὲ Ἀντωνίνο, τοῦτο μὲν καὶ τοῖς οἰκείοις σπλάγχνοις περὶ τὴν τῆς παιδὸς φροντίδα πολὺς, ὢν, τοῦτο δὲ καὶ ὑπὸ τῆς συζύγου παροξυνόμενος, πάντα τε ἐποίει, καὶ οὐδενὸς ἀπείχετο τῶν λόγον ἐχόντων.

ΙΖ'. Τοὺς Ῥωμαίων τοίνυν καὶ Ἰταλῶν ἱερεῖς συναγαγών καὶ οἰωνοσκόπους ἀπὸ Τυῤῥηνίας μεταστειλάμενος, ἐξώρκιζέ τε τὸν δαίμονα δι' αὐτῶν, καὶ ῥᾴδὲν ὅ τι οὐκ ἐπενόει πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ θερα-

(1) Anno 163, teste Baronio Marci Aurelii Antonini imperatoris filia obsidetur a dæmone.

(2) *Vologesum*, qui erat Parthorum rex. Vide Dion, et Julium Capitolinum in Marco; Baron. an. 163.

πείαν. Τὰ δὲ κενά τε ἠλέγχετο, καὶ ἀγριώτερον ἐποίει τὸν πονηρὸν δαίμονα τῇ κόρῃ. Ἀμέλει καὶ τοιάνδε τινὰ διὰ τῆς παιδὸς ἐκείνης ἠφίει φωνήν. ὡς, Εἰ μὴ Ἀβέρκιος ὁ τῆς ἐν τῇ μικρᾷ Φρυγίᾳ τῶν Ἱεραπολιτῶν ἐπίσκοπος ἐλθοι, οὐκ ἂν ἀπὸ τοῦ σκηνώματος ἐξέλθοιμι τοῦδε. Ὡς οὖν ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας ταῦτα ἐβόα, διηπορεῖτο καθ' ἑαυτὸν Ἀντωνῖνος, τί ἂν εἴη τοῦτο σκοπούμενος, καί ποτε εἰσκαλέσας τὸν ἔπαρχον τῆς αὐλῆς Κορνηλιανόν, ἀνεπυνθάνετο εἴ πού τις Ἱεράπολις ὑπὸ μικρὰν Φρυγίαν ἐστίν. Ὁ δὲ, Καὶ μάλα, δέσποτα. ἔφη, καὶ ἀπ' αὐτῆς Εὐξεινιανὸν ὁρμᾶσθαι, ᾧ πολλάκις περὶ δημοσίων ἐπέστειλας πραγμάτων. Τοῦτο ἀκούσας ὁ Ἀντωνῖνος ἥσθη τε οἷα τῆς φροντίδος ἀπολυθεὶς ὅτιπερ Εὐξεινιανὸς ἐκεῖ διατρίβων, δεξιὸς αὐτῷ ἔσται τοῦ πράγματος οἰκονόμος· καὶ Οὐαλέριον καὶ Βασιανὸν μαγιστριανοὺς εὐθὺς εὐτρεπισθῆναι κελεύσας, ἐπιστέλλει αὐτῷ ταῦτα· Ἀντωνῖνος αὐτοκράτωρ σεβαστὸς Εὐξεινιανῷ Ὁπλίωνι χαίρειν. Ἐγὼ εἰς πεῖραν τῆς σῆς ἀγχινοίας ἔργοις αὐτοῖς καταστὰς, καὶ μάλιστα οἷς ἔναρχος προστάξει τοῦ ἡμετέρου κράτους διεπράξω κατὰ τὴν Σμύρναν. ἐπικουφίσας Σμυρναίοις τὴν ἐκ τοῦ κλόνου τῆς γῆς ἐπιγενομένην αὐτοῖς συμφορὰν, ἥσθην τε, ὥσπερ εἰκὸς, καί σε τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιμελείας ἐπῄνεσα· ἔμαθον γὰρ ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας, ὥσπερ ἄν εἰ παρών. Ἥ τε γὰρ παρὰ σοῦ πεμφθεῖσα ἀναφορὰ, ὅ τε ἀποδιδοὺς ταύτην, καὶ Κέλιος ὁ ἐπίτροπος ὑμῶν ἅπαντά μοι σαφῶς διηγήσατο. Ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος γνωσθὲν τῷ ἡμετέρῳ κράτει Ἀβέρκιόν τινα τῆς Ἱεραπολιτῶν ἐπίσκοπον παρὰ σοὶ διατρίβειν, ἄνδρα εὐσεβῆ οὕτω τὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς δαιμονῶντάς τε ἰᾶσθαι, καὶ νόσους ἄλλας εὐκολώτατα θεραπεύειν· τοῦτον κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἡμεῖς χρῄζοντες, Οὐαλέριον καὶ Βασιανὸν μαγιστριανοὺς τῶν θείων ἡμῶν ὀφφικίων ἐπέμψαμεν, τὸν ἄνδρα μετ' αἰδοῦς καὶ τιμῆς ἁπάσης ὡς ἡμᾶς ἀγαγεῖν. Κελεύομεν οὖν τῇ σῇ στερρότητι πεῖσαι τὸν ἄνδρα σὺν προθυμίᾳ πάσῃ πρὸς ἡμᾶς ἀφικέσθαι εὖ εἰδότι ὡς οὐ μέτριός σοι κείσεται παρ' ἡμῖν καὶ ὑπὲρ τούτου ὁ ἔπαινος. Ἔρρωσο.

Η'. Ταύτην τοῖς μαγιστριανοῖς δοὺς τὴν ἐπιστολὴν, ἀπέπεμψεν ἀπὸ Ῥώμης, εἰπὼν ὅτι Ἡλλαπλάσιον ὑμῖν θήσει τὴν εἰς ἐμὲ θεραπείαν τὸ Ἀβέρκιον ἐνεγκεῖν, προστεθὲν καὶ τὸ τάχος. Οἱ δὲ λαβόντες, οὐδὲν τάχους καὶ συντονίας ἐνέλιπον· ἀλλὰ δυσὶ τὸ Βρεντίσιον ἡμέραις καταλαβόντες, πλοίου τε ἐπὶ τούτῳ παρεσκευασμένου παρὰ τοῦ ὑπάρχου Κορνηλιανοῦ ἐπιβάντες, κατὰ πρύμναν αὐτοῖς τοῦ πνεύματος ἱσταμένου, τῇ ἑβδόμῃ τὸν Ἰόνιον διαπλεύσαντες, καταίρουσιν ἐν Πελοποννήσῳ. Ἐκεῖθεν δὲ δημοσίοις ἵπποις χρησάμενοι, ἀφικνοῦνται τῆς πεντεκαιδεκάτης εἰς τὸ Βυζάντιον. Εἶτα πρὸς τὴν Νικομηδέων αὐθημερὸν περαιωθέντες, καὶ αὖθις δημοσίῳ χρησάμενοι δρόμῳ, εἰς Σύναδα μητρόπολιν ἥκουσι τῆς Φρυγίας ἡγεμόνας τε τῆς ὁδοῦ παρὰ τοῦ ἡγεμονεύοντος ἐκεῖ Σπινθῆρος λαβόντες.

convincebantur, et malignum dæmonem magis efferabant in puellam. Cæterum is talem quoque vocem emittebat per puellam, quod, nisi veniret Abercius Hierapolitanorum, qui sunt in parva Phrygia, episcopus, ex eo non exiret tabernaculo. Cum hæc ergo multos dies vociferaretur, apud se dubitabat Antoninus, quidnam hoc esset, considerans, et aliquando accersito Corneliano præfecto prætorii, rogavit an in parva Phrygia esset urbs nomine Hierapolis. Is autem : Maxime, inquit, domine, et ex ea ortus est Euxenianus, ad quem sæpe scripsisti de rebus publicis. Hoc cum audivisset Antoninus, lætatus est quasi a cura liberatus, nempe quod Euxenianus, qui illic degebat, hanc rem pulchre ei procuraret. Et Valerio et Basiano magistrianis mox præsto esse jussis, hæc sic scribit : Antoninus imperator Augustus, Euxeniano Poplioni salutem : Ego tui ingenii solertiam re ipsa expertus, et maxime iis, quæ jussu nostræ potentiæ nuper fecisti Smyrnæ, levata Smyrnensibus calamitate, quæ eis ex terræ motu evenerat, ut par erat, sum lætatus, et tuam in rebus gerendis laudavi diligentiam. Omnia enim accurate didici, perinde ac si adfuissem. Nam et a te missa relatio, et qui eam reddidit Cælicius, procurator noster, omnia mihi aperte narravit. In præsentia autem cum sit potentiæ nostræ significatum, Abercium quemdam episcopum Hierapolitanum apud te versari, virum adeo pium in Christiana religione, ut medeatur dæmoniacis, et alios morbos curet facillime, eo cum nos necessario opus habeamus, Valerium et Basianum magistrianos (3) divinorum nostrorum officiorum misimus, ut eum cum omni honore et reverentia ad nos adducant. Tuæ ergo jubemus præstantiæ, ut ei persuadeas ad nos venire cum summa animi alacritate, sciens non parvam hoc nomine tibi futuram esse apud nos laudem. Vale.

XVIII. Hanc cum magistrianis dedisset epistolam, Roma misit, dicens : Rem mihi longe gratissimam feceritis, si Abercium ad me quam maxima celeritate adduxeritis. Illi autem eis acceptis litteris, nihil omiserunt celeritatis et diligentiæ. Sed cum pervenissent Brundusium, et navem paratam ascendissent, vento usi secundo septem diebus transmisso Ionio, appellunt in Peloponnesum. Illinc autem equis usi velocibus, cito veniunt Byzantium. Deinde cum ipso die trajecissent in Nicomediam, et usi essent rursus cursu publico, veniunt Synadem Phrygiæ metropolim : et acceptis viæ ducibus a præside, qui illic erat, Spinthere dicto, ut fuerat ei imperatum a Corneliano, circa horam nonam veniunt in civitatem Hierapolitanorum. Ingredientes ergo civitatem occurrunt Abercio, veluti

(3) Magisteriani aliter dicebantur Agentes in rebus, quibus cum alia, tum etiam evectiones publici cursus commissæ erant. Vide Bar. an. 163.

optima data occasione. Solebat enim hora nona domum redire a docendo, solitas preces Deo redditurus. Atque illi quidem ei facti obviam, rogarunt ubinam esset Euxenianus, et quonam ire deberent, ut eum convenirent. Postquam vero ille rogavit, quid quærerent, et cur venirent, ejus interrogationem ægre ferens Valerius, et quod non cito ad quæsita respondisset, audacius aliquid audet, forte motus a maligno, et extendit dexteram adversus sanctum, volens eum flagello percutere. Manus autem, quæ eum desuper servabat, non fuit negligens, sed audax puniebatur dextera, et erat immobilis, tanquam vincta aliquo compede. Invadit alterum quoque metus propter novum hoc spectaculum: et ambo ab equis descendentes, procidunt ad sancti pedes, et fiunt ei supplices, ut manus, quæ emarcuerat, et erat quasi mortua, efflorescerat rursus et revivisceret, neque sic remaneret mortua.

A οἷα προστεταγμένον αὐτῷ παρὰ Κορνηλίου τοῦ ἐπάρχου περί που τὴν ἑνάτην ὥραν τὴν Ἱεραπολιτῶν καταλαμβάνουσιν. Εἰσιόντες τοιγαροῦν τὴν πόλιν, ὑπαντῶσι τῷ Ἀβερκίῳ, καὶ ταῦτα ἀπὸ τοῦ παρήκοντος· εἰώθει γὰρ κατὰ τὴν ἑνάτην ὥραν ἐκ τῆς διδασκαλίας οἴκαδε ἀναστρέφειν τὰς συνήθεις ἀποδώσων εὐχὰς τῷ Θεῷ. Οἱ μὲν οὖν ὑπαντήσαντες αὐτῷ, ἀνεπυνθάνοντο, ποῦ ποτε ὑπάρχοι Εὐξεινιανὸς, καὶ ὅπη γενόμενοι, ἐντύχοιεν τῷ ἀνδρί. Ὁ δὲ, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς τίς τε ἡ ζήτησις τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἐφ' ὅτῳ ἥκοιεν ἤρετο, τὴν ἐκείνου ἐρώτησιν γαλεπῶς ἐνεγκὼν Οὐαλέριος, ὅτι μὴ ταχὺ ἀπεκρίνατο, τολμᾷ τι καὶ θρασύτερον, ἴσως ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κινηθεὶς, καὶ ἀνατείνει κατὰ τοῦ ἁγίου τὴν δεξιὰν, πλῆξαι τοῦτον τῇ μάστιγι βουληθείς· καὶ εὐθὺς ἡ φρουροῦσα χεὶρ ἄνωθεν οὐκ ἠμέλει, καὶ ἡ τολμηρὰ B ἐκολάζετο· καὶ ἀκίνητος ἦν ὥσπερ τινὶ προκατασχεθεῖσα πέδῃ. Λαμβάνει καὶ τὸν ἕτερον δέος ἐπὶ τῷ καινῷ τούτῳ θεάματι, καὶ ἀποβάντες ἅμφω τῶν ἵππων, προσπίπτουσί τε τοῖς τοῦ ἁγίου ποσὶ, καὶ ἱκέται γίνονται ταπεινοὶ λίαν, ὥστε τὴν ἀπομαρανθεῖσαν χεῖρα καὶ οἱονεὶ τεθνηκυῖαν ἀναθῆλαι πάλιν καὶ ἀναζῆσαι, μηδὲ οὕτως ἀπολειφθῆναι νεκράν.

XIX. Ille autem in hoc quoque consueta usus est misericordia, et tangit quidem manum male affectam, sanam vero eam reddit protinus. Deinde rursus sciscitatus quanam de causa esset eis opus cum convenire, et intellexisset quod ad ipsum ferrent litteras imperatoris, fit eis dux itineris, et deducit quamprimum ad ædes Euxeniani. Ille autem, acceptis litteris, cum quæ continebantur in eis, perlegisset, sancto statim tradit epistolam, et rogat, ut nihil differat, sed sicut imperator volebat, iter quamprimum ineat. Quam cum ipse quoque legisset: Veniam, inquit, promptoque et alacri animo iter conficism. Fit enim hoc Dei voluntate, ut mihi quoque jam a Domino meo fuit significatum. Et magistriani quidem præclare deducti ad Euxenianum, et ab eo honorifice accepti hospitio, cum duos dies apud ipsum mansissent, et ei totum iter, et navigationem renuntiassent, abierunt tertio die, acceptis ab eo litteris: cum eis esset pollicitus admirandus Abercius, post quadraginta dies, in Portu, qui dicitur, qui quidem est prope Romam, se esse invicem conventuros, et sic simul cum illis Romam esse ingressurum. Illi autem cum non possent non credere, (recte enim judicabant ex iis, quæ senserant, et viderant, quod fieri non posset, ut vir, qui talibus et tantis erat D dignatus, conscientiam et linguam haberet non sanam) publicos rursus equos ascendentes, redierunt.

Ιθ'. Ὁ δὲ τῆς συνήθους ἰκάν τούτῳ γίνεται συμπαθείας, καὶ ἅπτεται μὲν τῆς πηρωθείσης· ὑγιᾶ δὲ αὐτὴν εὐθὺς δείκνυσιν. Εἶτα τὴν αἰτίαν καὶ πάλιν τῆς τοῦ ἀνδρὸς χρείας ἐρόμενος, καὶ μαθὼν ὅτι βασιλικὰ πρὸς αὐτὸν κομίζοιεν γράμματα, ὁδηγὸς γίνεται τῶν ἀνδρῶν, καὶ εἰς τὸν Εὐξεινιανοῦ οἶκον τὸ τάχος ἐπάγει. Ἐκεῖνος μέντοι τὰ γράμματα εἰς χεῖρας λαβὼν, καὶ τὰ ἐγκείμενα ἐπεξελθὼν, μεταδίδωσι τὴν ἐπιστολὴν εὐθὺς τῷ ἁγίῳ, καὶ ἠξίου μηδὲν ὑπερθέσθαι, ἀλλ' ὥσπερ αὐτὴ ἠβούλετο, τὴν C ταχίστην ἅπτεσθαι πορείας. Ὁ δὲ, καὶ αὐτὸς ἀναγνοὺς, Ἐλεύσομαι, ἔφη, καὶ οὐκ ἀπροθύμως τὴν πορείαν ἀνύσω, ἐπεὶ κατὰ γνώμην Θεοῦ τὸ γινόμενον, ὡς κἀμοὶ ἤδη παρὰ τοῦ Κυρίου μου ἐδηλώθη· Οἱ μὲν οὖν μαγιστριανοὶ λαμπρῶς παρ' Εὐξεινιανῷ ξενισθέντες, δύο τέ τινας ἡμέρας παρ' αὐτῷ μείναντες, τὴν πορείαν τε πᾶσαν αὐτῷ καὶ τὸν πλοῦν ἀπαγγείλαντες, τῇ τρίτῃ ἀντίγραφα λαβόντες, ἀπῆεσαν, ὑπεσχημένον αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ θαυμαστοῦ Ἀβερκίου μετὰ τεσσαράκοντα ὅλας ἡμέρας κατὰ τὸν λεγόμενον Πόρτον ὃς ἐχόμενος Ῥώμης ἐστὶν, ἀλλήλοις ἐντυχεῖν· καὶ οὕτως ἅμα ἐκείνοις τῆς πόλεως ἐπιβῆναι. Οἱ δὲ ἀπιστεῖν οὐκ ἔχοντες (ἔκρινον γὰρ ὀρθῶς ἐξ ὧν ἔπαθόν τε καὶ εἶδον), ὅτι ἀδύνατον ἄνδρα τοιούτων ἠξιωμένον τό τε συνειδὸς καὶ τὴν γλῶτταν ἔχειν οὐχ ὑγιᾶ) τοῖς δημοσίοις καὶ αὖθις ἐπιβάντες ἵπποις ἐπανῆεσαν.

XX. Divinus autem Abercius cum vinum, et acetum et oleum in unum et eumdem utrem injecisset, et paucos panes præterea sumpsisset, et deinde esset locutus cum fratribus, quæ par erat et illius recessum miserabiliter deflentes pulcherrime esset consolatus, ascendit vehiculum publicum, et egreditur e civitate. Cum autem parum processisset in via, videt quemdam vinitorem fodientem, et vites diligenter colentem, (ei nomen erat Trophimion). Quo nominatim vocato: Agedum, inquit, iter me-

Κ'. Ἀβέρκιος δὲ ὁ θεῖος, οἶνόν τε καὶ ὄξος καὶ ἔλαιον εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀσκὸν ἐμβαλὼν, πρὸς δὲ καὶ ἄρτους ὀλίγους λαβὼν, εἶτα τοῖς ἀδελφοῖς διαλεχθεὶς τὰ εἰκότα, τὴν ἐκείνου τε ἀποδημιὰν ἐλεεινῶς ἀποδυρομένους ξεχιώτατα παραμυθησάμενος, ὀχήματος πολιτικοῦ ἐπιβαίνει, καὶ τῆς πόλεως ἔξεισι. Βραχὺ δὲ τῆς ὁδοῦ προελθὼν, ὁρᾷ τινα ἐμπελουργὸν σκάπτοντα, καὶ περὶ τὰς ἀμπέλους ἐπιμελῶς ἔχοντα (ὄνομα τῷ ἀνδρὶ Τροφιμίων)· τοῦτον ὀνομαστὶ καλέσας, Δεῦρο, φησὶν, ἀδελφὲ, συνδιάνυ-

σόν μοι τὴν ἐπὶ Ῥώμην ὁδόν. Ἤκουσεν ἐκεῖνος, καὶ τὴν δέκελλαν εὐθὺς καὶ τὸ σκαφεῖον ἀπολιπὼν, τήν οἰκείαν τε ἁρπάσας ἐσθῆτα ἣν διὰ τὸν ἐκ τῆς ἐργασίας κόπον τῇ γῇ καταθεὶς ἦν, εἵπετο τῷ ἁγίῳ. Ἐπειδὴ δὲ συνώδευον ἤδη. Ἀλλὰ νῦν ὅτι μάλιστα προσέχειν ὑμᾶς ἀξιῶ, θαῦμα γὰρ ἀκούσεσθε, σύμμικτον ἡδονῇ. Καὶ γὰρ ὁπότε μὲν ὁ Τροφιμίων εἰς κοινὴν ἤδη χρείαν ἐπιστρέφοντος τοῦ ἁγίου τὸν τοῦ ἀσκοῦ πόδα λύσειεν, αὐτῷ δὴ τὸ πρὸς τὸ παρὸν συντελοῦν μόνον ἀμιγὲς ἐξῄει, οἶνος τυχὸν, ἢ ὄξος, ἢ ἔλαιον, τῶν ἄλλων κατὰ χώραν μενόντων· ὁπότε δὲ πάλιν ἐκεῖνος ἐν χρείᾳ τινὸς καταστὰς, εἰ κατὰ γνώμην τοῦ ἁγίου λύσειε τὸν ἀσκὸν, ταναντία ἢ αὐτὸς ἠβούλετο, θαυμαστῶς ἐξῄει· ὄξος μὲν καὶ ἔλαιον, εἰ δίψει τυχὸν ληφθεὶς πειρῶτο πιεῖν· εἰ δὲ καὶ ἔμπαλιν αὐτῶν δεηθείη, οἶνος ἀκραιφνὴς τοῦ ἀσκοῦ ἀπέῤῥει. Οὕτως ὁ ἑκοντὶ δολερὸς· ἄκων ὑπῆρχε πιστὸς, οὐδενὸς ὧν ἠβούλετο, κατὰ χρείαν ἁπτόμενος, σαφῶς αὐτὸν τοῦ πράγματος ἐκδιδάσκοντος ὀρθῶς ἔχειν καὶ ἀκεραίως, καὶ μηδὲν παρὰ τὴν τοῦ χρησαμένου γνώμην ποιεῖν. Τοιούτων Ἀβέρκιος τῶν παρὰ Θεοῦ θείων ἀπέλαυε χαρισμάτων. Πᾶσαν οὖν εὐμαρῶς ἀνύσαντες τὴν ὁδὸν, ἐν Ἀτταλείᾳ τῆς Παμφυλίας κατάγονται. Ἐν ᾗ πλοίου τινὸς τῶν ἐπὶ Ῥώμην ἀναγομένων ἐπιβάντες, εἰς τὸν ὡρισμένον καταίρουσι τόπον, πέρας ἄρτι καὶ τοῦ τῶν ἡμερῶν λαβόντος συνθήματος.

ΚΑ'. Τῶν οὖν μαγιστριανῶν τρισὶν ὕστερον ἡμέραις καὶ αὐτῷ καταχθέντων· πολὺν γὰρ αὐτοῖς ἐτρίβη χρόνον ὁ πλοῦς διὰ τὸ τῆς ὥρας χείμέριον, καὶ πολλὰ σφίσιν αὐτοῖς μεμφομένων τῆς βραδυτῆτος, οὕτω τε οἰομένων ὡς, εἰ μὴ τῷ ἁγίῳ κατὰ τὰς συνθήκας ἐντύχοιεν, ἢ ἑαυτοὺς ὠμῶς διαχρήσασθαι, ἢ εἰ τῷ αὐτοκράτορι κεναῖς, ὃ δὴ λέγεται, χερσὶν ἐμφανισθεῖεν ὑπ' ἐκείνου ἀναιρεθῆναι. Ταῦτα τούτων καθ' ἑαυτοὺς διασκοπουμένων, ἐπειδὴ ἀπέβησάν τε τῆς νηὸς ἤδη, καὶ τὰς καταγωγὰς ἀνηρεύνων, καὶ τὴν ἀκτὴν περιῄεσαν, ἐντυγχάνουσι τῷ ἁγίῳ. Ὁ μὲν οὖν τὴν δεξιὰν προτείνας, καὶ αὐτοὺς ἀσπασάμενος, προσφιλές τε εἶδε τοὺς ἄνδρας, καὶ πράως τοῦ συνθήματος ὑπεμίμνησκεν. Οἱ δὲ ἄσμενοι τοῦτον ὡς οὐκ ἂν ἤλπισαν ἰδόντες, προσεκύνουν εὐθέως, περιεπτύσσοντο, περιέβαλλον πάντα, τἄλλα ἐποίουν ὅσα ψυχῆς ὑπὸ περιχαρείας κεκινημένης ἐστὶ σύμβολα. Εἶτα παραλαβόντες, εἰσίασί τε τὴν Ῥώμην, καὶ ὡς τὸν ὕπαρχον ἄγουσι Κορνηλιανόν. Ὁ δὲ, ἐπειδὴ τὸν αὐτοκράτορα. Ἀντωνῖνον ἡ κατὰ τῶν Βαρβάρων εἶχεν ἐκστρατιὰ, τὸν Ῥῆνόν τε διαβάντων, καὶ τὴν Ῥωμαίων λεηλατούντων, τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν Αὐγούσταν ἄγει Φαυστίναν. Ὃν ἐκείνη θεασαμένη γεραρὸν οὕτω καὶ σεμνὸν, καὶ τὸ εὔκοσμον οἷον καὶ γαληνὸν ὑποφαίνοντα, αἰδοῦς ὑπόπλεως γίνεται, καὶ σὺν πολλῇ αὐτὸν ἀσπάζεται τῇ σεμνοπρεπείᾳ. Καὶ. Ὅτι μὲν ἀγαθοῦ καὶ πάντα δυναμένου, λέγει, Θεοῦ δοῦλος εἰ,δῆλον, ἐξ ὧν ἄλλοι τε πολλοὶ πρότερον, καὶ νὺν ἀπήγγειλαν ἐπανελθόντες οἱ μαγιστριανοὶ (καὶ γὰρ ἤδη καὶ παρ' αὐτῶν ἡ Φαυστίνα τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα ἐμεμαθήκει)· δέομαι οὖν μηδὲν ἀναβαλέσθαι καὶ βασιλέων εὐεργέτης ὀφθῆναι, καὶ τὸ ταπεινὸν ἡμῶν

A eum Romam confice. Audivit ille, et ligone, et rastris relictis, et sua veste arrepta, quam propter laborem operationis humi deposuerat, sanctum est secutus. Jamque simul viam inibant. Sed nunc volo vos quam maxime attendere: audietis enim miraculum voluptate commistum. Etenim quando Trophimion ad communem usum, sancto jubente, utris operculum amovisset, idipsum solum, quod opus erat in præsentia, egressum est haud mistum: vinum, verbi causa, aut acetum, aut oleum, aliis in loco manentibus. Quando autem ille rursus aliqua re indigens, non e sententia sancti utrem solvisset, admirabiliter egrediebantur contraria iis, quæ volebat: acetum quidem, et oleum, si siti forte laborans vellet bibere, sin vero his contra opus haB beret, vinum purum effluxit ex utre. Sic qui sua sponte fuit fraudulentus, invitus fuit fidelis, cum nihil tangeret ex iis, quæ volebat ad usum, re ipsa eum aperte docente, ut recte se gereret et sincere, et nihil faceret præter sententiam ejus, qui commodasset. Talia a Deo dona fuit consecutus Abercius. Cum ergo totum iter facile confecissent, veniunt in Ataliam Pamphyliæ civitatem. In qua cum navem conscendissent, quæ Romam proficiscebatur, in locum appellunt constitutum, cum modo finem accepisset dierum conventio.

Δ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς τὸν εἰρημένον ἤδη γεγόνασι τόπον, καιρὸν αἰτοῦσιν εἰς προσευχήν. Καὶ λαβόντες, τὰ ὄμματά τε ὁμοῦ καὶ τὰς χεῖρας αἴρουσιν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ, Κύριε, ὁ Θεὸς, ὁ πλάσας καταμόναις τὰς καρδίας ἡμῶν, λέγουσιν, ὁ συνεὶς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν, ἐν εἰρήνῃ τὰς τῶν σῶν δούλων δέξαι ψυχὰς, ὅτι ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα, καὶ ὡς πρόβατα σφαγῆς λογιζόμεθα καὶ χαίρομεν οὕτω τῆς παρούσης ζωῆς ἀπαλλαττόμενοι διὰ σὲ, καὶ πρὸς τὴν παρὰ σοὶ προθύμῳ ποδὶ ἐπειγόμεθα. Τῷ Θεῷ τῶν ὅλων εὐξάμενοι καὶ τὸ Ἀμὴν ἐπειπόντες, τὴν διὰ ξίφους πληγὴν ὑφίστανται· καὶ τὸ μαρτυρικὸν ὁ Μαρτύριος σὺν Μαρκιανῷ δέχονται τέλος, πέμπτην ἐπὶ ταῖς εἴκοσι τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἄγοντος. Τὰ δὲ τούτων τίμια λείψανα τῶν ὀρθοδόξων τινὲς καὶ πιστῶν ἀνελόμενοι, καὶ λαμπρῶς περιστείλαντες, ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις παρὰ τῷ τῆς πόλεως τείχει ἐντίμως ἐν ἐπισήμῳ λόφῳ κατέθεντο. Ἔνθα καὶ τὴν μαρτυρικὴν ἐκείνην τελείωσιν καὶ μακαρίαν ὑπέστησαν εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A eos sustinere in disputatione, non secus ac ignem cinere, animo suo fraudem celantes, primum quidem blandis verborum illecebris eos aggrediuntur: deinde ipsos etiam esse pecunias daturos stulti sunt polliciti illis, qui ægre ferebant, quod non animæ statim auferrentur propter Christum. Ii ergo non illecti blanditiis, non victi pecuniis, sed pietatis et recti dogmatis volentes esse accurati custodes, contendebant ad bravium supernæ vocationis, quod etiam solum ab eis desiderabatur, et quod omnino cupiebant assequi. Cum ergo et minæ Arianorum, et adulationes, et bonorum omnium promissiones nihil haberent virium, et esse viderent inexpugnabilem martyrum constantiam, eos condemnant morte, quam propter Christum desiderabant.

B

IV. Cum autem jam pervenissent ad locum consummationis, tempus petunt ad orationem. Quod cum accepissent, oculos et manus simul tollunt in cœlum, et dicunt: Domine Deus, « qui singulatim finxisti corda nostra, qui intelligis in omnia opera nostra, » suscipe in pace animas tuorum famulorum: « quoniam propter te mortificamur et reputamur, tanquam oves occisionis [2]: » et gaudemus sic a vita præsenti discedere propter nomen tuum, et ad eam, quæ est apud te, pede alacri properamus. Has cum preces fudissent ad Deum universorum, et Amen subjunxissent, gladio plagam accipiunt: et Marcianus ac Martyrius finem accipiunt martyricum vicesimo quinto mensis Octobris. Pretiosas autem eorum reliquias cum sustulissent quidam orthodoxi et fideles, et præclare composuissent, in psalmis et hymnis ad † mœnia civitatis honorifice deposuerunt in insigni tumulo: ubi etiam subierunt illam martyricam et beatam consummationem, ad gloriam Patris, et Filii, sanctique Spiritus, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

C

[1] Psal. XXXII, 15. [2] Psal. XLIII, 22.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΟΣΙΟΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΑΝΑΣΤΑΣΙΑΣ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΑΣ.

—

VITA ET CONVERSATIO ET MARTYRIUM
SANCTÆ MARTYRIS
ANASTASIÆ ROMANÆ

Est autem hæc Anastasia senior sic dicta respectu alterius Anastasiæ, de qua 25 *Decembris.*

(Latine ap. Surium ad diem 28 Octobris, Græce ex cod. ms. Paris. n. 1480.)

—

Α'. Διττὰς ἡμῖν ὁ λόγος Ἀναστασίας οἶδε γνωρίζειν, ἐπιφανεῖς μὲ ἄμφω τὸ κατὰ σάρκα γένος,

D I. Litteris mandatum est, duas fuisse Anastasias, ambas quidem genere claras, longe autem cla-

riores confessione fidei : et eis patriam fuisse Romam veterem. Quarum altera quidem viro pietate non bono brevi tempore conjuncta matrimonio, cum nullam cum eo tori habuisset consuetudinem, sed adhuc conservaret pulchrum florem virginitatis, marito interea morte amisso, vixit deincepa in casta viduitate, et virtutum exercitatione, totis manibus paternas opes effundens in egenos, et lubenter ventitans ad eos, qui propter Christum patiebantur, et carceres propter eos diligenter perscrutans, et omnibus modis eorum curam gerens, et saniem abstergens, et facile faciens ferre dolores, et adhuc quidem viventes doctrinis, consiliis, monitis confirmans, mortuorum autem corpora splendide componens, et mandans sepulturæ, donec seipsam quoque pulcherrimum et funebrem ornatum illis præbuit, ut quæ per ignem fuerit oblata in holocaustum, et sursum ad Deum lata sit in odorem suavitatis.

II. Altera autem vitam elegit monasticam et quietam, omnino exspers nuptiarum, et quæ ex eis oriuntur, tumultuum : sed cum pulchrum jugum Domini subiisset, et leve ejus onus portasset, deinde etiam forti et excelso animo suscepit certamina pro pietate : et duplici ornata fuit corona, virginitatis, inquam, et decertationis. Cujus ab ineunte ætate educationem et exercitationem, et maxima illa propter Christum certamina vult ab initio persequi oratio. Ipsa ergo, relictis parentibus, et necessariis, et iis omnibus, quæ pertinent ad hæreditatem, in quodam monasterio vicesimo anno ætatis seipsam collocat : in quo docta et instituta a sacrosancta Sophia (sic enim vocabatur magistra), dignos etiam fructus, talibusque seminibus ac tali doctrinæ convenientes, et producebat, et erat productura. Invidus autem et malignus hæc sine invidia ferre non poterat : sed primum quidem ipsius domesticis eam aggreditur copiis, et ex carne ejus in eam hostem excitat, contendens vehementem illam et intensam solvere exercitationem. Cum autem illa inimici machinas facile repulisset, nec ea latione ab eo capi et expugnari posset, is se rursus ad alias contulit insidias ; et ipsam quidem defert ad suos et impietatis ministros, quibus valde erat curæ perscrutari eos, qui Christi sectabantur religionem. Illi vero statim currentes ad præsidem (is autem erat Probus, Diocletiano tunc administrante imperium), ipsi indicant eam neque deos, neque imperatorem colere, sed quemdam Christum prædicare Deum verum, vitamque solitariam, et conjugii expertem, ei, quæ versatur in societate et conjunctione, præferre, insolitam quamdam vivendi formam ostendentem virginibus. Cum ergo statim Probus theatrum coegisset frequentissimum, jubet beatam adduci Anastasiam Cumque venissent ministri ad sacrum illud monasterium, cum ipsis vectibus et clavibus fractis

μακαρίαν. Καὶ καταλαβόντες τὸ ἱερὸν ἐκεῖνον σεμνεῖον καὶ κλεισὶ τὰς θύρας ἀράξαντες, καὶ ὡς εἶχον ὁρμῆς εἴσω γενόμενοι ὀνομαστὶ τὴν Ἀναστασίαν ἐζήτουν· ἐπιφανεστέρας δὲ πολλῷ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως· καὶ πατρίδα σαφῶς αὐταῖς Ῥώμην ἐπιγράφει τὴν πρεσβυτέραν. Ὧν ἡ μὲν ἀνδρὶ πρότερον οὐκ ἀγαθῷ τὴν εὐσέβειαν ἐπὶ βραχὺ συζυγεῖσα, οὔπω δὲ οὔτε κοίτης οὔτε μίξεως αὐτῷ κοινωνήσασα, ἀλλὰ τὸ καλὸν ἄνθος ἔτι διατηροῦσα τῆς παρθενίας, τὸν ἄνδρα τε μεταξὺ θανάτῳ ἀποβαλοῦσα ἐν κηρείᾳ σώφρονι τοῦ λοιποῦ καὶ ἀρετῶν ἀσκήσει διέζη, ὅλαις χερσὶ τὸν πατρῷον πλοῦτον εἰς ἐνδεεῖς ἐκκενοῦσα, πρός τε τοὺς διὰ Χριστὸν πάσχοντας ἡδέως φοιτῶσα, τά τε δεσμωτήρια δι' αὐτοὺς φιλοπόνως ἀνερευνῶσα, καὶ πάντα τρόπον αὐτῶν ἐπιμελομένη, καὶ τοὺς ἰχῶρας ἐκμάσσουσα, καὶ ῥᾷον τὰς ὀδύνας φέρειν ποιοῦσα, καὶ ζῶντας μὲν ἔτι, διδασκαλίαις, συμβουλαῖς, ὑποθήκαις ἐπιῤῥωνύουσα· οἰχομένων δὲ τὰ σώματα λαμπρῶς περιστέλλουσα καὶ τάφοις παραδιδοῦσα, ἕως καὶ ἑαυτὴν καλὸν ἐκείνοις παρέσχεν ἐντάφιον, διὰ πυρὸς ὁλοκαυτωθεῖσα, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνενεχθεῖσα Θεῷ.

Β'. Ἡ δὲ τὸν μοναδικόν τε καὶ ἡσύχιον εἵλετο βίον, μήτε γάμου τὴν ἀρχὴν ὅλως, μήτε τῶν ἐκ τοῦ γάμου πειραθεῖσα θορύβων· ἀλλὰ τὸν Χριστὸν ὑπελθοῦσα τοῦ Κυρίου ζυγὸν, καὶ τὸ ἐλαφρὸν αὐτοῦ φορτίον βαστάσασα, ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνας μετὰ γενναίου σφόδρα τοῦ φρονήματος ἀπεδύσατο, καὶ διπλῷ κατεκοσμήθη στεφάνῳ, τῷ τε τῆς παρθενίας, φημὶ, καὶ τῷ τῆς ἀθλήσεως. Ἧς τὴν ἐκ παίδων ἀγωγήν τε καὶ ἄσκησιν καὶ τοὺς μεγίστους διὰ Χριστὸν ἆθλους ἐκείνους διεξελθεῖν ὁ λόγος ἄνωθεν βούλεται. Αὕτη τοίνυν πατέρας μὲν καὶ προσήκοντας, καὶ ὅσαπερ εἰς κλῆρον ἐπέβαλλε, πάντα καταλιποῦσα, ἓν τινι σεμνείῳ ἐτους εἰκόστοῦ τῆς ἡλικίας ἑαυτὴν καταλέγει· ἐν ᾧ καὶ ὑπὸ τῆς ἱερᾶς παιδαγωγουμένη τε ἅμα καὶ ῥυθμιζομένη Σοφίας (τοῦτο γὰρ ὠνόμαστο ἡ διδάσκαλος), ἔμελλε ταχὺ καὶ καρποὺς ἀξίους προενεγκεῖν, τοιούτοις σπέρμασι καὶ τοιαύτῃ διδασκαλίᾳ προσήκοντας. Οὐκ ἔμελλε δὲ ἄρα ταῦτα καὶ βασκανίας χωρὶς οἴσειν ὁ πονηρός· ἀλλὰ πρῶτα μὲν οἴκοθεν τῇ γενναίᾳ προσβάλλει, καὶ τὸν ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῇ πόλεμον ἐπεγείρει, τὸ σφοδρὸν ἐκεῖνο καὶ σύντονον ἐκλῦσαι φιλονεικῶν τῆς ἀσκήσεως· ἐπεὶ δὲ ἀσφαλῶς ἐκείνη τῷ ἐχθρῷ τὰς μηχανὰς ἀπετείχισε, καὶ ἀνάλωτος ἐντεῦθεν αὐτῷ λοιπὸν καὶ ἀχείρωτος ἦν, πρὸς ἑτέραν ἐχώρει πάλιν ἐπιβουλήν· καὶ προσαγγέλλει μὲν αὐτὴν τοῖς ἑαυτοῦ τε καὶ τῆς ἀσεβείας ὑπηρέταις καὶ διακόνοις', οἷς καὶ λίαν ἐπιμελὲς ἦν ἀνερευνᾷν τοὺς τὰ Χριστιανῶν μετιόντας· οἱ δὲ πρὸς τὸν ἡγεμόνα δραμόντες εὐθὺς (Ηρόβος ἦν οὗτος, Διοκλητιανοῦ τηνικαῦτα τὴν βασιλείαν διέποντος) μηνύουσιν αὐῳ περὶ ταύτης ὡς ἄρα οὔτε θεοὺς οὔτε βασιλεῖς σέβοιτο τοὺς ἐκείνων, ἀλλὰ Χριστόν τινα κηρύττει Θεὸν ἀληθινὸν, καὶ τὸν ἐρημικὸν καὶ ἄζυγα βίον τοῦ κοινωνικοῦ μᾶλλον καὶ μιγάδος ἀσπάζοιτο, ἀῤῥη τινὰ πολιτείας ὁδὸν ταῖς παρθένοις ὑποδεικνύουσα. Θέατρον οὖν ὁ Πρόβος αὐτίκα συναγαγὼν πολυάνθρωπον, ἀχθῆναι κελεύει τὴν οἱ περὶ ταῦτα διακονούμενοι, αὐτοῖς τε μοχλοις

Γ'. Ἡ γοῦν διδάσκαλος αὐτῆς Σοφία, τὴν ἀθρόαν ἔφοδον ἐκείνην θεασαμένη, καὶ τὴν αἰτίαν οὐκ ἀγνοήσασα, ἀλλ' εὐθέως συμβαλοῦσα τὸ πρᾶγμα, χάριν ἤτησε τοὺς στρατιώτας, ὥστε μικρὸν ἀναμεῖναι χρόνον. Καὶ λαβομένη τῆς Ἀναστασίας μετὰ δακρύων, στᾶσά τε κατέναντι τοῦ θυσιαστηρίου ἐν ἀποκρύφῳ, καὶ θεὸν μάρτυρα τῶν πρὸς αὐτὴν λόγων ποιησαμένη, Ἐγὼ μέν σε, ποθεινοτάτη μοι θύγατερ, ἔφη, παῖδα παραλαβοῦσα, οὐδὲν τῶν εἰς ἐμὴν δύναμιν ἐπί σοι τῆς κατὰ Θεὸν παιδείας ἐκ πρώτης ἡμέρας καὶ εἰς τὸ παρὸν ἐνέλιπον· σὺ δέ, εἰς ἡλικίαν ἤδη τοῦ πληρώματος καταντήσασα τοῦ Χριστοῦ, ἔπιθι πρὸς αὐτὸν ἀγαλλιωμένη. Αὐτῷ γάρ σε νυμφεύομαι σήμερον, καὶ αὐτῷ προσάγω, καὶ αὐτῷ παρατίθημι. Ἰδοὺ καὶ ὁ νυμφὼν εὐτρεπὴς καὶ ὁ καλῶν ἀψευδής· καὶ οἱ τῆς χαρᾶς ἄγγελοι πάρεισιν, ὡς Χριστοῦ σε δεξιώσασθαι νύμφην, καὶ πρὸς τοὺς θαλάμους τῷ βασιλεῖ συνεισαγαγεῖν. Βάδιζε τοίνυν τὴν στενὴν ταύτην καὶ τεθλιμμένην, ἕως διὰ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ μαρτυρίας ἐν εὐρυχώρῳ στήσῃ τοὺς πόδας σου. Ἐπεὶ καὶ δίκαιον ὦ τέκνον, οὐ παθεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, εἴπερ οἷόν τε καὶ τοῦτο, δι' ἐκεῖνον ἀποθανεῖν. Εἰ γὰρ Δεσπότης ὢν ἐκεῖνος ἀπέθανε δι' ἡμᾶς, πῶς οὐ χρὴ δούλους ὄντας ἡμᾶς τὸν ἐκείνου προθύμως μιμήσασθαι θάνατον; Ἄλλως τε δὲ οὐδὲ θάνατος, ὦ μέλος ἐμὸν, ἡ διὰ Χριστὸν τελευτή, ἀλλ' εὐφροσύνη, χαρὰ, ἡδονὴ, λαμπρότης, ὡραιότης, φῶς, πολὺ τοῦ φωτὸς τούτου γλυκύτερόν τε καὶ ὡραιότερον. Ἥντα ἄφθαρτα, πάντα βέβαια, πάντα μόνιμα, διηνεκῆ πάντα, καὶ οὐδέποτε λήγοντα. Μὴ δὴ, ὦ σπλάγχνον ἐμὸν πρὸς τὸ αὐστηρὸν ἀποβλέψῃς τῶν τυράννων, καὶ τὸ δριμὺ τῶν κολάσεων· αὐτὸς γάρ σοι Χριστὸς ὁ νυμφίος ὁ σὸς παραστήσεται, τὰς ὀδύνας ἐπικουφίζων καὶ τῶν ἀναγκῶν ἐξαιρούμενος. Εἰ δὲ καὶ μικρόν σε συγχωρήσει κακοπαθῆσαι, ὥστε σου τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως ὑπομονὴν κατεργάσασθαι· ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἐγκαταλείψει καὶ περιόψεται· ἀλλ' ἔτι σου καμνούσης, σβεσθήσεται μὲν ἡ δριμύτης τῶν ἀλγεινῶν, ἀναστελεῖ δέ σοι παράκλησις καὶ φῶς καὶ ζωή σε περιστελεῖ, καὶ ἡ δόξα Κυρίου κυκλώσει σε. Πρὸς ταῦτα ἡ παρθένος, Εὐχῆς ἔργον, ὦ μῆτερ, ἔφη, καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς τε καὶ συμμαχίας τὸ μὴ πρὸς τοσαύτην ὠμότητα τυράννων καὶ μανίαν ἀπαγορεῦσαι. « Τὸ μὲν γὰρ Πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· » ἀλλὰ δεήθητι τοῦ κοινοῦ Δεσπότου, καὶ ἱκέτευσον αὐτὸν ὅπως ἐξαποστείλῃ μοι δύναμιν ἐξ ὕψους, δι' ἧς ἀντικαταστῆναι δυνήσομαι πρὸς οὕτω κακῶν βαρυτάτην ἐπαγωγήν· καὶ σπουδάσω, μῆτερ ἐμὴ, τῇ ἐκείνου δυναστείᾳ κρατουμένη, διὰ τέλους σοι τηρῆσαι τὰς ὑποθήκας, καὶ οὐδεμιᾶς τούτων ὀλιγωρήσω ἢ ἐπιλήσομαι.

Δ'. Ταῦτα τῆς παρθένου δεξιούσης, καὶ οὕτω γλυκείας τῇ διδασκάλῳ ποιουμένης καὶ ποθεινὰς τὰς ἐπαγγελίας, ἐπιπεσόντες ἀθρόον οἱ στρατιῶται, καὶ καθάπερ ἀρνίον τῆς μητρὸς αὐτὴν ἀποσπάσαντες, κλοιόν τε σιδηροῦν περιβάλλουσι, καὶ χαίA januis, maximo impetu ingressi, nominatim quærebant Anastasiam.

III. Ejus autem magistra Sophia cum repentinam illam aspexisset irruptionem, et causam non ignorasset, sed rem statim, ut erat, conjecisset, a militibus postulavit hanc gratiam, ut parum exspectarent. Quæ cum lacrymans accepisset Anastasiam, et eam statuisset ex adverso aræ, secreto, et Deum testem adhibens eorum, quæ dicebat: Ego quidem, inquit, o jucundissima filia, cum te puellam accepissem, nihil a primo die ad hoc usque tempus prætermisi pro viribus, quod pertineret ad te instituendam in iis, quæ ad Deum pertinent. Tu autem cum jam perveneris ad ætatem plenitudinis Christi, vade ad ipsum exsultans. Te enim hodie despondeo, et offero, et trado. Ecce jam est paratus B thalamus, et qui te vocat, est verax: et adsunt nuntii gaudii, ut te accipiant Christi sponsam, et deducant ad Regem in superna tabernacula. Vade ergo per hanc arctam et angustam viam, donec per martyrium pro ipso susceptum, in latitudine statuat pedes tuos. Nam justum est, o filia, non solum pro Christo pati, sed etiam sæpe, si hoc fieri posset, mori propter illum. Si enim, cum esset Dominus, mortuus est propter nos, quomodo non oportet nos, cum simus servi, prompto et alacri animo imitari illius mortem? Verum nec mors quidem est, o filia, propter Christum decessus, sed lætitia, gaudium, voluptas, splendor, pulchritudo, lux longe hac luce dulcior et pulchrior. Omnia illic ab interitu libera, omnia firma ac stabilia, omnia C perpetua et nunquam desinentia. Ne aspexeris, o filia mea, ad acerbitatem tyrannorum, et gravitatem suppliciorum. Ipse enim Christus sponsus tuus tibi aderit, dolores allevans, et eripiens a necessitatibus. Quod si etiam concesserit, ut tu malorum aliquid perpetiaris, quo tuam tolerantiam efficiat tuæ fidei probationem, at non in finem deseret et despiciet, sed te adhuc laborante, exstinguetur quidem dolorum acerbitas: exorietur autem tibi consolatio et lux: et vita te amiciet, et gloria circumdabit. Ad hæc virgo: Optandum quidem est, inquit, o mater, et orandum ut quod a divino proficiscatur auxilio, ne ad tantam tyrannorum crudelitatem et insaniam deficiam. « Nam spiritus quidem est promptus, caro autem in- D firma [1]: » sed roga communem Dominum, et ei supplica, ut mittat ad me virtutem ex alto, per quam potero resistere tam gravibus, quæ infliguntur, malis: et studebo, mater mea, illius confirmata virtute, tua monita perpetuo conservare, neque ullum eorum negligam, aut ejus obliviscar.

IV. Cum hæc virgo diceret, et magistræ tam dulcia et jucunda faceret promissa, irruerunt repente milites, et eam tanquam agnam a matre avellentes, imponunt ei ferreum collare, et lætam adducunt ad præsidem. Illa autem ei stans ex

[1] Matth. xxvi, 41.

adverso, mente multo magis Christo astabat suo sponso, et toto animi intuitu ad eum aspiciebat et in ejus speciem et pulchritudinem defigebat oculos intelligentiæ. Atque stupebant quidem quotquot aderant, et corporis ejus pulchritudinem, ejusque moderationem et vultus dignitatem. Probus autem eam primum rogavit quod esset ei nomen. Martyr autem; Vocor, inquit, Anastasia. Deus enim me fecit surgere, ut te, et patrem tuum hodie pudore afficiam. Probus vero videns virginem in principio tam aspere respondisse, statuit eam aggredi blanditiis, et sic mollire asperitatem illius et duritiem, nesciens qualem frangere animum, et qualem circa fidem adamantem putaret se posse conterere. Dicebat itaque: Tibi consulo, o filia, ut ea eligas, quæ sunt tibi utilia, et magnis diis te adjungas, et eis una nobiscum sacrifices. Sic enim viro quidem jungeris matrimonio, cujus erit in civitate maxima auctoritas, addentur autem tibi quoque pecuniæ, aurum, argentum, vestes, multitudo mancipiorum, erisque splendida et insignis. Apud te ergo considera, id consilii capiens, quod et tuæ conveniat pulchritudini, et animi nobilitati, neque velis iræ nostræ facere periculum, nec discere quantum sit malum impietas. Ego enim tuæ pulchritudinis, tanquam eodem ortus sanguine, et tuus pater secundum carnem (deos testor), curam gerens, suggero quæ sunt profutura. Quod si tu his non parueris, neque meis cesseris suasionibus, necesse erit ut meam deinceps tantam experiaris sævitiam, quanta nunc benignitate frueris et mansuetudine: quo tempore et si ducaris pœnitentia, nihil fortasse tibi proderit.

V. His verbis auditis, martyr statim est recordata maternarum sapientis suæ magistræ admonitionum, et statim respondens: Mihi quidem, inquit, o judex, et sponsus, et divitiæ, et vita est Christus: mors autem propter ipsum subeunda, est mihi vita longe pretiosior, propter quem non aurum, non argentum, non aliquid aliud ex iis, quæ sunt in terra jucunda, mihi jucundum fuit existimatum; illum enim solum, illiusque consuetudinem magnifacio, qua sum fruitura. Ignis autem et ensis, et ferrum, et membrorum abscissiones, et plagæ, et flagella, et si quid aliud a vobis excogitatum fuit ad cruciatum, ea sunt mihi voluptates potius, quam tormenta, in illum solum defigenti oculos, et non ea solum pati pro illo cupienti, sed etiam, si fieri posset, mori millies. Ne simules ergo te misereri speciei mei corporis, quæ flaccessit non minus, quam flores agri: sed fac potius id, quod est in tua potestate, aut situm est in morum tuorum crudelitate. Nam ego quidem ligneos aut lapideos deos nunquam coluerim. His ad iram martyr incitat præsidem. Et primum quidem plagas ejus genis infligit. Deinde etiam disrumpit tunicam, illam pul-

A ρουσαν ἄγουσι πρὸς τὸν ἡγεμόνα. Ἡ δὲ κατὰ πρόσωπον ἐκείνου στᾶσα, καὶ αὐτῷ παρεστάναι δοκοῦσα πολὺ μᾶλλον τῇ διανοίᾳ Χριστῷ τῷ ἑαυτῆς νυμφίῳ παρίστατο, καὶ ὅλῳ τῷ τῆς ψυχῆς βλέμματι πρὸς αὐτὸν ἐώρα, καὶ τῷ κάλλει τούτου καὶ τῇ ὡραιότητι, νοερῶς ἦν ἀτενίζουσα. Πάντας μὲν οὖν ἔκπληξις εἶχε τοὺς παρόντας ἐπί τε τῇ τοῦ σώματος αὐτῆς ὥρᾳ, καὶ τῷ εὐκόσμῳ τοῦ παραστήματος. Ὁ δὲ Πρόβος, Τί σοι ὄνομα; πρῶτον αὐτὴν ἤρετο. Καὶ ἡ μάρτυς, Ἀναστασία καλοῦμαι, φησί. Καὶ γὰρ ἀνέστησέ με ὁ Κύριος, ὥστε καὶ σὲ τήμερον, καὶ πατέρα τὸν σὸν, ὅς ἐστιν ὁ πονηρὸς, καταισχῦναι, Ὁ γοῦν Πρόβος, οὕτω τραχείας ἰδὼν παρὰ τὴν ἀρχὴν δεδωκυῖαν τὴν παρθένον τὰς ἀποκρίσεις, ἔγνω θωπείαις αὐτὴν ὑπελθεῖν, καὶ ταύτῃ τὸ πικρὸν

B ἐκεῖνο καταμαλάξαι καὶ αὐστηρὸν καὶ ἀπότομόν, οὐκ εἰδὼς οἵαν ὑποχαυνῶσαι ψυχὴν, οἵου παράψασθαι περὶ τὴν πίστιν ἀδάμαντος ᾤετο. Ἀμέλει, καὶ πείσθητί μοι, συμβουλεύω σοι, θύγατερ, ἔλεγε, τὰ λυσιτελῆ σαυτῇ προελέσθαι, θεοῖς τε τοῖς μεγάλοις συνθέσθαι, καὶ κοινωνὸς ἡμῖν τῆς αὐτῶν καταστῆναι θυσίας. Οὕτω γὰρ ἀνδρὶ μὲν ἐνὶ συναρμοσθήσῃ τῶν ἀξιώματος παρὰ τῇ πόλει τοῦ μεγίστου ἠξιωμένων· προστεθήσεται δέ σοι καὶ χρήματα, χρυσὸς, ἄργυρος, ἐσθῆτες, ἀνδραπόδων πληθὺς, καὶ λαμπρὰ γενήσῃ ταχὺ καὶ περίδοξος. Σκέψαι τοιγαροῦν παρὰ σαυτῇ, κατάλληλα τῇ τε τῆς ὄψεως ὥρᾳ καὶ τῇ τῆς ψυχῆς εὐγενείᾳ βουλευσαμένη· μηδὲ θελήσῃς ἐλθεῖν εἰς πεῖραν ἡμετέρας ἀγανακτήσεως, μηδὲ οἷον κακὸν

C μαθεῖν ἡ ἀσέβεια. Ἐγὼ γάρ σου τοῦ κάλλους, ὡς αἵματος, ἴστωσαν οἱ θεοὶ, κοινωνὸς, καὶ πατὴρ κατὰ σάρκα κηδόμενος, ὑποτίθημι τὰ συνοίσοντα. Εἰ δὲ μὴ καὶ σὺ πρὸς ταῦτα παράσχῃς ἑαυτὴν πειθομένην, μηδὲ ταῖς ἐμαῖς ἡπίως εἴκουσαν παραινέσεσιν, ἀνάγκη λοιπὸν τοσαύτης μοὺ πειραθῆναι τῆς ἀπηνείας καὶ ἀγριότητος, ὅσης νῦν ἀπολαύσεις εὐμενείας καὶ ἡμερότητος, ὅταν καὶ μεταμελομένη τάχα μηδὲν ᾖ σοι τῆς μεταμελείας ἀπόνασθαι.

Ε'. Τούτων ἡ μάρτυς ἀκούσασα τῶν ῥημάτων, εἰς ἀνάμνησιν εὐθὺς τῶν μητρικῶν ἐκείνων τῆς σοφῆς διδασκάλου Σοφίας παραινέσεων ἦρχετο· καὶ ἡρέμα ὑπολαβοῦσα, Ἐμοὶ, φησὶ, δικαστὰ, καὶ νυμφίος, καὶ πλοῦτος, καὶ ζωὴ ὁ Χριστός· ὁ δὲ δι' αὐτὸν θάνατος πολλῷ μοι καὶ τῆς ζωῆς τιμιώτερος· δι' ὃν οὐ χρυσίου, οὐκ ἀργύριον, οὐκ ἄλλο τι τῶν ἐπὶ γῆς ἡδέων ἡδύ μοι νενόμισται, πλὴν ἐκείνου μόνου, καὶ τῆς ἐκείνου συνουσίας καὶ ἀπολαύσεως. Πῦρ δὲ καὶ ξίφος καὶ σίδηρος, καὶ μελῶν ἐκτομαὶ,

D καὶ πληγαὶ καὶ μάστιγες, καὶ εἴ τι ἄλλο παρ' ὑμῶν εἰς τιμωρίαν ἐπινενόηται, ἡδοναί μοι μᾶλλον, οὐ βάσανοι, πρὸς ἐκεῖνον ἀτενὲς ἐνορώσῃ· καὶ μὴ τοιαῦτα μόνον ὑπὲρ ἐκείνου παθεῖν, ἀλλ' εἴπερ οἷόν τε, καὶ μυριάκις ἀποθανεῖν γλιγομένῃ. Μὴ τοίνυν τὴν ἐν ἐμοὶ τοῦ σώματος ὥραν ἐλεεῖν ὑποκρίνου ἴσα καὶ ἀγροῦ ἄνθεσι μαραινομένην· ἀλλὰ ποίει τὸ τῇ ἐξουσίᾳ σου μᾶλλον ἢ τῇ τῶν τρόπων ὠμότητι παριστάμενον. Ὡς ἔγωγε ξυλίνοις ἢ λιθίνοις θεοῖς σέβας οὐκ ἂν προσενέγκοιμι. Τούτοις εἰς ὀργὴν ἡ μάρτυς ἀνάπτει τὸν ἡγεμόνα. Καὶ πρῶτα μὲν αὐτῇ πληγὰς κατὰ τῶν παρειῶν ἐπιτρίβει· ἔπειτα καὶ τὸν χιτῶνα διαῤῥηγνύει, καὶ γυμνὸν ὅλον τὸ καὶ ἀγγέλοις

αἰδέσιμον ἐκεῖνο κάλλος παραστησάμενος χωρὶς τινὸς παραπετάσματος ἢ περιβλήματος, ἵνα καὶ πλέον αἰσχύνῃ παρθένον, οὕτω θορύβων ἀήθη καὶ ἀνδρῶν ὄψεως, τοῦ θαλάμου πλέον καὶ τῆς ἡσυχίας εἰδυῖαν οὐδὲν, Οὕτω σοι, φησὶ, προσῆκον ὑπὸ τοσούτοις ἀσχημονεῖν ἀνδρῶν ὄμμασιν. Ἀλλὰ τῆς κατεχούσης τε ταύτης ἀπονοίας ἀνενεγκοῦσα, πρόσελθε τῇ τῶν θεῶν εὐμενείᾳ· καὶ μὴ κάλλος τοσοῦτον ἰδεῖν ἐθελήσειας ἀπανθοῦν ἄθλίως πρὸ τῆς ὥρας καὶ μαραινόμενον. Οὐδεὶς γὰρ ἀπειθοῦσαν τῶν ἐμῶν σε δύναιτ' ἂν ἐξελέσθαι χειρῶν· ἀλλ' εἰς λεπτά σε κατατεμών, εὖ ἴσθι, βρῶμα θηρσὶν ἀγρίοις προθήσομαι.

A chritudinem, quæ vel ipsis erat angelis reverenda, totam nudam ostensurus, absque ullo velo, aut operculo, ut vel majori pudore afficeret virginem, quæ turbæ et hominum oculis non erat assueta, ut quæ præter thalamum et quietem nihil noverat: Sic, inquit, oportet te tanta affici turpitudine et dedecore ante omnium oculos. Sed resipiscens ab ea, quæ te tenet, amentia, ad deorum accede benignitatem: nec velis videre tantam pulchritudinem misere ante tempus efflorescentem, et marcescentem. Nemo enim te, si non pareas, potuerit a meis manibus eripere: sed te minutatim dissectam, feris agrestibus apponam exedendam. Hoc velim sit tibi persuasum.

ς'. Καὶ ἡ μάρτυς, ἐμοὶ, φησὶν, ὦ ἡγεμὼν, οὐκ ἀσχημοσύνη τῶν ἱματίων τούτων ἐστὶν ἡ γύμνωσις· ἀλλὰ καλλωπισμὸς λαμπρότατός τε καὶ εὐπρεπέστατος. Τὸν γὰρ παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποδυσαμένη τὸν καινὸν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ ἐνδύσομαι. Οὐκ ἐμὲ τοίνυν ἐν τούτοις, ἀλλὰ σὲ μᾶλλον ἐγκαλύπτεσθαι χρὴ, ὅτι ὡς ἱμάτιον τὴν ἀσέβειαν ἐνεδύσω, καὶ εἰσῆλθεν ὡσεὶ ὕδωρ εἰς τὰ ἔγκατά σου, καὶ ὡσεὶ ἔλαιον ἐν τοῖς ὀστέοις σοῦ. Μεταξὺ δὲ καὶ θερμοτέρῳ ληφθεῖσα τῷ τῆς ἀθλήσεως ἔρωτι, καὶ δεδοικυῖα μήποτε, καταμαλακισθεὶς ὁ ἡγεμὼν, ἀποκλείσῃ περὶ μέσους ἤδη τοὺς ἀγῶνας αὐτῇ τοῦ μαρτυρίου τὸ στάδιον, προσετίθει καὶ τὰ τοιαῦτα. Ὠμότατε δικαστῶν, θάνατον ἐπαγαγεῖν ἄπειλεῖς· πρὸς τοῦτό σοι παρεσκεύασμαι· τοῦτο γὰρ μοι τὸ ἀτεχνῶς εὐκταιότατόν τε καὶ ποθεινότατον. Εἰ δὲ καὶ εἰς μέλη με κατατέμοις, καὶ γλῶτταν ἐκκόψεις, καὶ ἀδόντας καὶ χεῖρας, καὶ ὄνυχας, τότε με τὰ μείζω μᾶλλον εὐεργετήσεις, Ὀφείλω γὰρ ὅλην ἐμαυτὴν τῷ Δημιουργῷ· καὶ τοῦτό μοι ἔφεσιν ἀεὶ, ὅπως ἂν ἐν πᾶσι δοξασθῇ τοῖς ἐμοῖς μέλεσι, καὶ παραστήσω τῷ αὐτοῦ βήματι πάντα μου τὰ μέλη τῷ κόσμῳ τῆς ὁμολογίας καλλωπιζόμενα. Τούτοις Ἀναστασία καταπλήττει τὸν δικαστὴν καὶ τὸ θέατρον. Καὶ τὰς παραινέσεις ἐκεῖνος ἀφεὶς, ἐπὶ τὰς κολάσεις ἐχώρει. Καὶ πρῶτα μὲν πρηνῆ ταύτην ἐκ τεσσάρων διατεθεῖσαν, καὶ τισι προσδεθεῖσαν πάλοις κατὰ γῆς πεπηγμένοις, κελεύει μετεωρίζεσθαι, καὶ κάτωθεν μὲν πῦρ ἐλαίῳ καὶ πίσσῃ, καὶ θείῳ, καὶ κληματίσι σφοδρῶς ἀναπτόμενον, τοῖς σπλάγχνοις αὐτῆς ὑποστρώννυσθαι· τριχῇ δὲ πάλιν ἄνωθεν ἐκ μᾶς ῥάβδων καταφορᾶς τὸν νῶτον αἰκίζεσθαι. Εἶχε μὲν οὕτω ταῦτα, καὶ εἰς ἔργον ἐξέβαινε κῷ ἡγεμόνι τὸ πρόσταγμα.

VI. Martyr autem: Mihi, inquit, o præses, non est turpitudo aut dedecus, esse nudatam vestibus: sed maximus potius ornatus et elegantissimus. Nam veteri homine exuta, novum induam in justitia et veritate. Non me ergo, sed te potius oportet propter hæc erubescere, quod, tanquam vestem, indueris impietatem, et ingressa sit tanquam aqua tua viscera, et sit tanquam oleum in tuis ossibus. Interea autem capta vehementiori amore decertationis, et timens, ne præses emollitus, jam in medio certamine eam excluderet a stadio, hæc quoque adjecit: Crudelissime judicum, minaris te mortem mihi esse allaturum: ad hoc sum tibi præsto: hoc enim est mihi plane optandum. Quod si etiam me in membra dissecueris, et linguam amputaveris, et dentes, manus et ungues, tunc me afficies majori beneficio. Me enim totam, quantacunque sum, debeo Creatori: et hoc mihi semper est in votis, ut ipse glorificetur in omnibus meis membris, et sistam ante ejus tribunal omnia mea membra nitentia ornatu confessionis. His Anastasia obstupefacit toto cum theatro judicem. Qui missis adhortationibus processit ad supplicia. Et primum quidem eam pronam a quatuor viris extensam, et quibusdam palis humi fixis alligatam, jubet tolli sublimem, et inferne quidem ignem oleo, et pice, et sulfure, et sarmentis vehementer accensum, ejus substerni visceribus: a tribus autem rursus desuper hominibus simul uno impetu ejus dorsum virgis cædi. Hæc quidem sic se habebant: et exsecutioni mandatum fuit, quod jussit præses.

Ζ'. Πασχούσης δὲ αὐτῆς τοῦτον ἐπὶ πολὺ τὸν τρόπον, καὶ τοῦ μὲν νώτου ταῖς μάστιξιν ἄνωθεν διαξαινομένου, τῶν δὲ σπλάγχνων κάτωθεν ὑποκαιομένων, καὶ τῶν φλεβῶν εἰς τέφραν λεπτυνομένων, καὶ πηγνυμένου καὶ ἀναλισκομένου τοῦ αἵματος, κολάσεως ὀξείας ὀδύνας οὕτω καὶ ἀκοαῖς ἐμποιούσης, ἡ μάρτυς (ὦ ψυχῆς γενναίας ὄντως διὰ Χριστὸν, καὶ ἀναγκῶν ὑψηλοτέρας τῆς φύσεως!) εὐχῇ μόνῃ καὶ Θεῷ προσανεῖχε· καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος αὐτὸν ὑπομιμνήσκουσα θαυμασίων (ἤσκητο γὰρ ἀκριβῶς καὶ τὴν τῶν θείων Γραφῶν σύνεσιν) οἱά τινι δρόσῳ τῇ προσευχῇ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τῶν ἀλγηδόνων ἐσβέννυεν. Ἐφ' οἷς ὁ θὴρ

D VII. Cum ea ergo diu sic pateretur, et dorsum quidem flagellis desuper laceraretur, viscera autem inferne conflagrarent, et venæ minnerentur in cinerem, et concresceret ac consumeretur sanguis supplicio, vel ipsis auribus gravem afferente dolorem, martyr (o vere generosum propter Christum animum, et superiorem naturæ necessitatibus) solis precibus et Deo erat intenta: et quæ sunt a sæculo admirabilia, in memoriam et os redigens (erat enim valde exercitata etiam in intelligentia divinarum Scripturarum) oratione, veluti quodam rore, exstinguebat illum ignem dolorum. Quamobrem de-

fessa illa bellua in hoc genere supplicii, eam jubet extendi super rotam. Et fuit quidem jussus statim mandatus exsecutioni, et rota accepit virginem, insignis cruciatus, et malorum successio, quæ secundis contendebat obscurare priora. Deinde cum illa per quamdam verteretur machinam, ossa quidem confringebantur, nervi autem et musculi extendebantur, et tota (proh dolor!) forma corporis excedebat a compage naturali. Illa autem eum rursus invocabat, qui ejus exaudiebat orationem, et poterat eam defendere in tempore afflictionis, et eripere a manu inimicorum, dicens : Deus deorum, Deus virtutum, Deus salutis meæ, a quo est patientia mea, in quo confidit anima mea, turris fortitudinis meæ, et refugium meum, ipse da nunc quoque auxilium ex afflictione. Deus, qui accingis me virtute : Deus, Deus meus, ne elongeris a me, « quoniam defecit in dolore vita mea [2] ; » quoniam terræ adhæsit venter meus, et ossa mea tanquam gremium aruerunt.

VIII. Hæc precata (o celerem visitationem ! o velocissimum eventum !) statim quidem relaxatur a gravi illa machina, ne plagæ quidem, nec ignis vestigium ostendens in corpore. Quod quidem cum deberet obstupefacere judicem, et discutere nubem impietatis, quæ eum detinebat, ille ne minimum quidem potuit intueri ad eam, quæ illa fecerat miracula, virtutem, neque cor ad eam convertere : sed erat adhuc crassus et stultus, et adhuc implicatus illa ebrietate incredulitatis, et insania ac caligine. Cum eam igitur rursus in lignum sustulisset, ferreis ipsam ungulis laniat crudelissime. Illa autem rursus ad Deum tollit oculos : et statim fuit tantum adepta auxilium, ut cum defessi essent satellites a continuo labore, ea affecta fuerit perinde ac quæ nullum dolorem sentiret penitus. Propter quæ præses in summam adductus dubitationem, cum nesciret quid ageret, et gestum, et habitum subinde mutabat, e sede frequenter exsiliebat, nec ipse se poterat amplius continere, nec manere in eo, quo par est, ordine et moderatione.

IX. Cum autem propter dubitationem a se adeo discessisset, et fureret, ei etiam tale quid suggerit, qui cum eo seorsum loquebatur, diabolus : et jubet martyri ubera amputari novacula. Res est autem gravissima mamillarum amputatio, et quæ potest afferre acerbissimos dolores, maxime cum cor sit situm in ea parte. Sed martyr, quæ vehementiori affectione amoris in Christum tenebatur, id quod est minus, contemnebat. Tyrannus autem rursus insignem fortitudinem contendens superare immodicis supplicii, ei evellit ipsos ungues. Sed illa, tanquam nullum doloris habens sensum, adhuc vehementius Deo agebat gratias, quod digna esset habita, quæ fieret ei conformis, et socia perpessionum. Porro

[2] Psal. xxx, 11.

A ἐκεῖνος, ἀπαγορεύσας, αὖθις αὐτὴν ἐπὶ τροχοῦ τα-
θῆναι διακελεύεται. Καὶ ἡ μὲν πρόσταξις εὐθὺς
ἔργον ἦν· καὶ ὁ τροχὸς τὴν γενναίαν ἐδέχετο, ἑτέρα
τιμωρίας ὑπερβολὴ καὶ διαδοχὴ κακῶν ἀποκρύψαι
τὰ πρότερα τοῖς δευτέροις φιλονεικοῦσα. Εἶτα διά
τινος ἐκείνου μηχανῆς στρεφομένου ὀστᾶ μὲν τῇ
μάρτυρι συνεθλῶντο, νεῦρα δὲ καὶ μῦες ἐτείνοντο,
καὶ πᾶσα, φεῦ ! ἡ τοῦ σώματος πλάσις τῆς φυσικῆς
ἐξίστατο ἁρμονίας. Ἡ δὲ τὸν εἰσακούοντα προσευ-
χῆς αὐτῆς, καὶ ὑπερασπίσαι αὐτῆς ἐν καιρῷ θλί-
ψεως, καὶ ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν ἐξελέσθαι δυνάμενον,
πάλιν ἐπεκαλεῖτο, Θεὲ θεων, λέγουσα, ὁ Θεὸς δυνά-
μεων, ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, παρ' οὗ ἡ ὑπομονή
μου, ἐφ' ὃν πέποιθεν ἡ ψυχή μου, ὁ πύργος τῆς
ἰσχύος μου καὶ ἡ καταφυγή μου, αὐτὸς δὸς καὶ νῦν
B βοήθειαν ἐκ θλίψεως· ὁ Θεὸς ὁ περιζωννύων με δύ-
ναμιν· ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου. Καὶ μὴ μακρύνῃς ἀπ' ἐμοῦ,
« ὅτι ἐξέλιπεν ἐν ὀδύνῃ ἡ ζωή μου. » Ὅτι ἐκολλήθη εἰς
γῆν ἡ γαστήρ μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡσεὶ φρύγιον
συνεφρύγησαν.

Η'. Ταῦτα προσευξαμένη (ὦ ταχείας ἐπισκοπῆς !
ὦ ὀξυτάτης ἐκβάσεως !) ἀνίεται μὲν εὐθὺς ἐκείνου
τοῦ χαλεποῦ μηχανήματος, μηδὲ πληγῆς ἴχνος τῷ
σώματι, μηδὲ πυρὸς ἐπιφαίνουσα. Ὅπερ δέον κατα-
πλαγῆναι τὸν δικαστήν, καὶ τὸ κατέχον αὐτὸν τῆς
ἀσεβείας ἀποσείσασθαι νέφος, ὁ δὲ οὐ διαβλέψαι
μικρὸν πρὸς τὴν θαυματοργοῦσαν τὰ τοιαῦτα δύνα-
μιν ἴσχυσεν, οὐδὲ ἐπιστρέψαι καρδίαν ἐπ' αὐτήν·
ἀλλ' ἔτι παχὺς ἦν καὶ ἠλίθιος, ἔτι τὴν μέθην ἐκεί-
νην τῆς ἀπιστίας, καὶ τὴν μανίαν καὶ τὴν ἀχλὺν πε-
C ριχείμενος. Καὶ πάλιν αὐτὴν ἐπὶ ξύλου μετεωρίσας,
σιδηροῖς ὄνυξιν ὠμότατα καταξαίνει. Ἡ δὲ πρὸς
ἐκεῖνον αἴρει καὶ πάλιν τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἐκ θα-
νάτου, καὶ ἐν πολέμῳ, καὶ ἐκ χειρὸς σιδήρου ῥυό-
μενον (Ἡσαΐας ὁ μέγας φησί), καὶ παραχρῆμα
τοσαύτης ἐκεῖθεν ἀπέλαυσε τῆς ῥοπῆς τε καὶ βοη-
θείας, ὥστε καὶ τῶν δημίων ὑπὸ τῆς τῶν βασάνων
συνεχείας ἀτονησάντων, αὐτὴ καθάπερ οὐδὲν ὀδυνω-
μένη διέκειτο. Ἐφ' οἷς, ὁ ἡγεμὼν ἀπορούμενος,
καὶ μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειεν, ἐξεφέρετό τε τοῦ
σχήματος, καὶ ἀνέθορε συνεχῶς ἐκ τοῦ θρόνου, καὶ
οὐκ ἔτι καθεκτὸς ἦν αὐτὸς ἑαυτοῦ, οὐδ' ἐν τάξει καὶ
θεσμῷ τῷ προσήκοντι μένειν ἠδύνατο.

Θ'. Οὕτω δὲ αὐτῷ παρακεκινημένως ἐξ ἀπορίας
καὶ μανικῶς ἔχοντι ὑποβάλλει τι καὶ τοιοῦτον συ-
λαλῶν αὐτῷ κατὰ μόνας διάβολος· καὶ ξυρῷ τῇ μάρ-
D τυρι τοὺς μαστοὺς ἐκκοπῆναι διακελεύεται. Χαλεπὸν
δὲ ἄρα μαστῶν ἀποκοπή, καὶ δριμυτάτας ἄγαν ὀδύ-
νας ἐπιτρίβειν δυνάμενον κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ
μέρος τῆς καρδίας καθιδρύμενης. Ἀλλ' ἡ μάρτυς,
σφοδροτέρῳ πάθει κατεχομένη τοῦ εἰς Χριστὸν ἔρω-
τος, τοῦ ἐλάττονος κατεφρόνει. Ὁ τύραννος δὲ πάλιν
ὑπερβολὴν καρτερίας ὑπερβολῇ νικῆσαι φιλονεικῶν
τῶν κολάσεων, καὶ τοὺς αὐτῆς ἐκσπᾷ ὄνυχας. Ἡ
δὲ, ὥσπερ οὐδεμίαν δεχομένη τῶν ἀλγεινῶν αἴσθησιν,
θερμότερον ἔτι μᾶλλον ηὐχαρίστει Χριστῷ, ὅτι καὶ
σύμμορφος αὐτῷ γενέσθαι, καὶ κοινωνὸς τῶν παθη-

μάτων ἠξίωτο. Ἐνυβριζε δὲ καὶ εἰς τοὺς τυράννου θεοὺς, σκότος αὐτοὺς καὶ πλάνην, καὶ δαίμονας, καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς ἀπώλειαν φέρει ψυχῆς ὀνομάζουσα. Ὧν ἐκεῖνος ἀκούειν οὐκ ἀνεχόμενος, ἐπεὶ καὶ τὸ γλυκὺ πᾶσι φῶς ἀφθαλμῷ νοσοῦντι πολέμιον, ἀποτμηθῆναι μέσην αὐτῷ κελεύειν τὴν γλῶτταν ἑλκυσθεῖσαν τοῦ φάρυγγος, ἐκκρουσθῆναι δὲ σὺν αὐτῇ καὶ τοὺς ὀδόντας· καὶ τοιαύτας ἀμοιβὰς ὁ ἀνόητος στόματος ἀποδίδωσιν ἐλευθέρου. Ἀλλὰ τῶν μὲν ὀδόντων αὐτὴν ἀποστερεῖ καὶ τῆς γλώττης, τῆς παῤῥησίας δὲ ἡ τῆς ἐλευθερίας οὐκ ἔτι. Ἀλλὰ μηδὲν ἐνδόσιμον, μηδὲ μαλακὸν ὑποστᾶσα, τοσούτῳ τὴν τομὴν ἀνεβάλετο ὅσῳ τελευταίαν τῷ Θεῷ μετὰ τοῦ τῆς φωνῆς ὀργάνου καὶ τὴν προσευχὴν ἀποδῦναι· ἤδει γὰρ ὅτι καὶ σιωπώντων οἶδεν ἀκούειν ἐκεῖνος.

A autem deos quoque tyranni afficiebat contumelia, eos tenebras, errorem et dæmones, et si quid aliud fert ad animæ interitum, nominans. Quæ quidem ille audire non sustinens (quæ enim est omnibus jucunda lux, est inimica oculo ægrotanti) jubet mediam ei linguam exscindi extractam a gutture: cum ea autem una quoque dentes excuti: et pro ore libero tales stultus reddit remunerationes. Ipsa vero nihil de sua remittens constantia, neque se molliter aut delicate gerens, tandiu sustulit amputationem, quandiu cum vocis instrumento posset ultimas Deo preces fundere.

Ι'. Εὐχαριστήσασα οὖν ἀξίως αὐτῷ, εἶτα καὶ δεξιῷ τέλει δεηθεῖσα καταλῦσαι τὴν μαρτυρίαν, ἐξῆς δὲ καὶ περὶ τῶν ἀῤῥωστούντων καὶ αὐτῇ προσιέναι μελλόντων ἐντεύξεις ποιησαμένη, φωνῆς τε οὐρανόσεν τῶν αἰτουμένων τὴν δόσιν ἐπιμαρτυρούσης ἀκούσασα, Δεῦρο, τῷ δημίῳ ποίει, φησὶ, τὰ προστεταγμένα· καὶ προτείνει γλῶσσαν ἡ μάρτυς, τὴν ἀεὶ τὰ θεῖα μελετῶσαν καὶ φθεγγομένην, καὶ σίδηρος αὐτὴν, οἴμοι! μέσην εὐθὺς ἀποτέμνει. Ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκκρούεται, καὶ πηγὴ αἵματος αὐτῇ τὸ στόμα γίνεται, ὅλην τῇ τοῦ Χριστιανοῦ νύμφῃ τὴν ἐσθῆτα διαφοινίξασα, καὶ πορφύρας τιμίας ἁπάσης, καὶ βασιλικῆς ἁλουργίδος τιμιωτέραν ἐργασαμένη. Ὅπου καὶ μικρὸν ἐκλελοιπυῖαν, ὕδωρ αἰτῆσαι λέγεται καὶ λαβεῖν. Ὁ δὲ παρασχὼν ἦν τις ἀνὴρ ὄνομα Κύριλλος, τοσοῦτον οὐ φανερὸς τὴν εὐσέβειαν, ὅσῳ μὴ τοιοῦτος τοῖς ἀσεβέσι νομίζεσθαι, τὰ δ' ἄλλα, τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν, φημὶ, καὶ δίοθεσιν πιστότατός τε καὶ εὐσεβέστατος. Ὅστις καὶ μενάλους μισθοὺς ψυχροῦ ποτηρίου ἀπολαμβάνει, καὶ πράγματος οὕτως εὐτελοῦς τὸν τοῦ μαρτυρίου ὠνεῖται στέφανον. Μαθὼν γὰρ ὁ Πρόβος τὰ καθ' αὐτὸν, καὶὅτι οὐ φύσεως ἁπλῶς ἐπικλασθεὶς συμπαθείᾳ, καὶ τῷ λαβεῖν τινα τούτων μελῶν ἐκείνων ἐκκοπῆς ἔλεον, ἀλλὰ κοινωνίᾳ πίστεως μᾶλλον, καὶ τῷ μὴ ἀνέχεσθαι οὕτως ὁρᾷν ἐνδεᾶ ὕδατος κοινοῦ Δεσπότου δούλην γνησιωτάτην, τῇ μάρτυρι τὸ ποτὸν ὀρέξειε, Δεσποτικὴν κἂν τούτῳ πληρῶν ἐντολὴν, ταῦτα περὶ τοῦ ἀνδρὸς πυθόμενος θάνατον αὐτῷ τὴν τιμωρίαν ἐπάγει. Ἐξῆς δὲ τὴν τελευταίαν καὶ κατὰ τῆ› μάρτυρος δίδωσι ψῆφον, καὶ τὴν διὰ ξίφους αὐτῇ τελευτὴν κατακρίνει. Οὐ δή γενομένου καὶ πρὸ τοῦ ἄστεως τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς ἐκείνης ἀποτμηθείσης, τὸ σῶμα μὲν ἄχρι τινὸς ἀμελούμενον ἔῤῥιπτο, ἄψαυστον δὲ ὅμως καὶ πετεινοῖς οὐρανοῦ, καὶ γῆς θηρίοις τηρούμενον, καθάπερ, οἶμαι, τὰ ὑπὲρ τοῦ Δημιουργοῦ τούτων στίγματα καὶ τὰς ὕβρεις εὐλαβουμένοις. Ἔπειτα δὲ τῇ καὶ παιδευσαμένῃ καὶ θρεψαμένῃ Σοφίᾳ Θεοῦ νεύμασι ἀποδίδοται παραδόξως εὐχῆς ἔκβασις ὄντως καὶ σπλάγχνων μητρικῶν ἀνάπαυσις.

X. Cum ei ergo, ut par erat, egisset gratias, et deinde rogasset ut bono fine terminaret martyrium, deinceps autem pro iis quoque, qui ægrotant, ad eam accessuris intercessisset, et vocem e cœlo audivisset, quæ confirmabat data fuisse, quæ petebat: Agedum, inquit carnifici, fac quæ sunt imperata: et linguam porrigit martyr, quæ divina semper me ditabatur, et loquebatur: et ferrum eam (proh dolor!) mediam exscindit protinus. Deinde autem dentes quoque excutit: fitque ei os fons sanguinis, qui sponsæ Christi totam vestem effecit purpuream, atque adeo quavis regia purpura pretiosiorem. Quo tempore dicitur, cum parum defecisset, aquam petiisse, et accepisse. Qui autem præbuit, fuit vir quidam, Cyrillus nomine, cujus adeo non erat pietas manifesta, ut talis quidem putaretur ab impiis: alioqui autem, quod ad animæ attinet affectionem, fidelissimus, et in primis pius. Atque ille quidem magnam accipit mercedem pro poculo aquæ frigidæ, et re adeo vili emit coronam martyrii. Nam cum accepisset Probus, quod is non solum fractus naturæ misericordia, et quod misereretur membrorum illorum amputationis: sed potius propter fidei societatem, et quod non sustineret videre sic aqua indigentem communis Domini ancillam maxime germanam, martyri potum præbuisset, Dominicum in hoc implens mandatum, mortis ei affert supplicium. Deinde vero fert etiam ultimam in martyrem sententiam, et eam condemnat, ut vitam gladio finiat. Quod quidem cum factum esset, et ante civitatem sacrum illius caput fuisset amputatum, corpus quidem aliquandiu jacuit humi neglectum, intactum tamen, atque adeo a cœli et terræ avibus ac bestiis custoditum, ut quæ quodammodo revererentur, quæ pro illorum creatore acceperat stigmata et injurias. Deinde Sophiæ, quæ eam erudierat et educarat, Dei nutu admirabiliter redditur ejus plane effectus orationis, et requies maternorum viscerum.

ΙΑ'. Ἐπεὶ γὰρ ἡ παρθένος συλληφθεῖσα πρὸς τὸ μαρτύριον ἤγετο, ἠγωνια μὲν ὑπὲρ αὐτῆς ἡ διδάσκαλος Σοφία, καὶ ἐδεδοίκει, καὶ ἔτρεμε, καθάπερ οὐκ ἐπ' ἐκείνῃ λοιπὸν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑαυτῆς μέλεσι

XI. Cum enim virgo comprehensa duceretur ad martyrium, pro ea quidem animo angebatur ejus magistra Sophia, timebatque et contremiscebat, tanquam non illa deinceps, sed ipsa in suis mem-

bris esset subitura martyrium : ne forte emollita, acciperet miserabile illud damnum coronarum. Ideoque prona humi jacens, in igne orationis et calidis lacrymarum fluxionibus, Deum rogabat, supplicabat, obsecrabat, ne superaretur martyr a suppliciis. Postquam autem Anastasia jam pulcherrimum finem imposuit martyrio, et transiit ad supernos thalamos, et ad firma illa ac stabilia, quæ desiderantur, bona, tunc accedens angelus Domini, magistram Sophiam a metu liberat et a curis, et, quod maxime optabat, et erat ei auditu longe jucundissimum, ejus auribus instillans renuntiat, nempe virginis consummationem. Præterea autem eam quoque deducit ad reliquias, et quod desiderabat consequi, et quemadmodum optabat videre, ei tradit reliquias tali ornamento confessionis, et tali amictu ornatas martyrii. Atque illa quidem statim circumfusa reliquiis, easque totas complectens, et unum quodque membrum valde exosculans, et præ gaudio ac desiderio calidas in eas effundens lacrymas, dicebat: Filia jucundissima, filia mihi charissima, filia, quam ego in exercitatione, in silentio, et in laboribus pulchre educavi, ago tibi gratias, quod materna præcepta non contempsisti, quod quæ pollicita fueras, observasti, et stetisti promissis, nec es oblita monitorum : sed astitisti Christo sponso tuo, vestimento virginitatis induta, variata stigmatibus martyrii, circumdata corona ex lapidibus pretiosis : et nunc habitas in loco tabernaculi admirabilis, in domo gloriæ Domini, ubi est habitatio lætantium. Propterea rogo te, chara filia et mater spiritalis (sic enim te invocare est mihi convenientius), esto mihi in hac brevi et caduca vita bona nutrix senectutis, et pro me ad æternam vitam transmigrante intercedas, communem mihi placans Dominum.

A τὴν μαρτυρίαν ὑφίστασθαι μέλλουσα, μή ποτε, καταμαλακισθεῖσα, τὴν ἐλεεινὴν ἐκείνη ὑποστῇ τῶν στεφάνων ζημίαν, καὶ πρηνὴς ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κειμένη, ἐν πυρὶ προσευχῆς καὶ θερμαῖς δακρύων ἐπιῤῥοαῖς ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ, ἱκέτευεν, ἠντιβόλει, μὴ ἀπειλαῖς χειρωθῆναι, μὴ κολακείαις ἐνδοῦναι, μὴ τιμωριῶν ἡττηθῆναι τὴν μάρτυρα. Ὡς δὲ τὸ κάλλιστον ἐπέθηκεν ἤδη τέλος ἡ Ἀναστασία τῷ μαρτυρίῳ καὶ πρὸς τοὺς ἄνω διέβη θαλάμους, καὶ τὰς ἀκινήτους ἐκείνας παστάδας καὶ τὰ ποθούμενα ἀγαθὰ, τότε καὶ ἐγγελος παρεμβαλὼν, ἀπολύει τὴν διδάσκαλον Σοφίαν τοῦ φόβου καὶ τῶν φροντίδων, καὶ τὸ ποθεινὸν αὐτῇ καὶ ἥδιστον ἄκουσμα καὶ ἄφατον ὄντως γλυκύτητα τοῖς σπλάγχνοις ἐναποστάζον, εὐκταίως εὐαγγελίζεται, τῆς παρθένου B φημὶ τὴν τελείωσιν. Ἔτι δὲ καὶ ὁδηγὸς αὐτῇ πρὸς τὸ λείψανον γίνεται, καὶ οὗ τυχεῖν ἐπόθει, καὶ ὥσπερ ἰδεῖν ηὔχετο, οὕτως αὐτῇ καὶ τὸ ποθούμενον ἀποδίδωσι, τοιούτῳ τῆς ὁμολογίας κόσμῳ, τοιαύτῃ τοῦ μαρτυρίου στολῇ σεμνυνόμενον. Ἐκείνη οὖν ὡς εἶχεν εὐθὺς τῷ λειψάνῳ περιχυθεῖσα, καὶ ὅλη ὅλῳ προσφῦσα, καὶ σφοδρῶς ἕκαστον μέλος καταφιλοῦσα καὶ χαρᾶς ἐπ' αὐτοῖς καὶ πόθου δάκρυα θερμὰ χέουσα, Τέκνον, ἔλεγε, ποθεινὸν, τέκνον ἐμὸν πολυέραστον, τέκνον, ὅπερ ἐγὼ καλῶς ἀσκήσει καὶ ἡσυχίᾳ, καὶ πόνοις ἀνεθρεψάμην· εὐχαριστῶ σοι, ὅτι μητρικὰς ἐντολὰς οὐ παρεῖδες, οὐκ ἠθέτησας τὰς ἐπαγγελίας, οὐκ ἐψεύσω τὰς ὑποσχέσεις, οὐκ ἐπελάθου τῶν παραινέσεων· ἀλλὰ παρέστης Χριστῷ τῷ νυμφίῳ σου, ἐν ἱματισμῷ τῆς παρθενίας C περιβεβλημένη, τοῖς στίγμασι τοῦ μαρτυρίου πεποικιλμένη, στέφανον ἐκ λίθων τιμίων περικειμένη· καὶ νῦν οἰκεῖς ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἐν οἴκῳ δόξης Κυρίου, ἔνθα εὐφραινομένων ἡ κατοικία. Διὰ τούτό σου δέομαι, θύγατερ φίλη καὶ πνευματικὴ μῆτερ (οὕτω γὰρ ἀνακαλεῖσθαί μοι μᾶλλον ἁρμοδιώτερον), γενοῦ μοι καὶ τῆς ἐπικαίρου ταύτης ζωῆς ἀγαθὴ γηροτρόφος καὶ πρὸς τὴν ἀΐδιον μεταφοιτώσῃ, μεσίτης ἅμα καὶ πρέσβις τὸν κοινὸν ἐμοὶ Δεσπότην ἱλεουμένη.

XII. Hæc illa filiorum amans, piaque ac religiosa anus, quæ sciebat, ita ut oportet filias parere et educare, cum dixisset martyri, et eam senilibus amplexa esset et composuisset manibus : egeret autem manu, quæ ei inserviret in transferendis reliquiis, ut quæ esset, sicut diximus, vetula, et ipsi potius esset opus manu et baculo : nullaque ipsi earum transportandarum suppeteret ratio, et ideo D staret apud se ægre ferens, et animo anxia, repente duo quidam viri advenientes, et forma et moribus reverendi, sanctis manibus subjectis reliquiis, eisque cum ipsa sublatis, prope urbem Romam splendide et honorifice deposuerunt, ad gloriam Dei Patris, et Domini nostri Jesu Christi, cum quo, et cum sancto Spiritu illi sit honor et potentia in sæcula sæculorum, Amen.

ΙΒ'. Ταῦτα ἡ φιλόπαις ἐκείνη γραῦς καὶ φιλόθεος· καὶ ὠδίνειν ὡς χρὴ καὶ παιδαγωγεῖν εἰδυῖα τῇ μάρτυρι εἱποῦσα, καὶ χερσὶ πρεσβυτικαῖς τε καὶ γηραλέαις αὐτὴν ἀγκαλισαμένη καὶ περιστείλασα, ἐπεὶ χειρὸς ἠπόρει τῇ μετακομιδῇ τοῦ λειψάνου διακονούσης, γηραιὰ, καθάπερ ἔφημεν, οὖσα, καὶ χειρὸς αὐτῇ μᾶλλον δεομένη καὶ βακτηρίας· ἐπεὶ τοίνυν οὕτως εἶχε περὶ τὴν μετακομιδὴν ἀμηχάνως, καὶ παρὰ τοῦτο εἰστήκει δυσχεραίνουσα καθ' ἑαυτὴν, καὶ ἀνιωμένη, ἄφνω δύο τινὲς ἐπιστάντες ἄνδρες καὶ τὸ εἶδος καὶ τὸν τρόπον αἰδέσιμοι, χεῖράς τε τῷ λειψάνῳ ὑποσχόντες ὁσίας καὶ τοῦτο ἀνελόμενοι σὺν αὐτῇ, ἐχόμενα τῆς πόλεως Ῥώμης λαμπρῶς τε καὶ φιλοτίμως κατέθεντο. Εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τιμὴ, κράτος σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΖΗΝΟΒΙΟΥ

ΚΑΙ ΖΗΝΟΒΙΑΣ ΤΗΣ ΑΔΕΛΦΗΣ ΑΥΤΟΥ

—

MARTYRIUM SANCTI MARTYRIS ZENOBII

ET ZENOBIÆ EJUS SORORIS

(Latine ap. Surium ad diem 30 Octobris, Græce ex cod. ms. Paris. n. 1480.)

—

. Αἴγαι πόλις ἐστὶν ἐπὶ κόλπῳ μὲν τῷ Ἰονίῳ A
ίνη, ὑπὸ Κιλίκων δὲ οἰκουμένη· ὡς τὸ μὲν πρὸς
ρον οὐ πολὺ, πλατεῖαν δὲ καὶ ἱκανῶς εἰς μῆκος
ουσαν ὁ τῆς γειτονος θαλάσσης ὅρμος ἐκδεχεται.
ἡ τὸν μακάριον Ζηνόβιον ἤνεγκε, πατέρων θεο-
ν γεγονότα, ῥίζης ἀγαθῆς ὄντως ἀγαθὸν βλά-
ια. Ὕσαρις, τετελευτηκότων αὐτῷ τῶν γονέων,
ι τῷ πρὸς πατρὸς καταλέλειπτο θείῳ. Ὁ δὲ
; ἀληθῶς ὢν καὶ φιλάρετος ἀνθρωπος, τῆς πα-
ις ὁρῶν τὸν παῖδα θεοσεβείας ἐχόμενον, καὶ
ιρ τῆς κτήσεως αὐτὸν ἀπάσης, οὕτω δὴ καὶ τῆς
ῆς πάσης κληρονόμον, τῇ οἰκείᾳ θυγατρὶ Θέκλῃ
ον ἡρμόσατο, ζεῦγος Θεῷ φίλον ἐπ' εὐσεβείᾳ
πᾶσιν ἀγαθοῖς ἔργοις ἐπίσημον. Γεννᾶται τοι-
ῶν ἐκ τούτων Ζηνόβιος, ἔπειτα δὲ καὶ ἡ τούτου
φὴ Ζηνοβία (τοῦτο γὰρ αὐτῇ παρὰ τῶν γονέων B
ται ὄνομα), ξυνωρὶς ἁγία, κλάδοι πνευματικοῖς
ις κατάκαρποι.

. Ἤδη δὲ τοῦ καλοῦ Ζηνοβίου τὴς ἔφηβον ἀπο-
βάντος ἡλικίαν, τελευτῶσι μὲν αὐτοῖς οἱ τε-
ες, ἀναλοῦται δὲ καὶ τὰ τῆς οὐσίας τὰ μὲν εἰς
τῶν πενήτων γαστέρας, τὰ δὲ καὶ περὶ τὴν τῶν
νῶν ἐπιμέλειαν· πεπαίδευτο γὰρ τὴν ἰατρικὴν
ηνόβιος οὕτω καλῶς καὶ τοιαύτην περὶ τοὺς νο-
τας ἐπεδείκνυτο τὴν θαυματουργίαν, ὡς μηδὲ
μὲν αὐτοῦ χειρὸς ἐπαφὴν ὑπομένειν τὰς νόσους,
ἐ καὶ μόνῃ φυγαδεύεσθαι τῇ τοῦ ἀνδρὸς παρου-
Τοῦτο δὲ οὐ τέχνης ἔργον, ἀλλὰ χάριτος Θεοῦ
ον καὶ ἀρετῆς ἀνδρὸς πεποίητο. Οὐχ ὑγείας δὲ
ν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ βίου χορτηγὸς ἦν ὁ Ζηνόβιος,
πᾶσι τοῖς αὐτῷ προσιοῦσι τά τε πρὸς θεραπείαν
νόσου, καὶ τὰ πρὸς διατροφὴν ἐπήρκει τοῦ σώ- C
ος, ὑφ' ἧς ἂν ἕκαστος ἐτύγχανε δηλονότι κατει-
μένος, καὶ οἱωνοῦν ἂν ἦν τῶν σιτίων δεόμενος·
ι οὐ δωρεὰν ἐδίδου μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν πολλῷ
μέσῳ τὴν ἐντολὴν ὑπερέβαινεν. Τὴν μὲν γὰρ
ιὰν ἐλάβετε, φησὶ, δωρεὰν δότε. Ὁ δὲ προσθή-
τῆς ἰατρείας καὶ τῶν νοσούντων παρεῖχε δια-

I. Ægæ est civitas, quæ sita quidem est in sinu Ionico, habitatur autem a Cilicibus : cujus ea pars quidem, quæ vergit ad continentem, non est magna : latam autem et porrectam in satis magnam latitudinem propinqui maris portus excipit. Et tulit beatum Zenobium, natum ex piis parentibus, radicis bonæ revera bonum germen. Qui cum decessissent, is relictus fuit apud patruum. Patruus vero, cum esset revera vir divinus, et virtutis studiosus, videns puerum rite sequentem paternam pietatem, et quomodo universæ ejus hæreditatis, ita etiam virtutis factum esse hæredem, affini suæ Theclæ eum respondit, par Deo gratum propter pietatem, et insigne bonis omnibus operibus. Ex eis ergo natus est Zenobius ; deinde etiam soror ejus Zenobia (hoc enim eis nomen impositum fuit a parentibus) : sanctum par, rami fertiles spiritalibus operibus.

II. Cum autem egregius Zenobius jam ad ephebi pervenisset ætatem, ejus quidem moriuntur parentes : consumuntur vero facultates, partim quidem in ventres pauperum, partim autem ad curam infirmorum. Tam pulchre enim medicinam didicerat Zenobius, et in ægrotos ostendebat tantam miraculorum effectionem, ut nec solum quidem ejus manus contactum possent morbi sustinere, sed ejus sola fugarentur præsentia. Hoc autem non erat opus artis, sed donum gratiæ, et præmium virtutis. Non solum autem sanitatis, sed etiam victus erat suppeditator Zenobius ; et omnibus, qui ad ipsum accedebant, suppeditabat tam quæ ad morbi pertinebant curationem, quam quæ ad alimentum corporis, quocunque morbo detinerentur, et quibuscunque cibis opus haberent. Quin etiam non solum dabat gratis, sed etiam ipsum præceptum longo intervallo superabat. Nam præceptum quidem dicit : « Gratis accepistis, gratis date [1] : » Ille autem præter medicinam adjungebat

[1] Matth. x, 8.

etiam alimentum ægrotorum, non solum gratis curans, sed etiam cum curatione præbens mercedem. Talis quidem sacrosanctus Zenobius obtigit Cilicum regioni, quo tempore imperator Romanorum deditus simulacris et impiæ ac falsæ religioni, mortuus est in impiis dogmatibus. Sed illius quidem tam imperii, quam furoris in Christianos, relictus est hæres Diocletianus. Statim autem Lysiam præficit Ciliciæ, qui et ad cruciandum erat violentissimus, et ad alliciendum blanditiis maxima vi præditus. Ille autem cum venisset ad Mopsi urbem excitat persecutionem adversus Christianos, eamque gravissimam, et maxime horribilem. Tres autem numero adolescentes, Claudius, Asterius et Neon, fuerunt etiam exerciti in illa persecutione: quos tulit quidem Isauria, Larandus autem exercuit. Ii enim a Lysia vehementibus et multis subjecti cruciatibus, in crucem acti extra muros, subierunt mortem maleficorum: eorum autem corpora projecta sunt devoranda a feris et volucribus. Et Lysias quidem talem ostendebat insaniam adversus Christianos.

